na.deus iudicabit mundum: ⁊ per conſequens nec illa prima .ſ. iſta eſt vera. deus iudicabit mundum: cum hec neceſſario inferat illam: ⁊ ſi conſequens eſt contingens: añs non eſt neceſſarium. Ex hoc autem correlarie ſequitur ꝙ illud medium oē reuelatū a deo ⁊c̄. non eſt demonſtratiuū ſeu faciēs ſcire: qm̄ per ipƺ ita haberi poſſet ſciã de ꝓpōne p̄aſſumpta: ſicut de aliq̄ alia: qm̄ eodē modo penitus probareť ꝙ illa. deus iudicabit mundū. fuerit a deo reuelata: quo ꝓbareť de iſta. deus eſt trinus ⁊ vn⁹: aut aliqua alia in ſcriptura ſacra contenta. Probatur etiã correlariū illud. eo ꝙ p̄miſſe huius medij omne reuelatum a deo ⁊c̄. nō ſunt euidentes. ⁊ vna illarum eſt mere credita vt oſtenſum eſt. ¶ Ex hoc etiã vlterius ſequitur ꝙ hec opinio nō ſufficienter ꝓbat theologiã eſſe ſcientiã cū per eam totam innitať huic medio: qđ tamen conſtat non eſſe demonſtratiuum. ¶ Tertia concluſio ꝓbať primo ſic. ſi aliq̄s ſcit ſic eſſe ſicut ſignificat propoſitio enuntians paſſionē de ſubiecto ſcit paſſionem de ſubiecto loquendo more illius opinionis: hoc patet q2 nō aliud enū tiat ipſa niſi paſſionē de ſubiecto: ſed ſi aliquis ſcit ꝓpoſitionē enunciantē paſſionē de ſubiecto eſſe verã: ipſe ſcit ſic eſſe in re ſicut talis ꝓpoſitio ſignificat: qm̄ nihil aliud eſt ꝓpoſitionē eſſe verã q̄ ſignificare eſſe qđ eſt ſi eſt affirmatiua: vel ſignificare nō eē qđ nō eſt: ſi eſt negatiua. ģ ſi aliq̄s ſcit ꝓpoſitionē enūtiantē paſſionē de ſubiecto eſſe verã ipſe vtiq3 ſcit paſſionē illã de ſubiecto. Et ꝑ ꝯñs ſi ꝓpoſitio enunciãs veritatē de articulo: aut alia ꝓpoſitiōe ſacre ſcripture eſt ſcita: etiã ipſa ꝓpoſitio de qua enūtiať eſt ſcita. ¶ Scđo ſi quis cognoſcit euidēter aliquã ꝓpoſitionē: illeſi euidēter etiã cognoſcit quãdã aliã ſequi ex illa: euidēter cognoſcit illã aliã ſequentē: hoc pz. ģ ſi q̄s cognoſcit euidēter aliquē articulū eē verū: euidēter etiã cognoſcit illum articulū: ſi euidēter cognoſcat ipſum neceſſario ſeq̄ ex illa ꝓpoſitione: aut ſi nō actualiter cognoſcit pōt faciliter ⁊ naturaliter cognoſcere: ſƺ cōſtat ꝙ huiuſmodi ꝯſequētiã q̄libet faciliime pōt cognoſcere: quinimo ipſa eſt per ſe nota: vnde ⁊ pro principio ſumit ꝑ 'hus primo perihermenias. Si verū eſt dicere: qm̄ eſt albū: vel nō eſt album: neceſſe eſt album vel non album eſſe: et ſi eſt albū vel non album verū eſt affirmare vel negare. Et Boe. dicit ibi hanc eſſe rerū ꝯſequentiã vt rē ſubſiſtentē vel exiſtentē ꝓpōnis veritas ꝯſequatur: ſupple ſi formeť ꝓpoſitio ⁊ veritatē ꝓpōnis rei de qua loquiť eē comitē. ¶ Et infra ſubdit: ꝙ veritas rei que eſt ⁊ res que ē veritati: falſitas vero rei que non eſt: ⁊ res que non eſt falſitati cōuertuntur: ⁊ accipit rem ꝓ ſignificato ꝓpoſitionis: et iſtud cuilibet ſtatim eſt notum. Cuilibet ergo aduertenti ſtatim notum eſt quod ſequitur: hec eſt vera deus eſt trinus et vnus: ergo deus eſt trinus ⁊ vnus: da enim oppoſitum ſequitur ꝙ illa enunciat eſſe quod non eſt: et ꝑ conſequēs ipſa non eſt vera. ¶ Tertio iſtud patet: ex dictis opinionis: vt enim ſupra recitatum eſt dicit opinio. ꝙ iſta conſequenter ſe habent ꝙ quicūq3 concludit immediate ꝙ homo eſt riſibilis: quamgr̄a exempli aſſumit: concludit mediate ꝙ iſta propoſitio. homo eſt riſibilis. eſt vera et econuerſo. Ex hac ſequitur: ſicut dicebam correlarium ꝙ ſi propoſitio enuncians veritatē de ꝓpoſitione theologica ſiue ſit articulus: ſiue alia eſt euidenter ſcita. nō eſt neceſſaria fides aliqua alia propter aſſenſuƺ illius propoſitionis: de qua veritas enunciatur. ratio eſt: q2 ſi veritas illa eſt ſcita: et iſta etiam eſt ſcita vel ſaltem ſine omniuƺ fide poteſt ſciri: et propter nullius talis aſſenſum eſt neceſſaria fides. Alias poteſt dici ꝙ fides eſſet neceſſaria ad aſſentiendum alicui concluſioni geometrice que eſt ſcita per aliam vel alias concluſiones priores. ¶ Et quia etiã eadem ratione fides non eſt neceſſaria propter aſſenſum illius qua enunciatur veritas de articulo: non apparet quomodo ipſa ſit neceſſaria ꝓpter aſſenſum alicuius: vnde clare apparet hanc opinionem repugnare ſibiipſi dicendo ex vna parte ꝙ articuli non tantum ſunt crediti: ſƺ etiam euidenter noti ex per ſe notis ⁊ per mediū demonſtratiuum: ex alia vero ponendo ꝙ fides eſt neceſſaria: vt aſſentiatur articulis: nec aliquid valet illud dictum de repugnantia apparente: ⁊ inevidentia concomitante: quomodo enim quod eſt euidenter ſcitum reuocari poteſt in dubium propter aliquod aliud apparēs? ¶ Preterea ita dicendum eēt ꝙ propter aſſenſum aliarum propoſitionum naturaliter ſcitarum erit neceſſaria aliqua fides vltra ſcientiam ne reuocentur in dubium propter aliquam apparentiam in oppoſitū: quod nec ipſi nec alii qui ſapientes dicerent. ¶ Ad primam rationem opi. reſpondeo ſimpliciter negando maiorem et merito: cū expreſſe dicat Apoſtolus: ꝙ fides eſt argumentum non apparentium: ⁊ ꝙ ſine fide impoſſibile eſt placere deo: ergo ſm eum tenemur credere non apparentia: et per conſequēs non per ſe nobis nota: aut ex talibus deducta. Auguſtinus quoq3 .xj. de tri. inquit ꝙ propterea credere iubemur: quia id quod credere iubemur videre non poſſumus: cum etiam tertio articu. pariſieñ. 57. eam expſſe cōdēnet. d. ꝙ nihil eſt credendum: niſi per ſe notum vel niſi ex per ſe notis poſſit demonſtrari error. ¶ Ad probationem cum aſſumitur ꝙ nullus tenetur firmius adherere concluſioni q̄ ſit certitudo notitie propter quam illi adhereret: iſta poſſet concedi cum aliqua conditione. ſ. ſi ille teneatur adherere concluſioni precise propter certitudinem notitie: vbi autem non ſubeſt dicta cōditio propoſitio eſt ſimpliciter neganda: in propoſito autem nō ſubeſt quoniam non preciſe propter certitudinem aliquam notitie (proprie loquendo) ſiue concluſionis: ſiue principiorum tenetur catholicus adherere talibus: quinimmo quicquid ſibi proponatur per ſcripturam vel eccleſiam fore credendum nulla alia notitia habita credere tenetur. ¶ Ad confirmationem cum dicitur nullus credidit niſi quia illud ſibi conſtat: ſi loquatur de conſtantia notitie falſum eſt: ſi de conſtantia adheſionis: tunc etiam poteſt negari: quia equiualet iſti. nullus credit aliquod: niſi quia credit illud: que in ſua proprietate non eſt vera. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ nullo iſtorum modorum quis tenetur articulos credere: nec etiam ipſi articuli ꝓponuntur ipſi intellectui fidelis aliquo iſtorum modorū ſed proponuntur vt credendi auctoritate et teſtimonio dei reuelantis vel per ſe vel per eccleſiam ſuam. ¶ Ad tertium patet. ꝙ nihil valet ex eo ꝙ fides ſimplicis fidelis non habentis theologiam non minus eſt determinata adverum q̄ fides maximi theologi: et tamen non per theologiam aut alium habitum aliquem: vnde ergo eſt ꝙ fidelis inquantum huiuſmodi ſemper credit verum ⁊ fides ſua in nullo eſt falſa? Dico ꝙ ideo eſt: quia primo credit auctoritati dei reuelantis: que nec falli nec fallere poteſt. ¶ Ad quartum concedo ꝙ aliquid eſt primo creditum cui adhereo propter ſe. i. non propter aliud creditum: nec etiam ſequitur ꝙ illud ſit per ſe notum: quia talis aſſenſus vel adheſio non eſt ex notitia rei preſentis aut alia aliqua proprie loquendo et ſtricte de notitia: ſicut eſt notitia qua primis propoſitionibus aſſentimus: ac per hoc nec eſt aſſenſus proprius per ſe notus. ¶ Ad rationem ſecunde concluſionis dicenduƺ: ꝙ ad hoc ꝙ ex aliquo medio generetur habitus proprie ſcientific⁹ non ſufficit ꝙ illud ſit neceſſarium: ſed cum hoc requiritur ꝙ ſit ex per ſe notis vel per experientiam vel ex his q̄ ex taliter notis deducunť euidenter: oſtenſum autem ē ꝙ illđ mediū non eſt tale. ¶ Ꝑ. pōt dici ꝙ illud mediū non ē neceſſariū cum maior vere ſit contingens. Nã poſſibile eſt deū aliq̄ q̄ reuelauit non reuelaſſe. ꝓ.g. dicta de futuro.

Ad p̄mas rationem fr̄ãciſ. de marcħ.

cap. ſ.

Digitized by Google

Tho.par. ¶ Ad alia dicta op. non expedit reſpondere. ¶ Alij di-
.i.q.i.ar.2. xerũt etiã ꝙ ex diſcurſu theologico acquirit̃ ſciẽtia pro-
prie dicta: ſʒ ſubalternata ſciẽtie dei ꝛ beatoꝝ: cuiꝰ ꝓba-
tio eſt. Quoniã oĩs habitus ꝓcedẽs ex pricipijs ſibi cre-
ditis: notis aũt in lumine ſupioris ſciẽtie eſt ꝓprie ſcien-
tia ſubalternata: patet de muſica que vtiqʒ eſt ꝓprie ſciẽ-
tia ſubalternata: qꝛ ꝓcedit ex pricipijs ſibi creditis ꝛ no-
tis in arithmetica: ꝛ idẽ eſt de ꝑſpectiua que credit prin-
cipia que ſunt nota in geometria: ſed procedit theologia
ex pricipijs tñ in ea creditis qualia ſunt articuli et alia
ꝯtẽta in ſacra ſcriptura: notis aũt in lumie ſupioris ſciẽ-
tie. ſ. dei et beatorũ. ergo ꝛc̃. ¶ Pro iſta opi. arguitur ab
alijs ſic. ꝑſpectiuus inquãtũ ꝑſpectiuus eſt ſciẽs: patet.
qꝛ ꝑſpectiua eſt ſpecies ſciẽtie: ſed ꝑſpectiuus nõ eſt geo-
metra inquãtũ ꝑſpectiuus. ergo ꝑſpectiuus inquãtũ nõ
eſt geometra eſt ſciẽs: ſed inquãtũ non eſt geometra non
habet notitiã de his principijs: ergo non eſt neceſſarium
oẽm ſcientiã habere notitiã de ſuis principijs. ¶ Confir-
matur: qꝛ ꝑſpectiua eſt ſciẽtia diſtincta a geometria: ꝛ tñ
vt ſic nõ habet notitiã ſuoꝝ principioꝝ: ergo ſi aliquis ha-
bẽs ꝑſpectiuã non habẽs geometriã ille crederet tñ ſua
pricipia: ꝛ tñ eſſet ſic vere ſciẽs: ſic eſt in ꝓpoſito de theo-
logia noſtra. ¶ Confirmatur ſecũdo: qꝛ deus poteſt ꝯſer-
uare in intellectu alicuius habitũ ꝑſpectiue: nõ ꝯſeruan-
do in eo habitũ geometrie: ſed in tali intellectu ipſa ꝑſpe-
ctiua eſt vere ſciẽtia ſubalterna: ꝛ tñ de principijs ſuis il-
le nõ haberet notitiã: ſed fidẽ tñ. ¶ Preterea. Scientia
ſubalterna inquãtũ ſubalterna ſupponit ſua principia ꝛ
nõ nouit ea: ſed inquãtũ eſt ſciẽtia ſubalterna eſt ſciẽtia.
ergo aliqua ſciẽtia ſupponit ſua principia ꝛ nõ nouit ea:

Contra Tho.i. ſic ergo eſt de theologia. ¶ Contra hãc opi. arguo ꝑmo
ſic: aut notitia ꝯcluſionis vel enunciabilis ꝓ ꝯcluſionẽ fit
nota nobis naturaliter ex alia priori notitia cõplexa aut
nõ: ſi nõ: ergo nõ eſt ſciẽtia ꝓprie loquendo que dicit̃ eſſe
cõcluſionis: ſed potius dicitur eſſe principiũ intellectus
ꝛ ꝓpoſitionis imediate: ꝛ illa etiã eſt quedã mentalis no-
titia ꝛ propoſitio immediata. Si vero fit in nobis ex alia
priori notitia complexa: illa notitia ex qua fit eſt notitia
principij: ſiue eius qđ ꝓ principiũ ſupponit̃: ergo oĩs ſcien-
tia que in nobis naturaliter acquiritur fit in nobis ex no-
titia principioꝝ: et ꝑ ꝯſequẽs cuiuſlibet ſciẽtie naturali-
ter acquiſite principia ſunt vel fuerũt habẽti illam ſcien-
tiam nota. ¶ Confirmatur ꝑ philoſophũ. i. poſterioꝝ. di-
cit ꝙ neceſſe eſt demonſtratiuã ſciẽtiã originalem eſſe ex
veris ꝛ primis ꝛ notioribꝰ ꝛ prioribꝰ ꝛ cauſis ꝯcluſionis:
originatur enim huiuſmodi ſcientia ex veris notitijs pri-
mis ꝛ notioribꝰ. i. euidẽtioribꝰ ꝛ prioribꝰ ꝛ cauſis cõclu-
ſionis. ſ. mẽtalis: qm̃ ille prime notitie que vtiqʒ ſunt pri-
me demõſtrationis mẽtalis vtiqʒ ſunt cauſe notitie que
eſt ꝯcluſio: vel ſi ꝓm alios dicat̃: ꝙ ꝓpoſitio nõ eſt notitia:
tũc eſt ſenſus ꝙ notitie pricipioꝝ ſunt priores ꝛ cauſe no-
titie concluſionis. Et addit philoſophus ꝙ ſine his vtiqʒ
erit ſyllogiſmus: demõſtratio aũt nõ erit: nõ enim faciet
ſcientiã. Itẽ ita dicit ꝙ neceſſe eſt nõ ſolũ cognoſcere pri-
ma. i. principia ſeu que per illa ſignificãtur: ſed ꝛ magis:
ſemꝑ enim inquit ꝓpter qđ eſt vnũquodqʒ ꝛ illud magis.
Et ſubdit: qm̃ qđ ſcimus ꝛ credimus ꝑ prima. i. per noti-
tias primoꝝ illa ſcimus ꝛ credimus magis. Et quibꝰ pa-
tet: ſcḋm ipſum ꝙ quelibet ſciẽtia acquirit̃ ex notitijs prin-
cipioꝝ ſuoꝝ. Ex quo ſequit̃ illud qđ prius. Per hoc pa-
tet: ꝙ nõ ſufficit pricipia eſſe alteri nota: vt ego ſciẽtiã ha-
beã de ꝯcluſione: qm̃ ꝑ nullã notitiã exiſtentẽ in alio cau-
ſari põt immediate ꝛ naturaliter aliqua ſciẽtia in mente
mea. Cum ergo principia theologie non ſint neqʒ fuerint
nobis nota: vt iſti ꝯcedunt theologia que acquirit̃ de cõ-
muni lege in theologia de qua etiã nũc eſt ſermo non eſt
vere ſciẽtia. ¶ Secũdo ſi ſciẽtia ſubalterna põt acquiri

ſuis principijs nõ notis acquirẽti: ſed tñ creditis notis
aut habenti ſupiorẽ ſciẽtiã: eadem ratione et ſciẽtia non
ſubalterna poterit acquiri ab aliquo eſto ꝙ non nouerit
eius principia: dũmõ credat illa: ꝛ alius nouerit: non eſt
ratio potior: ibi eſt ꝗʒ hic: et ꝑ ꝯſequẽs nõ oportebat dice-
re ꝙ theologia eſt ſcientia ſubalterna: ſed abſolute pote-
rat dici ſcientia. ¶ Ad primã rõnẽ opi. quãuis maior ſit Ad' ꝑmã
improprie: qm̃ nulli ſciẽtie ſiue ſubalterne ſiue nõ ſubalter- rationẽ
ne ſua principia ſunt credita vel nota: cũ nulla ſit princi- Tho. et
pioꝝ ſuorũ fides vel itellectus tñ ſi trahat̃ ad bonũ intel- thomiſta
lectũ: vt dicat̃ oĩs habitus ꝓcedẽs ex principijs in lumi- rum.
ne ſupioris ſciẽtie tñ notis eſt ſciẽtia ſubalterna: hoc po-
teſt intelligi dupliciter: vno modo ꝙ illa principia ſint no-
ta habenti ipſam ſcientiam: cuius ſint principia: ꝛ ſic po-
teſt cõcedi: ſed tunc patet ꝙ minor eſt falſa: qꝛ principia
theologie nõ ſunt nota theologo: vt dicũt. Alio modo ꝙ
non ſint nota illi: ſed credita et nota alteri: et tunc eſt ipſa
falſa: quia ex notitia principiorum exiſtente in vno non
cauſatur notitia cõcluſionis in alio. ¶ Ad ꝓbationẽ de
muſica reſpectu arithmetice. dico ꝙ nullꝰ ignorãs arith-
meticã niſi principia muſice per experiẽtiã: aut per aliã
viã noſcet: ſed tñmodo crederet: acquireret muſicã que
eſt ſciẽtia: ſed tñmodo quẽdã habitũ creditiuũ ꝛ quãdã
fidem: quã ſi vellemꝰ poſſemus appellare muſicã credi-
tiuã. ¶ Ad aliã dimiſſis multis alioꝝ ſolutionibꝰ. Dico
primo ꝙ rõ peccat in forma tripliciter: tũ qꝛ eſt in tertia
figura minore exiſtẽte negatiua: tũ qꝛ altera ꝑmiſſaꝝ exi-
ſtẽte negatiua cõcluſio eſt affirmatiua: tũ etiã qꝛ mediũ
intrat cõcluſionẽ. Si ꝟo reducat̃ ad debitã formã nõ ſe-
quit̃ aliqua ꝯcluſio ad ſuũ ꝓpoſitũ ſicut põt faciliter pa-
tere inſpiciẽti. ¶ Scḋo dico: ꝙ ſicut nõ ſolũ habitus ſciẽ-
tifici dicunt̃ phyſici vel metaphyſici: ſed etiã aliqui opi-
natiui: vnde frequẽter philoſophus quorũdam antiquo-
rũ opiniones: lʒ falſas vocat phyſicas: quorũdã dicit nõ
eſſe phyſicas: ſic etiã ꝛ quidã habitus poſſunt dici meta-
phyſici ꝛ geometrici ꝛ arithmetici: et talis eẽt ꝑſpectiuꝰ
ille habitus quẽ quis acqreret ſimpliciter credẽs princi-
pia ꝑſpectiue. ¶ Hoc aũt ꝓuenit: qꝛ aliũde noiatur ha-
bitus phyſicus vel metaphy. ꝛ hmõi ꝛ aliũde ſcientia dr̃.
Nã ex eo ꝙ de talibꝰ vl' talibꝰ rebꝰ ẽ obiectiue dr̃ phyſicꝰ
vel aliquis talis: vt ptʒ ſexto metaphyſice. ¶ Dicit̃ autẽ
ſciẽtia ex eo: ꝙ eſt habitualis notitia ex actualibꝰ vel ex
his que per tales mediate vel imediate notitijs cõcluſio-
nis cauſatis ex notitijs prioribus ꝛc̃. iuxta doctrinã phi-
loſophi primo poſterioꝝ acquiſitã. Et ideo ꝑter defectũ
rõnis quo ad formã: eſt etiã defectus in materia: quoniã
vtraqʒ iſtaꝝ. perſpectiuus inquãtũ ꝑſpectiuus eſt ſciẽs:
perſpectiua inquãtum perſpectiua eſt ſcientia: eſt falſa.
¶ Ad primã cõfirmationẽ dico: ꝙ non oĩs ꝑſpectiua eſt
ſciẽtia: ſed illa dũtaxat que eſt euidẽs notitia ex euidẽti
notitia ſuoꝝ principiorum imediate vel mediate genita:
aut aliqua alia eiuſdẽ rõnis quã deus imediate ꝑ ſeipm̃
vellet cauſare. ¶ Ad ſcḋam cõfirmationẽ: dico primo ꝙ
idẽ argumẽtum poſſet fieri de ſciẽtia nõ ſubalterna ſup-
poſito ꝙ intellectus principioꝝ diſtinguat̃ ab habitu cõ-
cluſionis: ꝛ ſic pariter potuiſſent dixiſſe abſolute: ꝙ theo-
logia ẽ ſciẽtia abſqʒ ꝙ adderẽt ſubalterna: qđ tñ nõ dice-
rent. ¶ Dico ſcḋo ꝙ ſi aliquã perſpectiuã: que nũc de fa-
cto eſt ſciẽtia: deus conſeruaret abſqʒ geometria: adhuc
ipſa eẽt ſciẽtia apta nata in actꝰ ſimiles: in quos nũc eſt:
ſi cetera pariter cõcurrerẽt: nõ aũt ex hoc ſequit̃ ꝙ ꝑſpe-
ctiua que acquireretur in aliquo carẽte geometria eſſet
ſciẽtia. ¶ Ad tertiã rationẽ ꝯcedo ꝙ ſciẽtia ſubalterna:
et ſilr̃ nõ ſubalterna nõ nouit ſua principia: qꝛ ſciẽtia non
eſt principioꝝ vt ſupra dictũ eſt: ſed tã hec ꝗʒ illa eſt noti-
tia ex notitijs ſuorum principioꝝ cauſata. ¶ Reſpõdeo Riſi
ergo nũc aliter ad articulũ iſtũ. Et pono cõcluſiones. 4. arti.

Digitized by Google

¶ Prima eſt. ꝙ ex diſcurſu theologico non per ſe acqui
ritur ſua. ¶ Secunda. acquiritur adheſio in animo dan
tis fidem ſacre ſcripture: in alijs autem nõ. ¶ Tertia. ꝙ
non acquiritur adheſio cum formidine. ¶ Quarta. ꝙ
acquiritur fides quedam: ex quo patebit ꝙ habitꝰ theo
logic qui conſequenter acquiritur eſt quidã habitus cre
ditiuus ⁊ fides quedã acquiſita. ¶ Primã ꝯcluſionem
probo ſic. Omnis diſcurſus ꝑ quem ꝑ ſe acquiritur ſciẽ
tia eſt ex ꝓpoſitionibus primis ⁊ imediatis note ſunt: pa
tet ex. 1. poſterioꝝ. vbi philoſophus dicit: ꝙ ſine his vtiq̷
erit ſyllogiſmus: ſed nõ faciet ſciẽtiã: ſed diſcurſus theo
logicus nõ eſt ex talibus: cũ ſit ex creditis: vt patet ex ar
ticulo ſcdo. ergo ⁊c̃. ¶ Confirmatur: quia oĩs diſcurſus
faciẽs ꝑ ſe ſcire eſt demõſtratio: patet ex diffinitione de
monſtrationis. 1. poſterioꝝ. ſed diſcurſus theologicus nõ
eſt demonſtratio: alias infideliẽ etiam in naturalibꝰ bene
diſpoſitum faceret ſcire ⁊ aſſentire ꝯcluſioni theologice:
qđ patet falſum. ¶ Secũdo. nullus diſcurſus primo in
nitẽs auctoritati generat ſciẽtiã: ſed oĩs diſcurſus theo
logicꝰ eſt huiuſmodi: vt patet ex articulo ſcdo. ergo ⁊c̃.
maior patet: quia ex auctoritate ſola fides gignit̃ iuxta
cap. 21. illud Aug. in de vtilitate credẽdi qđ intelligimꝰ debemꝰ ra
cap. 3. tioni: qđ credimus auctoritati. ⁊ in pͥmo de libe. arbi. ait.
tuum ad auctoritatem legis ꝯfugiendũ cenſes hominibꝰ
iam non tñ credere: ſed intelligere cupientibus: q. d. nul
lo modo. vbi manifeſte innuit ꝙ probatio per auctorita
tem nõ ſciẽtiam: ſed tãtũmodo fidem aggenerat. ¶ Ter
tio. nullus diſcurſus theologicus maiorem euidentiam
vel certitudinem facit de veritate aliqua theologica ꝙ̃
alius theologicus diſcurſus faciat de veritate theolo
gica contingenti per nullam experientiam nobis notam.
ergo nullus diſcurſus theologicus per ſe facit ſciẽtiam.
conſequentia patet: quoniam nulla veritas contingens
que non eſt nota nobis per experientiam eſt eque nobis
nota: ſicut illa de qua habemꝰ ſcientiam. añs probat̃: qm̃
ſiue theologice probetur: ꝙ deus eſt trinꝰ ⁊ vnꝰ: ſiue ꝙ eſt
eternus vel ſapiens: aut ſi quãcũq̷ aliam veritatem ne
ceſſariam vel contingentem mere credibilem: aut etiam
naturaliter ſcibilem: quis theologice probet: non maio
rem faciet de ea euidentiam vel certitudinem ꝙ̃ faciet
alius de iſta veritate ꝙ deus iudicabit mundum: ⁊ ꝙ ſe
culum finietur: aut alia mere contingente ſi theologice
probet illam. patet quoniam vterq̷ ex auctoritatibus ſa
cre ſcripture procedet: vt dictum eſt in articulo ſecũdo.
non maiorem autem euidẽtiam vel certitudinem faciet
in mente vna auctoritas ſacre ſcripture inquantum hu
ius ꝙ̃ alia: ſicut patet. ergo ⁊c̃. ¶ Secunda concluſio.
quo ad primam partem probatur: quoniã omnis diſcur
ſus neceſſitans intellectum credẽtis ſacram ſcripturam
ad aſſentiendum ei: cui alias non aſſenſiſſet per ſe cauſat
in illo adheſionem. hoc patet: ſed diſcurſus theologicus
eſt huiuſmodi. probatio: quia ſi theologice probetur ali
qua veritas non formaliter contenta in ſacra ſcriptura:
nec per eccleſiam determinata ad credẽdum: cui etiam
ante huiuſmodi probationem non aſſenſiſſet fidelis: ne
ceſſitatur talis intellectus ad aſſentiẽdum illi: quoniam
impoſſibile eſt naturaliter aſſentire principijs quin aſſen
tiatur concluſioni: ſi appareat euidẽter qđ neceſſario ſe
quitur ex illis. Quo ad aliam partem. patet concluſio:
quia conſtat ꝙ diſcurſus theologicus non cauſat adhe
ſionem in animo alicuius pagani, vel alterius nõ recipiẽ
tis ſacrã ſcripturã ad fidẽ: eſto ꝙ ille ita nouerit ꝯcluſio
nẽ ſequi ex ꝑmiſſis: ſicut fidelis catholicꝰ vel theologus.
¶ Confirmatur etiã iſta ꝯcluſio ex auctoritate Dioniſij
cap. 2. de diui. no. allegata ſuperiꝰ in articulo ſcdo qõnis huius
¶ Tertia cõcluſio ꝓbatur: q: oĩs adherens ſine formidi
ne aliquibus premiſſis: adheret ſine formidine ꝯcluſioni
quã noſcit neceſſario ſeq̃ ex illis: hoc ptz: q: nõ appet: vn
de iſti ꝯtingat formido: q: nec ex ꝑmiſſis: cũ eis aſſentiat
firmiter: ⁊ ſine formidine: nec ex illatione: cũ illã cogno
ſcat eſſe neceſſariã. ¶ Confirmat̃: q: non videt̃ poſſibile
naturaliter: ꝙ aliq̷s euidenter cognoſcat ⁊ indubitanter
aſſentiat: ꝙ añs non põt eſſe veꝝ ſine conſequẽte. Et idu
bitãter aſſentiat antecedẽti: qn indubitãter etiã ꝯſequẽ
ti quod cognoſcit euidenter ⁊ indubitãter eſſe ꝯñs ad il
lud. Premiſſe aũt in diſcurſu theologico debite regula
te ſunt añs ad ꝯcluſionẽ theologicã: ſed dans firmã fide̷
ſacre ſcripture aſſentit indubitãter premiſſis diſcurſus
theologici: vt ptz ex arti. ſcdo. ergo ⁊c̃. ¶ Scdo q: alias
periculoſum eſſet in theologia ſtudere: q: de tali ſtudio
ꝯſurgeret dubitatio circa ſacrã ſcripturã: vbi aũt dubi
tatio eſt: fides non eſt: vt dicit Am. de ſa. li. j. Et Augu. 8. p. x. c. 2.
de tri. vult ꝙ in his que ad fidem ꝑtinent: ſicut ẽ ſcriptu cap. 4.
ra ſacra: nõ licet dicere forte: q: dubitationẽ iportat: vñ
ait. ſalua fide lз dicere forte virgo maria talem facie̷ ha
bebat: forte aũt nõ talẽ: forte aũt de virgĩe natus eſt chri
ſtus nemo ſalua fide xpiana dixerit: ⁊ ſic de ſtudio theolo
gie qs fieret hereticus: ꝯña ꝓbatur: q: quicunq̷ dubitat
de ꝟitate ꝯñtis ⁊ certꝰ eſt de ꝯña eiꝰ ad añs: ꝯſiter dubitat
de ꝟitate añtis. igit̃ ſi theologus de ꝟitate ꝯcluſiõis theo
logice dubitaret: quã vtiq̷ certus ẽ ſeq̃ ex ſacra ſcptura:
ꝯſiter dubitaret de ꝟitate ſacre ſcripture. ¶ Quarta cõ
cluſio faciliter probat̃: q: oĩs aſſenſus abſq̷ euidentia et
formidine eſt fides: hec eſt ſatis clara ⁊ ſententialiter ſu li. pͥo ꝑ.
mitur ab Aug. de ſa. vbi proximo ſupra: ſed adheſio cau x. cap. 2.
ſata in animo firmiter credentis ſacre ſcripture eſt huiuſ
modi: vt patet ex ꝯcluſionibus precedentibus. ergo ⁊c̃.
Ex hoc etiam vlterius patet vt dicebatur: ꝙ habitus ex
huiuſmodi adheſionibus derelictus eſt habitus crediti
uus ⁊ fides quedã habitualis acquiſita: ⁊ per conſequẽs
theologia ſic accepta fides quedã eſt. Ex hoc vlteriꝰ ſeq̃
tur ꝙ theologia ſic accep. nõ põt ab infideli ſic acquiri:
nec eſt poſſibile aliquẽ infidelẽ eſſe theologũ. Et loquor
de infideli ſimplr̃: qualis eſt purus gentilis vel paganus
nulli pti ſcripture ſacre dans fidẽ. Si ꝟo accipiat̃ theo
logia nõ pro hmõi habitu: ſed pro eo vel his quo vel quibꝰ
qs nouit ſenſum ſcripture: ⁊ vnũ dictũ exponere ⁊ ꝓbare
ꝑ aliud: necnon ex eius dictis alia deducere que non for
maliter continentur in ea: huiuſmodi theologia non ſolũ
in fideli: ſed in infideli poteſt acquiri: ſicut eſt clarum.

Ad rationes principales qõis. ¶ Ad pͥmũ cũ aſ
ſumit̃: ꝙ ꝑ theologicũ diſcurſum
acquirit̃ notitia ſuperior fide. Si itelligat̃ de notitia cõ
plexa qua cognoſcit̃ ſic eſſe: ſicut ſignificat ꝯcluſio iſtius
diſcurſus: quicquid ſit de ꝯſequẽtia: nego antecedẽs. Et
cum dicit̃. alias fidelis inutiliter huiuſmodi diſcurſus
theologicos exerceret: nego: quia ꝗuis non acquirat ta
lem notitiam: acq̃rit tamen habitum probandi ex ſacra
ſcriptura theologicam veritatem: ⁊ per conſequẽs defẽ
dendi ⁊ roborandi fidem ꝯtra impios: ⁊ nutriendi in ipſis
fidelibus: necnon ⁊ nouã fidem acq̃rit de his veritatibus
q̃ non ſunt expreſſe contẽte in ſcriptura: nec determinate
ꝑ fidem quas explicite antea non credebat: iſte autẽ non
modicus: ſed valde magnus eſt fructus. ¶ Ad cõfirma
tionem de notitia illa loquendo de qua negatum eſt an
tecedens: concedo ꝙ magnus theologus non habet ma
iorem notitiã ꝙ̃ ſimplex fidelis: nec forte maiorẽ fidẽ: ſal
tem non eſt neceſſariũ de his ita eſſe: que ſimplex fidelis
explicite credit: nihilominus tñ hз aliã notitiã: quã non
hз fidelis ſcilз ꝓbãdi ⁊ defendendi ⁊c̃. vt dictum eſt. Et
de notitia tali vl̃ ſcia loq̃tur ibi Aug. ſicut patet intuẽti.
¶ Ad ſcdm põt dici dupl̃r: vno mõ: ꝙ per ſciam certã in
telligamus clarã viſionem que fidei ſuccedit in pͣa. Et
iſte ſenſus roborat̃ ex dicto eius nono de tri. vbi ait. cer cap. pͥmo.

Digitized by Google

ta enim fides vtrū𝔮 inchoat cognitionem: cognitio vero
certa nõ perficit: niſi poſt hãc vitã: cum videbimus facie
ad faciem. ¶ Scḋo illud poteſt itelligi: ꝙ etiã in hac
vita preſumebat ſe peruẽturũ ad certã ſciẽtiã: deo. ſ. ſpe-
cialiter reuelãte ⁊ illã infundẽte: ſicut plerũ𝔮 feciſſe ve-
re credẽtib' de multis credibilib' pie credẽdũ eſt: ⁊ huic
cap.9. ſenſui fauet dictum eiuſdem. 2. de libe. arbi. d. Neq̃ quiſ𝔮
inueniendo fit idoneus: niſi ante crediderit qḋ eſt poſtea
cogniturus: quapropter dñi p̃ceptũ obtẽperãtes quera-
mus iſtãter: qḋ enim hortãte ⁊ ipo querim' eodẽ ipo de-
mõſtrãte inueniem': quãtũ hoc in vita ⁊ a nobis talib' iue-
niri queũt: nã ⁊ a melioib': ⁊ dũ has terras icolũt et cer-
te a bonis ⁊ pijs oĩb' poſt hãc vitã euidẽtius at𝔮 perfe-
ctius iſta cerni obtineri𝔮 credẽdum eſt: ⁊ nobis ita forte
ſperãdũ eſt: ⁊ hũc ſenſum eũ in verbis allegatis habuiſſe
innuunt etiã clare verba que paulo poſt ſubdit. Sequa-
mur inq̃t eos q̃ nos iuitãt prius credere qḋ nõdũ valem'
intueri: vt ipſa fide valẽtiores facti qḋ credim' itelligere
mereamur: nõ tã hoib': ſed ipo deo mẽtem intrinſecus il-
luminãte at𝔮 firmãte: ſʒ ꝯſtat ꝙ talis ſciẽtia nõ eſt theo-
logia illa q̃ cõmuniter ꝑ theologicoꝝ diſcurſus acq̃rit.
¶ Ad tertiũ dico: ꝙ ſicut patet ituẽti ibidẽ Aug. vocat
ſciẽtiã illũ habitum vel illos: quo vel qb' q̃s nouit defen
dere fidẽ ⁊c̃. vt ſupra dicebat: hoc enim ſcire quodãmo-
do vtiq̃ ſcire eſt: ſed non eſt ſcire ꝙ ita ſit: ſicut ſignificat
concluſio: de quo ſcire erat queſtio preſens ⁊c̃.

¶ Prologi. Queſtio. iij.

Viſo ex q̃ſtione p̃cedẽti ꝙ de obiecto theo
logico nõ acquiritur ꝑ theologicum
diſcurſum ſciẽtia ꝓprie dicta: conſequẽter
quero. Utrum de huiuſmodi obiecto poſſit
haberi ſcientia vel opinio. ¶ Arguit ꝙ nõ.
primo ſic. impoſſibile eſt habitus ſpecifice diuerſos eſſe
de eodẽ ſubiecto: et intelligo ꝑ ſubiectũ illud ꝓ quo ſup-
ponit ſubiectũ ꝯcluſionis: igit impoſſibile eſt diuerſos ha-
bitus ſpecie eſſe de eodem ſubiecto: ex quo vltra ſequi-
tur: ꝙ nulla ſcientia vel opinio poteſt haberi de obiecto
theologico. ſcḋa ꝯſequentia ꝓbat: q: q̃libet ſcia ⁊ q̃libet
opinio ſpecie differunt et diſtinguũtur a theologia: cum
theologia nõ ſit ſcia nec opinio: ſʒ fides vt patuit i q̃ſtiõe
precedẽti. ꝯſequẽtia vero prima patet: q: illud qḋ impor-
tat ſubiectũ eſt pars obiecti: ſicut ſubiectũ pars ꝯcluſio-
nis: ad identitatẽ aũt toti' ſequit idẽtitas partis: añs ꝓ-
3.c.18. bat ex auctoritate philoſophi. 3. de aĩa dicẽtis. Secãtur
ſciẽtie. i. diuidunt quẽadmodũ ⁊ res: igit alia ⁊ alia ſciẽ
tia ſunt de alia ⁊ alia re: ⁊ nõ de eadẽ. ¶ Secũdo. nullaꝝ
rũ ſciẽtiarũ ſpecie differẽtiũ eſt vna ꝯcluſio: igit nec vnũ
obiectũ: patet ꝯſequentia. antecedẽs ꝓbat: q: ſm philo-
ſophũ. 1. poſterioꝝ. nõ ꝯtingit demõſtrãtẽ de genere in ge
nus deſcẽdere: ſed hoc ꝯtingeret ſi eadẽ ꝯcluſio eẽt diuer
ſarũ ſciẽtiarũ: tũc enim ꝑ principia vnius ſciẽtie ꝯtinge-
ret probare concluſionem alterius.

Contra. Deum eſſe eternum ⁊ incorruptibilẽ eſt
obiectũ theologicũ: et de ipſo poteſt ha-
beri tã ſciẽtia q̃ opinio: quia poteſt ꝯcludi tã ꝑ demõſtra
tionem q̃ per ſyllogiſmum topicum. igitur ⁊c̃.

Iſta queſtio poteſt habere duplicẽ intellectũ.
vnũ. vtrũ de eodẽ obiecto de quo
eſt theologia: poſſit haberi ſciẽtia vel opinio: ſiue ab eo-
dem: ſiue a diuerſis. Aliũ vtrũ ab eodẽ homine poſſit ha-
beri theologia et ſcientia vel opinio. Erunt ergo. 4. arti.
in hac queſtione. Primo videbitur de queſtione in p̃mo
ſenſu. Secundo. vtrũ ab eodem homine poſſit haberi de
eodem obiecto ſimul theologia et ſciẽtia. Tertio. vtrum
ab eodem poſſit de eodem haberi ſimul opinio ⁊ theolo-
gia. Quarto. gratia predictoꝝ: vtrum ab eodem de eodẽ
poſſit haberi ſimul ſcientia ⁊ opinio.

Quãtum ad primũ articulũ ꝓpter diuerſitatem
opinantiũ: ⁊ aliqua tacta in argumen-
tis. pono cõcluſiones quattuor. Prima eſt. ꝙ diuerſi ha-
bitus ſpecie poſſunt eſſe de eodẽ ſubiecto. Scḋa diuerſi
habitus ſpecie poſſunt eſſe de eodem obiecto. Tertia di-
uerſorum habituum ſpecie non poteſt eſſe vna concluſio
mentalis: ſcḋo modo poſito in queſtione acquiſita: que. ſ.
eſt ſignũ naturale: ⁊ nõ ad placitũ: q̃uis poſſit vna voca-
lis. ac etiã vna mentalis ſibi ſimilis: ⁊ idipſum ſignificãs
ad placitũ: ſicut in precedẽti queſtione dicebat. Quar-
ta cõcluſio eſt. ꝙ de aliquo obiecto eodem poteſt haberi
ſcientia ⁊ theologia ⁊ opinio. ¶ Primam concluſionem
probo primo ſic. diuerſa ſpecie obiecta ſcibilia habẽt idẽ
ſubiectũ. ergo diuerſi habit' ſpecie poſſunt eſſe de eodẽ
ſubiecto cõſequentia ꝓbatur: q: quorũlibet obiectorum
ſcibiliũ diuerſoꝝ ſpecie: poſſunt eſſe diuerſe notitie ſcien-
tifice: quinimo ſi de quolibet habeat notitia: notitia vni'
differt ſpecie a notitia alterius: ex diuerſis autem noti-
tijs talibus diuerſi habitus ſciẽtiales poſſunt generari:
antecedens ꝓbatur. Nam conſtat ꝙ aliud obiectũ ſcibi-
le eſt ꝙ angulus quilibet rectilineus poteſt diuidi in duo
media: et aliud eſt ꝙ quilibet angulus rectiline' equalis
poteſt eſſe ſuo oppoſito: ⁊ hec duo obiecta habẽt idẽ ſub-
iectum. (angulũ rectilineum: voco eñi ſubiectum nũc il-
lud pro quo ſupponit ſubiectũ propoſitionis: cuius ſigni
ficatum totale eſt hmõi obiectum. ¶ Scḋo intellectus
et ſciẽtia poſſunt eſſe de eodẽ ſubiecto. ergo diuerſi habi
tus ⁊c̃. patet conſequentia: q: intellectus qui eſt habitus
principiorum: alterius rationis eſt a ſciẽtia que eſt habi-
tus concluſionũ. antecedẽs patet: q: idem eſt ſubiectum
minoris ⁊ cõcluſionis in demõſtratione potiſſima: cuius
ambe premiſſe ſunt immediate: minor autẽ eſt habituali-
ter nota per habitũ qui dicitur intellectus: concluſio ꝟo
per ſcientiã. ¶ Tertio contra dictoꝝ eſſe enuntiabilium
poſſunt eſſe habitus diuerſi: igit de eodem ſubiecto di-
uerſi ſunt habitus ſm ſpeciẽ. cõſequẽtia patet: q: ſi in cõ-
tradictorijs eſt idem ſubiectũ: ⁊ habitus contradictionũ
vtriu𝔮 diſtinguit ſm ſpeciẽ: antecedẽs clarũ eſt. Nam con
tingit diuerſos hoĩes diuerſa opinari: vtputa contradi-
ctoria. contingit etiam vnũ hoiem ſcire alterum cõtradi-
ctorioꝝ: vtpote ꝙ diameter non eſt ſymeter: ⁊ aliũ hoĩem
opinari reliquũ contradictoriorũ. ſ. ꝙ diameter eſt ſyme-
ter. ¶ Quarto cõſtat ꝙ de eiſdẽ celis ⁊ de eiſdem aſtris
eſt phyſica et aſtrologia. de eiſdem etiam magnitudi-
nibus phyſica ⁊ geometria: ⁊ multe alie differẽtes ſciẽ-
tie de eiſdem rebus conſiderant: ſicut facile patet intuẽ-
ti. ¶ Ad hoc ſunt auctoritates philoſophi. 2. phy. ⁊ pri- 2. phyſi. 1.
mo ethi. ⁊ Aue. 3. ce. ⁊. 2. phy. ¶ Itẽ. 2. meta. ait. ꝙ cum com. 18.
ens diuidit ſm conſiderationẽ demõſtratiuam intrabit 1. et b. c. 7.
vna natura duas artes: vt cõſilio mathematici ⁊ diuini 3. ce. c. 6.
de numero: et ſilr mathematici et naturalis in corpore et 2. phyſic.
linea ⁊ ſuperficie. Itẽ Euſt. 1. ethi. ſuper illo verbo philo c. 18. ⁊. 71.
ſophi: etenĩ rhetor ⁊ geometer differenter inquirũt rectũ 2. me. 35.
ait: inueniunt eñi multotiẽs differentes methos factas: vel. 1. me.
circa idem ſubiectũ: non ſm eãdem intentionẽ: ſed hanc 19.
quidẽ ſm hoc: illam autẽ ſm aliud propoſitũ. ¶ Ex his Ioã. de ian
poteſt ꝯſequenter apparere falſitas illius opinionis que na. in ꝓlo.
dicit ꝙ ipoſſibile eſt aliquos habitus differre ſpecie: niſi q. 8. ar. 3.
ſint de diſtinctis totaliter / vel partialiter. vcʒ q: vnus in-
cludit aliquã rem infra ſuã cõſiderationẽ quã non inclu-
dit alius: ſicut metaphyſica inquiunt eſt de rebus abſtra-
ctis: de quibus nõ eſt aliqua alia ſciẽtia: q̃uis cõſideret
de his reb' de quibus alie cõſiderãt: ſicut etiã geometria
ad plures lineas ſe extẽdit / q̃ perſpectiua: cũ ꝑſpectiua
de viſuali tm̃ conſideret: ſic etiam de phyſica dicunt que
lʒ ſit cõſideratiua oĩm: de quib' tam𝔮 de obiecto eſt geo-
metria: de pluribus etiã alijs cõſiderat de quib' nõ illas

vt de qualitatibus ſenſibilib⁹ de materia ꝛ alijs multis.
¶ Ex p̄dictis patet falſitas huius opinionis dicte ꝛc̄.
Primo quia ꝓbatū eſt ꝙ de eodē ſubiecto poſſunt eē di
uerſi habit⁹ partiales: vocādo habitū partialē q̄ eſt vni⁹
ꝯcluſionis tm̄. totalē vero vocādo illū habitū q̄ eſt pluriū
concluſionū: ſiue ſit vnus eſſentialiter ſiue collectio plu-
rium de quo infra inquiretur: ſic vſum eſt vocare vnam
ſcientiam geometriam vel geomet. omnium concluſio-
nū: quaꝝ doctrina traditur ab Euclide: ꝛ ſimilr̄ phyſicā
et metaphyſicam: et ita de alijs: de quarū qualibet mul-
te ꝯcluſiones ſeu multarū cōcluſionū ſignificata ſciūtur.
igiꝛ nihil prohibet de eiſdem reb⁹ precipue eſſe diuerſos
habitus totales: patet ꝯſequentia: q2 ex alijs et alijs par-
tialib⁹ alij ꝛ alij totales ſunt. ¶ Confirmatur. nam ꝯſtat
ꝙ illa pars philoſophie totalis que eſt de corporibus ce-
leſtib⁹: ꝛ eorū motib⁹: nō diſtinguiꝛ ab aſtronomia: ꝑ hoc
ꝙ alia pars phyſice eſt de alijs reb⁹: de qb⁹ nō eſt aſtro-
nomia: imo ſi nulla alia pars philoſophie eſſet: vel etiam
nulla alia res naturalis: adhuc phyſica de celo eēt alius
habit⁹ ſm ſpeciē ab aſtronomia. ¶ Secundo. q2 de qui-
buſcūqꝫ poteſt eſſe ſciētia poteſt eſſe opinio. igiꝛ de eiſdē
precipue cōtingit eſſe habitus totales diſtinctos ſpecifi-
ce. patet ꝯſequētia. cum opinio ꝛ ſciētia ſpecifice diſtin-
guaꝛ. antecedēs patet: quoniā omne qꝺ poteſt demōſtra
ri poteſt etiā ꝓbabiliter cōcludi ꝛ conformiter aſſentiri.
T.cō.5. ¶ Confirmaꝛ ex intētione philoſophi. 4. metaphyſi. di-
cētis ꝙ circa idem genus verſatur ſophiſtica ꝛ dialecti-
ca cū phyſica: ꝛ loquiꝛ de dialectica vtēte et nō docente
iuxta diſtinctionē expoſitorū: ꝛ ſequiꝛ. eſt aūt dialectica
Cōmē.5. tētatiua de qb⁹ philoſophia eſt ſciens: vbi Cōmentator.
Commune eſt: inq̄t: eis loq̄ de ente: ꝛ q2 ꝯueniūt ſubiecto
deducit. ſ. Ariſto. modū ſm quem differūt. Et dicit. ſciē-
tia enim ꝛc̄. id eſt genus omniū iſtorū triū: in quo cōſide-
rant eſt vnum: ꝛ eſt ens ſimpliciter: ſed philoſophia vera
differt a logica ꝑ modū ſciētie: philoſophia enim cōſide-
rat de ente ꝯſideratione demonſtratiua: logica vero con
ſideratione probabili: hec Commētator. Ex his patet ꝙ
de quibuſcūqꝫ reb⁹ poſſunt eſſe ſciētie: poſſunt eſſe ꝛ opi
Argu. pro opi. Ioā. de lana. niones. ¶ Arguiꝛ aūt ꝓ opinione illi⁹ tripliciter. Et pri-
mo auctoritate philoſophi. 3. de anima allegata in prima
ratione facta ad queſtionē. ¶ Secūdo. q2 omnis ſciētia
vbi ſupra 3. de aīa. probat aliquā paſſionē de ſuo ſubiecto: quā alia nō pro-
bat: igiꝛ habet aliud ſubiectū. ¶ Tertio. q2. 6. metaphy.
T.c.18. dicit philoſophus ꝙ ſi non eſſet ſubſtātia ſeparata: phy-
6. meta. ſica eſſet prima philoſophia: igiꝛ ſi nūc metaphyſica di-
T.cō.4. ſtinguiꝛ a phyſica: hoc eſt q2 ꝯſiderat de ſubſtātijs abſtra-
ctis: de qb⁹ nō ꝯſiderat phyſica. ¶ Quarto. ad idē indu-
Cōmē.16. ci pōt auctoritas Cōmētatoris: q̄uis ipſi eā nō inducāt.
T.c.16. Ait enim. 2. metaphyſi. ſuper illo verbo philoſophi. vi-
detur enim ꝙ quelibet natura habeat materiam. inquit.
Videtur enim ꝙ omne ens habeat cauſam materialem:
et ſi ita eſt nulla ſcientia eſt alia a ſcientia naturali. Fun-
datur autē hec ꝯſequētia ſuꝑ hoc ꝙ de omni re habente
materiā habet ꝯſiderare naturalis. Ex eius aūt ꝯſequē-
te inferꝛ vlterius ꝙ ſi eſt nūc aliqua ſcientia a naturali:
illa vtiqꝫ eſt de reb⁹ carētib⁹ materia: de qb⁹ nō eſt phy-
Ad primuꝫ argu. pro opi. Ioā. de lana. ſica. ¶ Ad primū dico ꝙ pariter ꝑ illā auctoritatē ꝓba-
reꝛ ꝙ nec etiā due ſciētie partiales poſſunt eſſe de eadē
re. cuius oppoſitū manifeſte eſt oſtenſum. Secūdo ꝙ il-
la verba philoſophi nō ſcribunꝛ ad ꝓpoſitum illud. non
enim vult dicere philoſophus ꝙ diſtinctio ſcientiarum
ſit ſm diſtinctionē rerū ꝛ ecōtra. nec hoc facit ad ꝓpoſi-
tū ſuū: ſed vult dicere ꝙ ſimili diuiſione diuiduntur res
ꝛ ſciētia atqꝫ ſenſus ſcꝫ diuiſione ſm actū ꝛ potentiam.
Cōmē.18. vnde Cōmētator. exponēs illud qꝺ allegatū eſt: ſecatur
igiꝛ ſcientia ꝛ ſenſus in res: que quidē potentia in ea que
ſunt potētia ꝛc̄. inq̄t. Cum poſuit ꝙ anima eſt quodāmo-
do anima: incepit declarare illū modū: dicit dicam⁹ ꝛc̄.
quia differentie entium quib⁹ diuiduntur cum differen
tijs anime ſunt eedē ꝛ ſunt potētia ꝛ actus. Sicut enim
ꝛ itellect⁹ ꝛ ſenſus ſunt potētia aut actu: ita oē ſenſibi-
le aut itelligibile eſt aut potētia aut actu: ꝛ cū ita ſit ſi ſen
tiens eſt in potētia: ſenſatū erit in potentia. Et ſi fuerit in
actu: ſenſatū erit in actu: ꝛ ſic eſt de itellectu cū itellecto.
Et ex hoc ꝯcludit ipſe ꝛ philoſoph⁹: ꝙ ſciēs eſt quodāmō
ſcitū ꝛ ſentiēs ſenſatū. Et quia hoc nō pōt eē ſm eſſentiā
ſuā: q2 lapis nō eſt in aīa: nec in ea erit: ſed ſm ſimilitudi-
nē ꝛ ſpeciē. Et ideo ꝯcludit ꝙ itellect⁹ eſt ſpecies ſpecie-
rū: ꝛ ſenſus ſpecies ſenſibiliū. patet autē ꝙ iſta nō faciūt
ad ꝓpoſitū. ¶ Ad ſcðm dico p̄mo. ꝙ ꝯſequētia nō eſt ne-
ceſſaria. Nam de eodē ſubiecto poſſunt diuerſi artifices
diuerſas paſſiones demōſtrare: ſicut de aſtris alias paſ-
ſiones ꝓbat Aſtrolog⁹: alias ꝓbat phyſicus. Et de ma-
gnitudinib⁹ alias ꝓbat paſſiōes phyſicus: alias geome-
tra. ¶ Scðo dico. ꝙ ſi in antecedēte accipiaꝛ ſcīa cōiter
ꝓ partiali et ꝓ totali: ptꝫ tm̄ eē falſum: qm̄ eādē paſſio-
nē de eodē ſubiecto diſticte ſcīe partiales ꝓbāt: vt in ſe-
quētib⁹ patebit. ¶ 3. Quicq̄d ſit de habitib⁹ ſciētificis:
vniuerſalr̄ tn̄ de habitib⁹ loquēdo: illud aīs nō eſt verū.
nā oēm paſſionē quā ꝓbat de aliquo ſubiecto ſcīa phyſi
ca: ꝓbare etiā pōt de eodē ſubiecto opinio phyſica: q̄ tn̄
habit⁹ ſpecie diſtiguunꝛ. ¶ Ad tertiū dico. ꝙ nō eſt iten
tio philoſophi ꝙ phyſica eſſet p̄ma philoſophia. i. meta-
phyſica. In hac eīn ſignificatōe aliq̄n vtiꝛ iſto termino
cōplexo p̄ma philoſophia: ſꝫ itēdit ꝙ eēt philoſophia pri
ma. i. vniuerſalis et cōmunis: qua nulla eſſet cōmunior.
ita ꝙ ly prima: p̄cipue exponiꝛ negatiue ꝛ itelligiꝛ de pri
mitate cōmunitatis. ptꝫ aūt hāc eſſe itētionē eius. nā de
tali p̄mitate loquiꝛ philoſoph⁹ ibi. ait eīn. dubitabit ali- T.cō.3.
quis vtrū philoſophia ſit vniuerſalis aut circa aliqꝺ ge-
nus ꝛ naturā vnā: ꝛ ꝯcludit ꝙ eſt vniuerſalis: q2 eſt circa
oīa: et q2 ſi nō eſſent ſubſtātie ſeparate phyſica eſſet circa
oē ens: ideo eēt vniuerſalis ꝛ p̄ma. Similr̄ Cōmētator Cōmē.
ibi dicit exponēdo ſi nō eēt hic alia ſubſtātia a ſēſibili nō
eēt aliqua ſcīa p̄or naturali: quare auctoritas illa non va
dit ad propoſitū. nā eſto ꝙ nulla eēt cōmunior ea adhuc
poſſet eſſe aliqua alia ab ea: ſicut ꝯſideratio metaphyſici
de magnitudine alia eſt a ꝯſideratiōe geometre: ꝛ tn̄ non
eſt aliqua magnitudo naturalr̄ abſtracta. ¶ Ad quartū
etiā eodē mō nō intēdit Cōmētator ꝙ nō eēt aliqua alia
ſcīa diſticta a naturali. Cōſtat eīn ꝙ adhuc mathemati-
ca eēt alia a phyſica: ſꝫ vult ꝙ nō eēt alia cōmunior: ꝛ de
aliqb⁹ ꝯſiderās: de qb⁹ ipſa nō ꝯſideraret: q2 tūc ipſa ꝯſide-
raret de oīb⁹ reb⁹: ꝛ hec ſolutio roboratur ex precedente.
¶ Secūda ꝯcluſio ꝓbaꝛ. primo qm̄ de ſic eſſe ſicut ꝯclu
ſio aliqua vna ſignificat pōt haberi ꝑ vnū hoīem ſcīa ꝛ ꝑ
aliū opinio: ꝛ iteꝝ ꝑ aliū fides: ſicut ꝛ eidē enuntiabili qs
pōt aſſentire ꝑ demōſtrationē quā habet circa id: ali⁹ p̄ci
pue ꝓpter ꝓbabile mediū: alius autē ꝓpter auctoritatē
p̄cipue. cōſtat aūt ꝙ p̄dicti habit⁹ iter ſe differūt ſpecie.
igiꝛ ꝛc̄. ¶ Secūdo. de aliquo obiecto ꝓpōnis pōt habe-
re vn⁹ notitiā cōplexā mediāte notitia ſimplr̄ intuitiua
rei: de quo ali⁹ habet notitiā ꝑ demōſtratiuū diſcurſum:
ideo de eodē obiecto poſſunt eē habit⁹ ſpecifice diſticti.
pꝫ ꝯñtia: qm̄ nō pl⁹ īpoſſibile eſt de habitib⁹ q̄ꝫ de actib⁹:
aīs pꝫ. nā beat⁹ ꝟtute itūitiua notitie quā habet de deo
euidēter nouit deū eē: qꝺ aliq̄s viator nouit ꝑ ſciam acq̄-
ſitā ꝑ demōſtrationē. ¶ Tertio nō min⁹ ꝯtigit habit⁹ di-
uerſaꝝ rōnū eſſe de eodē obiecto q̄ꝫ notities: ſed ſcðm de
facto ꝯtigit in beatis: q2 ſm Augu. de reb⁹ habēt notitiā
in verbo: ꝛ notitiā in ꝓprio genere: q̄ notitie nulli dubiū ꝙ
debēt dici ſpecie diſtigui: ptꝫ cū quātūcūqꝫ itēderenꝛ no-
titia in ꝓprio genere nūq̄ꝫ equareꝛ in ꝑfectione notitie in
verbo: igiꝛ ꝛc̄. ¶ Quarto. quelibet aſtronomia a quali-

Digitized by Google

bet phyſica diſtiguiť ſpecie:aliqua ſũt aſtronomia ⁊ aliqua phyſica ſunt de eodẽ obiecto. nã ꝙ aſtra ſint ſpherica ⁊ ꝙ terra ſit rotũda ꝑ phyſicam ſciť:⁊ ꝑ aſtronomiã:ſicut patet. 2.celi.vbi phyſice ꝓbať pͥmũ ex eo ꝙ aſtra nõ moueňť recte: et aſtronomice ex eo ꝙ eclipſes ſolis ſiunt arcuales ⁊ hãc ꝓbationẽ ptinere ad aſtrologiã dicit expreſſe Philoſophꝰ i textu.⁊ Cõmẽtator ibidẽ:⁊ pͥmã dicit eẽ naturalẽ. Secũdo etiã ꝓbať in eodẽ libro phyſice ꝑ equalẽ tẽdẽtiã partiũ ad cẽtrũ:et aſtronomice ex eo ꝙ eclipſes lune ſemꝑ ſiũt arcuales: ⁊ ꝙ pͥma ꝓbatio phyſica ſit.ſcđa ꝟo nõ:ſȝ mathematica:pȝ ibidẽ ꝑ Cõmẽ.vbi dicit etiã ꝙ tales.ſ.mathematicas facit Philoſophꝰ ad ꝯfirmãdũ.nõ ꝗ ſint inate poni in hac ſcia.ſ.q̃ dꝛ phyſica. Idẽ etiã dicit Auic.primo ſufficiẽtie de iſtis ꝓbatiõibꝰ naturali ⁊ aſtronomica:ꝙ terra ſit rotũda. ¶ Quito.de eodẽ obiecto põt haberi ſcia ⁊ ꝑ demõſtrationẽ a p̃ori et ꝑ demõſtrationẽ a poſteriori.ſcia autẽ acq̃ſita ꝑ demonſtrationẽ a p̃ori alia eſt ſpecifice a ſcia acq̃ſita ꝑ demonſtrationem a poſteriori.vnde ſicut ꝑ mediũ ꝓbabile non acquiritur habitus ſcientificus:ſed alterius rõnis:nec ꝑ mediũ demonſtratiuũ acquiriť habitus eiuſdẽ rõnis cũ eo:q̃ acquiritur ꝑ mediũ ꝓbabile:ita ratiõabiliter videť dicẽdum ꝙ etiã ꝑ media demonſtratiua alterius ⁊ alterius rõnis habitꝰ etiã alteriꝰ ⁊ alteriꝰ ratiõis generetur.

T.c.59.et t.c.108.et 109.

Cõmẽ.108 t.109. cap.8.

¶ Iſte due vltime rationes non efficaciter couincerent proteruũ. fundantur enim ſuper hac radice ꝙ media diuerſarũ rationum circa idẽ obiectum cauſant actꝰ ⁊ habitꝰ diuerſarũ rationũ:qđ ideo ꝓteruus negare poſſe videreť:q: in alijs videmus ab aliq̃bꝰ cauſis diuerſarũ rationum:effectus eiuſdẽ ratiõis ꝓduci:ſicut eiuſdẽ rationis calorem ab igne ⁊ a ſole videmus ꝓduci. Et quia forte nõ poteſt euidẽs ratio aſſignari quare ex diuerſis medijs nõ ſiãt ſimiles habitus ſicut ex alijs quibuſdã cauſis differẽtibus ſpecie ſiũt eiuſdẽ rationis effectus.ideo forte non poteſt predicta proteruia euidenter excludi:verũtamẽ q: nulla apparet impoſſibilitas ꝙ de eodem habeãtur actus ⁊ habitus diuerſarũ rationũ:⁊ ideo ꝓbabilius videť dici ꝙ vniuerſaliter ex medijs alijs ⁊ alijs ſm ſpeciẽ alij ⁊ alij actꝰ ⁊ habitꝰ circa illud qđ ꝑ ꝯcluſionem ſignificať:cauſanť. Alias poſſet dici:nec videreť maior ꝓteruia:ꝙ ex medio theologico et ex medio demõſtratiuo cauſantur habitus eiuſdẽ rõnis:⁊ ꝙ viſio albedinis ⁊ viſio nigredinis ſunt eiuſdẽ rõnis:cũ non aliũde q̃ȝ ex diuerſitate cãȝ.ſ.albedinis ⁊ nigredinis videatur eaȝ dĩa poſſe ꝯcludi:quorũ tñ nullũ aliq̃s dicit quẽ videri. Ideo ꝓbabilꝰ videnť cõcludere rõnes p̃dicte. ¶ P. Siľr dici poterit ꝙ ex actibꝰ diuerſaȝ rõnũ cauſãť habitꝰ morales ⁊ intellectuales etiã eiuſdẽ rõnis:⁊ ſic exſcribere ⁊ cytharizare eiuſdẽ rõnis habitꝰ generãtur:⁊ ex aggredi terribilia ⁊ tribuere ꝓꝑa idẽ habitꝰ moralis acq̃ritur:⁊ ſic vlr ꝑibit oĩs via cognoſcẽdi diſtictionẽ habituũ ſpecificam. ¶ P. Quãuis a cauſis diuerſaȝ ſpẽȝ ꝓueniãt aliq̃ effectꝰ eiuſdẽ rõnis:a q̃buſlibet tñ ꝓueniũt effectꝰ diuerſaȝ rationũ:ſed q̃ effectꝰ diuerſi ꝓueniãt ex medijs diuerſis niſi aſſenſus vel habitus ꝯſequẽtes:non apparet:⁊ ſi aliquos alios aſſignares.ita tibi faciliter negabo de illis ſicut tu mihi de iſtis. ¶ Ex hoc vlteriꝰ infero ꝙ nõ eſt vera opinio dicẽtiũ ꝙ ad diſtictionẽ ſciaȝ requiritur diſtictio ſubiectorũ vel predicatorũ:ita ꝙ non eſt poſſibile diuerſarũ ſciẽtiarũ eſſe eãdẽ cõcluſionem. Nam inquiunt. ĩpoſſibile eſt reſpectu eiuſdẽ ꝯcluſionis ſimpľr ſint actus ſciẽdi diſtincti ſpecie. ¶ Iſtud aũt motiuũ nullam habet rationem probabilitatis: tum quia nõ videť poſſibile minus ꝙ reſpectu eiuſdem complexi ſint notitie complexe et actus ſciendi diſtincti ſpecie:q̃ȝ ꝙ eiuſdem obiecti ſint notitie incomplexe diſtincte ſpecie. Conſtat autẽ ꝙ notitia intuitiua:quã angelus habet de albedine:⁊ intuitiua:

quam habet homo:⁊ ſenſitiua quã habet brutum de eadem albedine non ſunt eiuſdem rationis.tum etiam quia non obſtante identitate obiecti complexi ſtat diuerſitas ſpecifica actuũ aſſentiendi ſcientifici ⁊ opinatiui. ¶ Tertia concluſio probatur: quia habituum ſpecie differentium ſunt actus proprij ſpecie differentes: igitur hmõi habituum mentales concluſiones: de quibus eſt ſermo: ſunt ſpecie differentes. Antecedens notum eſt ex ſecũdo ethicorum:conſequentia probatur quoniaȝ aſſenſus ſciẽtialis eſt proprius actus ſcientie:et aſſenſus opinatiuus opinionis:⁊ aſſenſus creditiuus ſeu credere eſt actus fidei:quilibet autem iſtorum aſſenſuum eſt quedam mẽtalis concluſio:vt ex precedenti queſtione patet. igitur ⁊c. Non obſtante igitur identitate obiecti:quod eſt totale ſignificatum concluſionum mentalium diuerſorum habituum ſtat diuerſitas concluſionum ipſarũ:ſicut etiã ſtat ⁊ diuerſitas concluſionum ⁊ mentalis ⁊ vocalis et aſſenſuum predictorum ⁊ ipſorum habituum habentiũ idipſum obiectum. ¶ Quarta concluſio probatur faciliter. ſicut de eodem aliquo obiecto.ꝟ.g. ꝙ deus eſt incorruptibilis:vel ꝙ cuiuſlibet hoĩs eſt aĩa ſibi propria. põt q̃s habere aſſenſum euidentem per mediuȝ demonſtratiuũ ⁊ alius aſſenſum certũ:ſed in euidentẽ ꝑ mediũ theologicũ:⁊ alius aſſenſuȝ formidinoſum per mediũ aliqđ ꝓbabile.igiť de eodẽ obiecto põt haberi theologia ⁊ ſcientia ⁊ opinio.añs ꝑ experientiã põt faciľr cognoſci.ꝯña pȝ: ſi loq̃mur de theologia q̃ eſt actꝰ ſcđs:⁊ ſiľr de ſciẽtia ⁊ opinione:q: tales aſſenſus ſunt hmõi actꝰ. Si etiaȝ loq̃mur de theologia ſcia ⁊ opiniõe habitibꝰ idẽ pȝ:q: ex frequẽtatione talium actuũ hmõi habitus generantur.

Pro ſecundo articulo ſciendum eſt ꝙ (vt pȝ ex precedenti q̃õne) theologia põt accipi dupľr. vno mõ ꝓ habitu vel habitibꝰ:quo vel q̃bꝰ q̃s nouit ſenſum ſacre ſcͥpture:⁊ ſcit vnũ dictũ eiꝰ ꝑ aliud exponere ⁊ ꝓbare:necnõ alia q̃ nõ ſm ſe formaľr ꝯtinentur in ip̃a ex his q̃ in ip̃a ꝯtinenť: deducere ⁊ inferre: et penes hũc modũ põt accipi theologia etiã ꝓ actu vel actibꝰ predictoȝ habituum. Alio mõ põt accipi theologia ꝓ aſſenſu tã actuali q̃ȝ habituali in aĩo fideli acq̃ſito ꝑ diſcurſũ theologicũ de obiecto theologico. ¶ Iuxta hoc pono ꝑ articulo iſto quatuor concluſiones. Prima eſt: ꝙ theologia primo modo accepta ſiue pro actu ſiue pro habitu ſumatur compoſſibilis tam habitui q̃ȝ actui ſciẽtie in eodem homine circa idem obiectũ. Tres ꝯcluſiões alie ſũt de theologia ſcđo mõ accepta. Et vna eſt theologia actꝰ non eſt compoſſibilis ſcientie actui.ſeu ꝙ impoſſibile eſt eundem eidem obiecto aſſentire actu ſimul aſſenſu ſcientiali ⁊ aſſenſu theologico. ¶ Alia.ꝙ theologia actꝰ compoſſibilis eſt ſcientie habitui:⁊ theologia habitus ſciẽtie actui. ¶ Vltima eſt.ꝙ theologia habitus non ẽ ꝯpoſſibilis ſcientie habitui.⁊ intelligo in omnibus predictis de compoſſibilitate in eodem ſubiecto et de theologia cum ſcientia eiuſdem obiecti. ¶ Probo primaȝ concluſionẽ ſic:ꝯtingit aliquẽ ſcientẽ demõſtratiue: ꝟbi gr̃a:deũ eſſe eternũ.vel nõ omniũ hominũ vnicã eſſe aĩaȝ: aut aliquid aliud theologicũ prõpte ⁊ faciľr idipſum theologice probare:⁊ econuerſo ꝯtingit aliquẽ habentẽ hmõi habitum theologicũ prõpte ⁊ faciľr ꝓbare idipſum ſeu demõſtrare.ergo ſcia hitus cõpoſſibilis ẽ tã habitui theologico q̃ȝ actui.⁊ theologia hitus ꝯpoſſibilis eſt actui ⁊ hitu ſcialĩ añs ex experiẽtia notũ eſt:ꝯñtia ꝓbať: q̃a prõptitudo et facilitas exeundi in actum prouenit ex habitu :vt docet experientia.⁊ pȝ ſcđo ethicoȝ.omne igitur cõpoſſibile actui prompte ⁊ faciľr elicito ꝯpoſſibile eſt habitui quo mediãte eliciť.nã eiuſdẽ potẽtie ſunt actus ⁊ hitus quo mediãte eliciť:⁊ loquor de promptitudine que per ſe ꝓuenit ex frequẽtatione p̃cedẽti ſiſium actuũ:qualẽ ꝯſtat cap.pͥm

eſſe ꝓmptitudinē hui⁹ diſcurſus eliciēdi. ¶ Scḋo eſt
actu atqꝫ habitu ſciēdi ſic eſſe ſicut ɔcl'o aliq̄ ſignificat cō-
poſſibilis eſt habit⁹ ꝓbādi ⁊ deducēdi ei⁹ ɔtradictoriū.
igitur cū actu ⁊ habitu ſcie cōpoſſibilis eſt theologia pri
mo mō ſumpta circa idē obiectū. aňs pꝫ: q̄ꝛ multi ſunt
q̄ ex habitu ꝓ̄pti ſunt cōcludere aliquā ɔcl'onē ꝑ aliqḋ
mediū thopicū: cui⁹ oppoſitū ꝓ̄pti ſunt demonſtrare ꝑ
ſciam: ⁊ dū actualr̄ ipam demōſtrāt nō min⁹ ꝓ̄pti ſunt
elicere hmōi thopicū diſcurſum ɔcl'onis oppoſite: ⁊ hoc
maxime pꝫ in his q̄ ꝑus opinati ſunt oppoſitū q̄ꝫ demon-
ſtrationē ei⁹ qḋ ſimul acciperēt. ɔňa pꝫ: q̄ꝛ nō min⁹ ſunt
cōpoſſibiles habit⁹ ⁊ act⁹ ſcie cū alio habitu deductiuo
alterius rōnis de eodē obiecto: q̄lis eſt theologia: de qua
loq̄mur: q̄ꝫ cū habitu deductiuo alteri⁹ rōnis ⁊ oppoſiti
obiecti: imo magis apparet poſſibile. ¶ Ex iſtis rōnib⁹
habetur ꝙ tā habit⁹ theologic⁹ actus cōpoſſibilis eſt ha
bitui ſcie ⁊ ecōuerſo tā habit⁹ ſcie q̄ꝫ act⁹ cōpoſſibilis eſt
habitui theologico. ex hoc aūt vlteri⁹ ꝓbaꝛ ꝙ act⁹ eſt cō
poſſibilis actui quātū eſt de ſe. nā quorūcūqꝫ habituum
naturalr̄ acq̄ſitoꝝ ſimul cōpoſſibiliū act⁹ etiā ſunt quātū
eſt ex ſe cōpoſſibiles: dico aūt quātū eſt ex ſe: q̄ꝛ forſitā vi
deretur aliq̄b⁹ ꝙ potētia nō ſit naturalr̄ capax multoꝝ
actuū ſimul: aut nō tot quot partialr̄ ɔcurrūt ad act⁹ de
q̄b⁹ eſt ſermo. Si tñ eſt naturalr̄ capax eoꝝ vl' oīm quoꝝ
habit⁹ hꝫ: oēs ſimul hr̄e poſſet. ¶ Secundā ɔcl'onē ꝓbo
rōne cōi ſic. ipoſſibile ē idē obiectū ſimul eē eidē actualr̄
notū: et nō eē actualr̄ notū: igr̄ ipoſſibile eſt idē obiectū
ab eodē actu ſciri ⁊ actu credi: ⁊ accipio hic credere non
cō iter ꝓ aſſenſu: ſꝫ ſpālr̄ ꝓ aſſenſu fidei ɔdiſtīcto ꝯ ſcien-
tifico: opinatiuū: ⁊ ſuſpicioſum. et q̄ vltra ſeq̄tur ꝙ ipoſſi-
bile eſt eūdē ſcire aliqḋ obiectū et eidē aſſenſu theologi-
co aſſentire: cū talis aſſenſus ſit q̄dā credulitas et fides:
vt pꝫ ex ꝓcedēti q̄ſtiōe: aňs pꝫ. ɔňa ꝓbaꝛ: q̄ꝛ oīe qḋ q̄s
ſcit ē illi notū habitualr̄ ſi habitualr̄. actualr̄ ſi actualr̄.
⁊ nullū qḋ q̄s credit ē ei notū. nā noīe fidei ſic accepte ni
hil aliud itelligim⁹ q̄ꝫ aſſenſum nō euidētis ⁊ nō apparē
tis ſeu icogniti. vñ Aug. in enc b. ait. Nā qḋ attinet ad nō
videre ſiue q̄ creduntur ſiue q̄ ſperanꝛ fidei ſpeiqꝫ cōe eſt.
in ep'la q̄ppe ad Hebre. qua teſte vſi ſunt catholice fidei
illuſtres ac regule defenſores: fides etiā dicta eſt ɔiectio
reꝝ q̄ nō videntur: q̄buis q̄ñ ſe q̄ſqꝫ nō ꝓbis: nō teſtib⁹: non
deniqꝫ vllis argumētis: ſꝫ ꝓ̄ſentiū reꝝ euidētie crediſſe
hoc eſt fidē accōmodaſſe dicit. nō ita videaꝛ abſurdū: vt
recte reprehēdatur in verbo: eiqꝫ dicaꝛ. igr̄ vidiſti ⁊ non
credidiſti. vnde putari poteſt eſſe ɔſequēs vt non videaꝛ
res q̄cūqꝫ creditur. Sed melius hanc appellamus fidē:
quā diuina eloq̄uia docuerūt: eaꝝ. ſ. reꝝ que nō videntur.
de ſpe quoqꝫ Apoſtol⁹ ait. ſ. ad Romanos. Spes que vi-
detur non eſt ſpes: qḋ enim qui videt qui ſperat? Ex qua
auctoritate patet. p̄mo tā ꝑ Apoſtolū: q̄ꝫ ꝑ Augu. ꝙ fi-
des eſt eoꝝ que non ſunt euidētia credenti. ¶ Secūdo
concluditur idem per illud qḋ ait Apoſtol⁹. et etiā Aug.
de ſpe. non enim ſpes potius de non viſis ⁊ incognitis eſt
q̄ꝫ fides cum hoc formaliter in diffinitiōe fidei ponatur.
Item. 8. de tri. Credimus iquit dominū ieſum chriſtū na
tū de virgine que Maria vocabatur. quid ſit aūt virgo: ⁊
q̄d ſit naſci: et q̄d ſit nomē ꝓpriū nō credim⁹: ſed prorſus
nouimus. ecce qḋ nos credere negat ea que nouim⁹. Itē
lib. 13. vnuſq̄ſqꝫ ſui animi cōſcius nō credit vtiqꝫ hāc eſſe
ſuā ſꝫ plane ꝑuidet volūtatē: ⁊ in plurib⁹ alijs locis eādē
penit⁹ ponit ſniam. ¶ Ad hāc dupl'r cōſueuit reſpōderi.
¶ Primo ad aňs dicēdo nō eē icōuenitēs idē eidē notū
eē ⁊ ignotū: dūmō hoc nō ſit ſm idē: ſꝫ ſm aliud ⁊ aliud:
ſicut idem lac eſt ſimile margarite ſm albedinē ⁊ non eſt
ei ſimile ſm dulcedinē: ſed diſſimile potius. ¶ In ꝓpoſi
to dr̄ ꝙ idē obiectū eſt eidē notū ꝑ ſciam ⁊ nō eſt eidē no-
tū ꝑ fidē ſꝫ poti⁹ ignotū: ⁊ ꝑ ɔňs nō ſm idē notū ⁊ ignotū.

¶ Scḋo dicitur ꝙ ɔňa nō valet: q̄ꝛ ⁊ ſi ſit euidēs ꝑ ſcien
tiā illud qḋ ſciꝛ: non tñ eſt ieuidēs per fidē illud qḋ credi
tur: fides eñ ſi faciat euidentiā: non tñ facit ineuidētiā: ⁊
indifferēter pōt eſſe euidētis ⁊ nō euidētis: in quo differt
a ſciētia que non euidētis eſſe non pōt. ¶ Contra reſpō-
ſionem p̄mā. ipoſſibile eſt alicuius cōtradictionis vnā
partē eſſe verā per vnā cauſam ⁊ reliquā etiam eſſe verā
per alterā cauſam. alias ego poſſem vnā partē verificare
et tu aliam. Et ſic tu ⁊ ego ſimul poſſemus facere duo cō
tradictoria eſſe ſimul vera: qḋ eſt abſurdū. ¶ Unde nul-
la cōtradictoria de quibuſcūqꝫ ſint predicatis abſolutis
vel relatiuis: ſeu cōnotatiuis ſubſtātialibus vel acciden-
talibus ſiue i deo ſiue in creaturis. verificari poſſunt nec
ſm idem nec ſm diuerſa. Exemplum quod inducitur nō
eſt ad propoſitum: q̄ñ iſte nō contradicunt. hoc lac eſt ſi-
mile huic margarite per albedinem. hoc lac nō eſt ſimile
margarite per dulcedinē: eiſdē vtrobiqꝫ demōſtratis: cū
non ſint ijdē termini penitus ⁊ a parte ꝓ̄dicati ⁊ ſubiecti
vtriuſqꝫ: ſed vtiqꝫ he due ɔtradicunt. hoc lac nō eſt ſimile
huic margarite: ⁊ hoc lac eſt ſimile huic margarite: qua-
rum altera tñ eſt vera: etiā ſimiliter ſi dicaꝛ: hoc lac eſt
ſimile. hoc lac nō eſt ſimile. contradictorie ſunt ſi termini
vniuoce accipiātur: ⁊ ſimul verificari nō poſſunt: ⁊ ſi di-
catur ꝙ idē pōt eſſe ſimile vni et non ſile alteri: et per ɔňs
ſimul verificari: negāda ē ɔňa: q̄ñ ſi eſt ſile vni aut alicui
hec eſt vera. hoc eſt ſile. nam ſequitur. hoc eſt ſile huic vel
illi. igitur eſt ſimile. negatiua ꝓ̄o erit falſa: non eñ ſequi-
tur. hoc nō eſt ſile huic vel illi. igitur nō eſt ſile: ſꝫ ecōuer-
ſo ſequaꝛ: q̄buis igitur he poſſunt ſimul eſſe vere: hec pro-
poſitio ſeu hoc obiectū eſt euidēs huic ꝑ ſciētiā: hoc ob-
iectū nō eſt huic euidēs per fidē: que nō ſunt cōtradicto-
rie. he tñ. hoc eſt euidēs. hoc non eſt euidēs huic eidē: tñ
hincinde demōſtratis et terminis vniuoce ſumptis nūq̄ꝫ
poſſunt ſimul eſſe vere: nunc aūt ſequiꝛ. hoc eſt ſcitum ab
iſto. igitur hoc eſt euidēs iſti: ⁊ ſequitur etiā. hoc eſt cre-
ditū ab iſto. igitur nō eſt euidēs iſti: quare reſponſio p̄i-
ma nō valet. ¶ Scḋa reſponſio eſt inſufficiēs: q̄ꝛ lꝫ fides
non faciat ineuidēs illud qḋ creditur: non poteſt tñ eſſe:
niſi credenti ineuidens ſit qḋ creditur: ideo falſum eſt qḋ
aſſumit reſponſio. vꝫ ꝙ fides pōt eſſe indifferēter euidēs
et ineuidēs. nā ſm hoc ſequitur ꝙ de primis principijs ⁊
propōnibus ꝑ ſe notis/ ſeu de ſignificatis earū totalibus
poſſet haberi fides ꝓprie dicta: et ſimul aliqḋ eſſe notum
euidēter mediāte intuitiua notitia: ⁊ creditū per fidem:
qḋ eſt ɔtra oēs ſanctos de hac materia loquētes: ⁊ etiam
gloſas ad hebreos que oēs dicūt ꝙ de apparentib⁹ non p.1.c.3.
eſt fides: ſed agnitio: ⁊ ɔtra Gregoriū in homel. d. que ap
parēt non habēt fidē ſed agnitionē. et Hugo. lib. 1. de ſa-
cra. diffinit fidē: ꝙ eſt certitudo animi de rebus abſenti-
bus: ⁊ infra ſubdit: ꝙ de fide q̄ proprie ⁊ nō abuſiue fides
appellatur dictū eſt. ſi vides non eſt fides. ¶ Preterea.
Si hoc eſſet verū: non bene diffiniſſet Ap'ls fidem ponēs
in ei⁹ diffinitione reꝝ non apparentiū. nā opꝫ diffinitio-
nē vniuerſaliter ɔuerti cū diffinito. ¶ Scḋo ad cōcluſio
nem ſic. ſi fides eſt ſciētie cōpoſſibilis circa idē nō eſt ne-
ceſſariū ꝙ accedēte ſciētia vel clara notitia fides cedat: ⁊
per ɔňs etiā in patria ſimul cum viſione fides remaneret. cap.44.
hoc eſt falſum ⁊ ɔtra Aug. 1. de doc. xp̄ia. dicentē. ꝙ qui- ca.1.[illegible]
cūqꝫ ad eternā gloriā perueniunt decedētib⁹ fide et ſpe: cap.12.
charitas auctior ⁊ certior permanebit. ¶ Itē lib. 1. ſoli-
loquioꝝ querit Aug. vtrū aīe cum deum videre ɔtigerit.
illa tria. ſ. fides ſpes ⁊ charitas ſint neceſſaria. ⁊ reſpōdet
ibi. fides vel duas fides neceſſaria nō eſt: quare ſit neceſ-
ſaria ⁊ cū iam videatur: ſpes multo minus: q̄ꝛ iam tenet:
charitati ꝟ̄o non ſolū aliqḋ detrahetur: ſed addetur etiā
plurimū. ⁊ infra. neqꝫ dicenda eſt aīa. ſ. tunc fidem habe-
re q̄ꝛ illa ſint verba vera q̄ñ nulloꝝ falſoꝝ interpellatione

ſollicitatur neq3 quicquid ſperandum ei reſtat cũ totum
cap.57. ſecura poſſideat. ¶ Item. 12. ſuper Geñ. ad literam. di-
cit ꝙ fides et ſpes ſunt vtiles huic vite ⁊ poſtea non futu
re. Et ſubdit. Iſte quippe virtutes que nũc propter trãſ-
eundũ iſtam peregrinationem valde neceſſarie ſunt: non
erũt in illa vita: propter quã adipiſcendam ſunt neceſſa-
rie. vbi patet ſm ipſum ꝙ in patria non eſſet fides: quod
oĩno ⁊ pſertim de actu fidei veꝝ eſſe fatendũ eſt. ¶ Sed
forte diceret aliquis ꝙ fides remanet adueniẽte ſcia vel
viſione: ſed nõ remanet fides. idẽ eñ aſſenſus ſm numeꝝ
vel ſpẽm cũ ẽſt de abſentib⁹ eſt fides: cũ aũt de pſentibus
nõ eſt fides ſ3 ꝟitas ſeu ſcia. Et hoc videt̃ poſſe oſtẽdi de
cap.1. tẽtiõe Aug. 13. de tri. aliqñ inqt ⁊ reb⁹ falſis accõmodat̃
fides. loqmur eñ ſic vt dicam⁹ habita eſt ei fides ⁊ dece-
pit: q̃lis fides: ſi tñ ⁊ ipa dicẽda eſt fides: nõ culpabilit̃ de
cordib⁹ perit: qñ eã iucta ꝟitas pellit. optabilit̃ aũt reꝝ ve
raꝝ in res eaſdẽ fides trãſit. nõ eñ dicẽdũ eſt perit: qñ ea
q̃ credebãtur videtur. nũquid eñ adhuc fides dicẽda eſt
cũ diffinita ſit in epl'a ad hebreos fides dictũq3 ſit eẽ ɔie-
ctionẽ reꝝ q̃ nõ videtur. vbi p3 ꝙ pmo dicit reꝝ falſaꝝ fi-
dẽ de cordib⁹ pire cõperta ꝟitate: fidẽ vero reꝝ veraꝝ di
cit nõ pire qñ ea que credebãtur videntur: manet igitur.
¶ Secũdo opt3 ꝙ ipa nõ manet fides: ⁊ ideo ait: nũqd
adhuc fides dicẽda eſt ⁊c̃. Huic etiã fauet aliud eius di
cap.13. ctũ. 14. de tri. vbi ait. ꝙ fides nr̃a vidẽdo fiet ꝟitas qḋ cõ
cordat ei qḋ dicit hic. reꝝ veraꝝ ĩ eaſdẽ res fides trãſit. i.
in pſentiã ⁊ viſionẽ reꝝ: de qb⁹ erat fides. ¶ Hec rñſio ſta
re nõ pot: tũ q: Augu. ca. pallegato. 1. ſolilo. cũ dixiſſet ꝙ
fides ⁊ ſpes decedũt. Iteꝝ ſubdit. tria ĩ hac vita oĩa. poſt
hãc vitã ſola charitas. Cõſtat aũt ꝙ fides nõ tranſibit in
charitatẽ ſic ꝙ eẽntia q̃ nũc eſt fides ſit poſtea charitas.
Si igit̃ ſola charitas manet ex his tribus: nulla res q̃ eſt
aliq̃ duarũ pmaꝝ remanet poſt hãc vitã. ¶ Secũdo iſta
cap.8. rñſio ɔ̃dicit ĩtẽtiõi Aug. 14. de tri. vbi ait. ꝙ fides in pte-
ritis abibit ſpes qñ ſub enigmate ſpem iã eſſe deſtiterit:
aliãq3 nũc trinitatẽ facit p ſuam pſentiã recta ɔſpecta di
lecta. aliã tũc faciet p quoddã ſui veſtigiũ qḋ ĩ memoria
pteriẽs derelinqt. Ecce ꝙ Aug. dicit eã deſinere eſſe: nec
pot gloſari: vt ideo pterire ſic dicat: q: deſinet eẽ fides: nõ
q: ſimplr deſinet eẽ: qm ſi ſic eẽt ſequeret̃ ꝙ ſicut nũc ipa
ſm ſe eſt pſens: ⁊ p ſuã pſentiã ɔſtituit illã trinitatẽ: ita et
tũc nõ p aliqḋ ei⁹ veſtigiũ in memoria derelictũ: ſ3 p ſuã
pſentiã eẽt pſens: et eãdẽ quã nunc: cõſtitueret trinitatẽ.
¶ Ad auctoritatẽ Auguſtini in qua fundat̃ rñſio dicen-
dũ eſt: ꝙ ideo dicit Aug. fidẽ falſorũ cõperta ꝟitate pire:
q: tũc ſic deſinit vt nec ipa remaneat nec aliqs aſſenſ⁹ de
eiſdẽ falſis ſibi ſuccedat: ſ3 poti⁹ ſuccedat de eiſdẽ diſſen
ſus ⁊ aſſenſus oppoſitoꝝ ſuoꝝ. ¶ Fides autẽ veroꝝ non
ideo pire dr: q: q̃uis ⁊ ipa deſinat eẽ: ſuccedit ſibi tñ ali⁹
aſſenſus ⁊ pfectior circa idẽ: vñ eidẽ aſſentit cũ habet̃ vi
ſio cui aſſentiebat̃ pus p fidẽ: et hec eſt itẽtio Aug. in au-
ctoritatibus illis. ¶ Tertio pncipalr ad ɔcl'onẽ arguo p
par.2.c.3. auctoritatẽ Hugonis. lib. 1. de ſacra. d. alia ſunt ex rõne.
alia ſm rõnẽ: alia ſupra rõnẽ: et pter hec. alia ſunt q̃ ſunt
ɔ̃ rõnẽ. Ex rõne ſunt neceſſaria. ſm rõnẽ ꝓbabilia. ſupra
rõnẽ mirabilia. ɔ̃ rõnẽ icredibilia: ⁊ duo qdẽ extrẽa fidẽ
nõ capiũt: que eñ ſunt ex rõne: oĩno nota ſunt et credi nõ
poſſunt qm ſciũtur: q̃ ꝟo ɔ̃ rõnẽ ſunt: nulla ſilr rõne credi
pñt: qm nullã ſuſcipiũt rõnẽ: nec acqeſcit rõ aliq̃. Ex hoc
manifeſte p3: ꝙ ea q̃ ſciũtur: ⁊ p rõnẽ nota ſunt: credi non
poſſunt: qḋ in ſenſibilib⁹ itelligẽdũ eſt. ¶ Cõtra ɔcl'onẽ
arguit̃ pmo. Non eſt maior repugnãtia fidei ad ſciam: q̃3
auctoritatis ad demõſtrationẽ: p3 hoc: q: ſi qua ſit repu-
gnãtia eaꝝ. cũ illa nõ ꝓueniat ex obiectis: cũ de eodem
poſſit eẽ ſcia ⁊ fides: vt p3 ex pcedẽti ɔcl'one: op3 ꝙ ꝓue-
niat ex mediis. mediũ aũt ſcie eſt demõſtratio: fidei vero
auctoritas: ſed auctoritas ⁊ demõſtratio ſunt cõpoſſibi-
les: qm qs demõſtrationẽ ſimul ⁊ auctoritatẽ de eodem
obiecto pot hr̃e. ¶ Cõfirmat̃. q: Philoſoph⁹ frequẽter
poſt demõſtrationes aliquaꝝ ɔcl'onũ adducit auctorita-
tes etiã antiquoꝝ philoſophoꝝ: qḋ nõ faceret ſi auctori-
tas ⁊ demõſtratio eẽnt icõpoſſibiles: aut aliud icõpoſſi-
bile ſcie cauſate p demõſtrationẽ cauſaret: ſic eñ ſciam
quã pus cauſauit deſtrueret: qḋ ẽ valde rephẽſibile: aut
etiã ſi nullũ aſſenſu3 cauſaret: qm tũc ſupfluũ foret illas
auctoritates allegare. ¶ Secũdo. Cuicũq3 eſt poſſibile
mediũ theologicũ et aſſenſus circa pmiſſas illi eidẽ eſt
cõpoſſibilis aſſenſus ɔcl'onis theologice. p3: q: aſſenſus
circa ɔcl'onẽ ɔ̃ña eſt aſſenſui circa pmiſſas. cuicũq3 autẽ
cõpoſſibile eſt añs: cõpoſſibile eſt ⁊ ɔ̃ñs: ſ3 ſcie alicui⁹ cõ-
cluſiõis theologice cõpoſſibile eſt mediũ theologicum ⁊
aſſenſus circa pmiſſas ei⁹. igit̃ ⁊c̃. ¶ Probatio minoris.
ɔſtat eñ ex pcedẽti ɔcl'one ꝙ ſciẽs aliquã ɔcl'onẽ pot de-
ducere eãdẽ p mediũ theologicũ: p3 etiã ꝙ pmiſſis pot
aſſentire cũ ſint auctoritates ſacre ſcripture: vel ſaltẽ al-
tera eaꝝ vel deducta ex ſcriptura: alioqn nõ poſſet eẽ ve-
rus fidelis: nec pot dici ꝙ aſſentiat vtriq3 aſſenſu ſciẽtifi-
co: qm tũc mediũ nõ eẽt theologicũ: igit̃ aſſentit ſaltẽ al-
teri aſſenſu fidei. Et hoc ſufficit ad propoſitum quoniam
aſſenſus fidei circa vnam pmiſſam cũ aſſenſu ſcientifico
circa alterã non cauſant circa ɔcl'onẽ niſi aſſenſum fidei.
¶ Ad pmũ dico ⁊ dicẽdũ eſt ꝙ auctoritas pot ſumi du-
pliciter. vno mõ ꝓ aſſenſu q̃ adhibet̃ dicto vel ſermoni ali-
cui⁹: ſm quẽ modũ dicim⁹ aliquẽ hoiem: vel doctrinam
eẽ magne auctoritatis. i. cũ adhibet̃ magna fides ⁊ aſſen
ſus. ¶ Alio mõ pot ſumi auctoritas ꝓ ipſiſmet dictis et
ſermonib⁹: ſm quẽ modũ ſoliti ſum⁹ dicere aliquem alle
gare multas auctoritates vel paucas in predicatione vel
diſputatione. Si ſumat̃ auctoritas pmo mõ nego mino-
rẽ: ⁊ ɔcedo maiorem: eo ꝙ aſſenſus q̃ ꝓpe eſt auctoritas
nõ eſt cõpoſſibilis demõſtrationi metaliꝫ illi. ſ. qui iducit
ſciam. Si ꝟo ſumat̃ auctoritas ſcḋo mõ nego maiorẽ: et
rõnabiliter. vt p3: qm nõ ſolũ demonſtrationi eſt cõpoſſi
bilis circa eãdẽ ɔcl'onẽ auctoritas ſic ſumpta: ſed etiã er
rori de ɔcl'one oppoſita: poſſibile eñ eſt: ꝙ hñs opinionẽ
⁊ errorẽ itẽſum ꝙ de⁹ ſit corporeus: habeat mẽte aucto-
ritatẽ. d. deũ nõ eẽ corporeũ. Et tñ ſtat ꝙ iſte nõ poteſt ſi
mul cum aſſenſu illo erroneo aſſentire ei qḋ ſignificat au
ctoritas illa. Similr ecõuerſo hñs demõſtratiõem: ꝙ nõ
oim hoim eſt vn⁹ itellect⁹ pot hr̃e mẽti dictũ Cõmẽtato-
ris oppoſitũ aſſerẽtis: nec tñ pot ſimul illi dicto aſſentire
⁊ ɔcl'oni ſeu ei qḋ ſignificat ɔcl'o illa ſue demõſtrationis.
¶ Ad ꝓbationẽ cum dr: ꝙ illa repugnãtia nõ ꝓuenit ex
obiecto ⁊c̃. Dico ꝙ l3 nõ ſit repugnãtia ex obiecto abſo-
lute: eſt tñ repugnãtia ex obiecto ſm quid: inquãtum eſt
obiectũ hmõi: ⁊ ipm eſt tale. ſ. ignotum ⁊ ſm ꝙ eſt illius
⁊ eſt tale. ſ. notum: ⁊ hoc ſufficit ad icõpoſſibilitatẽ illoꝝ
actuũ. ¶ Similiter hoc p3 in ſimili in actib⁹ noſtris vo-
lũtatis: deſideriũ enim ⁊ cõplacẽtia ſeu delectatio circa
idẽ ſunt obiectũ. Sed deſideriũ eſt circa illud dũ eſt fu-
turũ. Delectatio vero dũ eſt pſens: idipſum enim preſens
delectat qḋ ante deſiderabatur dũ erat futurũ: ⁊ conſtat
ꝙ deſideriũ ⁊ delectatio circa idẽ nõ ſunt cõpoſſibiles in
eodẽ: nõ eſt enim poſſibile ꝙ qs ſimul deſideret ⁊ delecte
tur in aliquo: ꝓprie loquẽdo de talib⁹ actib⁹. Idẽ eſt de
ſpe ⁊ fruitione. Nam eo ꝙ ſperam⁹ fruemur: ⁊ tamẽ non
poſſumus ſimul eodẽ frui ⁊ illud ſperare: vt p3 p Augu. cap.8.
ſupra: ⁊ per Apl'm ad Romanos in auctoritate ſuperius
allegata. ¶ Ad ɔfirmationẽ dico: ꝙ nõ occurrit mihi ꝓ
nũc vbi Philoſoph⁹ poſt demõſtratiões inducat aliorũ
auctoritates: q̃uis aliqñ poſt ſuas argumẽtationes: que
quidẽ nõ ſunt demonſtratiue: ſed ꝓbabiles ⁊ dialectice
alleget etiam auctoritates alioꝝ. Dato tñ ꝙ hoc faceret:
poſt demõſtratiões puto tñ nõ id eũ facere vt p eas cau-

Digitized by Google

ſaret aliquē aſſenſum. Tum quia bene ſciebat: ꝙ habētē
euidētem notitiā ſiue imediatā ſiue ſcientificā: auctori-
tas alterius nullū cauſat vel auget aſſenſum: vnde ſi oēs
mūdi homies mihi teſtificarētur: ꝙ ſi ab equalib⁹ equa-
lis demātur que reliquūtur equalia erunt: aut ꝙ ego vi-
uo: vel ꝙ cuiuſlibet triāguli anguli valent duos rectos:
aut aliquid alioꝝ que mihi nota ſunt euidenter non plus
aſſentirē: ꝙ̄ ſi nullus hoc diceret: volūtas nō cōcurrit ad
aſſenſum euidētem. Tum quia frequēter talium aucto-
ritates inducit: quorum dictis nec ipſe dabat nec circa
ſuos auditores dare volebat: nec nos etiā vllum damus
aſſenſum. ❡ Ad quid igitur allegabat eoꝝ dicta: poteſt
dici vt oſtēderet ꝯueniētiam doctrine ſue cum doctrinis
alioꝝ: vel aliqñ vt ꝗ demōſtratiōes cape non ſunt idonei:
auctoritatib⁹ cauſet aſſenſum: aut aliqua alia cauſa ſibi
nota. ❡ Ad ſcdm nego maiorē. Ad ꝓbationē dico: ꝙ nō
ſemꝑ aſſēſus circa cōcluſionē natus cauſari ex aſſenſib⁹
circa ꝑmiſſas. ꝯñs eſt ad illos aſſenſus: quia non tunc qñ
potentia non eſt apta recipe. Act⁹ eñ actiuoꝝ ſunt in pa-
T.c.26. tiente diſpoſito. 2. de aīa. ❡ Intellect⁹ aūt habens aſſen
ſum ſcientificū de cōcluſione non eſt aptus ꝓ tunc ſimul
recipe aſſenſum tātūmō creditiuū ſeu fidē: ⁊ eſt ſatis cō
ueniēs exēplū in corporalib⁹. Nam calefactio videt̄ eſſe
naturalr̄ ꝯñs illuminationē: vnde ſol illumināndo calefa
cit: et tñ non in quocūq; cauſat lumen cauſat ꝯſequenter
calorē. Illuminat eñ ſpheras īferiores: quas tñ nō calefa
cit: q2 ille nō ſunt ſuſceptiue caloris: ⁊ idiſpm ꝯtingeret in
aere: ſi deus aliquā formā icōpoſſibilē calori cauſaret i
aere. ❡ Si dicat̄: ex hoc ſequit̄: ꝙ poſſibile eſt naturalr̄
aſſentire ꝑmiſſis ⁊ nō aſſentire ꝯcluſioni. contra illud di-
ctū in ꝑcedēti q̄ſtiōe. ❡ Negādū eſt hoc ſeq. Nā iſte qui
habet ſciam ⁊ mediū theologicū vtiq; aſſentit ꝯcluſioni:
ſ3 non ꝑ aſſenſum cauſatum ex illo medio theologico: et
vtiq; aſſentiret etiā ꝑ aſſenſum cauſatū ex illo medio ni-
ſi ali⁹ aſſenſus in eo ſibi icōpoſſibilis haberet̄: icōueniēs
aūt eēt ſi ꝑmiſſis aſſentiret ⁊ non ꝯcluſioni. ❡ Tertia cō
cluſio. videlz: ꝙ theolog⁹ habitus eſt cōpoſſibilis ſcientie
actui: ⁊ ſcia habit⁹ theologie actui. Probat̄. q2 non mi⁹
iſte habit⁹ illi actui eſt cōpoſſibilis ꝙ̄ habitui ꝟtutis vel
vitij ſit cōpoſſibilis act⁹ de gñe actuū oppoſiti habit⁹: et
actui ſcie habitus erroꝝ oppoſiti: pꝫ: eo ꝙ maior: vel non
ſaltē minor inter eas repugnātia videat̄: ſed iſta ſunt cō-
poſſibilia: pꝫ eñ expiētia. Nā aliqs habitualr̄ vitioſus
pōt elicere vnū actū de gñe virtutis non ꝑdēdo totaliter
habitū vitij: ⁊ ita vnus habēs habitū erroꝝ bñ intenſum
pōt elicere demōſtrationē vnā non ꝑdēdo habitum ꝑdi-
ctū: qđ pꝫ: q2 ſi nō frequēter demōſtrationē ⁊ obliuiſcat̄
ſe demōſtraſſe ꝯcluſionē illā: repiet ſe promptū ad aſſen-
tiēdū ꝯcluſioni oppoſite vt ꝑus. ❡ Quarta ꝯcluſio ꝓba
tur: q2 quorūcūq; habituū naturalr̄ acq̄ſitoꝝ actus ſunt
incōpoſſibiles: ⁊ ipſi habitus ſunt naturaliter icōpoſſibi
les. Sed habituū theologie et ſcie: de eadē ꝯcluſiōe act⁹
ſunt incōpoſſibiles: igit̄ ⁊ ipſi habitus: minor patet: ex cō
cluſione ſcda huius articuli: maior ꝓbat̄ ⁊ inductiue: vt
pꝫ intuēti tā in habitib⁹ moralibus ꝙ̄ intellectualibus.
Et rōne: q2 ſi actus habituum ſunt incōpoſſibiles: cū ha-
bitus non naturaliter acquirātur niſi ꝑ actus tales: habi
tus non poſſunt ſimul acq̄ri. Itē cum act⁹ generatiuus
vnius habitus ſit naturaliter corruptiuus habit⁹ actus
ſibi incompoſſibilis: ſequit̄ ꝙ neuter poſt alterum poſſit
priore remanēte acq̄ri: ⁊ ꝑ ꝯñs nullo modo poſſunt natu-
raliter ſimul haberi: igit̄ ſunt incōpoſſibiles naturaliter.
❡ Confirmatur: quia ſi dentur aliqui habitus compoſſi
biles: quorum tñ actus ex ſe ſunt incompoſſibiles: ſtatim
dici poterit: ꝙ etiam nulli habitus ſunt incompoſſibiles
naturaliter: quoniā de incompoſſibilitate habituum no-
bis ꝯſtare non poteſt: niſi per icompoſſibilitatē actuum.

❡ Contra. actus habit⁹ vni⁹ gñatiuus eſt ꝯpoſſibilis ha-
bitui actus ſibi incōpoſſibilis: igit̄ ⁊ habitus hitui: ante-
cedens pꝫ: ex tertia ꝯcluſione: ꝯñā ꝓbatur: q2 ex actu ge-
neratur habit⁹. ❡ Scdo ſi cū habitu ſcie nō ſtaret hitus
theologie. ꝗ eſt q̄dā fides: ꝑiculoſum eſſet theologis co-
nari acq̄rere ſciam eoꝝ ꝗ creduntur: q2 ſic ad id conarē-
tur: ꝑ qđ ꝑderent fidē: ⁊ ꝑ ꝯñs meritum. ❡ Tertio nō mi-
nus ſcia ꝯpoſſibilis ē theologie: ꝙ̄ ſit ꝯpoſſibilis fidei cir
ca ea ꝗ directe cadunt ſub fide: ſed huic ipa eſt cōpoſſibi
lis. d. Aug. libro ꝑmo ſoli. q̄diu in hoc corpore ē anima:
etiā ſi pleniſſime videat hoc eſt intelligat deum: tñ q2 etiā
corpoꝝ ſenſus vtunt̄ ope proprio: ſi nihil q̄dem valent ad
fallendū: nō tamē nihil ad ambigendū: pōt adhuc dici fi-
des ea qua his reſiſtitur ⁊ illō poti⁹ veꝝ eſſe creditur. ec-
ce ꝙ cum pleniſſima itelligentia quā i hac vita de deo ha
bemus ſtat fides: talis autem notitia vtiq; ſcientifica eſt.
❡ Ad primum dōm. ꝙ actū illū habitui eſſe ꝯpoſſibilem
pōt intelligi duplr̄: vno mō ſic ꝙ nec ꝑ ipm tollat̄ neq; re-
mittatur: ⁊ ſic nego añs. Alio mō: ſic ꝙ non tollat̄ ex toto
⁊ iſto modo ꝯcedo illō: ⁊ ſic itellexi ꝯcluſionē ſicut pꝫ ex
aſſumpto in ꝓbatione: ⁊ tunc nego ꝯñtiam. ❡ Ad proba
tionē dico: ꝙ ꝑ nullū actum gñatur hitus: cū ꝗ actu ſtat
hitus oppoſitus intēſus vel remiſſus accipiēdo gñatio-
nem ꝓprie. ſ. ꝑ iductione eſſentie illi⁹ habit⁹. ❡ Ad ſcdꝫ
nego ꝯñtiam. Ad probationē dico: ꝙ vtiq; conarent̄ ad
id ꝑ qđ ꝑderent fidem: non quidem infuſam: ſed illā acq̄ſi
tā ꝗ de theologia: q̄uis nō ꝑ fidem infuſaꝫ poſſunt habe
re actuꝫ credēdi circa illud cui⁹ acq̄ſierunt ſciaꝫ: nec iſte
conat⁹ ꝑiculoſus eſt: ſꝫ vtilis ⁊ deſiderabilis. vnde ſupra
allegatū eſt ꝑ Auguſtinū. 13. de tri. Optabilr̄ reꝝ verarū cap.12.
in eaſdeꝫ res. i. in ꝑſentiā ⁊ euidentiā ipſaꝝ fides tranſit.
Et cū dr̄: ꝙ ꝑ hoc ꝑderent meritū: nego: q2 ſicut dicunt
ſollennes doctores ꝑſertim thomas ſcda ſcde q̄ōne: ſꝫ ta-
les ſcie tollāt fidē: q2 faciunt eſſe apparēs id qđ ꝓponit̄
nō tñ diminuunt rōnē charitatis: ꝑ quā voluntas prom-
pta eſt ad id credēdū: ſi nō apparet ac ꝑ hoc nec rationeꝫ
meriti. Ad tertium concedo maiorem et nego minorem.
❡ Ad auctoritatem Augu. ꝑmo dōm eſt: ꝙ magis ꝯfert
ad ꝓpoſitū: apparet eñ ꝑ eā ꝙ fides ponitur vt excludat̄
dubietas et ābiguitas ꝗ ex ope ſenſuum poſſet ꝑuenire
ꝓpter qđ vbi non eſt tanta euidentia notitie: ꝙ oīs dubie
tas excludit̄ ſicut in his ꝗ ꝓprie ſciūtur non eſt fides op
portuna. ❡ Scdo dico: ꝙ Augu. ꝑ pleniſſimā intelligen
tiā non itelligit euidentiā illā ꝑfectam quā ꝓprie ſcien-
tiā dicim⁹: ſꝫ eā qua maiorē de cōi lege hr̄e nō poſſumus
de his. ſ. ꝗ in vita iſta de deo euidēter cognoſci nō poſſūt
vt deū eē vnū eēntialr̄ ⁊ trinū ꝑſonalr̄: filiū a pr̄e in eſſen-
tie vnitate gñari: ⁊ ſpm ſctm ab vtroq; non gñari: ſꝫ proce
dere: ⁊ alia hmōi de deo ꝗ ſūt ꝑncipalia obiecta fidei nr̄e
quātūcūq; eñ in hac vita ad hoꝝ notitiā q̄s eleuetur: ad
huc fides neceſſaria eſt: q2 nō eſt tāta notitia ꝗ oīne du-
bium excludat: qđ ex ſenſib⁹ pōt ꝑuenire: ſꝫ cū hoꝝ noti-
tiā euidenteꝫ ⁊ clarā ꝑciperem⁹: qđ erit in patria: tūc nō
erit fides neceſſaria vt ibidē imediate ꝑmiſſuꝫ ē: ⁊ ſupius
allegatū. ❡ Cōfirmat̄ hoc ex intentione magri ſniaꝝ. di.
31. ⁊ in gloſa ꝑme ad cor. 13. vbi dicit: ꝙ fides et ſpes in pa-
tria penitus euacuabuntur: ſm eſſentiā ſcilꝫ ⁊ actū ⁊ mo
dum in pr̄ia. Scia autem quantū ad actum ⁊ moduꝫ: nō
autem quātum ad eſſentiā: alium enim tenebit vſum: tūc
ſcientia ⁊ modum: ꝙ̄ nunc hic in via.

Quantum ad articulū tertiuꝫ ꝑmitto: ꝙ opinio
conformiter ad diſtinctionē i precedenti articulo datā de theologia pōt duplr̄ accipi in ꝓ-
poſito. ❡ Uno modo pro habitu vel habitib⁹ quo vl̄ qb⁹
q̄s prompte ꝯcluſionem opinabilem ex ꝑmiſſis ꝓbabili-
bus vel altera probabili ꝯcludit. ❡ Alio modo pro actu
vel habitu aſſentiēdi tali ꝯcluſioni ſeu ei qđ ꝑ ipſā ſignifi

Digitized by Google

cať. Scđm hoc pono tres ꝯcluſiones. ¶ Prima ꝯcluſio eſt: ꝙ opinio pͥmo mõ dicta cõpoſſibilis eſt theologie tã pͥmo mõ ꝙ̃ ſcđo mõ accepte. ¶ Probať pͥmo: qꝛ̃ ꝯtingit aliquẽ habitũ theologie tã pͥmo ꝙ̃ ſcđo mõ dicte habentẽ: prompte ad eas cõcluſiones ꝓbabiles rõnes adducere: ꝛ ꝑ ꝯñs ſimul cum habitu theologie habitũ opinionis ſic ſumpte hr̃e. ¶ Cõfirmať: qꝛ ſi quis penit⁹ ſacrã ignorãs ſcripturam opineť deũ itelligere alia a ſe: ꝛ ex habitu potẽs rõnes ꝓbabiles ad hoc adducere: ſtudeat poſtmodũ in ſacra ſcriptura et fiat fidelis: ita ꝙ ille firmiter credat: ipſe eãdẽ ꝯcluſionem tãdẽ ex contẽtis in ſacra ſcriptura prompte deducet et cõformiter aſſentiet: ꝛ nihilominus poſtea ſicut prius rõnib⁹ ꝓbabilib⁹ ꝯcludet: igiť hos habitus ſimul habebit. ¶ Secũdo opinio ſic ſumpta compoſſibilis eſt tam opinioni primo modo ꝙ̃ ſecũdo modo dicte de cõtradictoria ꝯcluſione. igiť multo magis theo. de eadẽ ꝯcluſione: ꝯſequentia clara eſt. Añs declaratur. Nã ſi quis opinãs ꝯcluſionẽ aliquã ꝓpter aliquã rõnẽ ſibi magis ꝓbabilẽ nouiter occurrẽtẽ aſſentiat oppoſite: ꝛ talẽ frequẽter eliciat rõnẽ ꝛ aſſenſum ꝯformem: ſic ꝙ accipiat habitũ opinatiuũ: vt tertio mõ dictũ eſt de ipſa ꝯcluſione: nõ min⁹ prõpte ꝛ ꝑ eaſdẽ rõnes ſyllogiʒabit oppoſitã ꝯcluſionẽ quã prius opinabať ꝙ̃ antes: lʒ non aſſentiat ei: igiť ſimul cũ vtroqʒ habitu opinionis poſtmodũ acqſito habebit habitũ opinionis pͥmo mõ dictũ de oppoſita ꝯcluſione. ¶ Secũda ꝯcluſio eſt. ꝙ theologia ſcđo modo ſumpta. ſ. ꝓ aſſenſu. nõ eſt cõpoſſibilis opinioni ſimiliter ſumpte ita ꝙ nec actus aſſentiẽdi theologicus eſt cõpoſſibilis actui aſſentiendi opinatiuo: nec habitus habitui. ¶ Prima pars ꝯcluſionis. ſ. ꝙ actus non ſit cõpoſſibilis actui ꝓbať: qꝛ̃ ĩpoſſibile eſt eũdem hoĩem adherere alicui formidãdo de veritate oppoſiti: et adherere eidẽ non formidãdo de veritate oppoſita. Patet: qꝛ alioquin formidaret et non formidaret de eodẽ: qđ implicat cõtradictionẽ: igiť ĩpoſſibile eſt eũdẽ ſimul eidẽ adherere aſſenſu theologico et opinatiuo: ꝯñs declarať: qꝛ̃ hec eſt pͥcipua differẽtia iter fidẽ ꝛ opinionẽ: qꝛ fides eſt adheſio ſine formidine: qꝛ̃ vbi dubitatio eſt: fides non eſt. vt dicit Hugo. Et idẽ patet ꝑ Aug. vt habitũ eſt q̃ſtione pͥcedenti: ꝛ aſſenſus theologicus quedã fides eſt: vt ibidẽ dictũ
par.3.c.1. eſt: opinio vero eſt adheſio cum formidine. vnde Auic. 6. naturaliũ. diffiniẽs opinionẽ dicit: ꝙ eſt ꝯceptio ad quã accediť cũ formidine alterius partis. idẽ etiã dicit Lincolnieñ. in fine pͥmi poſte. loquẽs de opinioẽ ꝓprie dicta. ¶ Nec valet dicere: ꝙ differentia fidei et opinionis non atteẽdiť penes hoc qđ dictũ eſt: ſed penes media earum. vtʒ quia fides eſt aſſenſus cauſatus ex auctoritate: opinio aũt ex rõne ꝓbabili. hoc ĩquã nõ valet: qꝛ̃ fides põt eſſe ex rõne ꝓbabili et opinio ex auctoritate. Primũ pa
cap.2. tet ꝑ Aug. 13. de tri. d. ſuã igiť quiſqʒ fidẽ apud ſeipm̃ videt: in altero aũt credit: eã eſſe nõ videt: ꝛ tãto firmius credit quanto fructus eius magis nouit: quos opari ſolet fides ꝑ dilectionẽ. Hic patet ſm̃ Augu. ꝙ quis ex opib⁹ tanqʒ ſignis fidei fidelis ꝓbatur: cõſtat enim: ꝙ nõ demonſtratiue arguens credit in animo alterius eſſe fidẽ. Idem pa
par.3.c.10. tet per Hugonẽ. de ſacra. lib. 1. vbi poſita diſtinctione de his que ſunt ex ratione ꝛ ſm̃ rationẽ ꝛ ſupra rationem et ꝯtra rationẽ: et adiecto: ꝙ duo extrema fidem nõ capiũt: vt allegatũ eſt in pͥcedẽti articulo. ꝓ ꝯcluſione ſcđa. ſubdit. ergo que ſunt ſm̃ rationẽ ꝛ que ſunt ſup rationẽ: tantũmodo vt noui ſuſcipiũt fidẽ ꝛ in primo genere fides ratione adiuuať: ꝛ ratio fide perficitur. Et infra. que dicta ſunt igiť ſm̃ rationem fuerunt probabilia rationi ꝛ ſponte acquieuit eis. ¶ Scđm etiam patet: quoniam de his quibus aſſentimus propter auctoritatem ſapiẽtum mũdi: quibus tamen nõ penitus abſqʒ formidine credimus: non dicimus nos habere fidem: ſed potius opinionem.

¶ 3. ſm̃ Philoſophum primo topi. Probabilia ſunt ꝙ videntur pluribus aut ſapientibus: cui concordat Aug. contra Creſconium lib. 3. d. ꝙ probabilia dicuntur: quia ꝓbantur: hoc eſt approbantur ꝛ creduntur ſupplee ſevera ex quo ſequitur: ꝙ probatio per auctoritatem ſapientũ mundi eſt ratio probabilis. Et per conſequẽs cum fides vniuerſaliter diſtinguatur ab opinione ꝛ ecõuerſo vt nũc de ipſis eſt ſermo: non eſt aſſumenda earum diſtinctio: ex eo ꝙ vna cauſetur ex auctoritate: alia vero ex rõne probabili. ¶ Scđo idem probatur per Hugo. ibidẽ libro pͥmo p.10.c.2. diffiniẽtẽ fidẽ. Dicit enĩ: ꝙ eſt certitudo animi de rebus ſupra opinionem abſentibus: ꝛ infra ſciam conſtituta. Conſtat autem ꝙ fides non eſt ſupra opinionem ratione euidentie. igitur ratione adheſionis que quidem eſt firma: ꝛ abſqʒ dubitatione: opinio autem cum dubitatione. Et ꝙ hec fuerit intenſio ſua patet. Nam ſubdẽs dicti huius rationem: plus inquit eſt fide ſtare ꝙ̃ eſtimatione nutare. pauloante diſcernens inter eſtimantes ſeu opinantes ꝛ credentes dicit: ꝙ opinantes in his que audiunt alteram partem eligunt ad eſtimationem: ſed nõ approbãt ad affirmationẽ: Quis enim vnum e duobus magis probabile intelligant: verum tamen ipſum adhuc verum ſic aſſerere non preſumunt: credentes autem ſic alterã partem comprobant vt eius approbationem etiam in aſſertionem aſſumant. Et paulopoſt ſubdit: ꝙ vbi dubitatio ẽ fides non eſt. Ex quo patet ꝙ per aſſertionem itelligit firmum ꝛ ſtabile iudicium ꝛ aſſenſum: nunc autem impoſſibile eſt eundem ſimul aſſumere aliquid in firmam aſſertionem: ꝛ non aſſumere illud in firmam aſſertionem: igiť impoſſibile eſt ſimul eundẽ credere ꝛ opinari idẽ. ¶ Patet igitur ꝙ actus aſſentiendi theologicus ꝛ actus aſſentiendi qui eſt opinio: non ſunt de eodem compoſſibiles in eodem. ¶ Ex quo patet vlterius ſequi ſecunda pars concluſionis. ſ. ꝙ nec habitus ſibi inuicẽ compoſſibiles ſint: ſicut probabatur ꝙ habitus ſcientie ꝛ fidei non ſunt compoſſibiles ex incompoſſibilitate actuum ſuorũ. ¶ Preterea. Impoſſibile videtur eſſe acquiſitos ſimul in intellectu duos habitus habentes inclinationem ad actus repugnantes adinuicem. ¶ Concluſio tertia: ꝙ act⁹ vni⁹ aliquo modo compoſſibilis eſt habitui alterius et econuerſo probatur actualis aſſenſus theologicus de ſic eſſe compoſſibilis eſt habituali opinioni de non ſic eſſe: igiť compoſſibilis habituali opinioni de ſic eſſe. Conſequentia patet per locum a minori. Nam minus videretur eſſe de primo ꝙ̃ de ſecundo. Antecedens probatur: quia non quilibet aſſenſus etiam ſine formidine de vno oppoſitorũ elicitus poſt habitum intenſum de reliquo oppoſito corrumpit totaliter illum: ſicut nec quilibet actus bon⁹ corrumpit totaliter habitualem malitiam inclinatiuam ad actum opoſitum. Eodẽ modo poteſt probari: ꝙ habitui theologico ſit compoſſibilis aſſenſus actualis opinatiu⁹ circa idem obiectum. Nam ei eſt compoſſibilis aſſẽſus actualis opinatiuus de obiecto oppoſito: alias quãtuncunqʒ intẽſum habitum theologicũ quis haberet de aliquo obiecto theologico illum totaliter perderet quocunqʒ debili aſſenſu circa oppoſitum aduenienté: qđ eſt falſũ. Nam deſinente illo actu aſſentiendi oppoſito: nec ſimili vlterius elicito: experietur quis prompte ꝛ faciliter eidẽ cui prius: ſe aſſentire: quod non contingeret: ſi prior habitus fuiſſet ex toto corruptus.

Quantum ad articulum quartum: de incõpoſſibilitate ſcilicet vel incompoſſibilitate ſcientie ꝛ opinionis ponende ſunt tres concluſiones. ¶ Prima eſt: ꝙ opinio primo modo accepta ſm̃ diſtinctionem poſitam in principio precedẽtis articuli: ſiue ſumatur pro actu vel pro habitu compoſſibilis eſt ſcientie. Probatur ſicut prius probatum eſt ꝙ ſit compoſſibilis

Digitized by Google

theologie. ¶ Secunda ꝙ opinio ſecundo modo ſumpta non eſt compoſſibilis ſcientie: nec actus actui: nec habitꝰ habitui. Probatur. quia nõ eſt poſſibile naturalr̃ aliquẽ dubitare aſſentire ei quod eſt actualiter euidẽter ſibi notum: igitur non eſt poſſibile naturaliter aliqua eadem ſimul ab eodem opinari ⁊ ſciri: patet conſequentia. Antecedens probatur: ꝙ nullus aſſentiens alicui dubitat ne ſic ſit: niſi quia non eſt actualiter ſibi euidenter notum ꝙ ſic ſit: vnde pone ꝙ ſit ſibi notum euidenter ſic eſſe: ſtatim concludetur: ꝙ omnis dubitatio excluditur de oppoſito Et ideo bene dicit Ph̃s in prohemio metaphyſice: ꝙ q̃ dubitat et admiratur: ignorare videtur. tolle igitur ignorantiam ⁊ tolletur omnis dubitatio. ¶ Tertia concluſio ꝙ actus ſciendi compoſſibilis eſt aliquo modo habituali opinioni. ratio eſt: quia non ſemper neceſſe eſt tam intenſum eſſe actum ſcientie: ꝙ moꝝ totum habitum opinionis corrumpat: nedum opinionis de eodem obiecto: ſed nec etiam opinionis de oppoſito. vt in ſecundo articulo dictum eſt: quod tamen magis videretur. Econuerſo etiã aſſenſus opinionis compoſſibilis eſt ſciẽtie habituali: cũ eñ nõ ſemper quis vtatur hitu ſcientie quem habet: nõ apparet cur ſi probabile medium circa eandẽ concluſionem menti occurrat: non poſſit aſſentire concluſioni aſſẽſu cõ-

Michael de maſſa ꝯclu. iii.

uenienti illi medio: ac per hoc aſſenſu opinatiuo. ¶ Contra hoc qđ in vtroqꝫ vltimorum articulorum ſumptũ eſt de opinione. ſ. ꝙ ipſa habet neceſſario formidinem annexam. Arguitur multiplr̃ ꝑ aliquos. vno quidẽ ſuppoſito ex intẽtione ꝑ Ph̃i primo poſterioꝝ: ꝙ de eadẽ cõcluſiõe poteſt eſſe opinio ⁊ ſcientia: q̃uis non in eodem homie. Ex quo ſequitur ꝙ de aliquo vero neceſſario poteſt eſſe opinio: tunc arguitur. aut omnis opinans aliquod verum neceſſarium eſtimat illud poſſibile aliter ſe habere: aut nõ. ſi ſic. igitur quelibet opinio de vero neceſſario eſt falſa: cum quelibet eſtimet poſſibile ſe aliter habere quod non poteſt aliter ſe habere. ¶ Item ſequuntur contradictoria. Nam omnis opinio qua quis opinatur verum: eſt vera. ⁊ ſic ſimul erit vera ⁊ non vera. ¶ Si vero nõ eſtimet illud verum neceſſarium poſſibile aliter ſe habere. igitur illa opinio eſt ſine formidine. Cuius ratio eſt: quia oĩs notitia qua quis eſtimat rem eſſe ſicut eſt: ⁊ non eſtimat eã poſſibilr̃ aliter ſe hr̃e: eſt ſine formidine. ¶ Scđo premittũt: ꝙ aliud eſt ꝯſiderare aliquã ꝓpoſitionẽ eẽ veram abſolute: aliđ eſt ꝯſiderare ꝓpoſitionẽ eẽ verã neceſſario vel ꝯtingẽter: ⁊ in re poſſunt tales ꝯſideratiões ſeparari. Tũc ſic. q̃lis eſt ordo actuũ ad actꝰ ex q̃bus generant̃ habitus: talis ẽ habituũ iter ſe: ſꝫ in aĩa poſſũt eſſe actus ſumẽtes ꝓpões vt ſimplr̃ veras de ieſſe: ſine hoc ꝙ ſumantur vt neceſſarie vel ꝯtingẽtes: igit̃ ſimiles poterũt eẽ habitꝰ in aĩa. Actꝰ aũt q̃ reſpiciũt ꝟitatẽ ſolã ꝓpoſitiõis: ⁊ q̃ ꝯtingẽtiã ad alterã partem tñ: quales etiam ſunt multi poſſibiles: ſunt ſine formidine: cũ non reſpiciant contingentiam ad partem oppoſitã: ac per hoc non ſumũt eas vt poſſibiles aliter ſe habere: igitur habitus ex eis geniti ſunt ſine formidine: ſed iſti habitus non ſunt ſcie: cũ ſcia determinate cõcernat neceſſitatẽ ꝓpoſitionis: nec ſapiẽtia: vel intellectus: cum ſint vel poſſint eſſe de contingentibus: de quibus nec intellectus nec ſapiẽtia eſſe poteſt: nec apparet ad qđ genus habituũ poſſint reduci aliđ q̃ ad opinionem. Ex quo concluditur: ꝙ ſunt alique vl' eſt aliqua ſpẽs opinionis nõ includẽs formidinẽ. ¶ Tertio oĩs actꝰ formidinoſus corrũpit ꝑ ſui reiterationẽ omnem habituũ firmiter adheſiuum. pꝫ: q2 actus habitus ꝯtrarij ſunt per reiterationẽ corruptiui reliq̃ ꝯtrarij habitus: vt pꝫ de actu intẽperantie reſpectu tẽperãtie ⁊ alijs habitibus ꝯtrarijs. Sed nõ oĩs actus opinatiuus ꝑ ſui reiterationẽ corrũpit habitũ firmũ adheſiuũ: igit̃ non oĩs talis eſt formidoloſus: mior pꝫ: q2 Ph̃s dꝫ aliq̃ vtũt̃ ad ꝯclones de quibus habent ſcientiã rationibus probabilibus opinatiuis: qđ non facerẽt ſi corrũperẽt ſcientiã. Patet etiã experientia. Nam poſt multas rationes ꝓbabiles ⁊ earũ iterationes eque habent ſcientiã: vt prius. Similiter fideles ad ea que tenẽt fide vtũtur talibus rationibus ꝓbabilibus / nec corrumpitur coꝝ fides. ¶ Quarto ſi formido eſſet de eſſentia opinionis augmẽtata opinione circa aliquam concluſionem augmentata eſſet formido circa ipſam. cõſequentia pꝫ. Falſitas cõſequẽtis declaratur: q2 ſi quis dubitat de aliqua cõcluſione quãto plures rõnes probabiles habebit ad illam: tãto minus formidabit circa eam. vt pꝫ: immo tñ poterit multiplicare rõnes probabiles: ꝙ ei adherebit oĩno ſine formidine. ¶ Quinto nullum qđ diſponit ad ſcientiã / vel fidem includit formidinem: ſed aliqua opinio eſt huiuſmodi vꝫ illa que eſt eiuſdem cõcluſionis: igitur ⁊c. maior pꝫ: quia nullum diſponens ad aliquid includit aliquod corruptiuum eius: formido aũt eſt corruptiua ſcientie ⁊ fidei. ¶ Sexto ſi quelibet opinio includeret formidinem: ſequitur ꝙ quanto quis vellet fortius opinari tanto vellet fortius formidare de eo quod opinatur: ſed hoc eſt falſum. Alioquin ſequitur: ꝙ doctores fideles qui conantur fortes rationes probabiles adducere ad concluſiões fidei et ad fortiter ipſas opinandum: conarentur ad dubitãdum de ipſis: et per cõſequẽs ad perdẽdum fidem. ¶ Septimo hoc probatur auctoritate Ari. 7. ethi. vbi dicit: ꝙ aliqui tantum cap. 4.
adherẽt opinionibus ſuis quãtũ alij cõcluſionibꝰ demõſtratiuis: qđ verũ non eſſet ſi oĩs opinio includeret formidinem. ¶ Pro diſſolutione rationũ predictarũ premitto: ꝙ opinio dupliciter accipitur ab auctoribus. Nam aliq̃ ſumũt̃ pro preſumptione ſeu aſſenſu temerario cadente obiectiue partialiter ſuꝑ ſcientia non habita: ſicut cum quis eſtimat ſe ſcire qđ neſcit: et ſic opinio quedam

Riſio ad rões michaelis de maſſa.

erroꝝ ſpecies eſt. ſic opinionem ſumit Auguſtinus in de cap. 12.
vtilitate credendi. vbi ait. Tria ſunt genera hoĩm profecto improbanda / ac deteſtãda. vnum eſt opinantiũ. i. eorum qui arbitrãtur ſe ſcire quod neſciũt ⁊c. ⁊ infra. Opinari inquit ob duas res turpiſſimũ eſt: ꝙ diſcere non poteſt qui ſibi iam ſcire perſuaſit: ſi modo illud diſci poteſt et per ſeipſa temeritas non bene affecti animi ſignũ eſt: ⁊ infra. Quod opinamur inquit debemꝰ errori. ⁊ hoc modo non accepi in ſuperioribus nomen opinionis: nec etiã accipit vſus modernus. ¶ Alio modo accipitur opinio pro aſſenſu cadẽte obiectiue ſuꝑ ſignificatum enũtiabile alicuius ꝓpoſitionis: ſiue illud partialiter includat actũ anime ſiue nõ: ⁊ iſto modo ſm Lincoñ. in fine primi poſteriorum poteſt tripliciter ſumi: ſcꝫ cõmuniter: proprie: et magis proprie. ¶ Opinio cõmuniter dicta: vt dicit: eſt cõceptio cũ aſſenſu: ⁊ ſic eſt fides ⁊ genus ſciẽtie ⁊ opinionis ꝓprie et magis ꝓprie dicte. Opinio ꝓprie dicta eſt acceptio vnius partis contradictionis cum timore alterius. Et ſm hoc vt dicit: ſcientia non eſt opinio: tñ idem eſt ſcibile ⁊ opinabile. ¶ Opinio vero magis proprie dicta eſt acceptio veritatis contingentis inq̃ntum huiuſmodi. Et ſm hoc nec ſcientia eſt opinio: nec ſcibile opinabile. ſecũdo modoꝝ horum accipitur in cõmuni vſu modernorum diſputantium opinio: ⁊ ſic accipiunt Burĩ. et Roug. vt pꝫ ſupra: ⁊ ſimiliter ego in ſuperioribus dictis. ¶ Nunc ad primã rationẽ primo ꝯtra eã arguo: q2 ſi valet nõ ſolum ꝓbatur illud qđ infertur: ſed etiam ꝙ de nullo vero neceſſario poſſibile eſt opinantem formidare: quod eſt expreſſe contra Lincoñ. vt ſupra patet in deſcriptione opinionis proprie dicte: ⁊ ſm ſe falſum eſt. Nam clarum eſt: ꝙ poſſibile eſt: ꝙ aliquis ꝓpter rationes aliquas probabiles / vel auctoritates aliquas philoſophorum opinetur aliquid cum dubitatione: eo ꝙ illud non ſit ſibi euidenter notum: quod tamen poſtea ipſe ſciet per

Digitized by Google

demonſtrationē: ac ꝑ hoc ꝙ verā opinionē cū formidine
poſſit habere de aliquo ꝓo neceſſario. ¶ Scḋo rn̄deo ad
rationē argumēti: ꝯcedo ꝙ opinio ſic ſumpta pōt eſſe de
aliquo ꝓo neceſſario: et dico ꝙ non eſt neceſſe: ꝙ quilibet
opināns illud eſtimet ipm̄ poſſibile aliter ſe habere: non tn̄
ſequitur: ꝙ talis opinetur ſine formidine partꝭ oppoſite.
Aliud em̄ eſt timere de oppoſito: aliud eſtimare ipm̄ poſ-
ſibile aliter ſe habere: ſeu etiā oppoſitū eſſe poſſibile: quí
em̄ opinatur verbi grā circulū quadrari poſſe: vtiqꝫ dubi-
tat de oppoſito. ſ. ꝙ nō poſſit quadrari: nō tn̄ eſtimat ipm̄
nō poſſe quadrari: qꝛ ſic ſimul eſtimaret ꝯtradictoria: nec
eſtimat etiā poſſibile eſſe ipm̄ non poſſe quadrari: multū
em̄ rudis eſſet q̄ nō cognoſceret: ꝙ ſi circulus poteſt qua-
drari: non eſt poſſible ipm̄ non poſſe q̄drari. ¶ Si quera-
tur vnde ꝓueniat ille timor opinātí. Dicēdum: ꝙ ex rōni-
bus ꝓbabilibꝰ quas hꝫ ad partē oppoſitā / vel ex ineui-
dentia medij: qḋ hꝫ ad ꝓpoſitum: et iſtud ſcḋm potꝰ eſt.
¶ Contra ſcḋam rationē arguo: qꝛ ſi ſit efficax: ſequitur:
ꝙ ꝑ medium demōſtratiuū poſſit opinio generari: qḋ eſt
inopinabile. hoc ptꝫ: qm̄ ſm̄ arguentes: demonſtrās pōt
vti ꝓpoſitionibus demonſtratiuis: vt veris de ineſſe ſim-
pliciter: non concernēdo earꝫ neceſſitatem: ex talibus aūt
actibus reiteratis non generabitur niſi opinio ſm̄ ipſos.
¶ Scḋo reſpondeo ad rationē. Et dico: ꝙ q̄uis ꝓpoſi-
tio poſſit ꝯſiderari: ⁊ vt vera neceſſaria / vel cōtingens: q̄li-
bet tn̄ ſiue ꝯſideretur / ſiue non ꝯſideretur / aut eſt neceſſa-
ria / aut non: ⁊ ſiſr aut eſt euidēs / aut non. Et loquēdo de
mentalibus ꝓpoſitionibus que ſunt aſſenſus / vel notitie:
ſi propoſitiones ex quibus ſyllogiꝫatur ſunt neceſſarie et
euidētes / ſeu potius euidentie quedā: ⁊ cetera ad demō-
ſtrationē requiſita concurrāt prius generabitur ſcientia
abſqꝫ alia reflexione ſuper eas q̄ cognoſcātur tales eſſe:
ſicut in primo articulo p̄cedentis queſtionis eſt dictum.
Si vero ſint aſſenſus tn̄: aut ſunt aſſenſus certi ⁊ ſine for-
midine: ⁊ ſic generabitur fides / aut cum formidine ⁊ mu-
tatione: ⁊ ſic generabitur opinio. ¶ Ad tertiam con cedo
maiorē: proprie loquēdo de actu formidoloſo: ⁊ nego mi-
norem. Ad probationē dico: ꝙ habentes ſcientiā / vel fidē
de aliqua cōcluſione: lꝫ vtantur rationibus ꝓbabilibus:
non tn̄ vtuntur actibus formidinoſis / ſeu actibus aſſen-
tiēdi cū formidine: qui ſoli ꝓprie dicūtur actus opinati-
ui / ſeu opinionis: vt de opinione nunc agitur: qꝛ tales ꝓ-
poſitiones nullū in eis cauſant aſſenſum. Sicut etiam ſi
quis ad aliqua per ſe nota induceret ꝓbabilia argumen-
ta nullū in eo cauſant aſſenſum. Si queras quare pħs
inducit cū demonſtrationibus tales rationes ꝓbabiles.
Cōm̄. 8. Reſpōdet Cōmētator primo celi. d. Ariſto. em̄ vtitur ſer-
monibus ꝓbabilibus duobus modis: aliqn̄ preinducēs
eos ante demonſtrationē ad exercitādum et dubitādū: ⁊
aliqn̄ poſt: vt faciat conuenire ſermones ꝓbabiles cum
demōſtratiuis. Poteſt etiā alia cauſa aſſignari: ſicut ſu-
pra de allegatione auctoritatū dicebaꝰ. ¶ Ad quartū.
Intelligēdo formidinē eſſe de eſſentia opinionis. i. per ſe
ꝯn̄s opinionē nego ꝯſequentiā: ⁊ ptꝫ inſtātia in ſuſpicio-
ne de qua nō eſt dubiū: ꝙ per ſe annexā habeat formidi-
cap. 18. nem: ſicut ptꝫ per Auguſt. in de vti. cre. ⁊ experientia do-
cet: ⁊ tn̄ nō augetur formido aucta ſuſpicione: ſed minui-
tur. i. quāto quis intenſius ſuſpicaꝰ tāto remiſſius dubi-
tat an ſic ſit. Unde ſi quis propter aliqḋ ſignū aliquid de
aliquo ſuſpicetur: et iudicet cū dubitatione ſic eſſe: ſi oc-
currant plura ſigna / vel occaſiones ſuſpicandi adhuc ve-
hementius ſuſpicaꝰ ⁊ minus dubie q̄ prius. ¶ Itē con-
tinētia per ſe annexā hꝫ difficultatē in actu delectationē
in prauis cōcupiſcētijs: nam cōtinens habet prauas con
cupiſcētias: lꝫ non eas ſequatur: ⁊ aliqualiter delectatur
ca. 1. ⁊. 2. in ipſis: lꝫ nō ducatur. vt ptꝫ. 7. ethi. Et per hoc differt a
tēperato: ⁊ tn̄ cū agetur ꝯtinētia nō augetur difficultas
in actu / nec delectatio in prauis concupiſcentijs: ſed tam
hec q̄ illa minuitur: ⁊ ſic in pluribus poſſet inſtari. Sed
dices ꝙ ſm̄ hoc in tantum poſſunt multiplicari rationes
probabiles: ꝙ totaliter tolleretur formido: ⁊ tūc eſſet opi
nio ſine formidine. ¶ Ad hoc dico primo: ꝙ ſi tolleretur
totaliter formido: ⁊ ſiſr opinio: qm̄ q̄uis opinio ſuſcipiat
magis ⁊ minus / ſeu poſſit magis ⁊ minus eſſe cum formi
dine: nunq̄ tn̄ eſt ſine formidine: qḋ ſuo modo videri pōt
in ſuſpicione: a qua non pōt tolli formido ipſa remanēte
ſuſpicione. Similiter a continētia non pōt auferri totali-
ter difficultas ea manēte: ſed cū totaliter excluditur dif
ficultas: tollitur continētia: ⁊ inducitur tēperantia: ſic in
propoſito ſi totaliter excludaꝰ formido: excludiꝰ opinio:
et inducíꝰ alius habitus adheſiuus non dubiꝰ. ¶ Scḋo
dico: ꝙ rōnes ꝓbabiles mentales: que. ſ. cōponuntur ex
aſſenſibus ex quibus imediate generari habent habitus
aſſenſitiui / vel ſunt aſſenſus cū dubitatione: ⁊ tūc quātū-
cūqꝫ multiplicētur rōnes nō tolletur formido: cum queli-
bet ſecum ꝓpriā ferat formidinē / vel ſunt aſſenſus abſqꝫ
formidine: ⁊ tūc ꝯcedo: ꝙ tollāt formidinē: et pariter opi-
nionē: ⁊ generabunt fidē. ¶ Ad quintum dico: ꝙ aliquid
diſponit ad aliud per accidēs: ⁊ aliquid per ſe. Si igitur
intelligatur maior de diſponēte per accidens: falſa eſt: ⁊
etiam ꝓbatio eius. Nam ſicut experiētia docet: habens
vnū vitiorꝫ / vel ad ipſum ex natiuitate multū inclinatus:
diſponitur ad virtutē per operationes de genere oppoſi-
ti vitij. Unde ⁊ vt ita fiat datur in documētum a Philo-
ſopho. 2. ethicorꝫ. Similiter cōtinentia diſponit ad tēpe- cap. viii.
rantiā: ⁊ tn̄ habet aliquid annexū corruptiuū tēperātie:
ſcꝫ delectari in prauis cōcupiſcentijs: multe aūt inſtātie
poſſent dari. Si ꝓo maior intelligaꝰ de diſponēte per ſe
tn̄: tunc minor in eodem ſenſu eſt falſa. Non em̄ per opi-
nionē: vt de opinione nūc in preſenti loquimur ꝑ ſe diſpo
nitur quis ad ſcientiā / vel fidē. Nam nulla tali opinione
pręhabita. nō minus quis ſuſcipiet ſciētiā occurrēte ſibi
demōſtratione: q̄ ſi prius rationē ꝓbabilē habuiſſet. Et
idem dico de fide: per accidēs tn̄ de diſponere qꝛ tollit vel
remittit dubia ⁊ aſſenſum ad oppoſitū. ¶ Ad ſextam ne-
gāda eſt ꝯn̄a: ⁊ inſtantias habet in ſimili q̄plures. Nam
continētia (vt dictum eſt) habet annexam difficultatē in
actu: ⁊ tn̄ nō quāto quis magis vult eſſe ꝯtinens tāto ma-
gis vult pati difficultatē in actu. ¶ Itē meritū quo q̄s
ſibi meretur hꝫ annexā glorie carentiā: nec tn̄ quāto quis
vult ſibi magis mereri: tāto magis vult carere gloria. Fi-
des etiā hꝫ annexā carentiā viſionis: ⁊ ſpes carentiā frui-
tionis: nec tn̄ quāto quis vult magis credere / vel ſperare
tanto magis vult carere viſione / vel fruitione. Alie innu-
merabiles poſſent dari inſtātie. ¶ Ad ſeptimū dicēdum
ꝙ cū pħs dicit. 7. ethi. quidam em̄ credūt nihilominus cap. 4.
quibꝰ opinaꝰ. q̄ alteri qui ſciūt. Manifeſtat autē Hera-
clitus: ſic em̄ iacet textus. vel Philoſophus accipit opi-
nionē pro preſumptione iuxta acceptionē Auguſtini ſu-
pra poſitā. ¶ Et hoc innuiꝰ ex parte ꝓrime p̄cedēte qua
ait. Quidā em̄ opinātiū nō dubitāt: ſed eſtimāt certe ſci-
re. Uel accipit opinionē cōiter pro adheſiōe diſtincta cō
tra ſciētiā: ⁊ ſic eſt cōis ad opinionē et fidē ꝓprie dictas.
Et hoc ſufficit ad intētionē ſuā. ibi nec eſt cōtra ꝓpoſitū
noſtrū. ¶ Ad primā rōnē principalē q̄ſtionis. ptꝫ rn̄ſio ex
dictis in primo articulo. ¶ Ad ſcḋam dicendū: ꝙ vel ꝯclu-
ſio accipiꝰ in antecedēte pro ꝯcluſione mētali q̄ eſt aſſen-
ſus ⁊ notitia: ⁊ ſi ꝯcedo an̄s: ⁊ nego ꝯn̄am qua inferꝰ: igiꝰ
nec idē obiectū: qꝛ diuerſarū ꝯcluſionū idē contingit eſſe
obiectū. Uel accipitur concluſio pro concluſione vocali:
vel etiā mentali ei ſimili ⁊ ad placitū ſignificante: ⁊ tunc
nego antecedens: ⁊ ſimiliter ſi concluſio acciperetur pro
ſuo ſignificato totali etiā antecedens nego. ꝓbatio ex di-
cto philoſophi nō eſt ad ꝓpoſitū: qm̄ Philoſophus intē-

Digitized by Google

dit ꝙ per ſcientiam vnius generis ſubiecti non conuenit ꝓbare aliquā concluſionē nō coicantē illud gen⁹ ſubiecti ſed alteri⁹ oino: ſicut per geometriā cuius gen⁹ ē magnitudo nō ↄuenit demōſtrare: vt exēplificat: ꝙ qm̄ ↄ̄rioꝝ eſt eadē diſciplina: cui⁹ ↄcluſionis ſubiectū nō pertinet ad genus magnitudinis. ꝙ aūt vna ſciētia nō poſſit ꝓbare ↄcluſionē quā ꝓbat alia ſcia. ſi ↄcluſio illa ſit eiuſdē generis: cuius ē vtraqꝫ illarū ſcientiaꝝ. hoc nō vult: ſed potius oppoſitum innuit in ꝑticula ſtatim ſequente. tales autem ſunt multe ↄcluſiones cum multe ſcie coicent ſaltem partialiter in genere ſubiecto: ſicut aſtrologia: cuius ſubiectum ſub ſubiecto phyſice ↄprehenditur: vtraqꝫ em̄ de corpore celeſti conſiderat. ⁊ etiam multe ſunt alie tales.

Prologi Queſtio. iij.

Vtero ↄ̄ſiter tertio vtrū oim̄ ↄcluſionū theologicaꝝ ſit habitus vn⁹ numero. Arguit ꝙ ſic. Nō minus oim̄ ↄcluſionū theologicaꝝ ē vn⁹ habit⁹ q̄ꝫ oim̄ geometricalīū: ſꝫ oim̄ geometricalīū ē vn⁹ habit⁹ nūero. igit ⁊ oim̄ theologicaꝝ: maior patet tā ex dignitate theologie q̄ꝫ ex vnitate ſui ſubiecti qḋ eſt maxime vnū. ſ. deus. minor probatur: q2 niſi ſic: ſeqtur ꝙ in intellectu non plus duaꝝ ↄcluſionū geometricalīū ē vnus habit⁹ q̄ꝫ ſit vni⁹ geometrice ⁊ vnius metaphyſicalis. ⁊ per ↄ̄ñ aviterius ſequit ꝙ nō plus geometria ſit vna ſcia q̄ꝫ geometria ⁊ mathematica ſimul ſūt vna ſcientia: quod eſt inconueniens.

Ad oppoſitū Nō eſt vn⁹ actus ſm̄ ſpeciē oīꝫ cōcluſionū theologicaꝝ. igit nec eſt vn⁹ habit⁹ numero oim̄ illaꝝ. Añs ꝑꝫ: qm̄ nō ē idē iudiciū ſpecie quo iudico deū itelligere oīa p̄ſentia ⁊ futura: cū iudicio quo iudico diabolū nunq̄ꝫ eſſe ſaluandū: cū vtraqꝫ ſit ↄcluſio vere theologica: ↄ̄ñtia ꝓbatur ex eo ꝙ ex diuerſis actibus ſm̄ ſpēm diuerſi habit⁹ ſpecifice gñant. ⁊ per ↄ̄ñs diuerſi numero: qm̄ quecūqꝫ differūt ſpecie differunt numero. 5. metaphyſice. T.c.12.

In iſta queſtione tres erunt articuli. Nam primo inquiretur de habitibus proprie ſcientificis: an plurium ↄcluſionū ſit vn⁹ habitus numero. ſcḋo oſtenſo ꝙ nō: videbitur quomodo multarum concluſionum dicatur eſſe vna ſcientia: ⁊ quarum ſit: et quarum non. tertio de qōne.

Hariui. Hēricus quolibet 9.q.4. In hac ↄcluſione cōcordat beat⁹ tho. 1.q. 54. in ſol. viti. argumenti.

Quantum ad p̄mū ē opinio vna q̄ dicit ꝙ hit⁹ q̄ ↄſiderat q̄ꝫtūcūqꝫ multa attributa ad vnū ſubiectū ſub vna rōne formali ē vn⁹ ſm̄ numeꝝ: et vna forma ſimplex ſicut q̄cūqꝫ habit⁹ corporalis vel moralis. vnde geometria extēdēs ſe ad oēs geometricas cōcluſiōes: eſt eq̄ ſimplex res vna numero: ſicut albedo aut tēperātia. vnde dicūt ꝙ per vnū actū gñatiuū habit⁹ acqrit tota eēntia vel eē hitus q̄ꝫuis in gradu iperfecto: per alios ſo act⁹ intēdit ⁊ ꝑficit. In hoc aūt tm̄ ē differentia inter hītus cognitiuos ⁊ morales vel affectiuos: ꝙ affectiui generant ⁊ augent ex ſimilibus actibus ⁊ eiuſdē ſpeciei. cognitiui aūt per act⁹ alterius: ⁊ alteri⁹ ſpeciei. Nā hītus acqſit⁹ ꝑ actū circa p̄ncipiū auget ꝑ actū circa cōcluſionē ⁊ acqrit reſpectū ad illā: ⁊ ꝑ aliū actū circa aliā ↄcluſionē āpli⁹ itēdit: ⁊ ad eā aliū reſpectū acqrit: ⁊ ſm̄ ꝙ hꝫ reſpectū ad aliā ⁊ aliā ↄcluſionē vel p̄ncipiū: eſt habitus p̄ncipij ⁊ huius ⁊ illius ↄcluſionis: ⁊ quāto ad plures concluſiones habet reſpectus: tanto plurium cōcluſionum eſt habitus: ⁊ ad plurium act⁹ inclinat⁹. ¶ Pro hac opinione ſunt rōnes: quarū prima eſt. ¶ Si habit⁹ cōcluſionis eſt alius ab habitu principij: poſſibile ē aliquē ꝑfectius cognoſcere ↄcluſionē: ⁊ per actū circa concluſionē eius habitū intēdere nō ꝑfectius cognoſcendo p̄ncipiū illius ↄcluſionis. ↄ̄ñs eſt falſum. cū concluſionō cognoſcat niſi per p̄ncipia vel notitiā eoꝝ. ¶ Scḋo non Henric⁹ vt ſupra

maiorē vnitatē habere videtur habitus corporalis ⁊ habitus etiā voluntatis q̄ꝫ habitus intellectualis: ſed tam corporalis habitus (vt albedo) q̄ꝫ habitus voluntatis (vt temperantia) eſt vnus vnitate numerali ⁊ ſimplici: igitur ⁊c̄. ¶ Tertio ſi hoc nō eſſet. ſequeretur ꝙ geometria non eſſet vna niſi per attributionē / vel aggregationem: nec in ſe eſſet magis vna q̄ꝫ ſit cum metaphyſica ⁊ medicina: qḋ eſt abſurdū. ¶ Quarto in eſſentialiter ordinatis neceſſe eſt ſtare ad aliquod vnum primum: igitur inter ſcientias eſt vna prima: ⁊ per conſequens vna numero. ¶ Quinto ſicut ſe habet potentia ad ſuum obiectiuum et ad omnia que continentur ſub illo. ita habitus ad ſuum ⁊ ad cōtenta ſub eo: ſed oim̄ iſtorum eſt vna potentia numero: vt patet de viſu reſpectu oim̄ celorum: igitur oim̄ contētorum ſub obiecto ſuo habitus eſt vnus numero. ¶ Iſta opinio implicite ponit tria. ſicut ex probationibus eius patet. ꝯ hēricū.

¶ Ad ſecundum nego conſequentiam. Ad probationem cum probatur ꝙ non ſit vſus: quia non refert. ſi intelligatur ꝙ non refert actu nec habitu. concedo: ſed tūc dico ꝙ eſt fruitio. Cum probatur ꝙ non: quia nō eſtimat illud non referibile: nec figit ſe ad non referendum: ſcilicet nolendo referre: dico ꝙ probatio nulla eſt: quia neutrum horum requiritur ad fruitiōem: ſed ſufficit hoc ſolum. ſ. nec actu nec habitu referre: et hoc eſt diligere rem propter ſeipſam. Et ꝙ talis eſtimatio non ſit neceſſaria in intellectu probatur ex hoc ꝙ non omnis peccans fruendo creatura habet talem eſtimationem alias quilibet talis haberet errorem in ratione et falſam eſtimationem de fine et principio agibilium: qđ falſum eſt. vt de incōtinente: et patet per quotidianam experientiam. multi enim ſunt qui diligunt honores et pecuniam eis fruendo ſicut omnes ſuperbi et auari: et tamen non eſtimant ipſa non eſſe referibilia in deum. Item nec eſt neceſſarium ꝙ in voluntate ſit actus volendi non referre in deum: pauci enim ſunt peccatores qui talem actum volendi habeant: ſicut experientia docet: qui tamen fruuntur creatura: vt dictū eſt de ſupbis ⁊ auaris. Si ꝓ talis nō referat actualiter: referat aūt habitualr̄: tunc eſt vſus.

Ad tertiū quod eſt ochaꝫ vbi ſupra.

¶ Ad tertium dico ꝙ aliqđ appeti tanq̄ vltimus finis: ⁊ ſummum ſibi poſſibile pñtari pōt intelligi dupl r̄. Uno mō ſic. ꝙ illud ſit iudicatū eſſe vltim⁹ finis ⁊ ſummū ⁊c̄. vel appetenduꝫ eſſe tanq̄ vltim⁹ finis ⁊ ſic aliqđ appetere tanq̄ ſūmū bonū ⁊ vltim⁹ finis nō ē neceſſariū ad hoc vt eo fruat̄: vt proxime dictuꝫ eſt. Alio mō ꝙ appetat̄ ſicut vltim⁹ finis ⁊c̄. i. ſicut appetitur vltimus finis. retenta ſilitudine: quantum ad hoc quod eſt non appeti propter aliud amatuꝫ: et hoc bñ neceſſariū eſt ad fruendū aliquo: ⁊ ſufficit etiaꝫ. Et ſi in ſecundo ſenſu ſumat̄ añs negādum eſt. Si vero in primo negāda eſt conſequentia. ¶ Ad cōfirmationem dico. ꝙ ſi talia appetantur: ⁊ nō propter aliud actu vel habitu: talis eſt appetit⁹ vitioſus ⁊ peccatū: nec obſtat ꝙ illa ſꝫ ſe bona ſūt: qm̄ vt dicit Aug. 2. de libero arbitrio. Neq̄ illa bona que a peccantib⁹ appetūtur. vllo modo mala ſunt: neq̄ ipſa voluntas libera: quam in bonis quibuſdam numerandam eſſe comperim⁹. Sed malum eſt auerſio voluntatis ab incommutabili bono: ⁊ ꝯuerſio ad commutabile bonum: auertitur aūt volūtas ab incommutabili bono: et ꝯuertitur ad cōmutabile. cū non propter deū aliud bonū diligit. vnde q̄uis talia ſint ſm ſe diligibilia: non tm̄ ſunt ꝓpter ſe diligenda: ⁊ q̄ ea ꝓpter ſe diligit peccat. vt pꝫ p Auguſtinū. 19. de ci. dei. vbi ait. Licet a quibuſdā tūc vere honeſte putent̄ eſſe virtutes: cū referunt̄ ad ſeipſas: nec ꝓpter aliud expetunt̄ etiam tunc inflate atq̄ ſupbe ſunt ⁊ ideo non tūc virtutes: ſꝫ vitia iudicāda ſūt.

Cap. 18.

Cap. 2.

¶ Ad quartum ꝯcedo ꝙ actus dādi eleemoſynā ſi nō referat̄ i deū: nec actu nec habitu eſt pctm̄. ⁊ pꝫ hoc per Auguſtinū li. 4. contra Iulianum vbi expreſſe determinat: ꝙ opa mie facta ab infidelibus: quia non propter deū fiunt eis peccata ſunt. Et antea valde ꝓlixe ꝓbat: necnō declarat oīa eoꝝ opa que videntur eſſe virtutes: eo ꝙ nō propter deuꝫ fiunt eſſe pctā. vnde ait. q̄cq̄d boni fit ab hoīe: ⁊ non propter hoc fit: ꝓpter qđ debere fieri vera ſapiētia ꝑcipit: ⁊ ſi officio videat̄ bonum: ipſo nec recto fine pctm̄ eſt. Et paulo ante dicit: ꝙ in infidelibus nulla eſt vere virtus: q̄a cuꝫ non ad ſuum referunt̄ auctorem dona dei hoc ipſo male vtentes efficiuntur iniuſti. Et infra hoc peccātes ꝙ homines ſine fide non ad eū finem iſta opa retulerūt: ad quē referre debuerunt. Item infra. Nō erit igitur in eis vera iuſtitia: quia non actibus: ſed finibus penſantur officia. Or ita fit inq̄t vel timore pene vel aliqua intentione carnali vt non referatur ad illam charitatē quā diffundit omnipotens dominus in cordibus noſtris: nondū fit quemadmodū fieri oportet: q̄uis fieri videatur. Si aūt non fit vt oportet: cōſtat ꝙ eſt peccatū: ⁊ iſta eſt expreſſa ſentētia. Aug. per magnam parteꝫ illius quarti lib. ꝯ. Iul.

ca. penul.

¶ Ad quintum dico ꝙ q̄uis intellectus poſſit dubitare de aliquo vtrum ſit diligendum ꝓpter ſe: vel propter aliud ꝙ tamen poſſit iudicare determinate: vel dictare aliqđ eſſe diligendum: ⁊ tamen nec propter ſe: nec propter aliud: mihi difficile eſt loquendo de homine ſane mentis: ſicut difficile mihi eſt: ꝙ aliquis poſſet iudicare aliquid eſſe diligendum: ⁊ non eſſe diligendum. Si tamen detur ita contingere: dico ꝙ impoſſibile eſt voluntatem ſe tali iudicio conformare: nec ei ſe non conformando peccabit. Et verbum quod adducitur intelligenduꝫ eſt conſcientia cui ſe voluntatem conformare non ſit impoſſibile ⁊c̄.

Quantum ad ſecundū articulū. Utrū. ſ. omnis vſus ſit fruitio: eſt opinio vna dicēs ꝙ vſus ſiue actus vtēdi poteſt accipi tripliciter. Uno modo pro omni actu qui non eſt fruitio. Alio modo pro omni actu terminato ad aliquod obiectum cauſato ex actu fruendi reſpectu alicuius tertio modo ꝓ actu q̄ exiſtens

Ochā. d. 1. q. 1.

vnus tēdit in aliquid ꝓpter aliud. hoc tertio mō ſtrictiſſime accipi dicit actum vtendi. Et omnē talem dicit eſſe actum fruendi: licet non reſpectu eiuſdem obiecti: ſed reſpectu finis: et ꝑ qꝺ aliud appetitur: eſt fruitio: reſpectu vero eius qꝺ eſt ad finem: ſeu qꝺ appetitur ꝓpter aliud eſt vſus. ¶ Iſta concluſio probatur primo ſic. ſicut ſe habet intellectus ad principia et ad concluſiones: ſic voluntas ad finem et ad ea que ſunt ad finem. ſed intellectus vnico actu principia et concluſionem intelligit. igitur voluntas vnico actu vult finē: ⁊ ea que ſunt ad finem. Maior probatur. quia non minus poteſt voluntas ſuper obiecta ſua: ꝗ̄ intellectus ſuper ſua. Minor probatur. quia non plus repugnat intellectui vnico actu intelligere vnum diſcurſum ſyllogiſticum: ꝗ̄ vnam propoſitionem: ſed illam poteſt vnico actu. probationem dimitto: quia ad eā reſponſum eſt in tertia queſtione prologi. contra opinionem recitatam et reprobatam ibidem. ¶ Secundo. nullus actus qui preciſe terminatur ad aliquid vnum: ⁊ poteſt eſſe ſine omni alio actu: tendit in aliqd propter aliud: ſed actus vtendi tēdit in aliquid propter aliud: igitur nō terminatur ad aliquid vnum preciſe: et poteſt eſſe ſine omni alio actu: ſed certum eſt ꝙ actus vtendi poteſt eſſe in voluntate ſine omni alio actu in voluntate. igitur non preciſe terminatur ad aliquid vnum: et cum terminetur ad id quod eſt propter finem: non terminatur ad ipſum p̄ciſe: ſed etiā ad ipm finem: ⁊ per ꝯn̄s fruitio illius finis.

Aureol⁹ in ꝓlo. q. 4. arti. 1. ¶ Hoc etiā. ſ. ꝙ eodem actu appetiť finis: ⁊ id qꝺ eſt ad finem probat alius doctor ſic. obiectum materiale nō attingitur alio actu ab eo quo attingitur obiectum formale: ſed illud quod eſt ad finem: eſt obiectum materiale appetitus: et finis formale: cum id quod eſt ad finem nō appetatur propter propriam bonitatem: ſed ſolum propter bonitatē finis: formalis enim ratio bonitatis in eo quod

Contra Ochā et Aureolū vbi ſupra. eſt ad finem: eſt bonitas finis. ¶ Iſta opinio non apparet mihi vera: ideo contra eam pono duas concluſiones. ¶ Prima eſt: ꝙ nullo actu quo quis vult aliquid ꝓpter aliud: ſicut quod eſt ad finem propter finem: vult finem. Secunda: ꝙ nullus vſus eſt fruitio. ¶ Primam concluſionem probo ſic primo. ſi aliquis vult finem actualiter: ⁊ aliquid propter ipſum finem: volitio finis eſt cauſa volitionis eius quod eſt ad finem. igitur nullo actu quo appetitur id quod eſt ad finem propter finem: appetitur ille finis: conſequentia clara eſt: quia nihil eſt cauſa ſui. Antecedens patet. quoniam nihil aliud eſt. a. eſſe volitū propter. b. ꝗ̄. a. eſſe volitum: quia. b. eſt volitum. hoc vero non eſt aliud in nobis ꝗ̄ volitionem ipſius. b. cauſam eſſe volitionis. a. ¶ Confirmatio. omne propter quod eſt aliud volitum: eſt cauſa finalis illius: cauſa autem fina-

2. phyſi. 1. cap. 29. 5. me. t. c. 2. lis ſm Philoſophum vbicūqꝫ de ipſa loquitur: eſt cuius gratia: ſeu (quod tantum valet) cuius amore. igitur illud propter quod aliud eſt volitum: eſt cuius amore aliud eſt volitum: et ſic amor finis eſt cauſa amoris eius quod eſt ad finem: nō tamen in eodem genere cauſe: quia amor finis nō eſt cauſa finalis amoris eius quod eſt ad finem: ſed potius effectiua partialis tm̄: eius autem obiectum cauſa eſt finalis obiecti amoris: cuius ipſe cauſa eſt effectiua. ¶ Confirmatur ſecundo. quia ſicut concluſio dicitur eſſe nota propter principia: ita ꝙ eſt ad finem dicitur volitum propter finem: et hac ſimilitudine vtuntur illi: quorum opinio eſt recitata: ſed ideo preciſe concluſio dicitur nota propter pricipium: quia notitia pricipij cauſa eſt notitie concluſionis: alioquin non plus ipſa eſſet cognita propter principium ꝗ̄ econuerſo. igitur et ideo qꝺ eſt ad finem dicitur volitum propter finem: quia volitio finis cauſa eſt volitionis eius quod eſt ad finem. ¶ Preterea. Conſtat ꝙ cum dicitur aliquid. verbi gratia. a. eſſe volitū propter. b. non ſolū ſignificatur: ꝙ vtrūqꝫ eſt volitū. nam tunc ſimiliter poſſet dici: ꝙ. b. eſt volitum propter. a. ſed vltra hoc denotať: aliqua cauſalitas ipſi⁹. b. ſuper volitionē ipſius. a. qualis nō cōpetit ipſi. a. ſuper eādem volitionē: vnde nō dicitur ꝙ. a. ſit volitū ꝓpter. a. ſicut dicitur ꝙ ꝓpter. b. non apparet aūt que alia ſic denotetur illi cōuenire: niſi ꝗ eius volitio eſt cauſa volitionis. a. vnde ſicut iam dicebatur: nō eſt aliud dictū. a. eſſe volitum ꝓpter. b. ꝗ̄ ſi dicatur. a. eſt volitum: ꝗ. b. eſt volitum. ¶ Scḋo ſic. Si eodē actu quo appetiť id qꝺ eſt ad finem ꝓpter finem: appetitur etiā finis: ſequiť ꝙ qñcūqꝫ quis appetit actu aliquid propter finē: appetat actu etiā ipſum finem: ⁊ ſequitur vlterius ꝙ ſi ꝓpter multos fines ſubordinatos appetat illud: ſimul actualiter appetet oēs illos. ꝯn̄s eſt falſum: ſicut probat experientia: multotiens enim appetit quis aliquid ꝓpter multos fines: de quibus actualiter non cogitat: et per ꝯn̄s quos non vult actualiter. ꝯn̄a nota eſt: ꝗ omne cuius volitio eſt in appetitu eſt actualiter volitum, nec oppoſitū eſt intelligibile: cum nō ſit aliquid aliud eſſe volitum aliqua volitione: ꝗ̄ illā volitione eſſe volitionem eius. vel ſi ſit alia ſinificatio terminorū vtriuſqꝫ dicti: vnū tn̄ neceſſario infert aliud. ¶ Dices ꝙ id qꝺ eſt ad finē aliqñ eſt volitū ꝓpter finē (qñ finis tn̄ non eſt volitus) igitur nō ſemper volitio finis eſt cauſa volitionis ei⁹ qꝺ eſt ad finē: et per ꝯn̄s cū dicitur aliquid eſſe volitū propter aliud: non denotať ꝙ volitio alterius ſit cauſa volitionis iſti⁹. ¶ Reſpōdeo ꝙ aliquid eſt qñqꝫ volitū propter aliud actualiter etiā volitū: ⁊ tunc neceſſario volitio illius eſt cauſa volitionis huius: vt dictū eſt. Aliqñ aliquid eſt volitum ꝓpter aliud: non quidē actualiter volitum: ſed habitualiter tm̄: ⁊ tunc habitualis volitio, ſeu proprie loquendo habitualis diſpoſitio inclinatiua ad volitionē illius finis eſt partialis cauſa volitionis eius quod eſt volitum ꝓpter finem: ſicut in ſanctis viris charitas habitualis cauſa eſt cuiuſcūqꝫ volitiōis eorum qua volunt aliquid ꝓpter deum: etiā ſi non actualiter de deo conſiderent: et per ꝯn̄s nec ipſum actualiter ament. ¶ Tertio aliquis volens actualiter finem: ⁊ etiā aliquid propter finē poteſt deſinere velle finem nō deſinēdo velle id qꝺ eſt ad finē. igitur nō ea volitione vult finē qua vult id qꝺ eſt ad finē. Antecedēs pꝫ in quotidiana experiētia. Frequenter enī accidit ꝙ quis orat/ vel aliqd aliud facit propter deū actualiter amās deū: ⁊ poſtea deſinit cogitare actualiter de deo cōtinuās tn̄ orationē ſuā actuali intentione circa eā: ꝯn̄a ꝓbať: ꝗ cū aliquid deſinit a nobis eſſe volitū. deſinit in nobis volitio ei⁹: imo nec aliqua volitio eius remanet in nobis: alias ipm remaneret volitū. igitur volitio ei⁹ qꝺ eſt ad finē non eſt volitio ipſius finis. ¶ Si dicatur ꝙ in caſu iſto ꝗ̄uis finis deſinat eſſe volitus: nō tn̄ volitio eius deſinit eſſe: ſed deſinit eſſe eius volitio. ¶ Contra illud. primo non videntur iſti poſſe dicere: quorum opinio poſita eſt: quia eadē ratione haberent dicere: ꝙ intellectio ⁊ quelibet notitia rei poſſit eſſe nō intellectio eius: quod non volunt. Nam ſi aliquando illud poſſet contingere: hoc maxime videretur in caſu in quo intuitiua exterior cōſeruaretur a deo abſqꝫ preſentia obiecti: ⁊ tamen ipſi dicunt ꝙ tunc non deſineret eſſe notitia eius. ¶ Preterea. Si ſtante volitione finis: finis poteſt non eſſe volitus: ⁊ ipſa poteſt non eſſe volitio eius: eadem ratione ipſa manēte poterit non eſſe volitum illud: quod eſt ad finem: ⁊ ſic ipſa poterit eſſe: ⁊ nullius erit volitio: ⁊ iterum ipſa poterit eſſe volitio finis tātum: ⁊ volitio eius quod eſt ad finem tātum: ⁊ iterum volitio vtriuſqꝫ: ⁊ et per conſequens aliquis poterit de nouo velle: poſtꝗ̄ non voluit ⁊ econtra. videlicet non velle poſtꝗ̄ voluit: abſqꝫ vlla mutatione ſue voluntatis: quod eſt contra Aug. 5. de tri. ⁊ Cap. viii. certe non videtur poſſibile naturaliter. ¶ Confirmatur. quia tunc periret omnis via probandi volitionem noſtrā

Digitized by Google

eſſe aliã rem a voluntate noſtra: ⁊ ſic poſſet dici ꝙ voluntas noſtra eſſet ſua volitio: ſicut dicimus de voluntate diuina qđ eſt ꝯtra omnẽ doctrinã ſanctoꝝ ⁊ philoſophoꝝ. ¶ Quarto. ſi aliqs act⁹ volũtatis exiſtẽs circa id qđ eſt ad finẽ: eſſet etiã circa finẽ: eadẽ ratione et quilibet: cum non ſit potioꝛ ratio pro vno ꝙ̃ pro alio: ⁊ ſic ſequitur vlterius ꝙ idem actus numero eſt velle ⁊ nolle: qđ eſt abſurdũ. ꝯſequẽtia patet. quia qs poteſt nolle aliqđ ꝓpter aliquẽ finẽ: imo vt probatum fuit in pͥmo articulo. omnis talis actus eſt alicui⁹ propter aliud. verbi grã. poteſt quis nolle furari propter deũ: ſeu odire furtũ propter deũ. Si igit̃ talis nolitio eſt dei: aut ipa eſt nolitio dei: aut volitio dei: non primũ: qꝛ tũc eſſet odiũ dei: ⁊ ſic quicũqꝫ nolet furari propter deum odiret ipm deũ: ⁊ ꝑ ꝯſequẽs peccaret: qđ eſt falſum. igit̃ eſt volitio dei. et ſic idẽ eſſet actus nolitio ⁊ volitio.

Ochã vbi ſupra ¶ Ad hãc rõnẽ rñdet prim⁹ doctoꝛ concedẽdo ꝯſequẽs: ⁊ dicit ꝙ nõ eſt icõueniẽs eũdẽ actum eſſe volitionẽ vnius et nolitionẽ alterius: icõueniẽs aũt eſſet ꝙ eiuſdẽ eſſet volitio ⁊ nolitio. ¶ Sed hec ſolutio nimis cõcedit vt videt̃: qꝛ tũc pari rõne eſſet ꝯcedendũ ꝙ idem act⁹ poſſet eſſe gaudiũ de vno ⁊ triſtitia de alio: ⁊ deſideriũ de vno ⁊ met⁹ de alio. imo idẽ act⁹ reſpectu diuerſoꝝ poſſet eſſe met⁹ ⁊ deſideriũ gaudiũ ⁊ triſtitia. Et iterum adhuc multo magis idẽ poſſet eſſe volitio hui⁹ ⁊ illius ⁊ cuiuſlibet: ⁊ tãdẽ cõcludit̃ ꝙ in homine reſpectu cuiuſlibet volibilis ⁊ nolibilis ſufficiet vnus act⁹ numero ſicut de⁹ vnico velle vult qcqd vult. ¶ Sed pro certo hoc non niſi abſurde cõcedi videt̃ poſſe. ¶ Preterea. Mirum eſt de iſto doc. qui dicit eũdẽ actũ eſſe velle ⁊ nolle: non autẽ velle et delectari. ¶ Quinto. hoc idem probat̃ expreſſa

cap. 6. determinatione Aug. 11. de tri. vbi determinat ꝙ voluntas ſiue volitio alicuius propter aliud habet pro fine ſeu obiecto (qꝛ ſic accipit finẽ ibi: vt patet intuenti) illud preciſe cuius eſt: et non illud propter qđ eſt illius. Unde ait ſic. volũtas vidẽdi finem nõ habet niſi viſionem. Si enim non referat in aliud viſionem: ſed tñ voluit vt videret nõ eſt diſputandũ quomodo oſtendat̃ finem voluntatis eſſe viſionem: manifeſtũ eſt enim. Si autem referat in aliud: vult vtiqꝫ aliud qđ vniformiter eſt intelligendũ videlicet vt ſi actu referat ad aliud: actu vult aliud: et ſi non actu ſed habitu: habitu etiã vult aliud: ⁊ ſequit̃ nullo interpoſito: nec iã videndi voluntas erit aut ſi vidẽdi non hoc videndi. Uult dicere. ꝙ ſi viſionem referat ad aliud: voluntas qua vult illud aliud non erit voluntas vidẽdi: et hoc verũ eſt ſi illud aliud ad qđ refert̃ viſio nõ ſit viſio: aut ſi illud aliud ſit viſio: erit alia viſio a prima: ⁊ ideo volũtas eius non erit volũtas hoc videndi: ſed vidẽdi aliud ſupple. Unde de vtroqꝫ immediate exemplificat dicẽs: tãqꝫ ſi velit quiſqꝫ videre cicatricem: vt inde doceat vulnus fuiſſe: qđ eſt exemplũ primi quãdo dicit: ꝙ volũtas vidẽdi illud aliud: non eſt voluntas videndi: ſed eſt voluntas docendi vulnus fuiſſe. ¶ Quãtũ ad ſecundũ addit: aut ſi velit videre feneſtrã vt per eam videat trãſeuntes. hoc exemplum eſt ꝙ illa voluntas ſit volũtas videndi: ſed nõ hoc videndi. ſ. feneſtrãm: ſed tranſeũtes. Et ſubdit. volũtas igitur videndi finem habet viſionem: ⁊ voluntas hãc rem videndi finẽ habet huius rei viſionem: volũtas itaqꝫ videndi cicatricem ſuum finem expetit. hoc eſt viſionem cicatricis et ad eam vltra non pertinet. ¶ Ex hoc patet ꝙ ſola viſio cicatricis eſt finis ⁊ obiectum volũtatis qua vult videre cicatricem: vt inde probet vlterius vulnus fuiſſe: probare autem vulnus fuiſſe non pertineret ad voluntatem illam: ſed ad aliã qua eſt volitum: vnde addit: voluntas enim probandi vulnus fuiſſe alia volũtas eſt: Quis ex illa religetur: cuius idem recte finis eſt probatio vulneris et voluntas videndi feneſtram finem habet feneſtre viſionem. Altera eſt enim que ex iſta vertitur voluntas per feneſtram videndi tranſeuntes: cuius idem finis eſt viſio tranſeuntium. hec Augu. Ex his clare patet ꝙ cũ qs vult aliqđ propter aliud alia volitione vult illud ⁊ alia illud propter qđ vult illud. ¶ Sexto. poteſt argui ex eo fundamento quo alij arguunt ſic. ſicut ſe habẽt concluſio et pͥcipia ad intellectum: ſic id quod eſt finis: et id quod eſt ad finem ad voluntatem: ſed nulla vna intellectione intellectus cognoſcit concluſionem propter principia et ipſa principia: vt ſuperius probatum eſt. q. 3. in prologo. igitur nulla vna volitione voluntas vult illud qđ eſt ad finem propter finem et ipſum finem. ¶ Secunda concluſio probatur ex prima ſic. ſi aliquis actus vtendi eſſet actus fruendi: aliquo vno actu volũtas vellet aliquid propter aliud et illud aliud: conſequentia clara eſt ex rationibus fruitionis et vſus. conſequens autẽ eſt falſum: vt apparet ex concluſione prima.

¶ Ad rationes alterius opinionis. Ad primam nego minoꝛem ſi intelligatur de notitia qua cognoſcit concluſionem propter principia. quia de alia non eſſet ad propoſitum: non enim nego ꝙ voluntas poſſit ſimul velle deum et creaturã ⁊ vnico actu ſaltem indiſtincte: ſed dico ꝙ illo actu quo vult creaturam propter deum non vult deum. Ad probationem minoꝛis reſponſum eſt in tertia queſtione prologi. Ad rõnes Ochã vbi ſupra

¶ Ad ſecundam nego maioꝛem. Nam habet inſtãtiam in actibus voluntatis: vt patet ex auctoꝛitatibus Augu. preinductis: et ſimiliter de alijs actibus. Nam viſio cicatricis: vt inde probetur vulnus fuiſſe: terminatur preciſe ad cicatricem: et poteſt eſſe ſine omni alio actu reſpectu probationis vulneris. taliter enim opoꝛtet itelligi maioꝛẽ illam: ſcilicet ſine omni actu reſpectu illi⁹: propter quod ad aliud terminatur: et tamen terminatur huiuſmodi viſio ad cicatricem propter probationem vulneris. ¶ Ad rationem alterius: quicquid ſit de maioꝛe: nego minoꝛẽ. Ad argumẽtũ Aureoli. vbi ſupra.

¶ Ad probatiõem dico ꝙ quis id quod eſt ad finem appetatur propter finem: habet tamen propriam bonitatem: et per conſequens appetibilitatem aliam a bonitate finis: ſicut patet in potione amara: licet appetatur propter ſanitatem (eſt enim ipſa cauſatiua ſanitatis: et inquantum huiuſmodi eſt bona: que ratio bonitatis alia eſt a ratione bonitatis ipſius ſanitatis: cum ſanitas non ſit cauſatiua ſanitatis: et ideo ipſa licet non per ſe ſeu propter ſe eſſet appetibilis) tamen ſm ſe appetibilis eſt: ita ꝙ diſtinctam ⁊ ꝓpꝛiam terminet appoſitionem.

Quantum ad tertium articulum. Eſt opinio quedã que habet tenere ꝙ non. ſi teneat que dicta ſunt in articulo precedenti: vult enim opinio iſta: ꝙ nec in intellectu nec in volũtate poſſunt ſimul eſſe plures actus: quod probat ſic. Cuiuſcũqꝫ generis alique ſpecies ſunt incompoſſibiles: et omnes: patet. Nam quia in genere coloꝛum albedo et nigredo ſunt incompoſſibiles omnes ſpecies coloꝛum ſunt incompoſſibiles: ſed in genere itellectionis alique ſpecies ſunt incompoſſibiles: vt opiniones cõtradictoꝛioꝛum. vt patet per Philoſophum. 2. periher. igitur nulli actus diuerſarum ſpecierum poſſunt eſſe ſimul in intellectu. Conſtat autem multo magis ꝙ nec alique eiuſdem ſpeciei: cum duo accidentia ſolo numero differentia non poſſunt ſimul eſſe in eodem ſubiecto. Eodem modo poteſt probari de actibus voluntatis: cum aliqui ſint incompoſſibiles et contrarij: vt velle et nolle circa idem obiectum. ¶ Secundo. ſi plures actus poſſent eſſe in intellectu vel voluntate: eadem ratione et infiniti. conſequens eſt falſum. conſequentia tenet per conſequentiam Philoſophi. 4. phyſicoꝛum. ſi duo coꝛpoꝛa eſſent in eodem loco et infinita. T. c. 53.

¶ Tertio idem non poteſt eſſe primũ ſuſceptiuũ diuerſorũ patet de ſuperficie que non poteſt ſimul ſuſcipere diuerſos coloꝛes. igit̃ nec intellect⁹: nec voluntas plurium

Digitized by Google

ctuū. ¶ Quarto impoſſibile eſt idem ſimul moueri di-
uerſis motibus.igiṫ.conſequentia tenet:quia intelligere
ꝛ velle quidam motꝰ eſſe videntur. ¶ Quinto auctorita
te Phi.ꝺ.ſcꝺo topi.ꝙ contingit plura ſcire: ītelligere au
tem vnum. ¶ Sexto ad hoc eſt auctoritas Algazelis.ſi-
cut impoſſibile inquit vnū corpus pluribꝰ figuris ſimul
figurari:ſic intellectum pluribus intellectionibus ſimul
Зовиꝺū informari. ¶ Opinio preſens vt apparet mihi non cōti-
net veritatem:adeo contra eam:ꝛ pro reſponſione ad arti
culum pono concluſiones quatuor. Prima in intellectu
poſſunt ſimul eſſe plures actus. Secunda ꝙ etiam invo-
luntate. Tertia ꝙ fruitio ꝛ vſus poſſunt ſimul eſſe involū
tate. Quarta ꝙ fruitio poteſt eſſe in voluntate abſqꝫ vſu.
et econuerſo.vſus abſqꝫ fruitione.ſ.actuali. ¶ Primam
probo.poſſibile eſt intellectum ſimul intelligere plura di
ſtincte:que non intelligi poſſunt a nobis diſtincte vna in-
tellectione.igitur poſſibile eſt ꝙ in intellectu ſint plures
actus ſimul.conſequentia clara eſt. Antecedens ꝓbatur
quia poſſibile eſt aliquem ſimul videre diſtincte albedinē
ꝛ nigredinē:ſicut patet in legente ſcripturā nigrā in mē-
brana alba:ſimul enim diſtincte percipit nigredinē ſcri-
pture:ꝛ albedinē membrane:idem autem ſingulare ſen-
ſibile:qꝺ homo apprehendere poteſt per ſenſum:etiā ap
prehendere poteſt per intellectū: vt probaṫ infra. diſtin-
ctione tertia.ꝛ etiam ex eo quod probabiṫ in ſecūdo om-
nem ſenſationem hominis eſſe in intellectu. Pro nūc au
tem ſufficit exemplū ꝓpoſitū de legente ſcripturam.hoc
ſolo addito ꝙ intelligat qꝺ ſcriptura ſignificat. Si enim
ſic ſit:neceſſario intelligit ſcripturam quam videt. Alio-
quin non intelligeret illā ſignificare qꝺ ſignificat. Qua
vero ratione intelligit ſcripturam quam videt intelligit
etiam albedinem infra ſcripturam comprehēſam. ¶ P̄.
Non minus eſt poſſibile duas intellectiones eſſe in intel
lectu:ꝙ̄ duas ſenſationes in ſenſu . vnde oīa argumenta
opinionis recitate ita poſſunt applicari ad ſenſum ſicut
ad intellectum. Qꝫ aūt albedo ꝛ nigredo nō poſſunt a no
bis intelligi diſtincte vnica intellectione ſatis patet. Nā
ſicut eſt ſpecies alia propria albedinis alia propria nigre
dinis:vt docet experientia imaginanti eas intrinſecꝰ:ſic
alia intellectio eſt huiꝰ ꝛ alia illiꝰ. ¶ Confirmaṫ.qꝛ ſi in-
tellectio diſtincta albedinis ꝛ nigredinis eſt vna intelle-
ctio nūero:multo magis eadē eſſet intellectio diſticta al-
bedinis ꝛ rubedinis:cū ꝙ̄ magis ꝯuenit: ꝛ ſilr viriditatis
ꝛ cuiuſlibet mediꝫ coloris alterꝰ: ꝛ ſic vnica itellectione
nūero intelligeremꝰ diſticte oēs ſpecies colorꝫ ſeu omniū
ſpē ꝛieꝫ coloris:qꝺ eſt manifeſte falſum. ¶ Scꝺo datis
ꝗnque rebus.ꝓ.g.ꝗnque hominibꝰ:duobus hic ꝛ tribus
illic:pōt qꝛ euidenter cognoſcere ꝙ hi tres ſunt plures il
lis duobus:ꝛ ſic demonſtrando mētaliter enuntiare.igi-
tur poteſt iſtos tres diſtincte apprehendere:ſilr illos du
os.alioqn non euidenter cognoſceret iſtos eſſe tres et il-
los eſſe duos. Sed conſtat ꝙ non poſſunt diſtincte appre
hendi ꝛ cognoſci niſi actibus diſtinctis. igiṫ ꝛc̄. ¶ Ter-
tio notitia ſimplex ītuitiua ꝛ iudiciū affirmatiuū vel ne-
gatiuum ſequens ſunt diuerſi actus vt certū eſt : ſꝫ tales
duos actus contingit eſſe ſimul.igiṫ.probatio aſſumpti.
Nā hmōi iudiciū non habeṫ niſi mediante intuitiua illa
tanqꝫ eius cauſa effectiua partiali.igiṫ quando illꝺ prio
cauſaṫ ipſa tunc actu eſt. ¶ Quarto actus credendi : et
notitia ſimplex ītuitiua:ac etiam iudicium ſequens quo
quis euidentēr coḡſcit ꝛ experitur ſe credere alicui igno
ta narranti ſunt ſimul:alias non euidenter cognoſceret ſe
actualiter credere:ſed potius ſic iudicans deciperetur.
igitur diſtincti actus ſunt ſimul:patet conſequentia. Nā
credere ita eſſe ſicut narrans ſignificat et intueri hanc fi-
dem : et vlterius euidenter cognoſcere ſe ita credere ſunt
actus omnino diſtīcti:immo et cum iſtis concurrit alius
actus.ſcilꝫ percipiendi narrantis verba:immo et plures
ſcꝫ cognoſcendi/ſeu apprehendendi ipſum narrantē. Si
audiens etiam videat ipſum: et actus cognoſcendi quod
eius narratio ſignificat: et multi alij actus inueniūtur ſi-
mul in mente illius concurrere ſi quis diligēter aſpiciat.
¶ Quinto ſm̄ Aug.2.ꝛ.4.ſupra Geñ. in pluribus capi
tulis.ſimul in angelis eſt notitia rerum in verbo : et noti-
tia earum in proprio genere et vna ab alia diſtincta. Ad
hoc etiam arguūt aliqui de intellectu cōperante aliqua
adinuicem:ꝛ ponente differētiam inter illa que ſimul ap-
prehendit : iuxta dictum Philoſophi.2. de aīa de ſenſu
communi. ¶ Secunda concluſio probatur primo ex pri T.c.44.
ma:qꝛ non minus eſt poſſibile in voluntate plures actus et.46.
eſſe ſimul ꝙ̄ in intellectu : non enim eſt ratio in oppoſi-
tum : ſed in intellectu poſſunt eſſe:vt probatum eſt . igi-
tur ꝛc̄. ¶ Secundo . quia poſſibile eſt aliquē odire ali-
quod malum : et ſimul delectari : et complacere in tali
odio : vt experientia docet in hominibus virtuoſis: igi-
tur poſſibile eſt in voluntate ſimul eſſe plures actus.pa-
tet conſequentia . quia in nobis nulla complacentia eſt
odium/nec econtra . Similiter poteſt quis ſperare: ali-
quod futurum ſibi bonum et delectari ſic ſperando.vn- Cap.17.
de ſicut ait Philoſophus ꝑmo rheto.et experientia do-
cet.quecūqꝫ preſentia letificant. letificant et ſperantes et
memorātes. Et vt ſubdit: aut eñ memorantes quomodo
adipiſcebātur/aut ſperantes quomodo adipiſcētur: gau
dent quadam dilectione:vtputa qui in febribus ſitim ha
bentes memorantes quomodo bibebant : ꝛ ſperantes bi-
bere gaudent :ꝛ amantes:ꝛ diſputantes ſcribentes:et fa-
cientes ſuper aliquid de eo quod amatur gaudent. Sed
conſtat ꝙ ſpes/vel eſt/vel includit deſiderium futuri:nul
lum autem deſiderium eſt delectatio:etiam ſi ſit delecta-
bile:tum quia deſiderium eſt reſpectu futuri : delectatio
vero reſpectu preſentis : tum quia delectabile: vt ibidem
dicit Philoſophus eſt factiuum delectationis . igitur
deſiderium quo delectat diſtinguitur a ſua delectatio-
ne. ¶ Tertio ſi non eſſet poſſibile in voluntate ſimul eſſe
plures actus/aut hoc propter incōpoſſibilitatem actuū:
aut propter limitationem potentie. Non primum : quia
non omnes actus voluntatis ſunt ſibi inuicem incōpoſſi-
biles. Nec propter ſecūdum:quia non eſt dicēdum ꝙ ma
gis ſit voluntas limitata ad actuum vnitatem/vel nume
rum ꝙ̄ ſenſus. Sed ſenſus ſimul pōt habere plures ſenſa
tiones:vt probatum eſt : et patet etiam per auctoritatem
Anſelmi de libero ar. vbi dicit ꝙ viſus et qui viſio noiaṫ: Cpa.7.
tam numeroſus eſt/ꝙ̄ numeroſa/ꝛ ꝙ̄ nūeroſe videmꝰ. cō
ſtat autē ꝙ numeroſa ſimul videmus: vt docet experien-
tia.igitur. ¶ Ex eiuſdem quoqꝫ auctoritate ibidē imme
diate ante dicētis ꝙ voluntas que eſt opus inſtrumenti
quod volūtas dicitur.i.volitio ipſa tam multiplex eſt ꝙ̄
multa et ꝙ̄ ſepe volumus.cum igitur experiamur fre-
quenter nos plura ſimul velle.igitur tunc ſunt ſimul plu-
res volitiones in voluntate . ¶ Quarto.poſſibile eſt ꝙ
aliquis ſimul velit finem et aliquid aliud propter finem
illum. Et hoc frequenter experimūr:immo quandocūqꝫ
volumus primo vel preſtituimus nobis aliquem finem
particularem quem alias nō volumus:ſi propter ipſum
volumus aliquid quod non vellemus alias volitio finis
eſt cauſa volitionis eius quod appetitur propter ipſum:
et per conſequens eſt diſtincta ab illa et ſimul in volun-
tate cum illa. ¶ Quinto.conſtat ꝙ in angelis beata eſt
dilectio beatifica . ¶ Item preter illam alie volitiones
quibus cuſtodientes nos volunt ea que expediunt noſtre
ſaluti. ¶ Patet etiam de angelo Thobie qui in ducatu
eius multa geſſit que non niſi volendo et mediātibus vo
litionibus rerum creatarum fiebant. ¶ Item in euange
lio dicitur ꝙ gaudium eſt angelis dei ſuꝑ vno peccato-

Digitized by Google

re pñiam agente. Conſtat q̄ ille volitiones noue: et illud
etiam gaudium diſtincti actus ſunt a fruitione beatifi=
ca. ¶ Tertia concluſio ꝓbatur ex dictis. Nam poſſibile
eſt in voluntate ſimul eſſe plures actus ⁊ fruitio. et vſus
non ſunt actus incompoſſibiles. igitur poſſibile eſt tales
ſimul eſſe: conſequentia pȝ: q̄a non videt̄ q̄d ꝓhibeat. an=
tecedens eſt probatum. ¶ Scd̄o. q̄a ſimul pōt quis velle
ꝓpter ſe aliq̄d ⁊ velle aliud ꝓpter illd̄. igit̄ ⁊c̄. ¶ Quar=
ta ꝯcluſio ꝓbatur p̄mo: q̄a poſſibile eſt: q̄ aliquis diligat
aliq̄d propter ſe nihil aliud actualr̄ diligēdo. igit̄ poſſi=
bile eſt fruitionem eſſe in voluntate abſq; vſu. ꝯñia pȝ ex di
ctis in arti. p̄io. añs notum eſt per experientiam: vnde vi
ri contemplatiui ſic aliquotiens rapiuntur in amorē dei
vt pro tunc nihil aliud actu diligant: nec de aliquo alio
actu cogitent. Et ſimile contingit in alijs: ⁊ circa alia di=
ligibilia. ſecundo ꝓbatur alia pars cōcluſionis. ſ. q̄ vſus
poſſit eſſe ſine fruitione actuali. Nam vt dicebatur in ſe=
cunda ratione pro prima concluſione p̄cedētis articu=
li: contingit aliquē velle aliquid propter finem. de quo nō
actualiter cogitat: ⁊ per ꝯñs quem nō actualiter vult. igi
tur contingit eſſe vſuȝ abſq; fruitione actuali. ¶ Tertio
contingit concluſionem aliquā actualiter cognoſci: non
cognito ſimul pro tunc actu quolibet principio eius: igit̄
contingit vſum eſſe in voluntate abſq; actuali fruitione.
conſequentia patet ex ſimilitudine comparationis princi
pij ad cōcluſionem: ⁊ finis ad id q̄d eſt ad finē. añs pȝ per
experientiā. nam cognoſcens actu vnā concluſionē p̄ſup
ponentem multas ꝓp̄as: ex quarum notitijs ordinate
acquiſita eſt hm̄oi notitia nō actualiter cognoſcit quāli=
bet earum vt docet experientia: ⁊ tñ oppoſitum ſequere=
tur: ſi antecedens non eſſet vex. ¶ Ad primam rationem
opinionis reſpondeo negādo maiorē: quia ⁊ ſi alique ſint
incōpoſſibiles: non tamē oēs. pȝ q̄a albedo ⁊ dulcedo nō
ſunt incompoſſibiles ⁊ recipiuntur in codeȝ ſubiecto pri
mo. ſ. in materia: ⁊ albedo et nigredo ſunt incompoſſibi=
les. ¶ Si dicatur q̄ illa maior intelligenda eſt de gene=
re proximo quod non contineret ſub ſe aliud genus: ſȝ im
mediate diuidit̄ in ſpecies ſpecialiſſimas: tūc minor non
eſt ſub maiore: cum nec intellectio: nec actus voluntatis
ſūt talia genera. Sub intellectione eñi continētur intel=
lectio ſimplex: ⁊ intellectio ꝯplexa ſeu indicatiua affirmā
do vel negādo: ⁊ quelibet illarum ſub ſe continet ſpecies
multas. Similiter actus voluntatis continet ſub ſe nolle
⁊ velle: ⁊ quodlibet illoꝝ cōtinet ſub ſe plures ſpecies: et
non ſpecialiſſimas ſolum: ſed etiam ſubalternas: q̄ etiaȝ
ſunt gñā. ¶ Ad ſcd̄m neganda eſt conſequētia ſicut ⁊ iſta
poſſunt portare duos tāti ponderis lapides. igit̄ poſſuȝ
infinitos tales. Et ſilr̄ ſm ipſos illa eſſet neganda: ſi duo
habit⁹ poſſunt eſſe ſimul in intellectu ⁊ infiniti. Nam añs
eſt verū ſm ipſos: ⁊ ꝯñs falſum. ¶ Ad ꝓbationē dico pri
mo q̄ illam conſequentiam non facit alicubi pħo quādā
tñ rationem faciebant antiqui ponentes vacuuȝ. vnde ſic
arguentes putant pħi tali vti conſequētia. in quo dupl̄r
decipiunt̄. p̄mo q̄a illa non eſt ratio pħi ſed antiquorum
¶ Scd̄o quia nec illi etiam ſic arguebant: iſta patēt. Nā
inter ceteras eorum rōnes Phūs recitat iſtam non enī vi=
debitur inquiebant illi vtiq; motus eſſe niſi ſit vacuū ple
num enī eſt impoſſibile recipere. Si ẜo recipiet ⁊ ſūt duo
in eodem ꝯtinget vtiq; ⁊ q̄libet ſimul eſſe corpora: d'ſiam
enim ꝓpter quā non erit vtiq; q̄d dictum eſt non erit di=
cere. Si autem cōtingat hoc ⁊ paruiſſimum accipi ⁊ ma
ximum. Multa nāq; parua quod magnum eſt. Hic pa=
tet q̄ iſta fuit argumentatio eoruȝ ⁊ non pħi. Et idē etiā
patet per Commentatorem ibidē. ¶ Itē patet q̄ ipſi non
inferebant de infinitis ſicut iſti dicunt ſaltem ad intelle=
ctum eorum. ſ. cathegoreumatice ſumēdo. ¶ 3. Dico q̄
in iſto ſenſu Phūs dixiſſet talem cōſequentiā non valere.

ad rōnes durandi.

T.ca.53.

Com.53.

Et q̄uis conceſſiſſet antecedens non tamen conceſſiſſet
conſequēs cum apud eum infinita multitudo actualis
corporum ſm ſe foret impoſſibilis. tertio dico q̄ dato q̄
illa conſequentia foret bona cathegoreumatice ſiue ſyn=
cathegoreumatice: nō ſequit̄ adhuc q̄ ꝯñia facta ſit bo=
na in propoſito: nam alia cauſa impedit iſtaȝ. ſ. limitatio
virtutis ⁊ potentie: quia non ita pōt ſimul in plures act⁹
ſicut in pauciores: vt docet experientia: ⁊ ideo eſto q̄ eēt
poſſibile infinitos actus ſimul eſſe in reruȝ natura. adhuc
potentia nō poteſt ſimul infinitos elicere: immo certe nec
quotcunq; finitos. Sed quia nulla virtus eſt in loco ad
recipiendum corpus: nec maior difficultas vel repugnā=
tia eſt de recipiendo plura q̄ȝ duo: eo q̄ repugnantia to=
ta ſit ex parte illorum receptorum: ſi infinita poſſent eſſe
in rerum natura poſſent etiā eſſe in vno loco ſimul. ¶ Ad
tertium dico q̄ ſi ſumatur antecedens vniuerſaliter. ne=
go illud ſimpliciter. Nam eadem materia eſt primum ſu
ſceptiuum plurium formarum accidentalium: ⁊ idē aer
plurium ſpecierum: ⁊ eadem etiam memoria: ⁊ idem in=
tellectus: ⁊ eadem voluntas plurium habituum ſimul.
¶ Ad quartum nego antecedens. Nam idem ſubiectuȝ
poteſt ſimul calefieri ⁊ rubefieri dulcefieri ⁊ alijs pluri=
bus motibus diuerſarum rationum non incompoſſibili=
bus moueri. ¶ Ad quintum q̄uis a multis varie dicat̄.
pro intentione pħi dico q̄ illius propoſitionis duplex po
teſt eſſe ſenſus. vnus q̄ contingat multa ſcire: non autem
contingat plura intelligere: ⁊ iſte ſenſus eſt falſus nec eū
intendit Phūs. Alius q̄ contingat aliquem ſimul plura
ſcire ſm habitum: ſeu habitualiter: quando tamen non
actualiter plura intelligit: ⁊ iſte eſt ver⁹ ⁊ ſufficit ad ꝓpo
ſitū Phi ibidē. Nā ibi loquēs de loco a ſilibus vl' a pro=
portionib⁹ cū dixiſſet. ſi viſum hr̄e eſt videre: ⁊ auditū hr̄e
eſt audire. dicit q̄ ad cognoſcēdū. vtrū hoc eſſe ſit illd̄ eē
ꝯſiderandū eſt in vno ⁊ in plibus ſi ſilr̄ ſe hȝ. Aliquotiens
enī differunt vt ſi ſcire eſt intelligere: ⁊ multa ſcire ē mul
ta intelligere. hoc aūt non eſt vex. q̄ aūt hoc ꝯñs nō ſit ve
rū ꝓbat. d. contingit aūt plura ſcire: intelligere autē non
que verba intellecta: vt dictum eſt optime probāt ſuū ꝓ=
poſitum. Si enim hec ſit contingens. plura ſciēs nō intel
ligit plura: ſtatim ſequitur. igitur multa ſcire nō eſt mul=
ta intelligere: ⁊ ex hoc vlterius. igit̄ ſcire nō ē intelligere.
¶ Ad ſextū dico q̄ ſi Algazel ita dicit: q̄ nō vidi: falſum
prorſus dicit: nec ei⁹ auctoritatē in hac parte recipio.
¶ Ad principale. q. rñſio patet ex antedictis ⁊c̄.

¶ Diſtinctionis prime. Queſtio. ij.

Circa eandē diſtinctionem primā ſecūdo
quero. Utrum fruitio ſit actus ſo=
lius voluntatis. ¶ Arguitur q̄ non. q̄a nulla
cognitio eſt operatio ſolius voluntatis: frui=
cio eſt cognitio. igitur. Maior patet. quia q̄li
bet cognitio eſt operatio alicuius potētie cognitiue. Mi
nor probatur. quia omnis amor eſt quedam notitia: frui=
tio vero eſt amor: vt patet ex eius diffinitione. Frui eſt
amore inherere ⁊c̄. ¶ Aſſumptum probatur per Augu= ca.4.⁊.5.
ſtinū. 9. de tri. vbi dicit. q̄ amor quo mens amat ſe et no=
titia qua nouit ſe: ſunt vnus ſpiritus ⁊ vna eſſentia. igitur
ille amor eſt notitia: ⁊ ſimile iudicium eſt de alijs ſcilicet
q̄ quilibet eſt notitia eius cuius eſt amor. Secundo nul
la delectatio eſt operatio: omnis fruitio eſt delectatio.
igitur nulla fruitio eſt operatio: et ſi non eſt operatio nō ca.4.et.5.
eſt operatio ſolius voluntatis. maior patet ex. 10. ethico. et.6.
vbi vult Philoſophus q̄ delectatio non eſt operatio: ſȝ
paſſio conſequens et perficiens operationem: ſicut pul=
chritudo iuuentutem. minor probatur per illud Augu.
83. q. q. 3. di frui dicimur ea re de qua capimus volupta=
tem. i. delectationem. igitur frui eſt delectari: et fruitio
eſt delectatio.

Digitized by Google

Ad oppoſitū Oīs amor ē actꝰ ſoliꝰ volūtatis. Nā non niſi volūtatis eſt amare, ſed oīs fruitio eſt amor. vt ptz ex eiꝰ deſcriptione. igitur.

Hic erūt tres articuli. Primꝰ vtrū amor. vel vlr̄ actus volūtatis ſit eēntialiter aliqua notitia. Scd̄s vtrū delectatio quelīz ſit opatio: ⁊ que opatio ſit. Tertius vtrū fruitio ſit delectatio/ ſeu alia operatio ſolius voluntatis.

Quantum ad primū eſt opinio cuiuſdā moderni docto. ꝙ oīs actus appetendi vel

Adā i.2. odiēdi: ⁊ ita frui eſt quedā cognitio ⁊ quedā apprehēſio:
ſe.lib.1. qꝛ oīs experiētia alicuius obiecti eſt quedā cognitio eiꝰ:
di.1.q.3. ſed oīs actꝰ appetitus eſt quedā experiētia obiecti ſui.i. quo aīa experitur tale obiectū: qꝛ oīs actꝰ vitalis eſt quedā experiētia. aliter inqt nō plꝰ video ꝙ eſſet actꝰ vitalis sic talis appetitꝰ q̄ꝫ ꝙ ſpecies pūta oī actui ſi ponat̄. vel habitus infuſus/aut color reſpectu ſui obiectu: ſed oīs volitio ⁊ nolitio eſt actus vitalis. igit̄. ¶ Scd̄o ſi nō ſic eſſet aīa poſſet amare incognitū: qđ non videt̄ verū. vt ptz per

cap.2. Aug. 9. de tri. vbi ait. Mens ſeipſam amare nō poteſt: niſi etiā nouerit ſe. Nam qūo amat qđ neſcit. Et alibi. Inuiſa diligere poſſumus incognita nequaq̄ꝫ. ꝯña ptz. qꝛ ſi eſſent obiecta abſoluta realiter diſtincta deꝰ poſſet vnū conſeruare ſine alio. ¶ Tertio nō magis eſt incōueniēs ponere oēm volitionē eſſe cognitionē quādā (lꝫ non oīs cognitio ſit actus appetitus vel appetēdi) q̄ꝫ ꝙ oīs aſſenſus ſit apprehēſio quedā: lꝫ non oīs apphēſio ſit aſſenſus/ vel diſ-

cap.5.c.3. ſenſus: ſed illud nō eſt inueniēs. ¶ Quarto ſm̄ Pħ 3̄m.3. et.6. ethi. Electio eſt appetitus intellectiuus: vel intellectus appetitiuus. indifferēter loquit̄. ¶ Quinto tūc voluntas eſſet ceca: qꝛ nihil cognoſceret per actū ſuū de obiecto. ¶ Sexto qꝛ tunc poſſet quis eſſe beatus: ⁊ tū nō videret deū/ nec cognoſceret. ¶ Septimo īpoſſibile eſt ſimpliciter incognitum placere volūtati: ſed poſito ſolo actu amandi quocūq; alio circūſcripto placet obiectū dilectū igit̄. ¶ Octauo aliqua vna opatio eſt vltimꝰ finis hoīs: et nulla niſi cognitio ⁊ dilectio. igit̄. pbatio minoris: qꝛ ſi ſit cognitio que nō ſit dilectio deus poſſet conſeruare illā abſq; dilectione: ⁊ tūc poſſet eſſe hō beatus qui deū nō diligeret. Nec pōt eſſe dilectio que nō ſit cognitio: qꝛ tūc cū beatitudine ſtaret ꝙ deus nō eſſet cognitus. ¶ Hoc pro-

cap.14. batur etiā auctoritatibus. ⁊.1. Aug. 12. de tri. d. Inueni ſcriptū eſſe in libro Job. Ecce pietas eſt ſapiētia. Et ſubdit. Pietatē quippe hoc loco poſuit dei cultū. Et paulo poſt. Et quis cultus eſt eiꝰ niſi amor eiꝰ? igitur a primo ad vltimū ille amor eſt ſapiētia: ⁊ idē quaſi per oīa habet̄

ca.1.c.21. in ench. ¶ Item idē.15. de tri. Nunquid dicturi ſumus volūtatem noſtrā qñ recta eſt: neſcire quid appetat quid deuitet? porro ſi ſic: pfecto ineſt ei ſua q̄dam ſciētia que ſine memoria et intelligentia eſſe non poſſit. Aut vero audiendus eſt quiſpiam. d. charitatē neſcire quid agat: que non agit perperā? ⁊ caplo ſequēti. amor inquit meus meminit et intelligit quid appetere debeat quid vitare.

cap.22. ¶ Item Greg. homel. 27. ſuper illud Joan. 15. (quecūq; audiui a patre meo nota feci vobis) dicit ſic. Dum audita ſeruaui amata iam noui: qꝛ amor ipſe notitia eſt. Vult igitur opinio hec: ꝙ licet nō omnis cognitio ſit volitio vel nolitio. (Nam experimur aliqñ nos intelligere aliqđ: qđ nec volumus nec nolumus) omnis tū nolitio: et oīs volitio cognitio quedam eſt: et aliqua quidem cognitio incōpleta: vt volitio qua volo aliquod bonum. Aliqua vero complexa. vt ea qua aliquid eſſe / vel aliquid ſignificabile cōplexe. Aliqua etiam eſt aſſenſus vt volitio qua gaudeo ꝙ inimicus eſt mortuus. aliqua etiam eſt complexa que nec eſt aſſenſus/nec diſſenſus nec vera/nec falſa: vtpote qualis eſt hec volitio qua opto te eſſe beatum / aut epiſcopum/ aut aliquid tale: tales enim optatiue notitie: et deprecatiue nō ſunt vere. neq; falſe: quia ſm̄ Philoſophum. 1. perihermenias. ſola oratio enuntiatiua eſt vera/vel falſa. Si autem non eſt vera/ nec falſa: non eſt aſſenſus/ nec

diſſenſus ⁊c̄. ¶ Iſta opinio: q̄uis ſubtiles imaginationes habeat: nec forte bene poſſit cōtra proteruum impugnari: non tū apparet mihi vera: nec propter eius motiua videtur mihi diſcedendum eſſe a via cōmuni. ¶ Primo qꝛ ſuperflue ponit pluralitatem notitiarum et inutiliter/. ſeu ſuperflue ponit aliquā rem eſſe notitiam: quod nō minus reputādum eſt incōueniens: q̄ꝫ ſuperflue ponere aliquā rem eſſe. ¶ Aſſumptum declaro. Nam ſm̄ hāc opinionem cuiuſcūq; cognoſcibilis/ ſiue incōplexe/ ſiue complexe ſignificabilis: aliqua volitio / vel nolitio eſt notitia eiuſdem. in eodem ſubiecto eſt aliqua notitia oīno idem ſignificās que non eſt volitio/ nec nolitio: ⁊ cum hoc illud eque perfecte cognoſcitur per ſolam notitiam que non eſt volitio: ſicut per illam ⁊ volitionem ſimul: et per volitionem nunq̄ꝫ abſq; alia notitia cognoſcit̄: neq; cognoſci poteſt: ſaltem naturaliter: vt ipſimet fatentur. igitur ſuperflue prorſus illa foret notitia. Ad quid ergo ponitur?

¶ Confirmatio ex dictis iſtius alibi. In ſecunda eñ ſua lectura tenet: ꝙ in homine nō eſt aliqua notitia intuitiua rei ſenſibilis diſtincta ab omni ſenſatione exteriori. Et eſt ratio eius: qꝛ ſenſatio hominis immediate recipitur in intellectu: et illa vna ſufficit ſuo ſuſceptiuo immediato ad omne iudicium habendum de ſenſibili quod eſt eius obiectum: ⁊ ſic alia ſuperflueret. Ita videtur in propoſito. Nam notitia que non eſt volitio ad omnia iudicia ſufficit ſuo ſuſceptiuo: nec volitio ad hoc formaliter aliquid prodeſt: igitur in alio ſuſceptiuo nō eſt alia notitia que ſit volitio: idem aūt eſt ſuſceptiuum volitionis ⁊ intellectionis ſm̄ eum ⁊ ſm̄ veritatem: vt patebit in ſecūdo. igitur. ¶ Preterea. Si volitio eſſet ſm̄ ſe notitia quedam: cum de nouo aliquid volumus qđ prius cognoſcebamus: ſed non volebamus: experiemur vel experiri poſſemus nos nouam notitiā habere de illo/ ſeu nos aliter noſſe q̄ꝫ prius ꝯñs eſt falſum. Nam ſi video aliquid: qđ nec diligo/ nec odio: et poſtea ſtante eadē notitia diligam bene experiar me nouiter diligere: ſed non experiar aliter noſſe/ aut aliquā notitiā habere. ꝯña ptz. Nā ſic accidit in oībus notitijs: vnde ſi per tactū cognoſcam aliquā figurā ⁊ eandē intuear: poſtea per viſum vtroq; me experior aliter noſſe q̄ꝫ prius. Nā experior me videre ⁊ ſi in aliquo caſu naturaliter/ vel ſupnaturaliter poſſibili ſtante priori tactione eandem figurā primo ⁊ adequate poſtea viderem illud experior vel experirer. ¶ Item ſi aliquid cognoſco remiſſe et poſtea inteñſe: experior/ vel experiri poſſum: ſi volo: ꝙ perfectius q̄ꝫ prius cognoſco: et ſic non reperitur inſtantia ꝙ aliqua notitia nouiter ſit in mente: ſiue eiuſdem / ſiue alterius rationis a priori: ſaltem ſi ſit intenſa: quoniam illam poſſumus experiri. ¶ Confirmatio. quia qua ratione experimur nos velle et intenſius velle q̄ꝫ prius: cum intenditur volitio noſtra: ita nos experiremur: tunc intenſius et perfectius noſſe: q̄ꝫ prius: quia tunc intenderetur noſtra notitia ſi volitio ſit notitia: ⁊ tamen hoc eſt falſum: quia non quāto plus quis diligit tanto perfectius nouit: vel ſaltem non eſt neceſſarium ſic eſſe. ¶ Cum igitur per nullam experientiam cōuinci poſſit talis notitiarum multitudo: ſeu ꝙ ſint plures tales notitie: aut ꝙ volitio ſit notitia: nec aliqua ſit ratio euidens: quia nec aliqua procedens ex per ſe notis: vt certum eſt: nec aliqua procedens ex experientia aliqua: vt patet per dicta: nec aliqua auctoritas ad intellectum auctoris: quam non bene liceat negare: vt patebit ſoluendo rationes opinionis oppoſite. relinquitur ꝙ ſuperflue et abſq; ratione ponitur. ¶ Preterea. Sumo volitionē quā dicit eſſe notitiā incōplexā: ⁊ ſit verbi gratia. illa qua diligo petrū quē intuitiue video: aut iſta volitio eſt intuitiua notitia petri

Cōtra opinionē adē vbi ſupra

q.1.prolo.

aut non imo aſtractiua: non abſtracticta: qa illa imediate terminatur ad petrũ in ſe ⁊ non in ſpeciem aliquã eius vel ad aliõ repñtatiuũ. nulla aũt talis eſt abſtractiua reſpectu talis ſui obiecti: vt patebit diſtinctiõe. iij. ¶ Itẽ non poteſt dari ratio cur iſta volitio petri que eſt notitia ei⁹ ſit abſtractiua: talis notitia q̃ nõ ẽ volitio nõ ſit abſtractiua: vl' ſi illa ſit intuitiua (vt verũ ẽ) hec etiã nõ ſit intuitiua. Nec etiã poteſt dici ꝙ ſit intuitiua: q2 tũc ſimul de eodẽ obiecto adequato in eadẽ potẽtia immediate eſſent due notitie intuitiue: qđ ſm iſtum eſt ſupfluũ: ⁊ ꝑ ↄñs inconueniens. Nec valet ſi dicas ꝙ intelligit de notitijs quarum nulla eſt volitio vel nolitio: tũ qa rõ ſua pariter procedit de quibuſlibet: vt pꝫ conſideranti. Tũ qa facil'r ita diceret illi ↄ quos arguit: ꝙ lꝫ ſit inconueniens eẽ ſimul duas intuitiuas: quarũ quelibet ſit ſenſatio per eundem ſenſum: nõ tñ quarũ vna ſit ſenſatio: altera ṽo nõ: aut ſi ſit ſenſatio alterius rõnis ⁊ per aliũ ſenſum: ⁊ puto ꝙ iſti nõ minus: imo magis apparenter euaderẽt: q̃ ipſe in propoſito iſto. ¶ P. Sumo volitionẽ qua deſidero te eẽ epm iſta ſm te eſt notitia cõplexa ⁊ quedaꝫ orõ optatiua: dcĩ igit' aliqua vocalis ſibi equiualens in ſignificãdo: cuilibet eñ mẽtali orõni põt ſubordinari vocalis aliqua idipſum ſignificãs: quãtũ aũt apparet non põt dari alia q̃ iſta. vtinam eſſes epẽ. vel ei equiualẽs. Sed vt videt' talis vocalis ſignificat deſideriũ intrinſecũ quo deſidero illum fore epm. vnde videt' huic equpollere opto te fore epm. igit' illa interior mentalis q̃ dicit' volitio idipm ſignificat: et per ↄñs illa volitio ſignat ſeipſam ⁊ eſt ſignificatũ ſaltem partiale ſuiipſius: qđ nõ videt' eſſe dicendũ. ¶ Iſtas duas rõnes vltimas minus põdero: q̃ ꝑcedẽtes. ¶ Ad hoc

Cap. 7. eſt etiã intentio Aug. expſſe. 15. de tri. vbi dans differentiã inter trinitatẽ increatã ⁊ creatã in nobis: q̃ attenditur penes memoriã intelligentiã ⁊ voluntatẽ ſeu dilectionẽ: vult ꝙ dilectio in deo ſit etiam intelligentia et memoria: et intelligentia ſit memoria ⁊ dilectio: et memoria ſit intelligentia et dilectio. In nobis autem nec intelligentia eſt memoria vel dilectio: nec dilectio eſt intelligentia vel memoria: nec memoria eſt intelligentia vel dilectio: ſicut recte intuenti idem apparet: qualiſcunqꝫ expoſitio extorta daret' ꝟbis eiuſdem. Secundum autem iſtam opinionem etiam in nobis dilectio eſſet intelligentia. ¶ P. ſm

Cap. 6. ꝓ ſm. 10. ethi. delectatio non eſt mens neqꝫ ſenſus. i. cognitio mentalis: vel ſenſualis: ⁊ tamen delectatio ſm iſtũ Docto. ⁊ ſm veritatem: vt probabitur in ſequenti arti. ẽ volitio. igitur aliqua volitio non eſt cognitio. ⁊ eadeꝫ ra-

Ad rõnes Ade vbi ſupra. tione nulla. ¶ Ad rationes opinionis iſtius reſpondeo.

¶ Ad primam cũ dicit'. omnis experientia obiecti ẽ quedam cognitio eiuſdẽ: ſi ꝓpꝛie loquamur de experientia cõcedo illã: ⁊ nego minorẽ. Et cũ hoc dico: ꝙ ſic arguẽs petit ꝑncipiũ. Nam ois experientia proprie loquẽdo eſt notitia quedã intuitiua: vel euidens iudiciũ ↄñs illã. vnde ſola talis proprie dicit' experimentalis notitia obiecti ſui: ⁊ idcirco cum ſumitur in minore: ꝙ omnis act⁹ appetitus eſt quedã experientia propriũ eſt: ac ſi diceretur omnis actus appetitus eſt notitia intuitiua quod eque immo magis dubiũ eſt: q̃ concluſio ꝓbanda. ¶ Ad probationẽ dico: ꝙ non omnis actus vitalis eſt experientia ſui obiecti. Et eſt inſtantia de actibus dubitandi ⁊ errãdi: ac etiam actu vero credendi condiſtincto actui ſciendi ⁊ actui intelligendi complexorum. Nam talis ſm veritatem non eſt notitia nec cognitio eſſentialiter: vt in ꝓlogo viſum eſt: ⁊ tñ eſt actus vitalis. ¶ Preterea Probatio huius aſſumpti nulla eſt: quoniam alia rõ eſt quare actus appetendi eſt actus vitalis ⁊ nõ ſpẽs proprie loquendo: quia actus appetendi eſt proprie actus ſecund⁹ et operatio: non autem ſpecies: actus autem vitalis nullus dicitur: niſi qui eſt operatio vite.

biles non cognoſcens/ neq; cōprehendens. Et cauſa pro-
pter quam iſta potentia intellectus materialis eſt diſtin-
guens et cognoſcens. prima autem materia non eſt di-
ſtinguens/ neq; cognoſcens eſt: quia prima materia reci-
pit formas diuerſas: ſcilicet indiuiduales. Iſta autē re-
cipit vniuerſales. ſi ergo ſpecies intellectu ſint vniuerſa-
les: cum per illas intelligit: intelligit vniuerſaliter tan-
tum: ⁊ per conſequens non determinate aliquod ſingula-
re. ¶ Item ibidem intellectus cōprehendit formam per 3. Com. 5.
ſe ⁊ comprehendit indiuiduum mediante ſenſu. ¶ Item 4. Cō. 12.
neceſſe eſt vt proportio intentionis ad intentionem: ſcili-
cet indiuidualis ad vniuerſalem ſit ſicut proportio virtu
tis comprehendentis alteram illarum ad virtutem com-
prehendentem alteram: ⁊ cum neceſſe eſt vt due intentio-
nes ſint diuerſe: neceſſe eſt vt virtutes ſint diuerſe. ¶ Ex
hac auctoritate videtur haberi: ꝙ non eadem virtus cō-
prehendit intentionem vniuerſalem ⁊ indiuidualē: ⁊ per
conſequens cum intellectus cōprehendat vniuerſalē non
cōprehendit indiuidualem. igitur nec per ſeipſum abſq;
ſenſu intelligere poteſt ſingulare: quia hoc non contingit
per intentionem vniuerſalem. ¶ His non obſtātibus di- reſpō. ad
cendum ꝙ per intellectum poſſumus intelligere ſingula- auctorita
re ſenſibile diſtincte et determinate ab alijs: et cum eſt tes indu-
abſens ſenſibus noſtris. Hoc probari poteſt primo ſic. ctas.
poſſibile eſt hominem actualiter recordari ſe quandoq;
cognouiſſe et dilexiſſe aliqd ſingulare ſenſibile abſens: et

Digitized by Google

de aliquo ſingulari ſenſibili aliqd credidiſſe / vel eſtimaſ-
ſe. igit̃ poſſibile eſt hoīem intelligere diſtincte ſingulare
aliquod: ſingulare ſenſibile non preſente. Antecedens pa
tet per cōmunem experientiā. cōſequentia probatur: qꝛ
ſicut impoſſibile eſt: ꝙ ego cognoſcam me cognoſcere ali-
quā rem: quin illam rem cognoſcā ꝛ per eandem vim co-
gnoſcitiuam per quā me cognoſco cognoſcere illā: dicen
Cō.136. te Cōmentatore. 2. de aīa. Impoſſibile eſt vt aliquis ſen-
ſus cōprehendat viſum cōprehēdere colorem: niſi etiam
ipſe cōprehendat colorē: ꝛ idem eſt iudicium de quibuſli-
bet virtutibus apprehēſiuis: ſic impoſſibile eſt me cogno
ſcere rem aliquā cognouiſſe quin illam cognoſcam: ꝛ per
eādem potentiā: eadem igitur potētia qua recordatur: ꝛ
per conſequens cognoſcit quis ſe cognouiſſe / aut credi-
diſſe / vel fuiſſe opinatū ꝛc̃. cognoſcit illam talē rem: ſed
cōſtat ꝙ illa non cognoſcitur niſi per intellectum: tum qꝛ
talia enūtiabilia de preterito non niſi per intellectum co-
gnoſci poſſunt: tum qꝛ fides dilectio ꝛ opinio cū ſunt: non
niſi per intellectū apprehendi poſſunt. Et de fide hoc ex-
Cap.2. preſſe dicit Aug. 13. de trini. ꝛ idem eſt iudiciū de ceteris.
¶ Preterea. Actus rememorandi / vel recordandi ſm ꝙ
eſt reuocatio eius qđ delectuꝫ fuit ex memoria: eſt actus
Cap.2. intellectus tm̃: vt. d. Aug. 13. de ciui. dei. Et ſimiliter Cō-
mētator in de memoria ꝛ remi. d. ꝙ inueſtigare per reme-
morationem: ꝛ iudicare ꝙ intentio illa eſt iſtius imagina
par.4.c.3. ti: eſt in hoīe per intellectum. ¶ Item Auicē. 6. natura-
lium. d. ꝙ recordatio que eſt ingenium reuocādi obiectū
quod oblitū eſt: non inuenitur niſi in hoīe ſolo: cognoſcere
etenim aliquid ibi fuiſſe quod poſtea deletum eſt: non eſt
niſi virtus rationalis: ſed conſtat ꝙ talem actum frequē-
ter habemus circa ſingularia aliqua ſenſibilia: vt qñ non
plene meminimus quis hanc rem / vel illam fecerit: tunc
inueſtigamus rememorādo diuerſa hincinde donec inue
niemus recordationem perfectā ꝙ quis determinate: vt
Pe. vel Pau. hoc fecit: ꝛ in tali die / ꝛ in tali loco ꝛ hmōi
alias ſingulares conditiones: ꝛ per cōſequens: tūc cogno
ſcimus per intellectum ſingulare abſens determinate.
¶ Preterea. Certū eſt ꝙ anima ſegregata a corpore ha-
bet naturaliter cognitionem talium ſingularium ꝛ recor-
datur ſe feciſſe hoc ꝛ illud peccatuꝫ. verbi gratia. anima
Iude recordatur ſe prodidiſſe chriſtum: ꝛ odiſſe eum: et
ſimiliter de alijs que concurrūt. igitur habet notitiam de
perſona ſingulari chriſti: ꝛ aliorum ſingularium determi
nate: circa que ſuos habuit malos actus: ꝛ hoc teſtat̃ ſcri
ptura de illo diuite epulone qui recordabatur fratrū ſuo
rū: et cui Abraā dixit. recordare qꝛ recepiſti bona in vita
tua ꝛ Lazarus ſimiliter mala. Et certū eſt ꝙ nō recorda
batur tunc per memoriam ſenſitiuam: ſed tantum per in-
tellectum: igitur actualem habebat notitiam intellectua
lem de ſingularibus ſenſibilibus determinate: ꝛ eadē rō-
ne anima coniuncta per intellectum poteſt noſſe talia ab
ſentia ſingularia. ¶ Ad auctoritates autē adductas re-
Ad primā ſpondeo. ¶ Ad primā poteſt vno modo dici ꝙ nec Phi-
auctorita loſophus nec Commentator loquūtur de ſecūda pfectio
tē in 2riū. ne intellectus vniuerſaliter: ſed de ea tantum que eſt ſm
T.c.53. habitum ſcientificum: ꝛ illa vtiqꝫ eſt vniuerſalis: et ꝙ ita
2. de aīa. ſit patet: quia primam perfectionem ſenſus cōparat ſciē-
tie que eſt habitus. non autem potentie intellectiue: et ſe-
cundam perfectionem ſenſus: ſcꝫ ſentire comparat actui
qui eſt cōſiderare ſm habitum ſcientie: ꝛ ad illum actum
concedo intellectum moueri immediate a rebus vniuer-
ſalib᷒: que ſunt in eo ſiue ſint plures vniuerſales ſpecies /
ſiue habitus vniuerſalium / vel quicquid ſit illud: ꝛ conce
do ꝙ talis notitia eſt vniuerſalis: ſed cum hoc ſtat ꝙ intel
lectus habeat aliam notitiam de ſingularibus determi-
nate / nec oppoſitum voluīt. Alio modo poteſt dici ſuppoſi
to ꝙ loqueretur vniuerſaliter de ſecunda perfectione in-
tellectus: ꝙ ipſe non dicit / nec intendit dicere: ꝙ intelle-
ctus nō moueatur a formis indiuidualibus: ita ꝙ in hoc
differat a ſenſu: quia ille a rebus particularibus moue-
tur: iſte autem nō. ſed ait ꝙ iſte intellectus mouetur a re-
bus vniuerſalibus. volens ꝙ iſta ſit differentia ꝙ ſenſus
nō mouetur ab vniuerſalibus: ꝛ hoc manifeſte innuit ex-
cluſiua locutio: qua ait de ſenſu ꝙ non mouetur niſi mo-
tu qui dicitur comprehenſio a rebus particularibus. Et
hec ſolutio mihi ad plus placet: ꝛ magis cōuenit alijs di
ctis ſuis: vt patebit in ſequentibus. ¶ Ad ſecundam pri-
mo poteſt dici ꝙ qꝛuis Commētator dicat: ꝙ intellectus 3.a.cō.5.
recipit formas vniuerſales: non tamen negat eum recipe
re indiuiduales: ꝛ ideo differentia quātum ad hoc intel-
ligenda eſt: quia materia recipit indiuiduales tātum: in-
tellectus vero etiam vniuerſales. ¶ Aliter adhuc poteſt
dici ꝙ Commen. per formas indiuiduales ꝛ iſtas intelli- 3.a.cō.5.
git formas ſenſibiles ꝛ materiales: quas quia recipit ma
teria: ideo non eſt cognoſcens / neqꝫ diſtinguens. Intelle-
ctus autem non recipit tales: ſed intentionales tantum: ꝛ
ideo cognoſcens eſt et diſtinguens: cum hoc autem ſtat
ꝙ recipiat intentionales vniuerſales et intentionales ſin-
gulares: ꝛ ꝙ ita intelligat Cōmen. patet ex duobus. Pri
mo ex verbo quod premittit dando differētiam inter ma-
teriam ꝛ intellectum. d. enī ꝙ materia eſt in potentia om-
nes iſte forme ſenſibiles: intellectus autem in potentia
omnes intentiones. idem igitur intendit per ſenſibiles et
indiuiduales: et idem per intentiones et formas vniuer-
ſales. Secundo idem ꝛ fortius patet ex cauſa quam aſſi
gnat: propter quam materia non eſt cognoſcēs. Nam cer
tum eſt ꝙ ex hoc quod eſt recipere formas intentionales
ſingulares non poteſt argui recipiens non eſſe cogno-
ſcens: cum nulla virtus ſenſitiua recipiat intentiones
vniuerſales: vt diſtinguuntur contra intentiones indi-
uiduales. Sed quelibet ſenſitiua recipit intentiones indi
uiduales tantum: vt habitum eſt ſupra: ꝛ tamen quedam
ſenſitiue ſunt cognitiue: et ideo intelligendus eſt Cōmen.
vt prius dictum eſt: et tūc eſt verum dictum eius vniuer-
ſaliter: quoniam nulla potentia receptiua formarum ſen-
ſibilium materialium eſt cognoſcens / aut diſtinguēs. Et
ideo dicit Philoſophus. 2. de anima. ꝙ quilibet ſenſus
eſt ſuſceptiuus ſpecierum ſine materia. vbi Commen. d. T.c.121.
Si enim reciperet eas in materia: tunc idē eſſe haberent Cō.121.
in anima ꝛ extra animam: et ideo in anima ſunt intentio-
nes ꝛ comprehēſiones: ꝛ extra animam non ſunt compre-
henſiones / neqꝫ intentiones: ſed res materiales non com-
prehenſe omnino. ¶ Et ſi dicatur. in fine commenti dicti Cō.121.
ipſe. d. ꝙ intētiones quas recipit intellectus ſunt vniuer-
ſales: he vero quas recipit ſenſus ſunt iſte. i. indiuidua-
les. Similiter. 3. de anima. d. ꝙ virtus rationalis diſtin- Com.6.
guit intentiones vniuerſales. Dicendum ꝙ verba Com-
menta. ſunt iſta ille vero: ſcilicet quas recipit intellectus
ſunt vniuerſales: iſte vero ſunt tantum iſte: per quam di-
ctionem excluſiuā patet ꝙ differentia ſm eum eſt in hoc:
ꝙ ſenſus non recipit niſi indiuiduales: intellectus vero
non tantum indiuiduales: ſed etiam vniuerſales. ¶ Et ſi
alicubi diceret ꝙ nō recipit vel diſtinguit indiuiduales:
intelligēdum eſt cum excluſione. i. non recipit tantum in-
diuiduales: alias ſibi contradiceret expreſſe: cum ipſe di-
cat ꝙ vniuerſalitas ꝛ indiuidualitas per intellectum cō-
prehenduntur. 2. de anima: ꝛ libro tertio. ꝙ virtus ratio- Com.65.
nalis diſtinguit intentiones vniuerſales ꝛ indiuiduales: Com.6.
ſicut in primo articu. eſt allegatum. ¶ Item eodem lib. Com.9.
d. ꝙ anima comprehendit alietatem inter formam et in-
diuiduum ꝛ comprehēdit alietatem inter duo neceſſario
vno modo vnū: et multa alio modo. Et iſta eſt diſpoſitio
intellectus in cōprehendēdo alietatē que eſt inter formā
ꝛ indiuiduū. Ex hoc manifeſte pꝫ ꝙ ipſe vult ꝙ intellect᷒

Digitized by Google

comprehendit indiuiduum. ¶ Et ſi dicatur ꝙ ipſe.d.ꝙ
intellectus cōprehendit indiuiduū mediante ſenſu: dico
ꝙ iſtud non tollit ꝓpoſitum: quin intellectus comprehen
dat indiuiduum: ſicut etiam ſenſus cōmunis: quem pro
ſimili ibi adducit Commentator. comprehēdit ſenſibilia
exteriora mediantibus ſenſibus particularibus: ⁊ tamen
vere in eo eſt comprehēſio ſenſibilium: ſic licet mediante
ſenſu intellectus cōprehendat indiuiduum: verum tamē
intellectus cōprehendit illud comprehenſiue exiſtente in
ipſo intellectu ſubiectiue: alias nec eſſet verum ꝙ cōpre-
henderet indiuiduum/nec ꝙ cognoſceret alietatem inter
materiam: id eſt indiuiduum ⁊ formā: non plus ꝙ̃ ꝙ ſen-
ſus cōprehenderet formam mediante intellectu: ⁊ alieta-
tem inter formam et indiuiduum. Nam tunc intellectus
cōprehenderet vnum extremum tantum alietatis et ſen-
ſus aliud. Et ideo non plus diceretur intellectus appre-
hendere alietates illorum ꝙ̃ ſenſus. ¶ Sed tūc videtur
ſtare argumentum ꝙ ſaltem in abſentia ſenſibilis intelle-
ctus non apprehendit indiuiduum. quia. d. Commen. ꝙ
3.a.c.9. intellectus apprehendit ipſum mediante ſenſu: ſcʒ parti-
culari: ſed dictum eſt ꝙ ille non apprehendit ſenſibile ab-
ſens. ¶ Dicendum ꝙ hoc intelligēdum eſt de cōprehen-
ſione qua primo intellectus cōprehendit ſingulare ſenſi-
bile: tunc enim neceſſario concurrit cōprehenſio eiuſdem
ſingularis ſenſibilis per ſenſum. Sed poſt primam cōpre
henſionem: habita ſpecie illius ſenſibilis: intellectus po-
teſt ipſum apprehendere. eſto ꝙ tunc illud ſenſus non ap-
prehendat. ¶ Et per hoc patet ad tertiam auctoritatem
inductam. ¶ Ad vltimam dicēdum ꝙ illa propoſitio de-
bet intelligi. ſicut intentio indiuidualis non eſt intentio
vniuerſalis/nec econuerſo. ſic virtus apprehendens tan-
tum indiuidualem intētionem: ⁊ eſt ſenſus: non eſt virtus
comprehendens vniuerſalem qualis eſt intellectus. Non
vult autem Commenta. ꝙ ſicut aliqua cōprehendens in-
3.a.c.10. diuidualem non cōprehendit vniuerſalem: ſic cōprehen-
dens vniuerſalem non comprehēdit indiuidualem: quia
tamen proprium eſt intellectui vniuerſaliter cōprehende
re: ſic ꝙ nulla alia virtus cōprehendat vniuerſaliter: et in
hoc diſtinguitur ab alijs virtutibus apprehenſiuis. ideo
frequenter Philoſophus ⁊ Commen. dicunt ꝙ intectus
comprehendit intentiones vniuerſales non ſemper: cum
hoc dicentes: ꝙ comprehendit indiuiduales: quis in hoc
conuenit non diſtinguitur ab alijs. Sufficit aūt eis aſſi-
gnare cōprehēſionē propriā ei⁹: ⁊ maxime qñ volūt diffe-
rētiā ei⁹ ad alias virtutes cōprehēſiuas oſtēdere. ¶ Ad
rationē ſupra factā ꝓ iſto dubio dicendū ꝙ illa ꝯña nihil
Ad rōnes factā i pn cipio ſecū di arti. valet. alias ꝑ eandē rōnē ꝓbaret: ꝙ nec angelus/nec aīa
ſeparata poſſet intelligere aliqđ ſingulare ſenſibile deter-
minate cū ſpecies in eis ſint abſtracte: ſicut ille que ſunt
in intellectu noſtro. Et cōſtat ꝙ illud ꝯñs eſt falſum. dico
ergo ꝙ ꝙ̃uis oīs ſpecies exiſtēs in intellectu ſit abſtracta
ab oībus illis conditionibus in eſſendo (qꝛ ſcʒ nec eſt quā
ta extēſiue/nec ſitū habet: ⁊ ſic de alijs cōditionib⁹ mate-
rialibus ⁊ corporalibus) nō quelibet tñ eſt ſic abſoluta in
repñtādo: ſed ſicut ꝑ aliquā ſpeciē inextēſam ⁊ indiuiſi-
bilē repreſentat̃ nobis res quāta ⁊ extēſa: quā etiā per in-
tellectionē indiuiſibilē ⁊ inextēſam intelligimus: ſic ꝑ ali-
quas ſpecies rerū ſenſibiliū inextēſas ⁊ ab oībus cōditio
nibus materialibus abſtractas in eſſe ſingularia illa ⁊ cū
ſuis cōditionib⁹ ſingularibus ⁊ materialib⁹ intelligimus
determinate. Et vltra dico ꝙ in intellectu ſūt ſpecies de-
terminate aliqua ſingularia repreſentantes: ſic ꝙ aliqua
ſpecies ſic determinate repreſentat vnū ſingulare ꝙ nullū
aliud repreſentat: ſiue eiuſdē rōnis ſit ſiue alterius: alio-
quin opʒ cōcedere / vel ꝙ nullius ſingularis abſentis de-
terminate habemus recordationē/aut memoriā / vel ali-
quā cognitionē: qđ ptʒ multipliciter eē falſum ex dictis:
vel ꝙ nō deſineremꝰ meminiſſe alicuius determinate / vel
noſſe: quin ſimul oīm perderemus notitiā ⁊ memoriā: cō-
tra qđ eſt oīm cōmunis experientia. Et ꝯña ptʒ: qꝛ ſi nō ſit
aliqua talis ſpēs vnum ſingulariter repreſentāa: oīs ſpēs
erit repreſentatiua multorū: ⁊ qua ratiōe aliquot: eadem
ratione omniū que ſunt vnius rationis: vt oīm albedinū
vna ſpecies erit repreſentatiua: ⁊ oīm ſimiliter nigredinū
vna: ⁊ ſic de alijs. tunc igitur vel per talem ſpeciē nullum
ſingulare determinate poterit cognoſci: ⁊ habetur prima
pars conſequentis: aut quodlibet determinate: et per cō-
ſequens ꝙ̃diu illa ſpecies permanebit et per eam poterit
aliquod eorū determinate cognoſci: poterit et quodlibet:
et quando non quodlibet tūc neqꝫ aliquod: ⁊ habetur ſe-
cunda pars cōſeq̄ntis: nec magis debet hoc reputari in-
conueniens ꝙ̃ de intellectionib⁹: quarum conſtat oporte-
re dicere aliquam ita eſſe ſingularem intellectionē vnius
ſingularis: ꝙ nō eſt intellectio alicuius alterius: ⁊ aliqua
cuiuſdam alterius ſingularis tantū ſimiliter vt docet ex-
perientia. ¶ Ad hoc etiam eſt auctoritas Aug. 9. de tri. ca. vii.
vbi vult ꝙ notitia qua mēs nouit ſe nō eſt notitia alicui⁹
alterius eſſentie: nec tanꝙ̃ cognoſcibilitatis nec tāꝙ̃ ob-
iecti cogniti. Unde ait. nec alteri⁹ eſſentie eſt notitia ei⁹
non ſolū: quia ipſa nouit: ſed etiam quia ſeipſam.

Pro quarto dubio ſcilicet qualiter intelligimus
ſenſibilia ꝙ̃ nec actualiter ſentimus
nec vnꝙ̃ ſenſimus. premitto ꝙ aliquā rem intelligi a nobis
poteſt dupliciter contingere. Uno modo ꝙ intelligat̃ im-
mediate in ſeipſa. Alio modo ꝙ intelligatur in alio medio
cognito. Et hoc dupliciter poteſt eſſe: quia vel illud me-
dium eſt ſpecies rei illius recepta in intellectu ab illa re:
vel eſt aliqua forma vel conceptus fictus vel format⁹ ab
ipſo intellectu. Et hoc iterum dupliciter: quia vel ille cō-
ceptus eſt ſimplex vel cōpoſitus ex pluribus cōceptibus:
qualitercunqꝫ recte dicatur aliquis conceptus cōpoſit⁹:
¶ Item aliquid poteſt intelligi dupliciter ſcilicet intelle
ctione propria ⁊ diſtincta: qua ſcilicet ipſum precise deter
minate ⁊ diſtincte intelligatur: aut aliqua ſibi equiualēti
ad ipſū diſtincte cognoſcendū et intellectione vniuerſali
aut communi ſibi et alijs. Tunc reſpondeo ad dubiū ſub
quattuor cōcluſionibus. ¶ Prima concluſio eſt ꝙ non
ē naturaliter poſſibile ꝙ aliquis intelligat immediate in
ſeipſo aliquod abſens ſenſibile: alias non ſenſatum ab eo.
¶ Hanc probo primo ratione: quia ſi detur oppoſitū ſe-
quitur ꝙ cecus a natiuitate poſſet intelligere diſticte co-
lores: ⁊ ſurdus ſonos. conſequens eſt falſum. vt docet ex-
perientia. conſequentia probatur. quia ad talem notitiā
ſi haberetur nullatenus ſeruiret ſenſus: cum igitur in nul
lo alio non cecus preemineat ceco: ſi non cecus poterit ha
bere talem notitiam: poterit etiam cecus. ¶ Secūdo nō
eſt naturaliter poſſibile aliquem ſic intelligere aliqđ ſen-
ſibile abſens alias ab ipſo ſenſatum. igitur multo magis
non eſt poſſibile aliquem intelligere immediate aliquod
ſenſibile abſens nunꝙ̃ ab ipſo ſenſatum. conſequentia no
ta eſt. antecedens patet. quia alias abſentibus ſenſibili-
bus poſſemus noſſe: an eſſent vel non: et vbi et qualiter: et
ſic de alijs veritatibus contingentibus. ¶ Tertio quia
tunc per intellectum abſqꝫ ſenſu: poſſet inductio haberi
circa ſingularia ſenſibilia: et per conſequens cognoſci vl-
timis propoſitio de ſenſibilibus: que eſt principium ſcien-
tie: ac per hoc nichil repugnaret: quin naturaliter aliquo
ſenſu carens haberet ſcientiam ſenſibilium pertinētum
ad illum ſenſum: hoc autem eſt contra experientiam. Et
hec ratio tota poteſt haberi ab Ariſtotel. primo poſte-
rio. hec etiam eſt intentio. Auguſti. primo rheto. vbi vult cap. 7.
ꝙ anima de his artibus: que ad ſenſus corporum perti-
nent: ſicut multa medicine: ſed aſtrologie omnia niſi ꝙ
hic didicerit ſcilicet per corporis ſenſus non poteſt dice-

Digitized by Google

non poteſt dicere:ea vero que ſola intelligentia capit. cuʒ
a ſeipſa vel ab alio fuerit bene interrogata reſpondet.
¶ Quarto ſequitur ꝙ fruſtra ⁊ ſupuacue eēnt ſenſus in
aialib⁹: qđ pʒ: quia nec ad cognitionē pñtiū ſenſibiliū eſ
ſent neceſſarij nec ſenſibiliū ab ſentiū: ⁊ ꝑ cōſequēs nec ad
cognitionē ſingulariū: ſʒ ꝑꝑ nichil aliud ſunt neceſſarij: vt
pʒ. igiť. Auctoritate quoqʒ idem pʒ. ait enī Auguſtin⁹. 11.
cap. 8. de trinitate. neqʒ enim vel intelligere poſſeʒ narrātē. ſi ea
que dicit: ⁊ ſi cōtexta tūc primū audirē nō tamē gñaliter:
ſingula meminiſſeʒ: qui enī mihi narrat. ſibi gratia. mōtē
aliquem ſiluа exutum et oleis indutum: ei narrat qui me
minerim ſpecies et montium: ⁊ ſiluarum: et olearum: que
ſi oblitus eſſem quid diceret omnino neſcirē: et ideo nar-
rationem illā cogitare non poſſeʒ: ita ſit vt omnis qui cor
poralia cogitat: ſiue ipſe aliquid confingat: ſiue legat aut
audiat: vel preterita narrantem vel futura prenūtiantē:
ad memoriam ſuam recurrat: et ibi reperiat modum atqʒ
menſuram omnium formarum: quas cogitans intuetur.
Nam neqʒ colorem quem nunqʒ viderit: neqʒ figuram cor
poris: nec ſonum quem nunqʒ audiuit: nec ſaporem quem
nunqʒ guſtauit: nec odorem quem nunqʒ olfecit: nec vllas
contractationeʒ corporis queʒ nunqʒ ſenſit: poteſt quiſqʒ
oīno cogitare. Et poſt dicit: ꝙ ꝑterea nemo aliqd corpale
cogitat niſi qđ ſēſit: qa nemo meminit corpale aliqd: niſi
quod ſenſit. Ex his patet ꝙ nullus poteſt intelligere: aut
cogitare aliqua abſentia corporalia que nunqʒ ſenſit: aut
etiam ſi ſenſit non tamen meminit: quod magis probat ꝓ
poſitum. ¶ Item idē in ſecundo de libe. arbi. expreſſe. d.
Cap. 7. ꝙ ratio non poſſet diſcernere iter colorē et viſionē colorū:
niſi color ei referretur per oculorū ſenſum: et per ꝯñs non
cognoſceret colorem niſi illum ſentiret homo per viſum.
¶ Item Phs in de ſenſu et ſen. ait. Nec enim intelligit
intellectus: que exterius niſi cum ſenſu. i. ſine ſenſu: ⁊ hec
omnia probantur per experientiam. ¶ Secunda conclu
ſio eſt ꝙ ſenſibilia a nobis non ſenſata: non poſſumus co-
gnoſcere in ſpeciebus receptis a ſenſibus. ¶ Hoc proba
tur primo: quia aut hoc eſſet in ſpeciebus cātis ab ipſis
ſenſibilibus non ſenſatis: aut in ſpeciebus cauſatis ab his
que ſenſimus non primo modo quia naturaliter nulla res
ſenſibilis cāt in nobis ſpēm niſi dum eam ſentimus in ſei-
pſa: alias cecus a natiuitate poſſet a viſibilibus acquire
re ſpecies eorum: quod eſt falſum. Nec poteſt dici ꝙ i ſpe
ciebus cauſatis ab alijs: quia vel hoc eſſet per ꝓprias
ſpecies illoꝝ non ſenſatoꝝ: aut per ſpecies ſenſatoꝝ. Pri-
mum non poteſt eſſe: quia vnū ſenſibile nō poteſt cauſare
ꝓpriam ſpēm alterius ſenſibilis: vt ſonus ſpēm coloris:
aut albedo nigredinis. Nec ſecundo modo: quia ſpecies
vnius ſenſibilis: non eſt medium cognoſcendi aliđ ſenſibi-
le: alioquin cecus per ſpecies ſonorum poſſet cognoſcere
colores: et ſurdus per ſpēm colorum ſonos. Et qui vidiſ-
ſet albedinem: et haberet eius ſpeciē poſſet per illā cogno
ſcere puniceū vel ceruleum. eſto ꝙ nunqʒ aliquid talium
vidiſſet: que omīa ſunt falſa. ¶ Ad hoc valet auctoritas
Aug. ad Nebridium. epiſtola. 8⁹. prima etate ceci cū de
luce coloribuſqʒ interrogantur: quid rñdeant non inueni
ūt. non enim coloratas vllas patiuntur imagines: q ſen-
ſu ſenſerunt nullas. ¶ Secundo quiſquis nouit aliquaʒ
rem in aliqua ſpecie neceſſario actu: vel habitu nouit il-
lam ſpeciem eſſe ſpeciem vel imaginem ſeu ſignum illi⁹
ſed nullus qui aliqua ſenſibilia non ſenſit in ſe poteſt noſ-
ſe illa in aliqua ſpecie. Maior patet ex dictis ad ſecundū
dubium. dictum enim fuit ibi ꝙ per illam ſolam notitiaʒ
ſpeciei cognoſcebatur res extra per quā notitiam cogno
ſcitur ſpecies: vt eſt imago alterius. talem autem notitiā
nullus habere poteſt: niſi qui cognoſcit actu vel habitu il
lam ſpeciem eſſe imaginem illius. Minor autem pʒ de ſe
Qui enim viderit imaginem herculis in pariete ⁊ nunqʒ
vidiſſet herculem non plus noſcet illam eſſe imaginem
eius qʒ hectoris vel achillis. ¶ Contra iſta poteſt argui: Cōtra di-
ex eo quod dicit Auic. 6. naturalium. vbi ait. ꝙ vis eſti- cta argu.
matiua apprehendit intentiones non ſenſatas in ſingulis li p. j. c. 4. p
ſenſibilibus: ſicut vis que eſt in oue diiudicans ꝙ ab hoc vltimo.
lupo eſt fugiendum: ⁊ ꝙ huius agni eſt miſerendum. Et
idem dicit parte. 4. c. 1. vbi ait. ꝙ ouis iudicat de inimici
tia lupi per intentionem quam apprehendit de inimici-
tia eius. Et tamen conſtat ꝙ illam non ſentit aliquo ſen-
ſu exteriori. ¶ Commentator etiam dicit in de memoria
et re. ꝙ propter admirationem imaginatiue cogitatiue ⁊
memoratiue in quibuſdam hominibus preſentantur for
me rerum ſenſibilium: quas nunqʒ ſenſerunt: ſed ſolūmo-
do fuerunt ad ipſos tranſlate per auditum diſpoſitiōes
eorum. Et ſubdit ꝙ ſm hunc modum poteſt imaginari
elephantem qui nunqʒ ſenſit ipſum. ¶ Preterea. Idem Cō. 5j.
ſcđo de anima. dicit ꝙ cogitatiua recipit ⁊ diſtinguit in-
tentiones indiuiduales vniuſcuiuſqʒ decem predicamē-
torum: et per conſequens intentionem indiuidualem ſub
ſtātie. Conſtat autem ꝙ ſubſtantiaʒ nullo ſenſu ſentimus
in ſe. Ex his videtur haberi ꝙ aliquorum ſenſibilium ha
beamus per quas illa nouimus: que tamen ſenſibilia nū-
qʒ ſenſimus. ¶ Ad iſta dicendum. Ad primum poteſt pri
mo dici: ꝙ non eſt contra dicta: quia ſecundum veritateʒ 6 natũm
et eundēmet Auic. vbi ſecundo allegatur. Inimicitia nō p. 4. c. p.
eſt res ſenſibilis: nunc autem non eſt dictum ꝙ non poſſu-
mus intelligere aliqua inſenſibilia que ſunt in ipſis ſenſi-
bilibus: niſi fuerint ſenſata: ſed de ſenſibilibus dictum eſt
Secundo poteſt dici ꝙ eſtimatiua non apprehendit ini-
micitiam: nec in ſe nec in eius intentione proprie loquen-
do: qʒuis proprie iudicet a lupo eſſe fugiēdum: ſed appre
henſo lupo per ſenſum ⁊ interiorem virtutem ab ipſa oue
naturaliter ſequitur in eius eſtimatiua iudicium ꝙ ab il
lo eſt fugiendum: ⁊ ex hoc dicitur ꝙ apprehendit inimici
tiam eius. tale autem iudicium eſt in ipſa abſqʒ apprehē-
ſione inimicitie vel odij exiſtentis in appetitu lupi: cui⁹
appetitus actum non videtur ꝙ ouis poſſit cognoſcere: ⁊
illud patet: quia ſi de ligno fieret ſtatua lupi in omnibus
accidentibus ſimilis lupo: non eſt dubium ꝙ ouis vidēs
eam fugeret ab ea ſicut a vero lupo: ⁊ tamen nulla inimi-
citia eſſet in illa ſtatua. non igitur ad hoc ꝙ iſtud iudici-
um ſit in eſtimatiua ouis neceſſe eſt ꝙ apprehēdat aliquā
inimicitiam in lupo aut iudicet eum eſſe inimicuʒ. ¶ Ad
ſecundum primo dicēdum ꝙ Commen. non loquitur ibi
dem de ſpeciebus cauſatis ab ipſis ſenſibilibus: ſed de fi-
ctis potius ⁊ formatis ab ipſo ſentiente: vt manifeſtum ē
eodem loco. ¶ Secūdo dico eſto ꝙ quis fingat tales ſpe
cies proprias rerum ſenſibilium quas nunqʒ ſenſit vt ele-
phantis: aut alterius rei: nunqʒ tamen per tales ſpecies
poteſt cognoſcere elephantem: niſi per exteriorem ſenſum
cognoſcat euʒ: qʒuis narrantibus credere poſſit talem eſ-
ſe qualem finxit in mente ſua ⁊ virtute talis credulitatis
multa poteſt credere per illam imaginem de elephante: q
de illo per illaʒ cognoſceret ſi ipſam noſſet eſſe ſimilitudi-
nem eius. hoc autem plus in ſequentibus declarabitur.
¶ Ad aliud Commentatoris: quicquid ſit de veritate il- 20. de aīa
lius dicti: quantum ad propoſitum ſufficit. dicendum: ꝙ Cō. 63.
non eſt contra dicta: ſicut nec dictuʒ Auic. precedens: cū
ſubſtantia non ſit ſenſibilis proprie: vt hic loquimur de ſē
ſibilibus. ¶ Tertia ꝯcluſio. ꝙ huiuſmodi ſēſibilia nō ſen-
ſata non poſſumus intelligere: niſi aliqua ſpecie ficta ſeu
conceptu ſimplici ſibi proprio. In conceptu autem com-
muni eis et alijs poſſumus illa intelligere: non tamen di-
ſtincte et in ſpeciali: ſed confuſe tantum: ⁊ quadam noti-
tia generali communi illi ⁊ alijs. ¶ Pro cuius concluſio
nis euidentia eſt notandū ſecundum ꝙ colligere poſſum⁹
ex dictis beati Au. q modū nře cognitiōis diligēti⁹ ⁊ acq

ſitius ceteris: quorum doctrine ad nos deuenerũt: inue-
ſtigauit: de rebus extra duo genera in nobis ſpecierũ vel
formarũ / ſeu imaginũ / vel intẽtionũ habemus: per quas
et in quibus res ipſas abſentes cognoſcimus. Nam que-
dam ſpecies ſunt ab ipſis rebus p ſenſus noſtros cauſate
et in memoria / ſeu vi conſeruatiua quã memoriam vocat
recõdite. Quedã ꝟo ſunt alie non cauſate a rebus: ſed a
nobis eas cõprehendẽtibus ſpecies quas in memoria te-
nemus ficte ⁊ formate: et per ↄñs triplici modo res extra
ſenſibiles cognoſcimus. ſ. ⁊ per ſenſum eas imediate ſen-
tiendo: ⁊ per notitiã ſpecierũ in memoria exiſtentiũ: ⁊ per
notitiam imaginũ fictarũ a nobis: ⁊ q̃uis iſta poſſent in-
numerabilibus eius dictis ꝓbari: duo tñ adduco: quorũ
vnum eſt. 9. de tri. vbi ſepe facit mentionẽ de hoc duplici
Cap.6. genere ſpecierũ / vel imaginũ. c. Unde etiã phãtaſias re-
rum corporaliũ per corporis ſenſus hauſtas: et quodam
modo memorie infuſas: ex quibus etiã que nõ viſa ſunt:
ficto phãtaſmate cogitantur. ecce ꝙ primas vocat hau-
ſtas per ſenſus: reliquas ꝟo fictas. Et ſtatim ſequit᷑. Nã
et cũ recolo cartaginis menia que vidi: ⁊ cũ fingo Alexã-
drie que non vidi ⁊c̃. et in fine capli. iſta inquit. ſ. corpora
aut preſentia ſenſu corporis tangimus: aut imagines ab-
ſentiũ fixas in memoria recordamur: aut ⁊ earũ ſimilitu-
dine talia fingimus qualia nos ipſi ſi vellem⁹ / atq; poſſe-
mus etiã opere moliremur ⁊c̃. hic vt p3 ſimul iſtos tres
modos noſcẽdi ſenſibilia ponit. ¶ Aliud eſt lib. 13. vbi in-
Cap.1. quirẽs quomodo nouit quis fide propriã: ⁊ oſtẽdẽs ꝙ nõ
illis modis quib⁹ corporalia cognoſcimus: inter ceteros
modos notitie tãgit hos tres predictos dicẽs: ꝙ fidẽ no-
uimus: nõ inquit: vt corpora que videmus oculis corpo-
reis (ecce vn⁹) et per ipſorũ imagines quas memoria tene-
mus etiã abſentia cogitamus (ecce alius modus) ⁊ ſequi-
tur tertius modus: nec ſicut ea q̃ nõ vidim⁹: ⁊ ex his que
vidimus cogitationẽ: vt p3 formam⁹ ⁊ memorie cõmen-
damus: quo recurramus cũ voluerim⁹: vt illic ea vel po-
tius qualeſcũq; imagines eorũ quas ibi fiximus ſiit recor-
datio cernamus. ¶ Ad hoc etiã faciũt plures auctorita-
tes eiuſdẽ ſuperius adducte: ⁊ que ſequũtur. ¶ Conue-
niũt aũt he ⁊ ille ſpecies ⁊ differũt in quibuſdã. cõueniũt
quidẽ in hoc ꝙ neutre naturaliter haberi poſſunt: niſi de
ſenſibilib⁹ prius ſenſatis in ſe a nobis aliquo modo: vt p3
per experientiã ⁊ auctoritatẽ ſimul eiuſdẽ allegatã con-
cluſione prima huius dubij: ⁊ ex ſequẽtib⁹ etiã patebit.
Tñ differũt etiã in hoc: qñ de nullo ſenſibili naturaliter
ſpeciẽ receptã habem⁹ qd imediate in ſeipo nõ ſenſimus.
Cap.8. Nã ſicut ipſe dicit lib. 10. tales ſpecies iprimunt᷑ memorie
qñ hec que foris ſunt corporalia ſentiuntur: vt etiã cũ ab-
Cap.10. ſunt iſta. pſto tñ ſint imagines eorũ cogitãtibus. Et lib. 11.
dicit. ꝙ verũ eſt ꝙ meminiſſe nõ poſſumus: niſi que ſenſi-
mus. Sed ſpeciẽ alicuius vtiq; fingere poſſumus: quod
tñ non ſenſimus: ſicut qui nunq̃ vidit elephãtem põt fin-
gere ſpeciem ſue ſtature: ⁊ aliqñ perfecte: et aliqñ imper-
fecte hoc facit. Et qui non vidimus faciẽ Chriſti eius ſi-
militudinẽ fingimus in aĩa noſtra. requiritur tñ ad hoc ꝙ
talia fingamus: ꝙ vel talem ſpeciẽ ſm totum habeamus
in mẽoria receptã a reb⁹: aut ſm partes ſaltẽ ſicut ſupra
p3 per auctoritatẽ allegatam eiuſdẽ in prima concluſio-
ne huius dubij. ¶ Scdo conueniũt: qr ad hoc ꝙ per ſpe-
cies receptas cognoſcamus ſenſibilia: neceſſe eſt nos ha-
bere habituales notitias eorum: per quas cognoſcamus
hanc eſſe ſpeciem huius: ⁊ hanc illius: ⁊ ſic de ſingulis: et
de quo hmõi notitiã nõ habemus: noſſe non poſſemus: vt
ex precedẽtibus ſatis p3. ſimiliter vt aliquid cogitemus
per ſpeciem fictã: licet non ſit neceſſe ꝙ illud in ſe ſenſeri-
mus. neceſſe tñ eſt ꝙ ſenſerim⁹ aliquid ſimile illi. quoniã
ſicut dicit Auguſt. 10. de trinita. per imaginabile figmen-
Cap.12. tũ: ſicut cogitãtur abſentia: que ſenſu corporis tacta ſunt

ſiue eiuſdẽ generis: aliqua ⁊ cum hoc etiã neceſſe eſt. vt
notitiã generalẽ habitualem habeamus: per quã cogno-
ſcamus illam ſpeciem ſimilẽ eſſe illi quod ſenſim⁹. Nam
ſicut ſupra tactum eſt. ⁊ eſt etiã ſententia Aug. 10. de triñ. Cap.3.
cum inquit. Nunq̃ eñ ſe oculi preter ſpecula videbũt: ꝙ
hoc eſt oĩbus generale: vt per nulla ſigna res aliqua poſ-
ſit cognoſci: niſi ipſa cognoſcantur eſſe ſigna illius: ipſum
quoq; eſſe alicuius rei ſignum cognoſci non poteſt illa re
penitus ignorata. vnde qui fingit formã elephãtis: ⁊ nũq̃
vidit elephãtem. per illam non plus elephantem cogno-
ſcit: q̃ dormiens / vel freneticus cognoſcit per phãtaſma-
ta: que ſibi occurrunt. Et ratio eſt: qr non poteſt illã conſi-
derare: vt eſt imago alterius. Si aliquem autem vidiſſet
elephãtem ⁊ illius habitualem haberet notitiam: tũc per
illam cognoſceret illã ſpeciem ſimilitudinẽ eſſe elephan-
tum: ⁊ per cõſequens in illa elephãtes noſſe poſſet: etiam
quos non vidit. ¶ Et hoc eſt quod dicit Aug. 8. de trin. Cap.5.
vbi ait. Neq; enim in fide noſtra quam de dño noſtro ieſu
chriſto habemus illud ſalubre eſt qd ſibi animus fingit:
lõge fortaſſe aliter / q̃ res habet: ſed illud qd ſm ſpeciẽ de
hoĩe cogitamus: habemus eñ quaſi regulariter infixam
nature humane notitiam: ſm quam quicquid tale aſpici-
mus: ſtatim hominẽ3 eſſe cognoſcimus / aut hoĩs forma.
ecce ꝙ propter notitiam habitualem in nobis de homine
aſpicientes fictam formã hoĩs cognoſcimus illã eſſe for-
mam eius: et ſic per illã de homine cogitamus. notitiam
autem illam per quam cognoſcimus hoc: non niſi ſentiẽ-
do aliquem / vel aliquos hoĩes extra in ſe primo modo po-
tuimus habere: vt patet per eãdem rationem. ¶ Patet
etiam hoc per rationem Aug. 10. de tri. vbi inquirẽs quo- Cap.3.
modo mens ſe amat ait: ſi mens ſui ſimilitudinem fingit:
et ideo cum hoc figmẽtum amat ſe: amat anteq̃ nouerit:
qr id quod ſui ſimile eſt intuetur: nouerit igitur alias mẽ-
tes ex quibus ſe fingit et genere ipſo ſibi nota eſt: cur igi-
tur alias mentes nouit ſe non nouit: cum ſeipſa nihil poſ-
ſit eſſe preſentius. Eſt igitur conſequentia ei⁹ ꝙ ſi mens
ſe nouit in ſimilitudine ſua aliqua quam fingit. igitur no-
uit alias mentes ex quibus ſui ſimilitudinẽ fingit in qua
ſe nouit: ⁊ per ↄñs p3 ꝓpoſitum. vc3 ꝙ notitia rei per ſpe-
ciem eius fictã preſupponit notitiã alicuius rei ſibi ſimi-
lis in ſeipſa. ¶ Ad idem eſt Anſel'. monol'. vbi ait. Faber Cap.11.
prius concipit mente: quod poſtea ſm mentis conceptio-
nem opere perficit. Et ſequitur. faber penitus non poteſt
mente aliquod corporeum imaginando concipere: niſi id
qd aut totũ ſimul: aut partes ex aliqb⁹ reb⁹ aliquo modo
didicerit iã. Et ſubdit. q̃q; enim homo tale aliquid ani-
mal poſſit cogitãdo ſiue pingẽdo quale nunq̃ ſit confin-
gere: nequaq̃ tamen hoc facere valet niſi cõponẽdo in eo
partes quas ex reb⁹ alias cognitis in memoriã attraxit.
¶ Itẽ iter ſpecies receptas a reb⁹: et fictas ab anima eſt
alia differẽtia. vc3 ꝙ nulla ſpecies recepta ducit in noti-
tiã alicui⁹ rei extra: niſi illius ſingularis ꝑciſe ꝙ ſentiẽdo
ipſa ſpecies eſt recepta in mẽte: vt ſpecies quã memoria
recipit: dũ qs actu videt hãc albedinẽ demonſtratã: non
ducit in notitiã alicuius alterius albedinis ab illa q̃ ſen-
ſata tunc eſt: et hinc eſt ꝙ tot tales ſpecies habet quilibet
in memoria quot ſingularia ſenſibilia p illas cognoſcere
põt: ſicut ꝓbari põt ex eo qd dictũ eſt in ſolutiõe ratiõis.
¶ Ad tertiũ dubiũ: cui q̃q; fauet dictũ Aug. 11. de tri. d. Cap.8.
ꝙ non poſſumus meminiſſe corporũ ſpecies niſi tot quot
ſenſimus et quãtas ſenſim⁹. Ex corporis enim ſenſu eas
in memoriã cõbibit animus: hoc aũt dictũ verũ non eſt:
nec cauſa ei⁹ aſſignata: niſi quia ſpecies rei ſenſibilis re-
cepta per ſenſum repreſentat ſingulariter tñ: et in illius
ſingularis preciſe ducit notitiã: qd ſenſatũ tunc eſt. vnde
ſicut illa ſenſatio eſt ꝑciſe illius ſingularis: ſic etiã et ſpe-
cies tũc cauſata. ſpecies aũt ficta ab anima nõ tñ ducit

Digitized by Google

in notitiam illius ſingularis:vel illorũ tñ que prius nota ſunt in ſe:ſed etiã aliorũ: vt ſupra frequẽter eſt allegatũ p Aug. Unde hmõi ſpecies ficte cõparatione receptorum ſunt quaſi vniuerſales: ꝗuis non perfecta vniuerſalitate:cũ in eis nõ cõueniãt pfecte omnia ſingularia: qd contingit ꝓpter earũ cõiũctã repreſentationẽ pluriũ ſenſibiliũ:nõ enim repreſentãt colorẽ tñ:aut figurã tñ:vel quãtitatem:ſed colorẽ determinate quãtitatis et figure:ꝛ ſic de alijs ſpeciebꝰ fictis de alijs ſingularibus:q2 tñ nõ ducit determinate in huius ſingularis notitiã ſenſibilis:ſicut quelibet recepta facit:ſed in notitiã ꝯfuſam aliquoꝝ aut alicuius quaſi vaga quadã repreſentatiõe (vt quidã dicũt) poteſt dici talis ſpecies ficta quodãmodo vniuerſalis:ſiue autem ſpecies iſte ficte ſint in intellectu:ſiue in parte ſenſitiua anime. Preter eas tñ fatendũ eſt in intellectu eſſe alias fictas abſtractiones obiectiue et vniuerſaliores:lꝫ propter abſtractionẽ non ſic ſint nobis pceptibiles:ſiue vocentur ſpecies ſiue intẽtiones ſeu forme vel cõceptus:qd vltimũ vocabulũ nunc apud modernos eſt magis in vſu: ꝗuis omnibus prenominatis et pluribus alijs inueniantur antiqui vſi fuiſſe in eadem ſignificatione:in qua moderni vtũtur hoc nomine cõceptus. formãtur autem iſti conceptus in intellectu ex apprehenſione pluriũ ſingulariũ ſimiliũ fingẽdo ſimilitudinẽ quãdam: ſeu cõceptũ cõmunẽ cuilibet ſingulariũ illoꝝ ꝛ alioꝝ ſibi ſimiliũ:qui conceptus nullũ determinate illoꝝ repreſentat:ſed confuſe ꝛ cõmuniter omnia ſicut apprehenſis albedinibꝰ pluribus ſingularibꝰ et earũ cõueniẽtia in hoc ꝙ eſt eſſe albedinẽ:formatur cõceptus cõmunis albedinis cuilibet albedini repreſentatiuus ſimilis et talis in eſſe repreſentatiuo qualis eſt albedo extra in eſſe reali:ſicut ſuo modo dictũ eſt de ſpeciebus fictis in precedentibus. vt tñ dixi iſte eſt abſtractior:qm̃ talis cõceptus formari poteſt in intellectu de albedine:per quẽ nec quantitas aliqua nec figura aut omnino aliqd aliud p̃ter eſſentiã albedinis repreſentabitur:ſicut experientia probat in animaduertere volẽte:ꝛ ita eſt de alijs:ſic autẽ abſtractꝰ cõceptus per virtutẽ ſenſitiuã haberi non poteſt: ſed per ſolum intellectũ:vt dicebatur ſicut experientia docet:qd etiam euidenter patet per illud qd dicit Augu. in lib. de quãtitate anime. Nam longitudo nulla eſt in re ſine latitudine et altitudine:nec eſſe poteſt:nec etiam aliquo ſenſu cogitari:et tñ longitudo ſic intelligi poteſt:vt pro tunc nec lata nec alta eſſe concipiatur:ꝛ iſti conceptus ꝓprie ſunt vniuerſales:et qui vocãtur vniuerſalia:ſicut ſuo loco patebit. Et ideo pro nunc de hoc hec ſufficiãt. ¶ Huiuſmodi quoqꝫ conceptũ quidã ſunt ſimplices. quidã vero ex pluribꝰ ſimplicibus ꝯpoſiti:ſicut ſuo modo de alijs dicebatur. Et ſimpliciũ quidã cõmuniores. quidã vero minus cõmunes. Similiter compoſitoꝝ quidam ex quibuſdã:quidã ex alijs. Sed de omnibus iſtis nunc diſcernere non eſt pertinens ad propoſitum. Sicut autem ſpecies ficte dicebantur conuenire cum receptis: ꝛ etiã differre quãtũ ad habere illas:ꝛ quãtũ ad alia intelligere p illas:ſic etiã ſuo modo de his que in itellectu ſunt eſt ſentiendũ. Ex his patet ſtatim concluſio propoſita. Et quãtũ quidẽ ad primã partẽ probatur:q2 impoſſibile eſt nos habere propriũ cõceptũ aliquoꝝ ſenſibiliũ:niſi aliqua taliũ ſint ſenſata:vt ex dictis patet:et p ꝯſequens nec illa in ꝓprio conceptu ſimplici poſſunt a nobis cognoſci. Alioquin:vt dictũ eſt:cecus a natiuitate poſſet de coloribus propriũ habere conceptũ. Secũda pars patet ex dictis. Nam ex aliquibꝰ ſenſatis poſſumus formare cõceptum cõmunem illis ꝛ alijs ſimilibus ſm ſpeciem aut genus:q̃ ſenſata in ſe nõ ſunt. ¶ Unde quis qui vidit aliquas albedines poteſt ſibi formare conceptum cõmunem oĩbus albedinibus:qui quidem in vniuerſali omnes et confuſe nullãqꝫ diſtincte repreſentabit. Nec ad formãdũ talẽ cõceptum ſpeculatiuũ neceſſe eſt ꝙ oẽs albedines ſint viſe ſm ſe. Similiter ex viſionibus aliquarũ ſpecierũ coloris põt generalẽ cõceptũ coloris formare:eſto ꝙ non viderit cuiuſlibet ſpeciei coloris aliqua ſingularia. Et q2 tales ꝯceptus ſunt ſigna illarũ rerũ:ꝛ talia in eſſe apparenti et repreſentatiue quales ſunt res ille realiter et virtute notitie habitualis aliquoꝝ quorum ſunt ſigna cognoſcunt̃ eſſe ſigna illoꝝ ꝛ eis ſimiliũ:ꝛ ad talia ſignificãda formãtur tales cõceptus:idcirco p illas res alique non ſenſate poſſunt a nobis intelligi: vt ex ſupra dictis apparet.

¶ Uerũtamen:quia iſti cõceptus ſunt cõmunes aliqbꝰ ſenſatis ſingularibꝰ ꝛ qbuſdã nõ ſenſatis:ꝛ hec:et illa:vt dictũ eſt:repreſentãt cõfuſe ꝛ indiſtincte:ideo per eos talia qbꝰ ſunt cõmunes nõ poſſunt diſtincte cognoſci. vnde p cõmunẽ ꝯceptũ albedinis nõ poſſum diſtincte noſſe albedinem:que eſt in camera Guillermi ſi qua ibi eſt:aut aliã aliquã in ſpeciali:nec p ꝯceptũ coloris poſſum diſtincte oẽs:imo nec aliquã ſpeciẽ coloris cognoſcere:quia ſi aliquã poſſem ꝛ oẽs idifferẽter:cũ indifferẽter quãlibet repreſentet. Conſtat aũt multas eſſe ſpecies coloꝝ quaꝝ nullã in ſpeciali poſſum habere notitiam. Confirmatur hoc. quia alias cũ cecus poſſit habere in ſe cõmunẽ conceptum qualitatis ſequeretur ꝙ diſtincte poſſet noſſe colores:qui ſunt ſpecies qualitatis. conſequẽs eſt falſum.

¶ Quarta concluſio eſt. ꝙ ſenſibilia a nobis non ſenſata nõ poſſumꝰ naturaliter cognoſcere in aliquo ꝯceptu cõpoſito ſibi proprio in conceptu communi compoſito poſſumus:ſed non diſtincte non curo nunc: vtrum conceptus dicat̃ cõpoſitus eſſentialiter:vel ſolum obiectiue ꝛ equiualenter:ſicut de ꝓpoſitione mẽtali. q. 1. prologi dictum eſt:quia quãtũ ad propoſitũ tãtũdem valet vtrũqꝫ.

¶ Ad euidẽtiã ꝯcluſionis huiꝰ eſt ſciẽdũ:ꝙ q̇ debet aliqua cognoſcere in conceptu compoſito: neceſſe eſt eum habere in mente talẽ cõceptum:et cũ hoc habere notitiã actualẽ aut habitualẽ qua nouit hũc cõceptum eſſe alicuius rei ſignũ:ꝛ iſta vtraqꝫ ſeparãtur abinuicẽ. Nã quis poteſt formare aliquẽ cõceptũ cõpoſitũ:ꝛ ignorare:an p ipm aliqua res ſignificet̃:ꝗuis ſciat p quãlibet eiꝰ partẽ aliquod ſignificari:imo põt ſcire ꝙ ille ꝯceptꝰ nullius rei eſt. ¶ Exẽplũ pmi. poteſt qs habẽs ꝯceptũ circuli ꝛ conceptu quadrati ꝛ ꝯceptũ equalitatis cõponere ex his cõceptũ vnũ:qualis ꝯceptꝰ eſſet ille cui ſubordinat̃ hoc totũ in voce:circulus equalis quadrato: ꝛ hoc experit̃ hic quilibet. cũ hoc tñ põt ignorare:an iſte ꝯceptꝰ ſit cõceptꝰ alicuius rei:ſicut multi hũc ꝯceptũ formãtes ignorãt:an aliqua res ſit vel poſſit eſſe circulus equalis quadrato.

¶ Exẽplũ ſecũdi. ſi qs habeat ꝯceptũ circuli ꝛ ꝯceptum anguli ꝛ cõponat vtrũqꝫ ſimul:vt fiat cõceptꝰ cõpoſitus: qualis eſt hec oratio in voce:circulus angularis. certum eſt ꝙ iſte põt ſcire ꝙ nulla res eſt:aut eſſe poteſt cui cõueniat iſte cõceptus: et in vtroqꝫ caſu haberet̃ ꝯceptus cõpoſitus:nõ tñ cognoſceret̃ in illo res aliqua extra animã p illũ qui talẽ ꝯceptũ haberet. ¶ Scitur autẽ de aliquo huiuſmodi ꝯceptu ipm eſſe ꝯceptũ alicuius rei:quando ſcitur ipſum de ipſa re verificari:ſicut tũc qs nouit ꝙ cõceptus in mẽte qui eſt diffinitio. verbi grã. animal rõnale eſt ꝯceptus hominis:quãdo nouit ꝙ homo eſt animal rationale. quo cognito dũ poſtmodum illum conceptum cõpoſitum intuetur cognoſcit in ipſo rem que eſt homo.

¶ Item aliquando poteſt talis conceptus proprius alicui cognoſci eſſe conceptus alicuius ex hoc ꝙ cognoſcitur ipſum verificari de ꝯceptu entis particulariter ſumpto:ſicut ſi quis noſſet ꝙ aliquod ens eſt animal rationale:de quo magis patebit in ſequentibus. ¶ Ex his probari poſſet cõcluſio quo ad primam partem ſic. Impoſſibile eſt aliquem cognoſcere aliquem conceptũ compo=

Digitized by Google

ſitum proprium ſenſibilibus non ſenſatis ab eo verificari de aliquo. igitur impoſſibile eſt eū naturaliter cognoſcere in aliquo conceptu compoſito proprio ſenſibilis nō ſenſata per eum. conſequentia patet ex dictis. Antecedens eſt euidens per experientiam: et ſumatur gratia exempli iſte conceptus compoſitus: actus diaphani ſm actū. aut iſte color diſgregatiuus viſus. patet ꝙ qui nūꝗ̄ ſenſiſſet lumen: nūꝗ̄ poſſet naturaliter cognoſcere ꝙ aliquod ens eſt actus diaphani ſm actū: ꝛ ꝗ nunꝗ̄ vidiſſet albedinē: nunꝗ̄ poſſet ſcire ꝙ aliquod ens eſt color diſgregatiuus viſus. nam tales notitie non poſſunt haberi: niſi mediāte intuitiua preuia vel coexiſtēte talium ſenſibiliū. Secundo. quia vel talis notitia habetur per apprehēſionem alicuius ſenſibilis illorum quorum eſt ille conceptus proprius: aut per notitiā alicuius effectus vel cauſe dictorum ſenſibiliū: hoc videtur ſufficiens: quia nec alius apparet modus eam habendi. ¶ Si dicatur primum: conſtat ꝙ ille conceptus cōmunis erit etiā ſenſibili ſenſato: ꝛ per conſequens non erit proprius non ſenſatis: vt ſupponitur in concluſione. Per effectum autē talis notitia haberi nō poteſt: quoniam nullus effectus ſenſibilis: preter eū qui fit in ſenſu dū ſentiūtur effectus: qui nō poteſt iuuare propoſitū propter illud qđ imediate dictum eſt: ducit in talē notitiā: qđ patet. ¶ Suppoſito nāꝗ ꝙ aliquis calor ſit effectus lucis: per notitiā caloris nō poterit haberi notitia: ꝙ prius conceptus lucis verificetur de luce: aut etiā ente particulariter ſumpto. Et ratio eſt: quia talis effectus poteſt a pluribus alijs cauſari: et ideo ꝗ̄uis ex eo quis poſſet noſſe ꝙ aliquod ens eſt productiuū caloris: non tamen poterit ſcire ꝙ lux vel lumen eſt productiuum caloris: niſi immediate per ſenſum hoc apprehendat: ꝛ tamen ille conceptus productiuum caloris non eſt proprius luci: vt dictum eſt: nec per illum effectum poſſet noſſe aliquem conceptum propriū lucis verificari de aliquo. ¶ Item nec per cauſam ſenſibilium. Nam quis poteſt noſſe omnes cauſas extrinſecas alicuius ſenſibilis. ſ. ſoni: qui tamen nullum proprium cōceptum cognoſcet de ſono ante verificari. Surdus eñ a natiuitate poteſt cognoſcere corpora ſonātia et aerem et cōmotionem aeris per ſenſum tactus: que ſunt cauſe ſoni: ꝛ tñ nullum proprium cōceptum ſoni cognoſcet verificari de aliquo. ¶ Confirmantur omnia hec per illud ſepe adductum: ꝙ cecus naturaliter non poteſt noſſe diffinitionem: aut aliquem proprium conceptum coloris vel lucis de aliquo ente verificari: nec naturaliter ſurdus aliquem propriū conceptum ſoni. ¶ Secūda pars concluſionis declaratur. quia aliquis naturaliter cecus poteſt habere conceptum in mente cui ſubordinatur hec vocalis oratio qualitas ſenſibilis: et poteſt noſſe mediante notitia tactus ꝙ aliquod ens eſt qualitas ſenſibilis: et poteſt per conſequens cognoſcere ꝙ ille conceptus eſt alicuius entis: vel iſtorum entium: ac per hoc cognoſcere in illo entia quorum eſt conceptus: ſed conſtat ꝙ ille conceptus eſt communis etiam coloribus: et per hunc ex conſequenti cognoſcet colores: non tamen diſtincte: quia nec diſtincte illos ſignificat aut repreſentat.

Cōtra dicta arguitur.

¶ Contra tamen hoc obijceret aliquis forte: quia pricipium motus ad ſuperius videtur eſſe conceptus proprius leuitatis: ꝛ principiū motus deorſum ꝓprius grauitatis: et vterqꝫ iſtorū pōt cognoſci verificari de ente particulariter. eſto ꝙ nec grauitas nec leuitas ſint ſenſata: ſolūmō eñi vidēdo ignē aſcēdere et terrā deſcēdere nullo ipellēte noſſe poteſt qs ꝙ aliqđ ens eſt principiū huius motus: ꝛ aliquod illius. ¶ Rñ. primo poteſt dici ꝙ grauitas et leuitas ꝓprie nō ſunt forme ſenſibiles: nō eñ apparet quomō leuitas aliquo ſenſu poterit ſentiri. vnde ſi nō moueref corp⁹: nūꝗ̄ aliqs poſſet cognoſcere ipm eſſe graue vel leue: ꝛ ideo ſi cognoſcif aliqua talis: hoc eſt per motum: qa. ſ. ſentimus illud corpus deſcendere: vel per viſum aut per tactuꝫ ipſum tenemus in manu: ꝛ tñ nec per manū nec ꝑ viſum cognoſcimus grauitatem imediate: ſed ꝑ intellectū arguitiue. ¶ Et ad hoc facit multum dictum Commentatoris qui. 7. meta. ꝛ. 12. dicere videtur formas iſtas nō eſſe qualitates: ſed formas ſubſtātiales elementoꝝ: forme autem ſubſtātiales non ſunt de numero ſenſibiliū: vt hic eſt ſermo de ſenſibilibus. ſcđo pōt dici ꝙ ille conceptus principium motus ſurſum: non eſt proprius concept⁹ leuitatis cum videamus ipſum verificari de alijs formis a leuitate. Nā auis moueſ ſurſum etiā a ſe. ¶ Itē aqua aſcēdit vt patet in cōductibus: ꝛ ferrū etiā aſcendit ꝓ ſua magnetem ſi magnes ſit ſupra ferrū: ꝛ cōſtat ꝙ cuiuſlibet horuꝫ motuum eſt aliqđ ꝑncipiū ꝛ non forma leuitatis. ſuo modo ſic poteſt dici de principio mot⁹ deorſum.

Cō. 31.
Cō. 18.

¶ Per hoc pꝫ quid dicendū ſit ad argumentuꝫ factum pro quarto dubio. Nam talia ſenſibilia non ſenſata non intelliguntur a nobis immediate: nec in ſpeciebus cauſatis a ſenſibilib⁹: ſed in cōceptibus tantummodo communibus nō ꝓprijs ꝛ tñ indiſtincte ꝛ cōfuſe.

Ad illud qđ dicebatur i principio ſecundi articuli. Ad rōnes principales queſtionis.

¶ Ad rōnes. Ad primā dico ꝙ Pħs non dicit animam eſſe ſenſibilē tantū per ſenſuꝫ: ſꝫ ſine excluſiōe loquif: cum quo dicto ſtat ꝛ verum eſt ꝙ ſit ſenſibilis ꝑ intellectum: nec oppoſitum ipſe vel aliqs ſane mentis diceret: cum omne ſcire ꝑ dicum ſit de reb⁹ ſenſibilibus. veruntamē: qa non ſolū ꝑ intellectum: ſed ꝑ ſenſum aīa eſt ſenſibilis: ideo etiā locutus eſt de ſenſu: et qa intelligibilia cōprehendere eſt propriū intellectui: iō dicit ꝙ per intellectum eſt intelligibilis: vt ſupra in diſſolutione tertij dubij eſt dictum. Per quod pꝫ: qđ ſit dicēdū ad aliā rōnem factam in principio queſtionis.

¶ Diſtinctionis tertie. Queſtio. ij.

Viſo ꝙ res create ſenſibiles naturaliter intelliguntur a nobis ꝛ q̄liter cōſequenter q̄ro. vtruꝫ res create inſenſibiles naturaliter a nobis intelligantur. ¶ Et arguitur ꝙ non. qꝛ ſi aliqua res inſenſibilis cognoſceretur a nobis. hoc maxime vteꝝ eſſet de aīa nr̄a: et de mēte ſeu intellectu: pꝫ qa nihil ꝑ̄mus eſt intellectui noſtro: ꝗ̄ ipſemet: ſed conſequens eſt falſum: vt manifeſtat opinionum diuerſitas: quas hoīes habent de intellectu nr̄o: opinantibus ꝗbuſdā ipm ſubſtantiā quandā abſtractaꝫ ꝛ vnum in omnibus hoīb⁹: quibuſdā opinantib⁹ ipſum eſſe ſubſtantiā aīe nr̄e. ꝗbuſdā ꝓo accñs eius: q̄ diuerſitas non eſſet ſi ipſe intellectus a nobis cognoſceretur. ¶ Confirmaf. qa ſi eſſet nobis cognitus intellect⁹ noſter aut hoc eſſet: quia cognitus eſſet imediate in ſeipſo: aut i ſpecie ab ipſo cauſata in ſeipſo: aut in cōceptu abſtracto ꝛ ficto: non primo modo: quia q̄ ſic cognoſcunf ſūt nobis euidentiſſima ꝛ notiſſima: nec eſt neceſſe nos ex alijs acq̄rere notitiam de ipſis. conſtat aūt ꝙ non ſic eſt de intellectu noſtro: qa potius ex alijs rebus conamur deuenire in notitiam eius. nec ſcđo mō. qa de nullo habemus naturaliter ſpeciem que non fuerit nobis nota immediate in ſeipſa nec tertio modo. quia illum conceptuꝫ vel intellect⁹ formaret apprehendendo ſeipſum: aut apprehendendo aliquos alios intellectus. non primo modo. quia reſtaret queſtio quomō ante formationem conceptus illi⁹ cognoſceret ſeipſum: an. ſ. in ſe immediate vel in ſpecie nec apprehendendo alios intellect⁹: qa nullus alius intellect⁹ ē ſibi notior: ꝗ̄ ipſemet ſibi: ꝛ ideo mlto min⁹ ex notitia aliorum intellectuum poteſt ꝛ poterit formare hmōi ꝯceptū de ſe ꝗ̄ ex propria.

Contra multe veritates in ſciētijs humanis ſunt nobis note de rebus inſenſibilibus: ſicut patet de intellectu ꝛ eius operationibus. Silr de volun-

Digitized by Google

tate et eius actibus.ſimiliter de angelis.igitur tales res
creatas inſenſibiles naturaliter intelligimus.

In declaratione queſtiōis videbitur an hu-
iuſmodi res poſſunt a no-
bis naturaliter intelligi:et qualiter.ſecundo mouebūtur
quedam dubia ⁊ ſoluentur.

Quantum ad primum premitto diſtinctionem
vnam que colligitur ex precedenti ⁊
proxima.q.videlicet ꝙ rem aliquam intelligi a nobis cō-
tingit tripliciter.ſ.immediate in ſeipſa:ſic ꝙ notitia illa
qua cognoſcitur ad nullum medium cognitum termine-
tur:vel quia cognoſcatur in ſpecie propria anime in intel
lectu cauſata:vel tertio modo ꝙ cognoſcat̃ in aliquo con
ceptu de ipſa ab anima formato. ¶ Tunc pono tres con
cluſiones.quarum prima eſt:ꝙ quedam inſenſibilia intel
liguntur a nobis immediate in ſeipſis. Secunda.ꝙ que-
dam intelliguntur a nobis in ſpeciebus proprijs in intel-
lectu ab ipſis cauſatis. Tertia.ꝙ quedam intelliguntur
in cōceptibus per animam fictis et formatis. ¶ Prima
concluſio probatur.primo quidem ex dictis in preceden-
te.q.ibi enim patet ꝙ ſpecies vel imagines rerum abſen-
tium intellectus intuetur:et in illis cognoſcit res quarū
ſunt ſpecies.idem quoq; patebit in ſecunda concluſione
de ſpeciebus quorūdam mere intelligibilium. Conſtat
autem ꝙ tales ſpecies intellectus non mediante aliquo
intuetur:ſed eas ita immediate:ſicut viſus immediate in-
tuetur colores:et ita vnū experimur vt aliud. ¶ Secun
do quilibet poteſt in ſeipſo experiri:ꝙ ipſe cognoſcit ſe in-
telligere aliquam rem determinatam:et ſe credere id qđ
credit:et ſe velle illud qđ vult et nolle qđ nult:igitur intel
ligit immediate actum ſuum intelligendi volendi nolen-
di et credendi.conſequentia patet ratione:et vt breuius
fiat probetur hoc de actu credendi:et eodem modo pote-
rit probari de alijs.actus igitur iſte ſingularis credendi
quem quis noſcit ſe habere de hac re ſignata:aut cogno-
ſcitur ab eo per ſenſum aut per intellectum:non per ſen-
ſum:quia res omnino inſenſibilis eſt:igitur per intelle-
ctum:aut igitur in ſpecie propria vel in ſpecie propria al-
terius:aut in aliquo conceptu:aut immediate in ſeipſo.
Non in ſpecie propria:fruſtra enim poneretur:cum ipſe
per ſeipſum ſit preſens eque:vt ſpecies eſſet:nec in ſpecie
alterius propria.patet ex dictis in precedenti.q.Etiā nō
apparet:cuius alterius rei ſpecies duceret in notitiam
eius:nec in conceptu:quia autem in aliquo cōceptu ſin-
gulari proprio:vel in conceptu communi.non ſingulari:
quia vel nullus alius eſt a ſpecie:vel ſi eſſet:idem incon-
ueniens eſſet de eo qđ de ſpecie:nec in conceptu commu-
ni:quia per illum non cognoſceretur in ſingulari ⁊ diſtin
cte.relinquitur igitur ꝙ imediate cognoſcatur in ſeipſo.
Eodem modo probari poteſt de actu volendi.Hoc idem
patet de intentione Augu.13.de trini.vbi etiam in virtu- cap.1.
te ponit rationem predictam.Fidem inquit quam videt
quiſq; in corde ſuo eſſe:ſi credit:vel non eſſe ſi non credit:
aliter nouimus:non ſicut corpora que videmus oculis
corporeis:et per ipſorum imagines quas memoria tene-
mus:etiam abſentia cogitamus:nec ſicut ea que non vi-
dimus:et ex his que vidimus cogitationem vtcūq; for-
mamus ⁊ memorie commendamus.Et ſubdit.nec ſicut
hominem viuum:cuius etiam animam ſi non videmus
ex noſtra conuincimus et ex motibus corporalibus ho-
minem viuum ſicut viuendo didicimus intuemur etiam
cogitando:hec excludit modum cognoſcendi aliquid p
diſcurſum et argumētationem:qui tamen modus requi-
rit aut exigit aliquem predictorum in ratione ſupra fa-
cta:cum notitia cōpleta de aliquo neceſſario exigat in-
completam eiuſdem:vt patet ex primo articulo precedē
tis proxime.q.⁊ imediate dat Augu.modū quo videtur
fides non ſic inquit.ſ.modo predicto videtur fides in cor-
de in quo eſt ab eo cuius eſt:ſed eā tenet certiſſima ſcien-
tia:clamatq; cōſcientia.cū itaq; ꝓpterea credere iubea-
mur:q: id qđ credere iubemur videre non poſſumus:ip-
ſam tñ fidem qñ ineſt in nobis videmus in nobis:q: ⁊ rerū
abſentium preſens eſt fides:⁊ rerum que foris ſunt intus
eſt fides:et rerū que non videnẗ videtur fides. ¶ Ex his
pz̄ cōcluſio eius.ſ.ꝙ fides videtur ſicut res per ſeipſam
aio preſens:quod eſt imediate videri in ſeipſa. ¶ Idem
ſequenti.c.in fine.d.de actu volendi.vbi ait ꝙ ſua volun- Cap.2.
tas cuiq; cōſpicua eſt.alterius aūt latet:q̃uis idē velit.
Et ſi aliquibus ſignis ſeſe iudicet:crediẗ potius q̃ vide-
tur:vnuſquiſq; aūt ſui animi cōſcius non credit vtiq; hāc
eſſe ſuā:ſed plane peruidet volūtatem.Non igitur ex ali-
quibus ſignis/aut effectib⁹ arguitiue cognoſcit quis ſuū
velle:ſicut dictum eſt etiā de fide:ſicut alterius volunta-
tem conuincit ex ſignis:ſed plane ex ſe imediate in ſeipſa
ſuam peruidet voluntatē:que etiā in ſequenti cap. diſtin Cap.3.
guit:vbi dicit:quaſdam eſſe cōmunes hoīm voluntates:
quas quilibet certiſſime nouit:non tñ eodē modo vt pro-
priam.Unde ait:ſed aliud eſt videre volūtatē ſuā:aliud
(q̃uis certiſſima coniectura)conuincere alienam. ¶ Ex
quo manifeſte pz̄:ꝙ per videre ſuā non accipit hic aliud
q̃ illā immediate in ſeipſa intueri. ¶ Item idē in de vi-
dendo deo ad Paulinū:⁊ ſicut inquit hanc lucem corpo-
ris ſenſu:ſic etiā volūtatem meam plane video:q: preſto
eſt animi mei ſenſibus:atq; intellectus mihi preſens eſt:
quid expreſſius dici poteſt ad ꝓpoſitum:qñ dicit:ita vo-
luntatē videri mente:ſicut lux corporis ſenſu:et idē vult
de actibus alijs anime:vt ibidē patet. ¶ Tertio probo ꝙ
ſicut intellectus aut mens intelligit ſe imediate:ſic mens
intelligit ſe intelligere illud quod intelligit:qñ illud intel-
ligit.Et ſimiliter itelligit ſe velle ⁊ ſe velle quod vult:⁊ ſic
de pluribus poſſet dici.igiẗ mens intelligit ſeipſam.An-
tecedens eſt euidens.cōſequentia deducitur per Augu. cap.3.
10.de trini.vbi oſtendens:ꝙ mens cum querit ſe noſſe no-
uit ſe:contra vnam poſſibilem reſpōſionem qua dici poſ-
ſet ꝙ non nouit ſe:ſed nouit ſuum noſſe:quo alia nouit:
arguit ſic:vbi ergo nouit ſuum noſſe ſi ſe non nouit.q.d.
hoc non eſt poſſibile.Nam nouit ꝙ alia nouerit:ſe autem
non nouerit.i.nouit ſe alia noſſe ⁊ non ſeipſam.ſ.per refle-
xionem:et tunc in forma interrogationis infert propoſi-
tum dicens:quo pacto igitur ſe aliquid ſcientem ſcit que
ſeipſam neſcit:neq; eñ alteram mentem ſciētem ſcit:ſed
ſeipſam:ſcit igitur ſeipſam. ¶ Ex quibus patet ꝙ Aug.
vtitur hac conſequentia.mens ſcit ſe ſcire/vel ſe ſciētem
eſſe.igitur ſcit ſe:⁊ ſtatim poſt facit hanc:mens ſcit ſe ne-
ſcire ſe.igitur mens ſcit ſe.patet etiam ratione:quoniam
impoſſibile eſt aliquid de alio cognoſci:niſi illud cogno-
ſcatur.mens igitur nouit ſeipſam:aut igitur in aliqua ꝓ-
pria ſua ſpecie/aut in cōmuni aliquo conceptu quem ha
bet de mente/aut immediate in ſeipſa:non primo:tum q:
ſpecies fruſtra poneretur cum mens ſit per ſeipſam ſibi
preſens.Unde ſi res ipſe corporales per ſeipſas poſſent
eſſe preſentes mentis conſpectui nulle ſpecies earum fie-
rent in mente:ſicut poteſt haberi per philoſophum tertio
de anima.⁊ Auguſti.10.de trini.dicit.ꝙ quia mens non T.c.38. et
poteſt ſecum introrſus tanq̃ in regionem incorporee na- 39.
ture ipſa corpora inferre:imagines eorum conuoluit et Cap.5.
rapit:tum quia eſto ꝙ eſſet aliqua ſpecies mentis in ipſa
mente:adhuc non poſſet per illam cognoſci:niſi prius tē-
pore/vel natura ipſa mens cognoſceretur immediate in
ſeipſa:vt patere poteſt ex dictis in precedenti.q.nec in ali
quo etiam tali conceptu cōmuni:tum q: nō cognoſceret
ſe in ſingulari ⁊ diſtincte:tum quia illum conceptum non
poſſet formare:niſi prius aliquā ſingularem mentem noſ-
ſet.Nulla autem poteſt eſſe ei magis nota/q̃ ipſamet.

Digitized by Google

cap.5. Unde Augu.9.de trini.ait.ſi quiſq̄ dicit ex notitia gene-
rali vel ſpeciali mētē credere ſe eſſe talem qualem alias
experta eſt:⁊ ideo amare ſeipſam inſipientiſſime loquit̄.
vnde enim mens mentem aliquā nouit:ſi ſe non nouit:⁊re-
linquitur igitur ꝙ mēs ſcit ſe imediate:et nouit in ſeipſa.
cap.11. ¶ Confirmatur illud per Aug.14.de trini.vbi dicit.ꝙ
mens ſibi eſt memoria : qua preſto eſt vt ſua cogitatione
poſſit intelligi. ¶ Ad hanc rationem diceret quis forte:
ꝙ mens nouit ſe non immediate in ſe: ſed per quādam ar
gumētationem aut diſcurſum ex notitia aliarum rerum.
¶ Contra.primo quia diſcurſus proprie tm̄ eſt inter cō-
plexa ſiue notitias complexorum. Sumo aūt hoc ſingu-
lare cōplexū contingens:hic mens intelligit ſe velle hoc.
verbi gratia.b.aut hoc eſt ſibi notū ꝑ diſcurſum ab alio
cōplexo ſibi notiori:aut eſt ſibi notum per notitiā ſimpli-
cem rerū importatarū per terminos eius.primum nō po
teſt dici:quoniā nullū aliud complexum eſt ſibi notius:
q̄ȝ illud ex quo poſſit habere notitiam de ipſa : vnde ſicut
cap.12. dicit Augu.15.de trini.Cum duo genera ſint rerum que
ſciuntur:vnum earum que per ſenſus corporis percipit
animus:alterum earum que per ſeipſum:multa illi phi-
loſophi.ſ.achademici garrierunt cōtra corporis ſenſus:
animi autem quaſdam firmiſſimas per ſeipſum pceptio-
nes verarum rerum quale eſt illud qđ dixi. Scio me vi-
uere:nequaq̄ȝ in dubiū reuocare potuerunt:et talia ſunt
cap.10. ſm̄ eūdem ibidem.et lib.10.hec.ſcio me velle.ſcio me ſci-
re:et ſcio me intelligere cogitare et plura alia que tan-
tum ſunt euidentia intellectui:vt nullus ipſorum verita-
tem poſſit ignorare : vnde ſicut nullus nouit per diſcur-
ſum veritates ſingulares contingentes de rebus ſenſibi-
libus:quas apprehendit per corporis ſenſus : ſic nec ta-
les. Aſſumptum igitur complexum notum eſt non per
diſcurſum:ſed immediate per notitiam rerum ipſarum.
Igitur de illis rebus:et per conſeqnēs de mente non ha-
betur notitia illa per diſcurſum. ¶ Secundo.quia eſto
ꝙ per diſcurſum mens noſſet ſe:quero an ille diſcurſus
terminatur ad notitiam alicuius complexi formati de
mente:aut ad ſimplicē notitiam ipſius mentis:ſi ad ſim-
plicem notitiam mentis:procedit argumentum queren-
do qualiter mens per illam notitiam cognoſcitur:⁊ opor-
tet dicere ꝙ in ſeipſa immediate. Si ad complexam:cum
notitia complexi exigat notitiam eius ſimplicem:aut eo-
rum que importantur per ipſum ſi plura ſunt:adhuc ha
betur ꝙ oportet dare:ꝙ per aliquam notitiam ſimplicem
mens ipſa apprehendatur : et procedit argumentum vt
prius:vnde in propoſito non curo an notitia mentis ꝓſup
ponat notitiam aliquam alterius ſimplicem:aut non:dū
modo detur ꝙ per aliquam notitiam ipſa in ſe immedia-
te cognoſcatur : et non per medium aliquod cognitum.
¶ Secunda concluſio.aliqua inſenſibilia intelliguntur
ab intellectu in proprijs ſpeciebus ab ipſis cauſatis . Et
hoc probatur auctoritate et ratione.auctoritate primo
cap.3. quidem Augu.14.de trini.vbi oſtendit ꝙ trinitas que eſt
in retentione contēplatione et dilectione fidei:nō eſt per-
petua:ſed temporalis:quia fides ipſa temporalis eſt nec
ſemper erit. Et quia aliquis poſſet dicere ex hoc trinita-
tem illam non perire:quia etiā poſtq̄ȝ fides ceſſauerit re-
cordabimur eam ⁊ intelligemus:ait:ꝙ qui hoc dicit nō
diſcernit nunc aliam eſſe trinitatem quādo preſentem fi-
dem tenemus:videmus amamus in nobis:aliam tūc fu
turā quando non ipſam:ſed eius velut imaginariū veſti-
giū in memoria recōditum recordatione cōtuebimur. et
infra. Que vero tūc erit quādo eam recordabimur in no
bis fuiſſe non eſſe alia perfectio eius erit.hanc enim que
nūc eſt:facit res ipſa preſens et animo credētis affixa: at
illā que tūc erit:faciet rei ꝓterite imaginatio recordātis
memoria derelicta. Et ibidem dicit ita eſſe de fide prete-
rita quā recordamur:ſicut de re aliqua corporali. Nam
et hanc et illam in ſpecie derelicta contuemur. Item ad
idem ꝓpoſitum de fide in fine.aliam inquit nunc trinita- Cap.8.
tem facit per ſuam preſentiam retenta: cōſpecta dilecta:
aliam tunc faciet per quoddam ſui veſtigiū:quod in me-
moria preteriens dereliquit.et.c.ſequēti.ad idem.d.q: et
tunc trinitas erit : cum illud qualecūq̄ȝ veſtigium et me-
moriter retinebitur/ac cognoſcet̄ veraciter:⁊ hoc vtrūq̄ȝ
tertia volūtate iungetur. ¶ Ex his oībus euidenter ap-
paret ſm̄ intētionem Aug. ꝙ fidem non preſentem in no-
bis:ſed preteritam recordamur ⁊ cognoſcimus non in ſe:
ſed in quadā ſui ſpecie : vel imagine/ſeu veſtigio:que oīa
ſignificāt idem ſm̄ eum quod in memoria noſtra dereliu-
quitur. ¶ Item.10.confeſſ.nō vnum inquit dolorem cor- Cap.15.
poris:nec inde deeſt dum nihil dolet:niſi tñ ad eſſent ima
gines eius in memoria mēti neſcirem quid dicerem / nec
eum in diſputādo a voluptate diſcernerem:⁊ plura ante-
cedenter:⁊ conſequēter.d. idē ibidē ad oſtendēdū ꝙ affe
ctiones appetitus non preſentes cognoſcuntur per pro-
prias ſpecies in memoria derelictas. ¶ Item ratione.
Nam ſi nullam talē ſpeciem derelinqueret actus creden-
di ⁊ intelligēdi: ſimiliter actus volendi cum nos experia-
mur ꝙ illos recordando cognoſcimus q̄ñ preterierunt et
non ſunt(experitur enī quilibet ſe aliquando intellexiſſe
rem aliquam:⁊ credidiſſe:⁊ ſimiliter voluiſſe)ſequeretur
ꝙ tales actus intueretur immediate in ſeipſis:ſed non eſt
ſm̄ hoc maior ratio de vno actu / q̄ȝ de alio. igit̄ quilibet
poterit ſemper cognoſcere ⁊ recordari quēlibet actum in
telligēdi ⁊ volēdi:quem nunq̄ȝ habuit:⁊ ita faciliter vnū
ſicut alium:quod eſt contra experientiam. igitur oportet
dicere ꝙ actus tales derelinquūt ſuas proprias ſimilitu
dines:ſeu ſpecie in mente:quibus retentis/nec deletis in
illis poteſt actus tales memorare ⁊ actualiter recordan-
do intelligere:ſicut dictum eſt per Aug. ¶ Preterea. Si
tales actus preteriti poſſent imediate in ſeipſis cognoſci
eadem ratione ⁊ actus futuri:qui nec ſunt / nec vnq̄ȝ fue-
runt quod eſt manifeſte falſum. Et cōſequentia patet:q:
nullam cauſalitatem in intellectu poſſunt habere preteri
ti ſm̄ ſe plus/q̄ȝ futuri:cū neutri ſint aliqua entia in actu
et in potentia ſaltē magis naturaliter videātur eſſe futu-
ri/q̄ȝ preteri: ac per hoc ſi ex eis alia deberent poſſe intel-
ligi magis videretur hoc verum de futuris. Et ideo cum
iſta ſint abſurda concedēdum eſt cum Aug. ꝙ tales non
in ſe immediate:ſed in ſuis repreſentatiuis derelictis co-
gnoſcuntur:ſicut etiam in precedenti.q.de notitia rerum
ſenſibilium preteritum dictum eſt. ¶ Ad hanc rationem
forſitan dicetur. ꝙ vtiq̄ȝ oportet ponere in intellectu ali-
quid derelictum ab actu per quod determinate ipſum co
gnoſcat poſtq̄ȝ fuerit:ſed illud derelictum non eſt aliqua
ſpecies illius actus : quem intuēdo intellectus veniat in
notitiam actus preteriti:vt dictū eſt: ſed eſt habitus qui-
dam qui ſimul cū intellectu cauſat notitiam de tali actu
determinate:qua tamen notitia ille habitus nō cognoſci
tur:ſed nec actus preteritus cognoſcit̄ in tali habitu:ſed
immediate in ſeipſo. ¶ Iſtud dictum non ſaluat poſſibi-
litatem recordationis. Nam vt in precedenti.q.tam per
Aug.q̄ȝ ꝑ philoſophum:⁊ Cōmen.q̄ȝ etiam per experien-
tiam oſtēſum eſt. Recordatio ⁊ notitia rerum abſentium
et non exiſtentium:eſt notitia alicuius ſpeciei vel imagi-
nis. ſeu quocūq̄ȝ alio nomine nūcupetur:qua viſa vt ima
go rei eſt.dicitur cognoſci res cuius imago eſt:ſicut autē
experimur in tali notitia ſenſibiliū:ſic etiam arguere de-
bemus eſſe in notitia inſenſibilium : q̄ȝuis non poſſimus
ſic experiri:⁊ ſic ponit Auguſt.vt proxime allogatum eſt.
¶ Tertia concluſio.ꝙ quedam inſenſibilia intelliguntur
a nobis in conceptibus fictis/ ſeu formatis per animam.
probatur hoc. Nam vnus homo poteſt cognoſcere aiam

Digitized by Google

alterius ex certis ſignis et operationibus et motib⁹ que
in ſe cognoſcit ex anima prouenire arguēdo ipſum viue-
re:et talem animam habere:qualem ipſe habet : ita q de
illo concludet q aliquid habet in ſe de quo verificat con-
ceptus generalis humane anime quem ex notitia:quam
habet de ſua anima formauit:in quo quidem conceptu
iuxta modum dictum de ſenſibilibus non ſenſatis in.5.
dubio precedentis queſtionis intelliget alias animas ra
tionales. ¶ Et iſtud confirmatur:quia certum eſt q nos
poſſumus cognoſcere aliquem hominem viuere ⁊ habe-
re animam:et per conſequēs aliqua notitia generali:aut
ſpeciali cognoſcere animam eius : aut igitur videmus
ipſam in ſeipſa ſicut quilibet videt ſuam:et patet q non:
aut in ſpecie cauſata ab ipſa:qđ etiam non poteſt dici: qꝛ
nihil cauſat talem ſpeciem niſi qđ apprehendit in ſeipſo:
vt ſupra patet:aut in conceptu ficto:et habetur propoſi-
cap.6. tum. Unde Aug.8. de trini. neqꝫ inquit cum corpus viuū
mouetur:aperitur vlla via oculis noſtris:ad videndum
animum rem que videri oculis nō poteſt:ſed illi moli ali-
quid ineſſe ſentimus quale nobis ineſt ad mouendum:ſi-
militer molem noſtram qđ eſt vita ⁊ anima:et ſubdit.ani
mum igitur cuiuſlibet ex noſtro nouimus:⁊ ex noſtro cre
dimus quem nouimus.non enim tm̄ ſentimus animum:
ſed etiam ſcire poſſumus quid ſit animus conſideratione
noſtri.habemus enim animū:ecce qđ conſideratione ani
mi noſtri poſſumus ſcire:quid ſit animus:et formare per
conſequens conceptum in nobis quidditatiuum ⁊ ſpeci-
ficum animi.ex quo vel in quo cognoſcere poſſumus mo
do premiſſo animum cuiuſlibet eiuſdē rationis nobiſcum.
¶ Preterea.Conſtat q de ſubſtantijs ſeparatis plures
veritates naturaliter cognoſcuntur a nobis. igitur ⁊ iſte
ſubſtantie ſeparate:ſed non immediate in ſeipſis:nec in
ſpeciebus proprijs ab ipſis dum intelligerent cauſatis.
igitur ex cōceptibus fictis ex nobis notis. Unde ex qui-
buſdam conceptibus ſimplicibus abſtractis a rebus:for
mamus vnum cōplexum:qui proprius eſt ſubſtantijs ſe-
paratis:⁊ illū probamus de ente particulariter ſumpto:
ac per hoc cognoſcimus illum cōceptum complexū eſſe
conceptum proprium entium aliquorum : et ex tunc illa
in illo cognoſcimus. Contingit autem hoc probando pri
mo quēlibet illoꝝ ſimplicium de ente particulariter. verbi
gratia.ex motu celi quē videmus ſenſu:concludimus ce-
lū moueri ab aliquo alio et vltra per alias rationes:q il-
lud eſt ſubſtantia qđ mouet celū. ¶ Itē ex eo qđ circula-
riter mouetur arguimus q ſubſtantia mouēs celum:eſt
intelligēs. Et quia motus ille ſemper videtur durare:cō
cluditur vlterius q illud mouens eſt incorporeū et ima-
teriale. Et ex omnib⁹ iſtis colligimus:q eſt aliquod ens
qđ eſt ſubſtantia intellectualis:imaterialis incorporea:
qui conceptus eſt proprius ſubſtantiarū ſeparatarū. Et
ideo hunc poſtea conceptū inuenientes mediante habitua-
li notitia quā habemus:ipſum eſſe conceptū propriū ali-
quarū rerū cognoſcimus:⁊ in ipſo res illas determinate:
licet non quālibet diſtincte:⁊ hec exēpla ſolū vt exempla
ſint dicta:quia an tales deductiones ſint efficaces ad cō-
cludendū talia predicata de motore celi vel non: non cu-
ro ad preſens.hoc itaqꝫ modo.ſ.in talibus conceptibus
proprijs cōplexis multa cognoſcūtur a nobis: immo oīa
quoꝝ nullū cognoſcimus in ſe immediate:nec poſſumus
aliter cognoſcere naturaliter ꝓpria cognitione: qm̄uis ge
nerali notitia poſſint cognoſci in conceptibus ſimplicib⁹
cōmunibus ſibi ⁊ alijs formatis ⁊ abſtractis de reb⁹ ali-
quibus in ſe notis nobis : immo huiuſmodi res prius co-
gnoſcuntur in talibus conceptibus ſimplicibus:qꝫ con-
cludatur complexus cōceptus:vt patet in exemplo iam
poſito. Nam conceptum ſubſtantie formamus ex notitia
ſubſtantiarū ſenſibiliū. Similiter conceptū intellectuali-
tatis:habemus ex notitia itellectus noſtri . Similiter ex
corporibus que videmus formamus conceptum corpo-
reitatis ⁊ materialitatis:⁊ per conſequēs poſſumus for-
mare conceptū negatiuū: aut etiam ex rebus imateriali-
bus ⁊ incorporeis exiſtentibus in nobis:quales ſunt ani-
ma noſtra:⁊ que ſunt in illa poſſumus habere talem con-
ceptū:de quo non eſt multū contendendū. conſtat autem
q quilibet predictorū cōceptuū cōmunis eſt etiā ſubſtā-
tijs ſeparatis:et pro eis verificabilis de ipſis:nullus au-
tem eſt ſibi proprius:et quilibet proprius probatur diui-
ſim de ente qđ concludimus mouere celum:⁊ ſic in quoli
bet taliū prius cognoſcitur ſubſtantie ſeparate:qꝫ in cō-
ceptu complexo proprio eis.

Nunc ſecundo mouenda ſunt quedā dubia.
Et primo cōtra illud dictū in
prima cōcluſione. videlicet q intellectus ⁊ ſpecies ac in-
tellectiones ⁊ volitiones cognoſcunt immediate in ſeipſis.
Nam cū talis cognitio videatur eſſe intuitiua eius:qđ ſic
imediate cognoſcitur per ipſam:⁊ omnes huiuſmodi no-
titie ſint reflexe:ſequitur q alique notitie intuitiue ſunt re-
flexe:qđ videtur inconueniens. ¶ Secūdo.contra idem
quia tunc videtur ſequi q ſimiliter actualiter ſint in intel-
lectu infinite intellectiones:quia qua ratione vna intelle
ctio cognoſcitur imediate in ſeipſa:eadē ratione iſta no-
titia qua prima cognoſcitur:cognoſcetur in ſeipſa:cum
eque preſens ſit intellectui:ſicut et prima et tertia:et ſic
deinceps in infinitū. ¶ Confirmatur:quia talis agit na-
turaliter ad notitiā ſui:et intellectus etiā naturaliter pa-
titur:poſitis autē actiuo et paſſiuo naturaliter agente et
patiente:⁊ in diſpoſitione debita ad agendum neceſſario
ſequitur actio. ¶ Tertio.ad idem quecūqꝫ intuitiue co-
gnoſcuntur:ſi diſtincta ſunt euidenter cognoſcuntur eſſe
diſtincta:⁊ per conſequens ſi predicta que ſunt in intelle-
ctu naturaliter cognoſcuntur intuitiue:et etiam intelle-
ctus tunc eſſet nobis euidens q actus intellectus diſtin-
guitur ab intellectu ⁊ a ſpecie ⁊ ab actu voluntatis:⁊ re-
ctus a reflexo:et ſimiliter intellectus a volūtate:ſi omnia
hec adinuicē diſtinguūtur:aut ſi aliquis de illis maxime
eſſet notū q diſtinguuntur. Et que diſtincta non ſunt no
tū eſſet illa non diſtingui:qđ tm̄ falſum eſt:cum de quoli-
bet predictorū diuerſe ſint eſtimationes ⁊ opiniones ma-
gnorū doctorū. ¶ Secundū dubiū poteſt eſſe. vtrū habi
tus exiſtentes in intellectu vel voluntate cognoſcantur
immediate in ſeipſis : ſed de hoc alias. ¶ Tertium du-
biū poteſt eſſe de ſubſtantia:quomodo cognoſcatur an.ſ.
in ſe imediate:vel in ſua ſpecie tm̄:vel tm̄ in conceptu for
mato per intellectū. ¶ Quartum dubiū an ⁊ quomodo
quis cognoſcat quedā inſenſibilia:quorū nullū imediate
nouit in ſeipſo:ſicut. verbi gratia. homo qui nunqꝫ fuit iu
ſtus:⁊ per conſequens qui nūqꝫ imediate intuitus eſt iu-
ſtitiā aliquā ſingularē poteſt noſcere iuſtitiā:q autē ali-
quis poteſt huiuſmodi cognoſcere iuſtitiam patet:quia
aliquis talis poteſt deſiderare ⁊ velle eſſe iuſtus:qđ non
poſſet niſi noſſet quid eſt iuſtitia : et quid eſt eſſe iuſtum.
¶ Ad primū dubiū concedo talia intuitiue cognoſci. Et
vlterius concedo q alique notitie intuitiue ſunt reflexe
eo modo quo (licet improprie) dicit notitia aliqua reflexa.
¶ Ad ſecundū argumentū dico primo q hoc argumen-
tū eſt contra omnē opinionē. Nam qualitercūqꝫ intelle-
ctio intelligatur.ſ.abſtractiue vel intuitiue:cōſtat tamen
ipſam intelligi ⁊ eſſe ſufficiēter preſentē:ſicut requiritur
ad ipſam intelligendam:et q non minus naturaliter agit
ad eius notitiā ſi abſtractiue intelligatur:qꝫ ſi intuitiue:
ſuppoſito q agat vtrolibet modo intellecta: et ſic oporte-
bit ſi argumētum valeret:q ſint intellectiones infinite ſi-
mul. Et ſi dicatur. q illud qđ abſtractiue cognoſcit:non
agit notitiā ſuā:nō minus ſequit qđ dictū eſt:quia qc̄qđ

Digitized by Google

ſit actiuũ illius notitie nõ erit magis liberũ ꝙ̃ actiuũ no-
titie intuitiue. ¶ Dico igit̃ ꝙ nõ ſequit̃. notitia eſt p̃ſens
intellectui: igit̃ intelligit̃: loquendo de p̃ſentia eſſentiali:
cap.8. nõ aũt obiectiua. Et ꝙ iſta ↄſequẽtia non valeat patet in
alijs cõſimilib⁹. Nã vt exprimit̃. v. d. Aug. li. de tri. ꝗuis
in memoria multe ſint ſpecies. ⁊ oẽs eque preſentes aciei
cap.6. cogitãtis eſſentialiter: nõ tñ oẽs ſimul acies animi cõtue
tur. Similiter vt idẽ lib. 14. d. Mens nunꝗ̃ eſt abſens ſi
bi: ſed ſemꝑ p̃ſens: ſi aliqͥd ſibi p̃ſens dici poſſit: ⁊ ſimiliter
conſpectui ſuo: cũ conſpectus nihil aliud ſit ꝙ̃ ipſa: et tñ
nõ ſemꝑ actualiter ſe cogitat nec eſt ſemper obiectiue in
cõſpectu ſuo. i. vt exponit: nõ ſemꝑ de ſeipſa ſuus forma-
tur obtuitus. Que autẽ ſit cauſa huius ibidẽ. d. Aug. ſe
inuenire ſufficienter non poſſe. ¶ Sic dico ꝙ nõ omnis
ſpecies aut intellectio exiſtẽs in intellectu actualiter co-
gnoſcitur ab intellectu. Et dico ꝙ nõ ſolũ aliqua reflexa:
ſed etiã intellectio recta qua cogitat alia: aliquando non
cognoſcitur ab intellectu: ⁊ hoc experientia ꝓbat: ⁊ ſuffi
cit ꝓbatio experiẽtie: eſto ꝙ cauſam huius aſſignare ne-
ſciremus: de hoc tñ dicetur in ſecũdo. diſt. 11. ¶ Ad ter-
tiũ argumẽtũ dico ꝙ aſſumptũ nõ eſt verũ. Nam videm⁹
intuitiue lucẽ ſolis: ⁊ ſic intuitiue videmus quãtitatẽ lu-
cis: et tñ nõ eſt euidẽs ꝙ lux illa ſit res diſtincta a quãti-
tate illa: nec euidens eſt etiã: ꝙ nõ ſit res diſtincta. ¶ Ad
tertiũ dubiũ pro nunc poteſt dici ſicut dicit vnus doctor
ꝙ ſubſtãtia cognoſcit̃ in aliquo ↄceptu ꝓprio negatiuo:
qualis eſt ens naturaliter ꝑ ſe exiſtẽs quẽ ↄceptũ de ente
particulariter ꝓbat ꝗs: vel ex eo ꝙ nõ eſt ꝓceſſus in infi
nitũ in entib⁹: quorũ vnũ in altero ſit ſubiectiue: vel aliquo
modo alio. Utrũ aũt talis ↄceptus ſit ſimplex aut cõpoſi
tus: alias poterit diſcuti. ¶ Ad quartũ dubiũ dicendũ:
cap.6. ſicut ab Aug. poteſt haberi. 8. de trini. vbi difficultatem
predictam prolixe ꝑtractat: ꝙ talia cognoſcuntur in pro-
prijs ↄceptibus: quos ꝗs habet apud ſeipſum. vnde que-
rẽs quomodo q̃ nõdũ iuſtus fuit: diligit: ⁊ ꝑ ↄſequens no
uit q̃d eſt animus iuſtus: tãdẽ determinãs ait. cũ enim
dico. ⁊ ſciẽs dico: iuſtus eſt animus: q̃ ſciẽtia atqꝫ ratiõe
in vita ac morib⁹ ſua cuiqꝫ diſtribuit: nõ aliquã rẽ abſen-
tẽ cogito: ſed p̃ſens quidẽ cerno: ⁊ cerno apud me: et ſi nõ
ſum ipſe quod cerno: et multi ſi audiãt approbabunt. Et
quiſquis me audit atqꝫ ſcienter approbat apud ſe: ⁊ ipſe
hoc idẽ cernit etiã ſi nõ ſit: ⁊ ipſe q̃d cernit. Ex quibus pa
tet ꝙ iuſtũ animũ nouit ꝗs etiã q̃ ꝑ nullũ tale vidit in ra-
tione ꝓpria ſeu ↄceptu ſignificãte q̃d eſt animus iuſtus.
vez q̃ ſciẽtia atqꝫ moribus in vita ⁊ ratione ⁊c̃. quem con
ceptum quilibet qui ſciẽter id. d. apud ſe habet ⁊ cogno-
ſcit: etiã ſi iuſtitiã nõ habet: nec ipſe talis ſit vt predictus
ↄceptus de eo verificari poſſit. ¶ Sed vnde huiuſmodi
ↄceptũ habet in mẽte: ⁊ cognoſcit ipſum eſſe alicuius cõ
ceptũ: is q̃ nũꝗ̃ aliquã rẽ vidit cui cõueniret ille ↄcept⁹: ⁊
cap.15. Dicẽdũ ſicut idẽ Augu. tradit. 2. de libe. arbi. in fine. ⁊ in
multis etiã alijs locis: ſicut naturaliter ĩpreſſi ſunt nobis
quidã appetit⁹. verbi gratia. beatitudinis et ſapiẽtie: ſic
etiã taliũ ſunt nobis naturaliter ĩpreſſe notitie: ſine q̃bus
talia appetere nõ poſſemus: vnde beatitudinis notitiam
habet etiã qui nõ eſt beatus nec vnꝗ̃ aliquẽ beatum vi-
dit. Similiter appetitũ ⁊ notitiã ſapiẽtie habet q̃ non eſt
ſapiẽs: nec ſapientẽ quẽpiã nouit. Unde ſicut ibidem. d.
anteꝗ̃ beati ſimus mẽtibus tñ noſtris ĩpreſſa eſt beatitu-
dinis notitia: ꝑ hãc enim ſcimus fidẽterqꝫ et ſine vlla du-
bitatione dicim⁹ nos beatos eſſe velle: ita etiã priuſꝗ̃ ſa
pientes ſimus ſapiẽtie notionẽ in mente habemus ĩpreſ-
ſam: per quam vnuſquiſqꝫ ſi interrogetur: velit ne eſſe ſa-
cap.4. piens: ſine vlla caligine dubitationis ſe velle reſpondet.
¶ Item. 8. de trini. neqꝫ inquit in omnibus his bonis vel
que cõmemoraui: vel que alia cernuntur: vel que cogitã-
tur diceremus aliud alio melius: cũ vere iudicamus niſi
nobis eſſet impreſſa notitia ipſius boni: ſ̃m quã ⁊ proba-
remus aliquid: ⁊ aliud alij preponeremus: ſic etiaꝫ natu
raliter nobis impreſſa eſt notitia boni ⁊ mali iuſti ⁊ iniu-
ſti: ſiue recti ⁊ praui: per quam cum aliquod opus aſpici-
mus: ſtatim ipſum bonũ aut prauũ cenſemus. ¶ Ex hac
igitur notitia habituali naturaliter inſita: per quaꝫ quis
nouit hoc ⁊ illud: cum illa conſiderat eſſe bona ⁊ recte fa-
cta: illud vero ⁊ illud nõ recte. q. naturaliter etiaꝫ format
ſibi conceptũ generalẽ boni ⁊ iuſti: ⁊ bonitatis ⁊ iuſtitie:
in quo generali notitia iuſtitiã cognoſcit: qui nec in ſeip-
ſo iuſtitiam habet: quã immediate in ſe cognoſcat: nec ali
cuius alterius iuſtitiã in ſeipſa cognouit. Cui quoqꝫ faci
le eſt cognoſcere quid eſt animus iuſtus: eo ꝙ animũ ſuũ
nouit: ⁊ quid eſt iuſtitia nouit: non ſic autem faciliter co-
gnoſcitur quelibet alia res inſenſibilis quã in ſeipſa nul-
lus nouit: vt medicinã qui nunꝗ̃ medicus fuit: aut libe-
ralitatem qui nunꝗ̃ liberalis fuit: ꝗuis ⁊ iſta in proprijs
quibuſdam conceptibus cõplexis aut connotatis poſſit
aliquo modo cognoſci vnde habens notitiam communeꝫ
habitus vel artis: ⁊ notitiã ſani ⁊ egri: ⁊ videns aliquẽ ſa
nare prompte ⁊ expedite ad modũ quo alij artifices agũt
poteſt concludere: hũc habere aliquẽ habitum quo ratio
nabiliter ſanat: ⁊ ſic habere cõceptũ medicine: ꝗuis nul-
lam medicinã ſingulariter immediate apprehenderet in
ſeipſa: hunc tamen cõceptum etiam nõ habet niſi preha-
bitis pluribus alijs notitijs: vt patet. ¶ Ex dictis igitur
in precedenti ac preſenti queſtionibus poſſumus collige-
re ꝙ omnis res creata: quã per intellectum cognoſcimus:
aut cognoſcitur a nobis immediate in ſeipſa: ſic ꝙ notitia
illa ad nullam rem vel repreſentatiuum mediũ termina-
tur: aut cognoſcitur in ſpecie propria a ſe cauſata: aut in
conceptu aliquo proprio aut communi ficto: ſeu formato
per animã in quo tertio mõ põt includi modus cogno-
ſcendi per ſpeciẽ fictam. Quomodo autẽ huic nõ ſit con-
trariũ: quod Aug. 8. de tri. vbi hoc quartũ dubium diſcu Cap.6.
tit: ⁊ ait ꝙ iuſtus animus noſcitur in veritate interiore:
que animo preſens eſt. Et frequẽter etiam alibi loquitur
de iſto modo cognoſcẽdi res in eterna veritate que deus
eſt: de quo patebit cũ queretur qualiter deus cognoſci po
teſt a nobis. ¶ Ad argumentũ queſtionis dicendũ ꝙ vtiqꝫ
mens noſtra ſeu intellectus cognoſcitur a nobis ⁊ im-
mediate in ſeipſo: ꝗuis nõ omnis veritas de ipſo ſcibilis
ſit nota nobis. Et quod inducitur de diuerſitate opiniõis
magis arguit ꝙ intellectus cognoſcatur: ꝙ̃ oppoſitũ: ꝗ-
uis nõ omnis notitia completa ſciatur de eo: ⁊ in hoc opi
nãtes diuerſantur. ¶ Ad cõfirmationẽ. q. patet ex dictis
ꝙ immediate cognoſcitur in ſe: nõ tamen quodlibet ſic co
gnitũ ita euidẽter cognoſcitur: vt ſciatur quicquid eſt ſci
bile de ipſo: quinimmo ex alijs inueſtigamus ⁊ cognoſci-
mus de illo ꝙ per immediatam eius notitiam non eſt im-
mediate notum: ⁊ ſic finitur. q. preſens.

¶ Diſtinctionis tertie. Queſtio iiij.

Conſequenter quero vtruꝫ prima no
titia intellectus primi
tate generationis ſit notitia intuitiua alicuius
ſingularis ſenſibilis. ¶ Arguitur ꝙ non: quia
prius notum eſt ab intellectu vniuerſale ꝙ̃ ſingulare: igi
tur notitia ſingularis intuitiua non eſt prima notitia in-
tellectus. antecedens patet. ex p̃io philoſophus vbi. di.
philoſophus ꝙ primo manifeſta ſunt nobis magis cõfu- T. ca. 3.
ſa. Et poſt ſtatim concludit: ꝙ ex vniuerſalibus in ſingu- T. ca. 4.
laria oportet procedere ſcilicet in cognoſcẽdo. conſequẽ-
tia patet: quia ex aucto. ſequitur ꝙ notitia vniuerſalis:
ſit prior ꝙ̃ notitia ſingularis: ac per hoc nõ ecõtra. notitia
ſingularis prior notitia vniuerſali. ¶ Item ſequitur ex
hoc ꝙ etiam notitia ſingularis intuitiua: non eſt prior ab
ſtractiua eiuſdem. Naꝫ vniuerſalis notitia eſt notitia ab

Digitized by Google

ſtractiua ipſius ſingularis. Nã in vniuerſali cognoſcunt confuſe omnia ſingularia eius: ⁊ conſtat ꝙ nõ intuitiue: ſed abſtractiue. Si igitur notitia vniuerſalis eſt prior q̃ notitia ſinglaris: vt ꝓbatum eſt ſequit ꝙ notitia abſtractiua ſingularis: eſt prior q̃ notitia intuitiua eiuſdem. ¶ Secundo arguitur ꝙ notitia alicuius inſenſibilis: ſit prior notitia ſenſibilis: quia nihil poteſt eſſe prius ꝑſens menti q̃ ipſa mens: ⁊ ꝑ ꝯſequẽs nihil poteſt ſibi prius eſſe notũ q̃ ipſa: mens autẽ quid inſenſibile eſt. igit aliquod inſenſibile prius videtur ab intellectu cognoſci.

Ad oppoſitum arguitur. In potẽtijs ſubordinatis. vbi terminatur cognitio inferioris incipit cognitio ſuperioris: ſed ſenſus et intellectus ſunt potẽtie ſubordinate: et notitia ſenſus: q̄ eſt inferior terminat in ſingulari ſenſibili: q: nõ apprehendit aliquod inſenſibile: nec etiam vniuerſale. igit intellectus incipiet in ſingulari ſenſibili. ¶ Secũdo. q: notitia intellect⁹ nõ ꝓcedit notitiã ſenſus: ⁊ q̄cq̄d ſenſus cognoſcit itellectus cognoſcit. igitur qđ primo cognoſcit ab itellectu ⁊ aſcẽſu cognoſcit. igit ſingulare ſenſibile ꝓmo cognoſcitur ab itellectu. patet conſequẽtia: quia ſolũ ſenſibile ſingulare cognoſcitur a ſenſu.

In iſta queſtione tres erũt articuli. In quorum primo videbitur que notitia eſt intuitiua et que abſtractiua et qualiter diſtinguit. In ſecundo vtrũ vniuerſale prius cognoſcat ſingulari ab intellectu: vel econuerſo. Tertio. vtrum ſingulare ſenſibile ſit prius cognitũ q̃ ſingulare intelligibile pure. In vltimo vtrum notitia ſingularis itutiua ſit prior abſtractiua eiuſdem. Et ex iſtis colligetur reſpõſio totalis ad propoſitam queſtionem.

Quantum ad primũ dico ꝙ ſicut patet ex duabus queſtionibus proximis precedẽtibus: quedã cognoſcuntur a nobis imediate ⁊ in ſeipſis: ſic ꝙ notitia illa non terminatur ad aliquod mediũ: ꝑ qđ vel in quo illa res cognoſcat: quedã aũt cognoſcũtur nõ in ſe imediate: ſed in aliquo medio vel ꝑ aliquod medium prius cognitũ ad qđ terminat ipſa notitia: ⁊ oẽ qđ cognoſcit altero iſtoꝝ modoꝝ cognoſcit. ſ. vel imediate in ſeipſo vel mediãte alio: ꝑ qđ cognitũ aut in quo cognito ipſum cognoſcitur. Et ẜm hoc poteſt dici ꝙ notitia iuitiua eſt notitia ſimplex: qua formaliter aliquid imediate in ſeipſo cognoſcit. Abſtractiua vero eſt notitia ſimplex: qua formaliter aliquid in aliquo medio repreſentatiuo cognoſcitur. Dico aũt formaliter: q̃ñ aliquãdo (q̃uis improprie) aliq̄d dicit cognoſci ꝑ aliquã notitiã virtualiter: eo. ſ. ꝙ illa notitia cõtinet virtualiter: vel totaliter aut partialiter notitiã illius: ſicut ꝯcluſio poſſet dici cognoſci per notitiã principioꝝ: ⁊ cauſa ꝑ notitiam effectus: ⁊ econuerſo effectus ꝑ notitiã cauſe: quia. ſ. principioꝝ eſt notitia aliquo modo cã notitie ꝯcluſionis: ⁊ notitia cauſe aliquãdo eſt cauſa aliquo modo notitie effectus: ⁊ aliquãdo econuerſo notitia effectus eſt aliquo modo cauſa notitie cauſe: nõ autem quia ea notitia formaliter qua cognoſcitur principium cognoſcatur concluſio: et ſic de alijs: et ideo notitia principij non eſt abſtractiua notitia cõcluſionis: nec notitia cauſe eſt abſtractiua notitia effectus: nec ecõuerſo notitia effectus eſt abſtractiua notitia cauſe: niſi quando effectus eſſet medium repreſentatiuũ cauſe: ſic ꝙ eo cognito inquantum eſt repreſentatiuum eadem notitia cognoſcatur et cauſa: ſicut ſupra dictũ eſt: ꝙ cognita imagine vel ſpecie in memoria exiſtente inquãtum eſt imago: cognoſcitur etiã ꝑ eandẽ notitiam res ipſa cuius ipſa eſt ſpecies: a qua re cauſata eſt ſpecies ipſa. Similiter ſi aliqua cauſa ſit ſimilitudo vel ſpecies (ſeu quocũq̄ vocetur nomie) repreſentatiua effectus: ſic ꝙ ꝑ cognitionẽ ei⁹ iquãtũ eſt talis cognoſcat effect⁹ repſentat⁹ i illa: ſicut plures dicunt de eſſentia diuina: tunc cognitio illa eſſet abſtractiua ipſius effect⁹: et ideo ſi ponatur notitia creaturarũ in verbo. iuxta itellectum quẽ cõmuniter habuerũt antiqui doctores: ipſa notitia eſt abſtractatiua reſpectu creaturarũ cognitarum in verbo: et hʒ nõ reſpectu verbi in ſe cogniti. Dico etiã ſimplr: q̃ñ ẜm oẽs affirmatio ⁊ negatio intellectus nõ vocãtur intuitiue / vel abſtractiue notitie. Si quis aũt non velit tales notitias ſimplices vocare intuitiuas vel abſtractiuas: ſed aliter: ⁊ alius velit his noĩbus nuncupatur: liberũ ei eſt. nec de nomine debet fieri cõtentio: dũmodo conſtet de re. ſ. ꝙ quedã eſt notitia ſimpliciter: qua res imediate in ſeipſa cognoſcit: et quedã qua mediante aliquo medio repreſentatiuo cognito: has tñ nominare iſtis noĩbus magis eſt conſonum dicto Apoſtoli. ex quo doctores ſumpſerũt hmõi diſtinctionẽ notitie. ſ. prima ad Corint. vbi ait. Uidemus nunc Caꝑ.13. per ſpeculũ in enigmate: tũc aũt facie ad faciem. Quod aũt Apoſtolus. d. videre facie ad faciẽ oẽs doct. dicunt videre intuitiue. Per dictã aũt circũlocutionẽ nõ intendit amplius ſignificare: niſi ꝙ tunc a nobis deus videbit in ſeipſo: ⁊ nõ in aliqua eius ſimilitudine: ſeu per aliquod mediũ repreſentatiuũ ipſius: qualiter aſſerit eum nũc videri: qđ exprimit cũ. d. nos nũc illum videre per ſpeculũ. cum eñ res videt per ſpeculũ non videtur vtiq̄ in ſeipſa immediate: ſed ei⁹ imago exiſtẽs in ſpeculo: ⁊ in illa imagine dicit res ipſa videri. Unde Aug. 15. de tri. predictũ Caꝑ.9. verbum Apoſtoli exponens. d. ꝙ Apoſtolus noĩe ſpeculi imaginẽ voluit intelligi: ⁊ in. c. precedẽte quale inquit ſit ⁊ quid ſit hoc ſpeculũ ſi queramus: ꝑfecto illud occurrit ꝙ in ſpeculo niſi imago nõ cernit. Itaq̄ in hac viſione faciali quã doctores vocãt intuitiuã videt res immediate in ſeipſa. in viſione vero ſpeculari: quã moderni vocãt abſtractiuã: non videt res ipſa in ſe imediate: ſed tñ mediãte ſua imagine videt. ¶ Aduertendũ tñ ꝙ ſicut in prioribus habitũ eſt: nõ oĩs viſio imaginis eſt viſio abſtractiua rei: cuius eſt imago: ſed ea tñ qua videtur imago: tanq̄ Caꝑ.23. imago: quod Aug. etiã notauit eodẽ lib. Idipſum verbũ apoſtoli pertractãs. vbi. d. ꝙ illi tñ vident deũ per ſpeculum qui imaginẽ eius tanq̄ eius imaginẽ vidẽt: qui aũt non intelligũt / vel nõ credũt illam eſſe imaginẽ dei: q̃uis illam vidẽdo ſpeculum videãt: non tñ per ſpeculũ vident eum: qui per ſpeculũ eſt vidẽdus quouſq̄ facie ad faciẽ poſſit videri: ⁊ ideo notat ibi Aug. diligenter verbũ apoſtoli: qui non ait videmus / nec ſpeculum: ſed per ſpeculũ: nomine autem imaginis oĩs ſimilitudo. ⁊ omne repreſentatiuũ rei intelligi debet. ¶ Hoc confirmatur ex intẽtione Aug. eiuſdem. 12. ſuper Gen. ad literam. vbi loquitur Caꝑ.10. de raptu Pauli. vbi vult ꝙ ipſe habuit: tunc viſionem de deo facialem quã intuitiuã vocamus. Et diſtinguẽs illã ab alijs. d. ſententialiter ꝙ eſt illa qua immediate ipſe in ſeipſo videtur: nõ in aliqua imagine oculis corporalibus oppoſita: vt vidit Moyſes: aut interiori ſpiritui preſentata: vt Iſa. In hoc igitur precise videtur cõſiſtere differẽtiam horum modorum cognoſcendi. ſ. intuitiue ⁊ abſtractiue: q: ſcilicet quod intuitiue cognoſcitur: cognoſcitur in ſeipſo abſq̄ medio cognito. Quod vero cognoſcit abſtractiue per mediũ cognitum: nec q̃tum ad intuitiuam notitiam intereſt ꝙ obiectum realiter exiſtat / vel non exiſtat: q: ſi exiſtit ⁊ immediate cognitio terminatur ad ipſum: eſt illa notitia intuitiua eius. Similiter ſi nõ exiſtit: et aliqua notitia terminatur ad ipſum immediate. i. ſi ipſum immediate cognoſcitur intuitiue cognoſcitur: et iſta notitia eſt eius intuitiua. Similiter ſi notitia eius immediate non terminetur ad rem: ſed ad eius repreſentatiuũ / ſiue illa res exiſtat / ſiue non: abſtractiue cognoſcitur: et ideo ſi ſignificatum vocabuli velit quis ponderare: talis notitia videtur dicenda abſtractiua: non q: abſtrahat ab

Digitized by Google

exiſtentia rei:quaſi ipſa exiſtentia non poſſit abſtractiue cognoſci:nec quia abſtrahit a conditionibus ſingularibus:ſed quia quodammodo abſtrahit a preſentialitate obiectiua rei cognite. Nã in tali notitie modo:nõ obijcitur ipſa res immediate menti ſm ſe:vt dictum eſt:ſed aliquod eius repreſentatiuum:⁊ ideo quaſi abſens videtur cognoſci res ipſa. Notitia vero intuitiua dicitur:quia immediate ipſa res cognita obijcitur ⁊ ipſa preſens eſt obiectiue menti:eſto ꝙ non ſit preſens eſſentialiter:immo etiã ſi nullibi exiſtat:dũmodo tũc ipſa in ſe immediate noſcatur ſi hoc poſſibile ſit. ❡ Ex his ſequuntur quedam:vnũ eſt ꝙ eſt quedam notitia ſenſualis intuitiua: et quedam abſtractiua. Et hoc patet quia quedam ſenſualis eſt qua immediate cognoſcitur res ipſa ſenſibilis. quedam autẽ qua non immediate:ſed in ſpecie cognita:vt ſupra patet. ❡ Similiter in intellectu eſt quedam notitia intuitiua ⁊ quedam abſtractiua tam reſpectu ſenſibilium ꝙ̃ inſenſibilium. Nam intellectus:vt ſupra patet:quedam ſenſibilia immediate in ſeipſis apprehẽdit. quedam vero in ſuis repreſentatiuis ſpeciebus.ſ. vel conceptibus:et ita etiam eſt circa inſenſibilia et mere itelligibilia: vt oſtenſum eſt. ❡ Secũdũ qđ ſequitur eſt ꝙ eadẽ notitia numero eſt intuitiua et abſtractiua:ſed non reſpectu eiuſdem:imo ois notitia abſtractiua eſt intuitiua: nõ aũt ois intuitiua eſt abſtractiua:hoc patet: ꝗ ois notitia abſtractiua alicui⁹ eſt intuitiua ſui repreſentatiui in quo illud cognoſcitur. Nam vt ex dictis ſupra patet:quandocũ aliqđ cognoſcitur in ſuo repreſentatiuo ipſum repreſentatiuum immediate in ſeipſo apprehenditur:et per conſequẽs repreſentatiuum videtur intuitiue: et res que per illud cognoſcitur abſtractiue:ac per hoc eadem notitia eſt intuitiua et abſtractiua:intuitiua.ſ. repreſentatiui:et abſtractiua rei repreſentate:non tamen omnis intuitiua eſt abſtractiua: quia non quandocũ illa res apprehenditur in ſe immediate apprehẽditur per illam notitiam aliqua alia res in illa:ſicut quando videtur color in pariete: vel actus intelligendi in mente:ideo etiam ex ſuperioribus patet:ꝙ non ſemper quãdo ſpecies in memoria cernitur:cognoſcitur in illa res cuius eſt ſpecies:ſed ſolum quãdo cognoſcitur vt imago. Et ideo tũc illa notitia ſpeciei eſt tñ intuitiua viſio eius:et nullius alterius abſtractiua. Notitia vero qua cernitur vt eſt imago intuitiua ſpeciei:et abſtractiua rei ad extra:ſicut ſupra dictum eſt:etiam per Philoſophum ꝙ talis notitia proprie loquendo eſt ſenſus preſentis ſpeciei et memoria rei abſentis:illa tamen notitia que eſt intuitiua et abſtractiua eſt qualitas alterius rationis ab ea que eſt ituitiua preciſe. Nec illa que eſt preciſe intuitiua poteſt fieri abſtractiua. Nec que eſt intuitiua et abſtractiua:poteſt fieri intuitiua preciſe. ❡ Tertium. qđ ſequitur eſt ꝙ iſti termini intuitiuum et abſtractiuum non ſunt incompoſſibiles ſm predicationem circa eãdem notitiam:et illud patet ex eo qđ ſtatim dictum eſt:non poſſunt tamen verificari de eodem pro eodem reſpectu eiuſdem. Nam reſpectu cuius notitia aliqua dicitur abſtractiua:non dicitur intuitiua ſed reſpectu diuerſorum vt premiſſum eſt: et iſtud patet ex rationibus iſtorum nominum: que vtiq reſpectu eiuſdem:eidem cõuenire non poſſunt. Impoſſibile enim eſt ꝙ idem per eãdem notitiam apprehendatur cum medio et ſine medio. Simile his videtur in alijs terminis et nominibus cõnotatiuis. Idem enim eſt ſimilitudo ⁊ diſſimilitudo:non tamen reſpectu eiuſdem:et eadẽ res eſt actio et paſſio:imo vt in ſecũdo oſtendetur:omnis paſſio eſt actio: nõ tamen omnis actio eſt paſſio:ſic in propoſito ſicut non obſtante: ꝙ omnis paſſio eſt actio:rationes tamen horum nominũ ſunt diuerſe:nec predicatio vnius de alio eſt quidditatiua:et per conſequens nec in primo modo dicẽdi per ſe:et ſic ꝗuis hec ſit vera. omnis notitia abſtractiua eſt intuitiua:non tñ eſt in primo modo dicẽdi ꝑ ſe:nec iquãtũ notitia aliqua eſt abſtractiua. eſt ituitiua retẽta nota reduplicationis ſpecificatiue pro ratiõe formali:nec ſimiliter inquãtum eſt intuitiua eſt abſtractiua ⁊c̃. ❡ Contra tamen illud qđ dictum eſt in notificatione harũ denominationum et diſtinctione harum notitiarum. vel modorum cognoſcendi. Arguit doc. quidam prius probando ꝙ nõ omnis notitia intuitiua terminatur immediate ad rem ipſam in ſe intuitiue cognitam. Nam vt di. viſio et intuitio que fit in ſomnis:eſt mediante ſpecie:et deriuatur ab imaginatione ad oculum: nec terminatur ad preſentialitatem rei ſm veritatem:cum ipſa ſit abſens:et tamen eſt vere intuitiua:vt di. ſe declaraſſe per Augu. ⁊ Commen.

Doc. ſine
nomie tñ
creditur
Aureol⁹.

❡ Secundo arguit cõtra illud:qđ dictum eſt de abſtractiua. Nam notitia imaginatiua eſt abſtractiua:⁊ tamen non fit mediante aliquo exemplari:aut imagine:aut aliquo alio obiecto qđ imaginans aſpiciat cognoſcendo. alias roma imaginata a cõditore rome:nõ eſſet ipſamet roma:ſed quoddã idolũ eius:nec domus in mente artificis eſſet eadem cum domo extra. cuius oppoſitum dicit Philoſophus. 7. metaphyſi. vnde patet ꝙ imaginans rẽ aliquã cã fertur abſ omni medio obiectiuo:lꝫ forte per ſpeciem tãꝗ̃ ꝑ mediũ formale ſicut etiã vidẽs videt per ſpeciẽ ⁊c̃. ❡ Ad iſta rñdeo. Ad primũ dico ꝙ falſum aſſumit. Primo quidem quia di. ꝙ in ſomnis eſt vere viſio ſm ꝙ viſio dicit̃ ꝓprie de opatiõe potẽtie viſiue:qđ vtiq falſum eſt:ſicut ſupra in. q. de itellectione ſenſibilium clare monſtratũ eſt:ne Aug. ne Cõmẽta. ſunt ꝓ eo:vt ibi patet. Secũdo. d. falſum:quia illa notitia quã di. eſſe viſionẽ:nõ eſt in dormiẽte notitia rerũ abſentiũ:aut ſi in aliquo eſt ipſa nõ eſt ituitiua illarũ rex:ſed abſtractiua eſt: aut ituitiua ſpecierũ ad quas imediate termiat̃. Qꝫ ſi dicat̃ ꝙ nõ termiet̃ ad ſpeciẽ:ſed p̃ciſe ad rẽ abſentẽ: et illius eſt ituitiua. ❡ Cõfirmat̃ ꝓpoſitũ. vcꝫ ꝙ ituitiua eſt que terminat̃ imediate ad rẽ ꝑ ipſam cognitã. ❡ Ad ſecũdũ dico ꝙ imaginãs aſpicit aliqđ:⁊ intuet̃ imaginẽ ſiue cauſatã a ſenſib⁹ ſiue fictã ꝑ aiam: ſicut ꝑ experientiã per auctoritates ꝗ̃plurimas:ac rationes etiam multiplices eſt oſtenſum. q. ꝑallegata. ❡ Cũ ꝓbat̃ ꝙ alias roma imaginata ⁊c̃. Dico ꝙ aliqđ dicit̃ imaginari tripliciter. Vno mõ.i. ꝑ imaginationẽ fictã ⁊ formatam. Alio mõ.i. per imaginatioem cognitã. et hoc poteſt eſſe dupliciter: ꝗ vel immediate vel mediãte ſpecie exiſtẽte in imaginatione aut memoria de quo nõ eſt vis facienda pro nunc.

T.c.23.

❡ Tunc dico ꝙ roma imaginata primo modo:non eſt aliud ꝗ̃ ſpecies aut ſimilitudo rome extra animã: et illa nõ eſt realiter illa roma quã fabricat in materia cõditor rome:lꝫ ſit ſimilis ei in eſſe imaginato ⁊ repſentatiuo. Secundo modo dico ꝙ idolũ rome eſt imaginarũ: ſed tertio modo roma extra animã eſt imaginata. Et cum dicit̃ ꝙ Philoſophus. d. ꝙ domus in mẽte artificis eſt eadẽ cũ domo extra. Dico primo ꝙ falſum eſt:quinimo di. ꝙ domus in materia fit ex domo in aĩa:et ꝑ ꝯñs nõ eſt eadem. Secũdo dico ꝙ ſi aliquis auctor. d. hoc itelligẽdo eſt de domo que eſt in aĩa obiectiue tñ ⁊ mediãte ſua ſpecie in aĩa imediate cognita:vel ſi de domo immediate cognita intelligat̃:tũc nõ eſt accipiẽdũ illud dictũ ſm ꝓprietatẽ vocis:ſed iꝓprie ſicut quãdo qđ alteri eſt ſimile dicit̃ eſſe illud:ſicut Philoſophus. ̇. de aĩa. d. ꝙ aĩa eſt ꝑ ſenſum ipſa ſenſibilia:qđ ſm ꝓprietatẽ ſermonis non põt itelligi:cũ aĩa ſit ipſe res extra ſenſibiles quas cognoſcit ꝑ ſenſum:ſed ꝓpter ſpecies rerũ ſenſibilium ꝑceptarum ꝑ ſenſus quibus ſpeciebus ipſa ſimilatur rebus:dicitur eſſe ſenſibilia:ſic etiã Anſel. moñ. 10. di. ꝙ faber prius in mente concipit rem:⁊ talis cõceptio eſt verbũ iterius qđ iter oĩa verba eſt magis ſimile rei. Et in hoc ſenſu loquit̃

T.c.37.

Digitized by Google

Cõ.23. Cõmẽ.7.meta.quãdo di.ꝙ forma artis dicitur duobus
modis:quorũ primus eſt de forma que eſt in anima: ali⁹
eſt de illa que eſt extra animam:⁊ ſunt idem:⁊ ꝙ nõ intel
ligat ꝙ ſunt vna res numero eſſentialiter: vt putãt ſic ar-
guentes:ſed modo premiſſo patet:quia nullo interpoſito
addit.⁊ ꝙ illa que eſt extra animã eſt ab illa que eſt in aĩa
Et declarat per exemplũ:quia ſanitas que eſt in corpore
7.met. eſt a ſanitate que eſt in aĩa:⁊ idẽ frequẽter dicit. ¶ Item
Cõ.23. ibidẽ di.ꝙ ſanitas in anima eſt intellectus ⁊ diffinitio ſa-
nitatis:⁊ poſt di.ꝙ nõ eſt ſanitas que eſt extra aĩam. Non
igitur vult ꝙ ſint eadẽ eſſentialiter:ſed ꝙ tantũ per aſſimi
lationẽ intelligatur idẽtitas illa ſicut ipſe manifeſtat di.
ꝙ ipſe intẽdebat ſcilꝫ Ari.hoc declarare in hoc.c.ſcilicet
ꝙ artificiũ in hoc eſt ſimile nature ſcilicet quod fit ab eo-
dem in forma:aut a ſimili:⁊ eſt hoc principale intentũ ab
eo ibidem ſcilicet omne quod fit:ſiue a natura:ſiue ab ar-
te.fit a ſibi ſimili aliquo modo. vnde nũꝗ ita deſipuit phi
loſophus aut Commẽ. vt illã formã exiſtentem in anima
putarẽt illã eſſe que extra:quod preter ea que dicta ſunt
Cõ.14. adhuc patet ex eo quod ait Commen.12.meta. Ait enim
Forma enim eius quod fit:eſt in anima ⁊ eſt aliud ab eo
quod eſt extra animam.⁊ ſic ad illud.

Quantum ad ſecundum articulum dico ꝙ ſin-
gulare prius eſt cognitum ab intelle-
ctu ꝗ̃ vniuerſale. ¶ Ad cuius probationẽ ſuppono vnuꝫ
quod in tertio probabitur. videlꝫ ꝙ vniuerſale non eſt ali-
qua res extra aĩam:ſed eſt tantũ quidã cõceptus fictus
ſeu formatus per aĩam communis pluribus rebus: aut
forte ſignum aliquod exterius ad placituꝫ inſtitutum eo
modo quo dicetur in tertio. ¶ Quo ſuppoſito probatur
propoſitũ primo ſic.anteꝗ̃ vniuerſale fingatur ſeu forme
tur:aliquod ſingulare eſt cognitũ.igitur ſingulare prius
eſt cognitum ꝗ̃ vniuerſale. Antecedẽs probatur:quia im
poſſibile eſt naturaliter abſtrahere ⁊ fingere conceptum
aliquem ab aliquibus rebus niſi ille res:vel alique earuꝫ
ſint prius apprehenſe:quoniã de rebus omnino ignotis
nullus conceptus formari poteſt: vt ſupra patet in.q.de
notitia ſenſibilium:⁊ experientia idem docet. Aut igitur
res de quibus cõceptus vniuerſalis formatur:ſunt note
in ſeipſis:⁊ habetur propoſitũ:quia quelibet talis eſt ſin-
gularis:aut ſunt note aliqua ſpecie recepta a rebus:⁊ ad
huc habetur propoſitũ:quoniã omne cuius recipitur ſpe
cies ſic:⁊ quod per eam cognoſcitur:eſt in ſe precognitũ:
vt ibi ſupra patet:aut eſt cognitum in aliquo conceptu fi
cto:⁊ tunc vt prius arguitur:quoniã ⁊ anteꝗ̃ ille fingere-
tur neceſſe fuit precognoſci aliquam rem ſingularem:aut
procederetur in infinitũ in cõceptibus a parte ante:quod
eſt impoſſibile.conſequẽtia probatur:quia vniuerſale in-
telligi idipſm eſt ꝙ ipſum fingi:vel ipſum ſimul fingitur ⁊
intelligitur:aut prius fingitur ꝗ̃ intelligitur. Nã impoſſi
bile eſt ꝙ prius intelligat̃ ꝗ̃ fingatur:quodcũqꝫ aũt illo
rum detur.patet cõſequẽtia. ¶ Forte diceret̃ ad hoc ꝙ
verũ eſt ꝙ ante formationẽ vniuerſalis aliquod ſingula-
T.c.4. re eſt notũ:ſed per ſenſum:nõ autẽ per intellectũ. Contra
hoc eſt intẽtio Philoſophi ⁊ Cõmẽ.12.meta.di.ꝙ apud
Ari. vniuerſalia ſunt collecta ex particularibus in intel-
lectũ:qui accipit inter ea ſimilitudinẽ:⁊ facit ea vnam in
Cõ.5. tentionẽ. ¶ Intellectus igitur ſm Commen.⁊ vt.di.ſm
Ari.etiam faciens intentionẽ vniuerſalẽ:accipit ideſt cõ
ſiderat:atqꝫ cognoſcit cõſimilitudineꝫ inter particularia:
⁊ cõſtat ꝙ nõ poteſt eorũ cõſimilitudinem cognoſcere:ni
ſi cognoſcat illa. ¶ Idem vult Euſtra. ſuper primo ethi.
vbi ait.ꝙ poſt ſubſiſtentiam multorum anima in ſeipſa
ſubſiſtere facit vniuerſalia:propter hoc et animal vniuer
ſale nihil aut poſterius. ipſe Ariſtoteles in his que de
anima dicens nihil autem quoniã ſm ſe quidem non ſub
ſiſtit:poſterius autem quoniam ad multorum exiſtẽtiã ⁊

comprehenſionem ipſius conſequitur intellectus. ¶ Ex
quibus patet ꝙ fictio vniuerſalis preſupponit cõprehen-
ſionem particularium/ nec eſt imaginandũ ꝙ vna virtus
comprehendat ſingularia ⁊ conuenientiam eorum. et alia
formet vniuerſale:non plus ꝗ̃ ꝙ vnus homo apprehẽdat
ſingularia: ⁊ alius abſtrahat eoꝝ vniuerſalem conceptũ.
¶ Confirmatur per Cõmen.1.phyſi.ꝙ licet indiuiduum Com.5.
non ſit principium in ſcientia demonſtratiue:eſt tñ princi
pium acquiſitionis vniuerſalis: quod eſt principium do-
ctrine demõſtratiue. Cum eñ demonſtratio ſit ex vniuer
ſalibus ꝑpoſitionibus: ideo notitia alicuius ſingularis
determinati:ſiue cõplexa/ ſiue icõplexa: nõ eſt principiũ
demonſtrationis/ nec demonſtratiue doctrine. Et tamen
principiũ acquiſitionis notitie vniuerſalius: ſicut.1.me-
ta.ct.2. poſte. ita ꝙ notitia ſingularis precedit notitiam
vniuerſalis. ¶ Preterea. Primum cognitum ab intelle
ctu non eſt aliquid factum ab intellectu. igitur ſingulare
eſt primo cognitũ ab intellectu. conſequentia tenet. ⁊ an-
tecedens ꝓbatur:ꝗ primum cognitũ ab intellectu prece
dit tẽpore/ vel natura notitiã intellectus: qđ aũt factum
eſt ab intellectu eſt poſterius natura prima notitia intel-
lectus ⁊ nõ prius. ¶ Preterea. Si vniuerſale eſſet primo
cognitũ/ aut prima notitia illius eſſet prima notitia qua
cognoſceret̃: vt ſignũ rerũ extra: aut qua cognoſceretur:
vt quedam res ſm ſe:ſed impoſſibile eſt: vt prima notitia
intellectus ſit alicuius vt ſignũ:cũ notitia talis preſuppo
nat notitiã rei alicuius in ſe cuius eſt ſignũ: vt ſupra pꝫ.
¶ Si dicat̃ ſm tũc cũ vniuerſale ſm ſe ſit ꝗdã res ſingu-
laris: vt patebit in.3.lib.⁊ vt eſt ſignũ pluriũ ſit vniuerſale
ſequit̃ ꝙ prima notitia intellect⁹ erit alicuius ſingularis:
vt ſingulare. ¶ Preterea. Talis notitia nõ deſeruiet ali
quo modo ad notitiam ſingularium habendam:nec noti-
tia communioris vniuerſalis ad notitiam vniuerſalis mi
nus communis:cuius tamen oppoſitum intẽdunt ponen
tes vniuerſale prius cognoſci ſingulari. ¶ Preterea.
Prius cognoſcit̃ ſingulare mere intelligibile. verbi gra-
tia. intellectio et volitio ꝗ̃ vniuerſale precise illis cõmu-
ne.igitur prius intelligitur ſingulare ſenſibile/ ꝗ̃ vniuer-
le talibus ſingularib⁹ commune. igitur ſingulare prius
intelligitur/ ꝗ̃ vniuerſale. Antecedens patet. quilibet eñ
quantũcunqꝫ groſſus et rudus: mox cum incipit habere
vſum rationis nouit: et non niſi per intellectum deter-
minare ſuam volitionem: qua vult aliquam rem ſingula-
rem determinate. Et tamen conſtat: ꝙ non ſtatim quili-
bet talis habet conceptum ſpecificum/ vel alium vniuer-
ſalem illis ſingularibus proprium: nec omnium eſt tales
conceptus abſtrahere. Conſequentia prima patet: quia
cum ſingulare ſenſibile intelligibile ſit ab intellectu: vt ſu
pra patet: eadem ratione de eo reſpectu vniuerſalis ſui
qua de alijs. Patet etiam quoniam ratio que videretur
ab alijs aſſignari. videlicet de proceſſu nature ab imper-
fecto ad perfectum: ⁊ notitia confuſa ad determinatam
nõ plus in his locum habet ꝗ̃ in illis. ¶ Hoc poteſt etiã Cap.5.
probari ex intentione Auguſti.8. de trinita.et libro.9. vbi Cap.6.
vult ꝙ notitia vniuerſalis/ ſiue ſm ſpeciem/ ſiue ſm ge-
nus colligitur ex plurium ſimilitudine ſingularium vi-
ſorum in ſe: ſicut etiam Philoſophus et Commenta. di- 12.meta.
cunt: vt ſupra patet. ¶ Dico igitur: ꝙ cuiuſlibet vniuer- 1.2.cõ.4.
ſalis notitiam. precedit notitia ſingularis ipſius in intel-
lectu: ꝗ̃uis nõ cuiuſlibet ſingularis notitia ꝑcedat in in-
tellectu notitiam ſui vniuerſalis: immo etiam nec in ſen-
ſu. Nam multi habent conceptum vniuerſalem hominis
qui nunꝗ̃ quemlibet ſingularem hominem in ſe noue-
runt. Contra iſtud arguunt aliqui dicentes ꝙ ſingulare
in rebus materialibus non intelligitur directe ab intelle- ꝯ dictũ ar
ctu noſtro:ſed indirecte et per quãdam reflexionem. Cu- guit̃ Tho
ius ratio eſt:ꝗ principium ſingularitatis in rebus mate- mas ꝑma.

Digitized by Google

pte.q.85. rialibus eſt materia indiuidualis:intellectus autem no-
arti.pmo. ſter intelligit abſtrahẽdo ſpẽm intelligibilẽ ab huiuſmo-
di materia:quod autem a materia indiuiduali abſtrahi-
tur eſt vniuerſale:vnde intellectus noſter directe nõ ẽ co-
gnoſcitiuus niſi vniuerſaliũ:per reflexionẽ autem cogno
ſcit ſingularia:quia intellectus etiã poſtꝙ̃ abſtraxit ſpẽs
intelligibiles nõ põt ſm eas actu intelligere niſi cõuertẽ
do ſe ad phantaſmata:in quibus ſpecies intelligibiles in
telligit. Conuertendo ſe ad phantaſmata intelligit ſingu-
laria quorum ſunt phantaſmata:⁊ ſic prius intelligit vni
uerſale ꝙ̃ ſingulare. ¶ Pro hac opinione inducitur ver
bum philoſophi tertio de anima.⁊ Commenta.quo videã
C.t.c.10. tur dicere ꝙ indiuiduum non intelligitur niſi per lineam
circunflexam aut ſphericalẽ:quiditatẽ autez vniuerſalez
per lineam rectã. ¶ Itẽ dictuz eiuſdem primo phyſi.vbi
C.ca.48. ait.ꝙ vniuerſale eſt notius ſm intellectuz:ſingulare vero
notius eſt ſm ſenſum:quod autem eſt notius ſm ſenſum:
Tho.pria quod autem eſt notius ſm intellectuz prius cognoſcitur
ab intellectu. ¶ Adducitur etiã ratio ad hoc:quia omne
pte.q.85: quod procedit de potẽtia in actũ prius peruenit in actuz
arti.3. incompletũ qui eſt mediũ inter potentiam ⁊ actum:ꝙ̃ ad
actũ perfectum:intellectus autem noſter procedit de po
tentia in actum ⁊ actus eius perfectus eſt ſcientia com-
pleta per quam diſtincte ⁊ determinate res cognoſcitur:
actus autez incompletus eſt ſcientia imperfecta per quã
ſciuntur res indiſtincte ſub quadaz confuſione:quod enĩ
ſic cognoſcitur in actu cognoſcitur quodam modo in po-
C.c.3. tentia. Unde dicit philoſophus primo phyſi.ꝙ ſunt pri-
mo nobis manifeſta ⁊ certa confuſa magis. poſterius au
tem cognoſcimus diſtinguendo diſtincte principia ⁊ ele-
menta. Manifeſtuz autẽ eſt ꝙ cognoſcere aliquid in quo
plura continentur ſine hoc ꝙ habeatur notitia cuiuſlibet
eorum:que continentur in illo:eſt aliquid cognoſcere ſub
confuſione quadam:ſic autem poteſt cognoſci tam totuz
vniuerſale:ꝙ̃ totum integrale. igitur cognitio vniuerſa-
Contra lis precedit cognitionez ſingularis. ¶ Hec continẽt que-
Tho.vbi dam falſa ⁊ etiam repugnantia aliȷs dictis eiuſdem doc.
ſupra vnde ſumo primam intellectionem intellectus: ⁊ quero
an per illam cognoſcatur ipſa ſpecies abſtracta vniuerſa
lis aut phantaſma ſingulare:aut res extra vna vel plures
quarum eſt ſpecies illa abſtracta. ¶ Si primũ manifeſte
Tho.pria ſibi contradicit qui in precedenti.q.85.arti.ſecundo ex in
pte.q.85. tentione determinat ꝙ ſpecies non intelligitur primo:ſed
arti.2. ſecundario tantum ⁊ per reflexionez:ſm quã intellectus
intelligit:⁊ ſuum intelligere:⁊ ſpẽm quaz intelligit: quod
autem primo intelligitur eſt res:cuius ſpecies intelligibi
lis eſt ſimilitudo:vt dicunt. Et in prima intellectione ſpe-
cies non eſt quod intelligitur:ſed eſt tantũ forma ſm quã
res cuius eſt ſpecies intelligitur. ¶ Preterea hoc etiam
eſt falſum ſm ſe:probatum enim eſt ſupra ꝙ abſtractio
vniuerſalis preſupponit priorem notitiam in intellectu.
¶ Si dicat ſecũdum contradicit ſibi ⁊ habetur propo-
ſitũ. Nã phãtaſma ſm ipſos eſt mere ſingulare ⁊ non vni-
uerſale. Si detur tertiũ ſicut oportet eos dare ſm dicta
eorũ quaſi proxima vel proximo allegata habetur propo
ſitũ. Nã ſm veritatẽ ⁊ ſm ipſos quelibet res talis eſt me-
re ſingularis:⁊ per cõſequẽs primũ cognitũ ab intellectu
eſt ſingulare. ¶ Si dicat ꝙ intellectus prio ſuo actu co-
gnoſcit rẽ extra:abſtrahẽdo eã tamẽ a cõditionibus indi
uidualibus eius verbi gratia itelligit hominẽ ꝙ̃tũ ad ea
que pertinẽt ad rõnẽ ſpẽi:nõ intelligẽdo principia indiui
dualia que nõ ſunt de ratione ſpẽi.⁊ iſtud eſt abſtrahere
vniuerſale a particulari vt dicũt:⁊ ſic ſtat ꝙ primo intelli
gat vniuerſale:nõ autẽ ſingulare. ¶ Cõtra. aut res quaz
dicis abſtrahi ab intellectu iſto modo ⁊ intelligi prima in
tellectione ſumpta preciſe ſm ea que pertinẽt ad rationẽ
ſpẽi eſt res aliqua ſingularis:⁊ habetur propoſitum ꝙ ſin
gulare primo intelligitur : nec talis abſtractio impedit.
Aut eſt cõmunis pluribus:⁊ hoc eſt cõtra eos:⁊ cõtra id Hoc vr
quod ſuppoſitu z eſt in principio huius arti. ¶ Preterea dicere
huiuſmodi intellectionẽ:abſtrahẽtẽ ſic naturã a cõditio Tho. in
nibus indiuidualibus valde difficile eſt habere:ſicut ex- pria pte.q
periri quilibet poteſt:vnde nullo modo poteſt eſſe prima 84.arti.
notitia intellectus. ¶ Preterea. Iſti dicũt ꝙ intellectus 7.⁊ eſt ar-
noſter pro ſtatu iſto nullã rẽ materialẽ poteſt intelligere: gumentũ
niſi cõuertendo ſe ad phantaſmata. Ita ꝙ neceſſario ad ad hoiem
hoc ꝙ intelligat obiectũ ſuũ propriũ ſcz naturã vniuerſa
lem in particulari exiſtẽtẽ oportet ꝙ cõuertat ſe ad phã-
taſmata ipſa ſingulariũ. Ad phãtaſmata autem nõ aliter
cõuertitur:niſi ipſa intelligẽdo ⁊ inſpiciẽdo:ſicut ipſimet
etiã innuũt. ¶ Ex quo ſequitur primo ꝙ intellectus na-
turam vniuerſalẽ nõ intelligit:niſi conuerſus ad phantaſ
mata:⁊ per cõſequẽs nõ directe:ſed per reflexionẽ ſm ip-
ſos:qui ideo dicũt ſingulare per reflexionẽ tantuz intelli-
gi:quia non intelligitur niſi in intellectu cõuertẽte ſe ad
phantaſmata. ¶ Item ſequitur ꝙ primum cognitum ab
intellectu eſt phantaſma:⁊ vlterius cum phantaſma re-
preſentet tantum ſingulare:⁊ ſingulariter non abſtrahen-
do a conditionibus indiuidualibus ſm iſtos :ſequitur ꝙ
phantaſma ipſum ſolum ſingulare intelligatur ⁊ non vni
uerſale:aut ſaltẽ prius ⁊ magis directe. ¶ Amplius cuz
vt in precedentibus eſt probatũ ꝙ per nullã ſpẽz receptã
aliqua res cognoſi poſſit que nõ ſit prius cognita in ſe:ſe-
quitur ꝙ ante notitiam rei in phantaſmate ſit ipſa res ſin
gularis cognita in ſeipſa.⁊ cum notitia phantaſmatis ſit
prior vel ſimul aut eadẽ cũ notitia ipſius vniuerſalis ſm
dicta iſtorũ:vt probatũ eſt:ſequitur ꝙ ſimpliciter primũ
cognituz ſit ipſm ſingulare extra. ¶ Preterea. Aut intel-
lectus noter nõ poteſt intelligere rẽ aliquã materialẽ:niſi
abſtrahẽdo eã a particularibus cõditionibus materie:⁊
tũc ſequitur ꝙ nunꝙ̃ intelligit ſingulare ſm iſtos : cuius
tamen oppoſitũ dicunt.aut poteſt intelligere etiã non ab
ſtrahendo:⁊ tũc non habetur plus ꝙ prius intelligat vni-
uerſale ꝙ̃ ſingulare:ꝙ̃ ꝙ ſingulare prius ꝙ̃ vniuerſale.
¶ Preterea. Iſti dicũt ꝙ ſingulari materiali non repu-
gnat intelligi inquãtũ ſingulare eſt:ſed inquãtũ materia-
le eſt. Et conſtat ꝙ nõ poſſunt hoc intelligere:niſi de intel
lectione directa ⁊ prima:quia intelligi indirecte ⁊ per re-
flexionẽ non repugnat ſm eos ſingulari materiali:⁊ vt eſt
materiale.igitur repugnat ei intelligi primo preciſe:quia
materiale: igitur hoc etiam repugnat nature materiali
vniuerſali:cũ illa ſm eos nõ abſtrahat a materia ſimpli-
citer:ſz indiuiduali tñ.⁊ per cõſequẽs primũ cognitũ ab
intellectu noſtro nõ eſt vniuerſale vt dicũt. ¶ Preterea
prima notitia intellectus ſm eos eſt notitia alicuius toti
us vniuerſalis in quo plures cõtinent entitates. Conſtat
aũt ꝙ nulla res extra aiaz etiã qualitercũꝗ itellecta ẽ ali
qd huiuſmodi totũ cõtinẽs plura cõtinẽtia.ſ.totũ vniuer
ſalis ꝙ̃uis cõtinẽtia totꝰ itegralis aliqua res plura cõti
neat:vñ ꝑ hoc ꝙ aliqua res extra aiam itelligit nõ intelle
cto aliquo extrinſeco ſibi ſiue ſit cõditio indiuidualis :ſi-
ue aliud nõ ſit cois pluribꝰ rebꝰ non plus ꝙ̃ ſorꝰ ꝗ audit
nullo alio audito. ¶ Itẽ nullũ exiſtẽs in aia ſequẽs intel
lectionẽ põt eſſe tale totũ primo cognitũ igitur eſt aliquid
in aia ꝓueniẽs itellectionẽ ſaltẽ natura ſi nõ tpe. Et nõ vi
detur qd poſſit dici eẽ illõ:niſi ſpẽs rei extra:⁊ ꝑ ꝯſequẽs
primũ cognitũ ab itellectu ẽ ſpẽs.hoc ãt repugnat dictis
eorũ:ac ẽt falſuz ẽ ſm ſe:vt ſupra ptz. ¶ Tenendũ ẽ itaꝗ Ad rõnes
pro cõſtãti ꝙ primo cognitum ab intellectu eſt res aliqua Thome
ſingularis:nec motiua iſtorũ hñt efficaciã. Primũ quidẽ vbi ſupra
nõ:qm quicquid dicũt de tali reflexione falſum eſt: nec il
lud ponit philoſophus:ſz potius oppoſitũ manifeſte:vn-
de ait.ꝙ aia ſenſitiua calidũ ⁊ frigidũ iudicat:⁊ quoꝗ rõ C.ca.10.
quedam caro. alio autem aut ſeparato/ aut circũflexe ſe

Digitized by Google

habet ad ſeipſam cũ extenſa ſit carni eſſe diſcernit. vbi patet ꝙ philoſophus vult ꝙ ſingulare ſenſibile anima directe apprehendat: mediãte ſenſu: tñ ſm intellectum ſupra datum. Deinde quiditatem quã intelligit per carni eſſe / ſiue per quiditatem intelligat formam exiſtentem in materia que principalior eſt pars quiditatis: vt quidã dicũt ſiue vniuerſale ipſum: vt opinãtur alij. ſiue quicq̃d aliud intelligat per quiditatẽ: aĩa quaſi circũflexa ad ſeipſam diſcernit. Unde Cõmen. ibidem ait. neceſſe eſt vt forma
Co̅.10. experimẽtetur. ſcʒ ab anima / aut per diſpoſitionem ſimilem linee recte: ſcʒ cum intellexit primam formã exiſtentem in hac re ſingulari. aut ſm diſpoſitionem ſimilẽ linee ſphericali: ſcʒ quãdo fuerit reuerſa querendo intelligere quiditatem illius forme: deinde quiditatẽ illius quiditatis: quouſq̃ perueniat ad ſimplicem quiditatem. vbi pʒ ꝙ illud quod intelligit̃ quaſi circũflexe eſt quiditas: ſingulare vero cuius eſt q̃ditas primo & directe: & ſi per quiditatem intelligat vniuerſale. ſequitur ꝙ intendit vniuerſale intelligi per reflexionẽ: ſingulare vero directe. ¶ Ad aliam auctoritatẽ philoſophi .1. phyſi. cũius varie dentur
Te.c.48. ab aliquibus expoſitiones. dico ꝙ philoſophus ibidẽ nullam facit cõparationem inter notitiam ſingularis & notitiam ſui vniuerſalis ſm ſenſum & intellectum: vt eſtimant multi. & hoc pʒ primo cõſiderato propoſito de quo loquitur. ¶ Dicit enim ꝙ antiqui conueniebant in hoc ꝙ oẽs ponebant principia contraria: differebant tñ inter cetera in hoc ꝙ cõtraria que ponebãtur principia ab aliquibus ſunt notiora ſm ſenſum: que vero ponebant̃ principia ab alijs ſunt notiora ſm intellectũ. verbi gratia. quidã ponebant principia magnum & paruũ: par & impar: que notiora ſunt ſm intellectum. Calidum vero & frigidum rarũ & denſum que ponebãtur ab alijs eſſe principia ſunt notiora ſm ſenſum. Conſtat aũt ꝙ omnia hec nomina ſunt vniuerſalia: licet quedã plus: quedam vero minus. ¶ Secũ
Cõ.48. do idem pʒ per Cõmen. ibidem qui exponendo dicit. Et quidam accipiunt illud quod eſt prius apud intellectum in cognitione & eſt illud quod eſt magis vniuerſale: & quidam accipiunt illud quod eſt prius apud ſenſum & eſt illud quod eſt magis particulare: & poſt ſubdit: ꝙ cõparatio inter comprehenſibilia ab intellectu & ſenſu non verificatur: niſi reſpectu cõmunis comprehenſionis. ¶ Item
Cõ.49. ſequenti cõmento ait: quoniam magnum & paruum ſunt magis vniuerſalia. q̃ rarum & denſum: ideo attribuũtur magis intellectui: & rarũ & denſum magis ſenſui. Et hoc eſt ita: quia rarum & denſum comprehenduntur in corporalibus ſenſibilibus naturalibus. Magnum aũt & paruũ comprehendũtur in corporalibus naturalibus, & mathematicis: hec Commen. Ex quo patet: ꝙ illa comparatio ſit inter principia magis & minus vniuerſalia / vel cõmunia: & minus cõmunia vocantur ſingularia reſpectu communiorum: ſicut etiam in principio dicti libri cum philoſophus dicit ꝙ opʒ ab vniuerſalibus in ſingularia ꝓcedere. non intẽdit: vt dicit Commentator. per ſingularia ipſa
Tex.c.4. Com.5. indiuidua: ſed vltimas ſpecies aut illa que ſunt quaſi ſpecies vltime. ¶ Aduertẽdum tñ: ꝙ cum dicitur ꝙ magis vniuerſalia notiora ſunt ſm intellectũ: & minus vniuerſalia ſm ſenſum: accipiẽdi ſunt iſti actus exerciti pro iſtis alijs ſignificatis: de magis vniuerſalibus verificatur eſſe notiora ſm intellectum: & de minus vniuerſalibus verificatur eſſe notiora ſm ſenſum: qui debẽt exerceri ſumptis aliquibus terminis vniuerſalioribꝰ. verbi gratia. magnũ et paruum: & aliquibus minus vniuerſalibus. verbi gratia. calidum et frigidum. ſic magnum & paruum ſunt notiora ſm intellectũ: ſic calidum et frigidum notiora ſunt ſm ſenſum. in quibus ſubiecta ſupponunt pro rebus ſingularibus: vnde in actibus ſignificatis ſit comparatio inter magis et minus vniuerſale: in exercitis vero ſit cõparatio īter ſingularia cõmunioris: et ſingularia minus cõmunis: que tamen non ſe habẽt ſicut per ſe ſuperius & inferius ſic ꝙ vnum de altero predicetur in primo modo dicendi per ſe. ¶ Preterea. Quod Commenta. dicit eſſe prius apud ſenſum / vel intellectum non eſt accipiendum de prioritate generationis: ſed perfectionis .i. perfectius notum: & eodẽ modo intelligit philoſophus qñ dicit ꝙ eſt notius: & tunc eſt verũ quod dicit̃. Nam ſenſibilia minus cõmuniora perfectius a ſenſu cognoſcutur: q̃ cõmuniora: vt pʒ in exẽplis poſitis: & cõmuniora ꝑfectius cognoſcunt̃ ab intellectu. ¶ Si tñ velimus accipere dictũ phi 1.phyſico. tanq̃ loquẽtis de ſingulari: vt diſtinguitur contra cõmu Tex.co.c. ne: tũc dico ꝙ cõparatio nõ poteſt vtrobiq̃ proprie ſumi. 48. patet: quia ſiue ſiat comparatio inter potentias reſpectu eiuſdem obiecti. verbi gratia. dicẽdo ꝙ ſingulare eſt notius ſm ſenſum: q̃ ſm intellectũ: et vniuerſale notius ſm intellectũ q̃ ſm ſenſum: ſiue ſiat cõparatio inter diuerſa obiecta reſpectu eiuſdẽ potẽtie. verbi gratia. dicẽdo. ſingulare notius eſt ſm ſenſum q̃ vniuerſale: et vniuerſale eſt notius ſm itellectum q̃ ſingulare: ſemper ſequitur ꝙ vniuerſale ſit notũ ſm ſenſum: qꝺ eſt falſum. ¶ Et ideo dicendũ ꝙ ſi ſiat comparatio primo modo aliter et aliter hincinde exponi debent verba. Nam ideo ſingulare dicitur notius ſm ſenſum: q̃ ſm intellectum: quia ſenſus apprehendere poteſt ſingulare abſq̃ hoc ꝙ intellectus apprehendat vel apprehenderit ipſum. Intellectus autem non poteſt abſq̃ ſenſu: tunc vel prius apprehendente apprehẽdere ſingulare & ſenſibile de quo eſt ſermo. Uniuerſale autẽ ideo notius ſm intellectũ: quia tñ ab intellectu eſt notum. ¶ Si vero ſiat cõparatio ſecũdo modo: tunc ideo dicitur ꝙ ſm ſenſum ſingulare notius eſt vniuerſali: quia ſingulare notũ eſt ſenſu: nõ autẽ vniuerſale. vniuerſale vero notius eſt ſm itellectũ: q̃ ſingulare: aut quia eſt ei propriũ noſſe vniuerſale: non autẽ noſſe ſingulare. cum etiam ſenſus nouerit ſingulare: aut quia intellectus non actualiter concurrente notitia ſenſus per ſeipſum poteſt noſſe vniuerſale et perfectius q̃ ſingulare qꝺ verũ ſit vel non ſit cognoſcere non poteſt: niſi mediãte ſenſu: & loquor ſemper de ſingulari ſenſibili. ¶ Ad rationem ipſorum, dicendum: ꝙ aliquem actum eſſe medium inter potentiam & alium actum poteſt intelligi dupliciter. Uno modo: ſcʒ ſm ordinem generationis: ſic ꝙ prius trãſmutetur in illũ actum / q̃ in alium: vel ſm ordinem perfectionis: quia ſcilicet actus ille perfectior eſt q̃ potẽtia: & imperfectior q̃ alius actus. Si maior intelligat̃: primo modo minor eſt falſa & petit principium. Nam notitia vniuerſalis nõ eſt hoc modo media: imo ſemper ante eam prehabet̃ notitia alicuius ſingularis. Similiter hoc eſt quod ꝑncipaliter querit̃: & ideo petit̃ qꝺ eſt in principio. Si vero maior intelligat̃ ſcꝺo modo: vt ſit ſenſus: ꝙ omne quod ꝓcedit de potẽtia ad actum prius peruenit in actũ minus perfectũ q̃ in magis perfectũ: ꝓpoſitio non eſt vera. Patet enĩ ꝙ aer prius trãſmutatur ad lucem q̃ ad calorem: & tamen lux eſt perfectior calore: ſic intellectus et voluntas prius trãſmutant̃ ad actũ, q̃ ad habitũ: & tñ actus eſt ꝑfectior. ¶ Item aliqñ prius habet̃ notitia de re ꝑfectiore: q̃ imperfectiore. vbi gratia. de hoc actu intelligẽdi: q̃ de hoc ſapore / vel odore illo. ¶ Item reſpectu eiuſdem complexi obiecti aliquando prius aliquis acquirit ſcientiam a priori & alius ſcientiam a poſteriori: que ſciẽtie non ſunt eque perfecte: & multe alie poſſent inſtantie dari. ¶ Et ſi dicatur ꝙ natura ſemper procedit de imperfecto ad perfectum non econtra. ¶ Dicendum ꝙ hoc poteſt duplicẽ ſenſuʒ habere: vnus eſt ꝙ ſemper natura prius facit in re illud qꝺ eſt imperfectius: q̃ illud qꝺ eſt perfectius comparando illa duo preciſe inter ſe: & in hoc ſenſu falſum eſt quod dicit̃. patet enĩ ꝙ in corpore aĩalis prius generatur

Digitized by Google

cor ꝗ pes vel man⁹: ⁊ cōſtat ꝙ cor nobilius mēbrū eſt. Alı⁹ ſenſus eſt ꝙ natura prius facit rē aliquā imperfecte ⁊ imperfectam: ⁊ poſt illam eadem perficit: ita ꝙ ſit comparatio non inter illa facta preciſe: quibus factis res dicitur perfectior ⁊ imperfectior: ſed ſit comparatio eiuſdem rei ſm ꝙ aliquando eſt perfecta ⁊ aliquando imperfecta: et hoc eſt verum in his que non fiunt ſubito. Sed cum hoc ſtat ꝙ actus vlterior quo res eſt perfecta ſit imperfectior actu priore. verbi gratia. homo prius ſit imperfectus carens ſcientia ⁊ virtute: ⁊ poſtea perficitur virtutibus et ſcientia: ⁊ tamen eius anima que prius fuit nobilior eſt ꝗ ſcientia ⁊ virtus. ¶ Item corpus humanū prius fit ſm partem ⁊ imperfectum: ⁊ tamen partes nobiliores prius fiunt. Sed homo cum anima ⁊ ſcientia ac virtutibus eſt quid perfectius: ꝗ homo tantū. Similiter corpus cum omnibus mēbris nobilioribus ⁊ ignobilioribus perfecti⁹ eſt ꝗ cum nobilioribus tantum. Sic in propoſito anima eſt perfectior habens notitiam de ſingulari ⁊ vniuerſali: ꝗ de ſingulari tantum: ⁊ ideo non obſtante ꝙ ſenſus noſcat ſingulare: ⁊ deinde vniuerſale: eſto ꝙ notitia ſingularis eſſet perfectior ꝗ vniuerſalis: adhuc procederetur de eſſe imperfecto ad eſſe perfectum. ¶ Ad dictum ſūt philoſophi primo phy. quod interponitur dicetur in ſolutione primi argumenti ad q. ¶ Et ſi dicatur vt etiam dicit primo phy. ꝙ pueri vocant virum omnem patrem. deinde determinate eum qui eſt pater cognoſcunt: ⁊ per conſequens prius habent notitiam confuſam: ꝗ determinatā. Similiter idē declaratur de corpore a remotis viſo quod quidem prius cognoſcitur in confuſo ꝗ diſtincte. ¶ Reſpondeo ꝙ iſta nihil ad propoſitum faciunt. Nam pueri tunc nullū vniuerſale cognoſcunt: ſed ſingulare tantum. vnde cum puer virū qui nō eſt pater eius vocat patrem: certū eſt ꝙ virū ſingularē apprehendit: ⁊ ideo illud exemplū non probat ꝙ prius cognoſcatur vniuerſale aliquod: ꝗ ſingulare: ſed ſolum ꝙ ſingulare prius cognoſcatur cognitione imperfecta ⁊ debili: cuius virtute non poteſt habere puer iudiciū diſcretiuū vltimatū ⁊ perfectū quo determinate nouerit hūc nō eſſe patrē eius: ⁊ hūc aliū eſſe: ꝗ notitia clara ⁊ perfecta: qua tale iudiciū poſſit haberi. Quod etiā contingit in animalibus ratione carentibus: que tñ nullius vniuerſalis ſunt apprehēſiua. vnde agnus primo ſequitur oēm ouē: ſicut matrē: ⁊ poſtea determinate ſequitur matrē tantū: quod nō prouenit: quia prius habeat notitiā alicui⁹ vniuerſalis: ſꝫ quia imperfectā notitiā prius habet de ſingulari: ⁊ poſtea perfectiorem: vt dictū eſt de pueris. Similiter quo ad aliud exēplū patet: ꝗ ſiue de propinquo ſiue de remoto corpus videatur ſemper videtur ſingulare: ſed de propinquo perfectior habetur notitia ꝗ de remoto: ⁊ ita cōtingit in alijs animalibus: vt in homine: vnde non probatur ꝙ vniuerſale ſit prius notū.

Quantum ad tertium articulū dico ꝙ ſingulare ſenſibile prius eſt intellectum a nobis: ꝗ ſingulare inſenſibile: ad materiale intelligibile: hoc autē magis patet per experiētiā: ꝗ per rationē. Poteſt tamē argui ſic. ſenſibilia prius intelliguntur a nobis ꝗ inſenſibilia. igitur ſenſibile ſingulare prius cognitum eſt ab intellectu. conſequentia patet ex dictis. Antecedens probatur: quia omne intelligibile ⁊ inſenſibile vel eſt ipſa anima vel aliquid in ea vel aliquid extra animā. Conſtat autem ꝙ inſenſibilia que ſunt extra animam non cognoſcimus: niſi prehabita notitia aliquorum aliorum. Ea vero que ſunt in anima: vel ſunt ſpecies aut conceptus: vel actus aut habitus: ſed nec ſpecies nec aliquis conceptus poteſt eſſe primum congnitum: vt ex ſuperioribus patet. ¶ Item nec aliquis actus: quia non actus intellectus. Nam primus actus non eſt cognitus ſeipſo: ſed alio actu: ſi tamen cognitus ſit: vt patet in prima di. vbi probatum eſt ꝙ actus rectus ⁊ reflexus non ſunt idem. ¶ Itē nec actus voluntatis poteſt eſſe primum cognitum ab intellectu: cum volitio preſupponat intellectionem. Similiter ipſa anima ſiue intellectus ⁊ voluntas non eſt quod a nobis primo cognoſcitur: quilibet enim ſi diligenter attēdat recordari poteſt ſe plura atqꝫ pluries ſenſibilia intellexiſſe prius ꝗ de mente aut anima ſua notitiam habuerit: aut de ipſa modo aliquo conſiderauerit. Iſtud cōfirmatur per philoſophum tertio de anima in illa parte. Cū autē hec ſingula fiant. vbi dicit. ꝙ intellectus poteſt tunc intelligere ſeipſum quādo factus fuerit ſciens/ ſiue intelligens ſm actum. Et Cōmen. d. ꝙ intellecta fiunt in eo in actu: per intellecta autem intelligit actus intelligēdi/ vel ſpecies intelligibiles. volūt igitur ꝙ intellectus prius intelligit alia ꝗ ſeipſum: ⁊ per conſequens prius ſenſibilia ꝗ ſe. Et vlterius prius ſenſibilia/ ꝗ inſenſibilia: que conſequentie patent ex ratione facta.

T.c.5. (beside "loſophi primo phy.")
T.c.8. (beside "matur per philoſophum")
Cap.8. (beside "ligens ſm actum")

Quantum ad quartum articulum dico ꝙ notitia intuitiua rei ſingularis / ſiue ſenſibilis/ ſiue iſenſibilis: eſt prior notitia abſtractiua ꝗ ipſum in ſingulari ⁊ propria notitia cognoſcitur. Et iſtud patet: quia vel per primam notitiam ſingularis ipſum cognoſcitur in ſeipſo immediate: ⁊ habetur propoſitum: quia omnes tales notitie ſunt intuitiue: vt ſupra patet: vel cognoſcitur in ſpecie propria ſibi: et hoc eſt impoſſibile: cū omnis talis notitia preſupponat notitiam illius rei ſingularis in ſeipſa: cuius eſt ſpecies: vt declaratum eſt ſupra in queſtione de notitia ſenſibilium. aut cognoſcitur in conceptu cōmuni ſibi ⁊ alijs: ⁊ tunc non cognoſcitur cognitione ſibi propria: ⁊ per conſequens relinquitur ꝙ prima notitia propria rei ſingularis ſit intuitiua eiuſdem. ¶ Ex his colligitur totalis reſponſio ad queſtionem. videlicet ꝙ prima notitia intellectus premitate: ſcilicet generationis eſt notitia intuitiua alicuius ſenſibilis ſingularis. Et pōt ex dictis ſic argui. Prima notitia intellectus non eſt notitia vniuerſalis alicuius: vt patet in ſecūdo articulo. igitur eſt notitia alicuius ſingularis. Aut igitur alicuius ſingularis ſenſibilis/ aut intelligibilis materie: non materie intelligibilis: vt patet ex tertio articulo. igitur ſenſibilis. aut ergo eſt notitia illius īuitiua/ aut abſtractiua: vt patet ex quarto articulo. igitur intuitiua. ¶ Sed ſi queratur cuius ſingularis notitia ſit prima. ¶ Dicendum ꝙ illius qñ primo mouet ſenſum motione ſufficiente: poſtꝗ puer poteſt intelligere. Et ſi plura talia ſenſibilia ſimul ſufficienter mouerent: et tunc ſimpliciter poſſet plura ſimul intelligere: nulla eſſet prior: ſed omnes eque cito mouerent ⁊ eſſent eque prime: ſin autem quod fortius moueret ſenſum: vnde reſponſio queſtionis ſupponit aliquam vnam eſſe primam. Si tamen ponerētur plures eque prime: tunc omnes ille eſſent etiam intuitiue ⁊ de ſingularibus ſenſibilibus. vnde nec ſic variatur intentio queſtionis/ nec reſponſionis eiuſdem. ¶ Ad primum queſtionis argumentum nego antecedens. Ad probationem dico ꝙ Philoſophus non facit cōparationem aliquā inter notitiā vniuerſalis ⁊ notitiā ſingularis: vt diſtinguit̄ ſingulare cōtra vniuerſale: ſed inter notitiā magis vniuerſalis et notitiā minus vniuerſalis: qđ vocat ſingulare in cōparatione ad magis vniuerſale: vt expreſſe dicit ibi Commenta. cum ibi dixit. ſ. Af. inquit Comenta. particularia non intendit intuitiua: ſed vltimas ſpecies/ aut illa que ſunt quaſi vltime ſpecies: ⁊ ſtatim poſt: ⁊ res vniuerſales ſunt notiores apud intellectū: ꝗ particulares. ſ. ſpecies: ecce ꝙ exponit iterū particulares per ſpecies: ⁊ ad iſtam intētionem exponit Philoſophus ibi per notum. Item Cōmen. 5. adhuc innuit rationem: q2 Phs loquit̄ ibi de notitia que ptinet ad ſcientiam: notitia aūt propria ſingularis non pertinet ad ſcientiam: cum non poſſit eſſe pars ſyl

Totalis rñſio ad q̄ſtionem. (beside "his colligitur totalis reſponſio")
1. phiſico. co.3.⁊.4. (beside "Philoſophus non facit cōparationem")

Digitized by Google

logiſmi demonſtratiui q̄uis poſſit eſſe principiū acquiſitionis vniuerſalis:quod eſt principium doctrine demonſtratiue:vt dicit: et ideo patet dictum Philoſophi non eſſe ad propoſitum. vnde eſto q̄ magis commune ſit prius notum intellectui: q̄ minus commune:non tamen eſt prius notum q̄ indiuiduum .: Ideo quolibet communi prius notum eſt aliquod indiuiduum:quod etiam patet per verbum Commentato. iam allegatum ſcilicet q̄ indiuiduum eſt principiū acquiſitionis vniuerſalis qđ verū eſt vniuerſaliter de notitia incōpleta indiuidui reſpectu acquiſitiōis vniuerſalis incōpleti:⁊ per cōſequēs etiā cōpleti. Et de notitia etiā incōpleta indiuidui etiaȝ in multis eſt verū reſpectu vniuerſalis cōpleti:ſicut patȝ ex ſumptione vniuerſalis:quod eſt principiū artis ⁊ ſciētie:⁊ nō eſt per ſe notū. Utrū autē notitiā principij per ſe noti precedat notitia alicuius ſui ſingularis cōpleti:q̄uis ipſum vniuerſale nō fiat notū per illam non curo pro nunc diſcutere. ¶ Ad ſecundum dico q̄ haberi poteſt de intentione Auguſtini 14 de tri. q̄ mentem eſſe ſibi preſen-
cap.6. tē poteſt dupliciter intelligi. vno modo de preſentia eſſentiali. Alio modo de preſentia obiectiua. primo modo mēs eſt ſibi ſemper preſens:quāuis non proprie forte dicatur aliquid preſens ſibimet:ſed potius non abſens ſibi:ſm tamē vſitatum modū loquēdi ⁊ maxime ab Aug. idē poteſt dici ſibi ipſi preſens:⁊ ſic mens poteſt dici ſibi preſens ſemper. ſecundo autē modo nō ſemper mens eſt ſibi preſens: ſicut nō ſemper eſt in cōceptu proprio. i. nō ſemper ſe conſpicit actu ſeu cogitat:tūc enim tantū ſibimet eſt preſens quando actu ſe cogitat:⁊ hāc preſentiā voco obiectiuaȝ. Cum igitur dicitur q̄ nihil prius poteſt dici preſens eſſe menti q̄ ipſa:ſi de prima preſentia loquaris concedo. Et cū infertur. igitur nec aliquid ſibi prius notuȝ. poteſt ſm eundem Augu. ibidem diſtingui de eſſe notum ſcȝ. habitualiter ⁊ actualiter quod dicit eſſe cogitatū. primo modo poteſt cōcedi cōſequēs:nihil enim prius notū eſt menti notitia tali quaſi habituali q̄ mens illa:ſed illud nō eſt ad propoſitū:loquimur enī de actualiter cognito ab intellectu. ſecūdo aūt modo accipiēdo eſſe notū negāda eſt cōſequētia. Quāuis enī nihil ſit prius preſens mēti preſentia eſſentiali q̄ ipſa ſibi:aliquid tñ pōt eſſe ei pñſens prius preſentia obiectiua q̄ ipſamet:qđ etiā patet per eundem Aug. c. proxime precedēte. d. q̄ mēs in pueris ſemper eſt
cap.5. ſibi preſens hac preſentia. ſ. ⁊ ſibi habitualiter nota:nō tñ ſe cogitat. vnde in fine. 4. c. dicit ſic. Nihil inquit tam nouit mens:niſi qđ ſibi preſto eſt:nec mēti magis quicq̄ pre-
cap.5. ſto eſt q̄ ipſa ſibi. Et ſtatim ſequēti capitulo mouet. q. ſic. Quid itaq̄ dicendum de infantis mente? Et reſpondet an etiam ipſa ſe noſſe credēda eſt:ſed intēta nimis in eas res quas per corporis ſenſus tāto maiore q̄to nouiore cepit delectatione ſentire nō ignorare ſe poteſt:ſed cogitare ſe nō poteſt. Et infra. Ita ⁊ in alijs corporis ſenſibus quātum ſinit illa etas intenſiue ſe quaſi coartāt aīe paruulorum:vt quicquid per carnē offendit aut alicit:hec ſolum abhorreāt:aut vehementer appetāt:ſua vero interiora nō cogitēt. ¶ Similiter cōſtat q̄ tali preſentia deus eſt ſemper preſens mēti:nec tamen eſt prius notus a mēte. Si vero antecedens illud intelligatur de preſentia obiectiua negādū eſt. Nā multa menti prius obijciuntur:q̄ mens ipſa:vt patet ex antedictis. Et ſic finitur. q. preſens.

¶ Diſtinctionis. iij. Queſtio. iiij.

POſtq̄ queſitum eſt de modo cognoſcendi creaturas:videnduȝ eſt de modo cognoſcendi deū. Et ideo quero. An deū poſſimus cognoſcere naturaliter. ¶ Arguitur q̄ non:quia ſimpliciter ſimplex aut totaliter ſcitur:aut totaliter ignoratur:ſed deus non poteſt a nobis totaliter ſciri cum comprehendi non poſſit: igitur totaliter ignoratur. minor patet: quia in ſimplici non poteſt eſſe pars ſcita ⁊ pars ignorata. ¶ Secundo ſi deus poſſet naturaliter a nobis cognoſci:tūc naturaliter poſſemus cognoſcere eſſentiam dei quiditatē. conſequēs eſt falſum dicente Dama. libro primo quid eſt cap.4.
deus ſm ſubſtantiam ⁊ naturam incomprehenſibile omnino ⁊ ignotum eſt. conſequētia patet:quia vt dicit Aug. cap.10.
10. de tri. Non recte dicitur ſciri aliqua res dū eius ignoratur ſubſtantia. Et Philoſophus. 7. meta. d. q̄ ſcientia T.c.20.
cuiuſlibet eſt ſcire quod quid erat illi eſſe:ſiue vt habet litera commenti. Scire quid eſt per eſſentiam. Similiter Commen. ibidem. d. q̄ res non ſciuntur:niſi propter ſuas Cō.20.
quiditates:et certū eſt hoc. ¶ Tertio dei nullum eſt phātaſma:igitur non eſt a nobis intelligibilis. Antecedens patet: quia ſolum ſenſibilium ſunt phantaſmata. conſequentia probatur per Philoſophum. 3. de anima. d. q̄ nec T.c.30.
quaq̄ ſine phantaſmate intelligit anima. ¶ Quarto ſi deus poſſet naturaliter a nobis cognoſci:aut hoc eſſet q̄ apprehenderetur immediate in ſe: aut quia cognoſceretur per diſcurſum ex creaturis. primo modo non:quia talis notitia de deo eſt nobis impoſſibilis naturaliter in via iſta:nec ſecundo modo. tum quia in omni tali cognitione medium debet eſſe proportionatum cognito: nulla autem creatura eſt proportionata deo:cum ſit finita:deus autem infinitus:tum quia diſcurſus eſt inter complexa: notitia autem complexi exigit notitiam vtriuſq̄ termini: igitur in fine diſcurſus oportebit deum eſſe cognitum:ſiue ſit ſubſtantiuum concluſi per diſcurſum:ſiue predicatum. Et non apparet qualiter ſit cognituȝ:niſi in ſe. quod eſt impoſſibile: vt probatum eſt.

Contra deum eſſe poteſt naturaliter cognoſci a Oppo.
nobis:igitur deus naturaliter eſt a nobis lib.primo
cognoſcibilis. Antecedens patet per Dama. vbi ſupra. et c.4.
conſequētia eſt neceſſaria:eo q̄ notitia veri complexi preſupponit notitiam incomplexam eorum que per terminos importantur:vel eius:ſi vnum tātum importetur per vtrūq̄. ¶ Secundo Philoſophi multa demōſtrauerūt de deo:igitur cognouerunt deum:⁊ per cōſequens eſt naturaliter cognoſcibilis. Antecedēs patet ex. 12. meta. cō- T.c.51.
ſequentia tenet vt precedens hoc patet per Apoſtolum cap.7.
ad Ro. Inuiſibilia dei ⁊c. ¶ Item de philoſophis aiēs. quod notum inquit eſt dei manifeſtum eſt in illis. glo. notum ideſt noſcibile per naturam. igitur ⁊c. ¶ Preterea ſicut dicit Aug. 15. de tri. arguuntur in libro ſapientie qui cap.2.
de his que videntur bona:non potuerunt ſcire eum qui eſt:nec operibus attendentes cognouerunt artificē. Non arguerentur autem ſi non poſſet a nobis naturaliter deus cognoſci. vnde ibi ſubdit in dicto libro ſcribitur a magnitudine ſpeciei ⁊ creature cognoſcibiliter poterit creator horum videri. Sap. 13

Reſpondeo difficultas queſtionis eſt principaliter de notitia incomplexa que haberi poteſt de deo naturaliter. Naȝ niſi aliqua talis eſſet nobis poſſibilis nullam veritatem complexam de deo ſcire poſſemus:cum omnis notitia complexa ſeu complexi exigat neceſſario notitiam incomplexam rei: de qua formatur complexum illud: vt ſupra probatum eſt. et ideo non ſufficit dicere q̄ deus cognoſcitur per diſcurſum ex creaturis ſed oportet dicere ⁊ vlterius aſſignare modum quo vel ante diſcurſum:vel poſt ipſe ſimplici notitia cognoſcatur. Ideo pro declaratione pono quinque concluſiones. ¶ Prima eſt. Deus non eſt a nobis naturaliter pro ſtatu vie cognoſcibilis immediate in ſeipſo. ¶ Secunda q̄ non eſt cognoſcibilis in aliqua propria ſpecie: aut conceptu ſimplici ſibi proprio naturaliter eius repreſentatiuo. ¶ Tertia q̄ eſt cognoſcibilis in aliquo conceptu compoſito ſibi proprio.

Digitized by Google

¶ Quarta. ꝙ etiā in aliquo cōceptu ſimplici ꝓprio ad placitum inſtituto ⁊ cōnotatiuo. ¶ Quīta. ꝙ eſt cognoſcibilis in aliquo ꝯceptu cōmuni ſimplici naturaliter repreſentatiuo: ⁊ a reb⁹ abſtrahibili: nō tñ cognitiōe ꝓpria ⁊ diſtincta: ſed cōmuni ⁊ ꝯfuſa. ¶ Prima ꝯcluſio ꝓbat̄ ex dictis in ꝑcedētib⁹. q. qr̄ omne qđ cognoſcit̄ in ſeipſo immediate cognoſcitur intuitiue: deū autē intuitiue nō poſſum⁹ naturaliter cognoſcere. quare ⁊c. ¶ Confirmatur: quia ſm Apoſtolū viſio facialis dei. non habetur in hac vita. videre aūt deum facialiter nihil aliud eſt: ꝙ̄ videre ipſum in ſeipſo immediate: ſic ꝙ nihil aliud mediū terminet viſionem. ¶ Secūda cōcluſio probatur ex prehabitis: tū quia nullius rei ꝓpriā ſpeciē vel cōceptū naturaliter repreſentatiuū poſſumus habere naturaliter: niſi quā imediate in ſeipſa apprehendere poſſum⁹: vt ſupra patet: tū quia ꝑ nullā ſpeciē: vel talē conceptum aliquid cognoſcitur: qđ nō ſit precognitū imediate in ſeipſo: ¶ Tertiā cōcluſionē probat: quia aliquē proprium conceptū deo poſſumus cōponere ex cōceptibus ſimplicib⁹ ex alijs reb⁹ abſtractis: ⁊ illū probare de ente particulariter accepto: igit̄ poſſumus deum cognoſcere in aliquo cōceptu compoſito ſibi proprio. conſequētia patet. ex ſupradictis. Antecedēs probat̄. Nā huiuſmodi cōceptus neceſſe eſſe: ſummū bonū. ſapiētia infinita: ens īfinite potentie ſimpliciter. Itē vltimus finis ⁊ vniuerſale bonum vniuerſi: ⁊ ſi aliqui cōceptus ſibi proprij poſſint euidēter probari de ente particulariter ſumpto: quia ſi nullus ꝑdictorum: aut alius poſſet ſic probari nō eſſet deus a nobis naturaliter cognoſcibilis: ſed fide ſola tenderem⁹ ſeu crederemus in ipſum. ¶ Quarta cōcluſio probatur: quia aliqͥs cōceptus cōnotatiuus: ſicut ꝯceptus cui correſpōdet in voce iſte terminus creatiuū: proprius eſt deo. Et probari poteſt de ente vel etiā ſubſtantia particulariter: igitur ⁊c. Eſt autē iſte cōceptus ſimplex in ſe: ꝙ̄uis plura ſignificet: ſiue aliqͥd ſignificet: ⁊ aliquid aliud cōſignificet. Sic etiam et vox iſta creatiuū ſimplex eſt nō obſtāte ꝙ ſignificet aliqͥd ⁊ aliud conſignificet. Itē eſt inſtitutus ad placitum: ⁊ nō naturaliter eſt alicuius rei repreſentatiuus: ſicut ⁊ quodlibet ſignū mētale vel vocale connotatiuū. Nā cōceptus naturaliter repreſentatiuus ꝑciſe eā rem repreſentat ⁊ ſignificat pro qua etiam poteſt ſupponere. Nam vt ſupra tactum eſt et in ſecundo amplius tangetur: conceptus huiuſmodi talis eſt in eſſe ficto et imaginato: qualis res cuius eſt conceptus eſt in eſſe reali extra animam. vnde conceptus albedinis talis eſt in eſſe ficto et intentionali: qualis albedo extra in eſſe reali: ita ita ꝙ ipſe poteſt dici albedo ficta: ſicut ſpecies coloris vocatur color intentionalis: et ideo talis conceptus nihil aliud ſignificat preter eam rem cui eſt ſic ſimilis: et pro qua poteſt ſupponere. Quapropter conceptus connotatius: ſiue affirmatiuus ſiue negatiuus nihil repreſentat naturaliter: ſed ex inſtitutione tm̄. vtrum autem inſtitutio taliū conceptuū preſupponat inſtitutionē vocū vel potius ecōtra alibi videndum. ¶ Quintā concluſionē. ſ. ꝙ deus cognoſcibilis in aliquo conceptu ſimplici cōmuni: nō tamen cognitione propria et diſtincte probo. Nam deus eſt cognoſcibilis in aliquo conceptu proprio cōpoſito: vt patet ex tertia cōcluſione: tūc ſic: aut ille cōceptus eſt cōpoſitus ex cōceptibus ſimplicibus: quorum quilibet eſt cōmunis deo et alijs: aut ex aliquo cōmuni et aliquo proprio: aut preciſe ex proprijs creaturis: aut preciſe ex proprijs deo. quicūqȝ duorum primorū modorum detur habet̄ propoſitum. Nam illo conceptu cōmuni ipſe cognoſcit̄: nō autem cognitione propria ⁊ diſtincte: ſicut nec in aliquo cōceptu cōmuni pluribus aliquod illorum diſtincte cognoſcit̄: vt in ſuperioribus patet. tertius vero modus dari nō poteſt: quia conceptus cōpoſitus ex proprijs creaturarum preciſe: nullo modo poteſt deo conuenire: ſicut nec conceptus aliquis vni rei proprius alteri conuenit. Si vero dicatur quartum: aut aliquis illorum erit naturaliter repreſentatiuus: aut nullus: primum non poteſt dari: quia nullum talem conceptū propriū deo habere poſſumus naturaliter: vt patet ex ſecunda concluſione. Si nullus eſt talis. igitur omnes ſunt inſtituti ad ſignificandū: omnis autem cōceptus ſignificatiuus ex inſtitutione preſupponit apprehenſionem rei in ſe vel in ſpecie aliqua: aut conceptu ad quem ſignificandum inſtituitur: vt patet: igitur deus fuit precognitus ⁊ non in ſe: nec in conceptu naturaliter repreſentatiuo ſimplici ſibi proprio: igitur in conceptu aliquo naturaliter repreſentatiuo cōmuni: alioquin ꝓcederet̄ in infinitum. ¶ Secundo idem probatur: nam vt dictum eſt in quarta concluſione deus eſt cognoſcibilis in aliquo conceptu ſimplici proprio connotatiuo: omnis autē conceptus cōnotatiuus aliquem conceptum abſolutum preſupponit. cui mediate vel immediate attribuitur: ſicut albū attribuitur alicui abſoluto: aliquid enim eſt qđ dicitur albū: verbi gratia. lignum vel lapis: aut corpus. et iſtud etiam probari poteſt ex ratione explicante quid ſignificat talis conceptus. verbi gratia. ratio huius nominis. album eſt informatū albedine: ⁊ ratio hui⁹ nominis creatiuū: ꝓductiuū ex nihilo: et hui⁹ noīs iuſtitia quo reddit̄ vnicuiqȝ quod ſuū eſt: pȝ aūt ꝙ quelibet talis ratio alicui abſoluto conceptui attribuit̄: ſiue ſit cōceptus ſubſtātie ſiue entis: ſiue aliquis alius ſpecialis cōceptus: vt dicatur ſubſtātia informata albedine/vel ens informatū albedine: et ſic de alijs: aut igitur cōceptus cōnotatiuus ꝓprius deo attribuetur tādem conceptui ꝓprio ⁊ abſoluto deo: aut proprio creature/aut cōmuni vtriqȝ. Si proprio deo/aut naturaliter ſignificanti/aut ex inſtitutione: vt prius. ſi ꝓprio creature tm̄: igitur non erit proprius deo. ſi cōmuni habetur propoſitū. ¶ Ex his euidēter concluditur vlterius ꝙ neceſſario opȝ concedere aliquē vnum cōceptum cōmunem deo et creaturis in quid predicabilem de deo et creaturis: alioquin īpoſſibile eſt ſaluare ꝙ deus ſit cognoſcibilis naturaliter a nobis: vtrum aūt ille conceptus ſit cōceptus entis/vel alius: et vtrum per eādem rationē oporteat ponere communem aliquem quiditatiuum ſubſtātie cōceptū ⁊ accidēti: ſuo loco poterit diſcuti. ¶ Con- cap.6.
tra dicta poſſet argui ⁊ ſunt dubia: primo cōtra primam cōcluſionem poteſt argui ex intentione Aug. 8. de tri. vbi inquirēs qualiter homo nōdum iuſtus nouit quid ſit animus iuſtus: ceteris modis cognoſcendi res excluſis. concludit ꝙ hoc nouit in veritate interiori: q̄ eſt preſens animo qui hoc valet intueri: ⁊ poſt aliquātum ait. homo igitur qui creditur iuſtus ex ea forma ⁊ veritate diligit̄ quā cernit et intelligit: apud ſe ille q̄ diligit. hec autē veritas interior ſm eūdem nō niſi deus eſt. Unde ibidem inquit. cap.9.
quid eſt ꝙ accendimur in dilectionem pauli: cum iſta legimus: niſi ꝙ credimus eum ita vixiſſe: videndum tamen ſic eſſe dei miniſtris non de aliquibus auditum credimus: ſed intus apud nos/aut potius ſupra in ipſa veritate conſpicimus: illum ergo quem ſic vixiſſe credimus: ex hoc ꝙ videmus diligimus: ⁊ niſi hanc formam quā ſemper ſtabilem/atqȝ incōmutabilem cernimus precipue diligeremus: non ideo diligeremus eum: quia eius vitam cum in carne viueret huic forme coaptatā ⁊ congruentē fuiſſe retinem⁹. Et paulo poſt dicit: ꝙ in deo cōſpicimus incōmutabilē formā iuſtitie: ſm quā hoīem viuere oportere iudicamus. Ex hoc pȝ: ꝙ intentio Aug. eſt: ꝙ ipſum deū in ſeipſo cōſpicit quicqͥd eſt iuſtitia vel iuſtus anim⁹: et que forma iuſtitie/ſeu regula: ſm quā viuēdum eſt nouit. ¶ Scđo de libe. ar. determinat: ꝙ ꝟitates incōmuta- cap.20.
biles nūerorū: et ꝟitates ſapie q̄ ſunt pma pͥcipia practi-

Digitized by Google

ea cognoſcunt a nobis in luce mētis ⁊ ꝟitate interiore: q̄
vna eſt olb' cōis: hec icōmutabilia vera cernētib'. vn̄ ibi
dē ꝯcludit: quapropter nullo mō negaueris eſſe incōmu
tabilē veritatē: hec oia que incōmutabiliter vera ſunt cō
tinētem: quam non poſſis dicere tuam vel meam/ vel cu
iuſq̃ hominis: ſed omnibus incōmutabilia vera cernēti
bus: tanq̃ miris modis ſecretum ⁊ publicum lumen: pre
Cap.21. ſto eſſe/ ac ſe prebere cōmuniter. Et poſt ſequenti .c. hanc
inquit veritatem de qua diu loquimur: ⁊ in qua vna tam
multa conſpicimus excellētiorem putas eſſe q̄ mens no
ſtra eſt: an equalem mētibus noſtris: an etiā inferiorem:
In alio. et concludit q̄ eſt excellētior. Et ſequēti cap. d. q̄ in eius
Cap.22. luce vita beata conſiſtit: ⁊ expreſſe q̄ eſt deus: ⁊ veritas il
Cap.23. la: de qua ipſe deus ⁊ veritas ait. Si manſeritis in verbo
meo vere diſcipuli mei eſtis: ⁊ cognoſcetis veritatē et ve
ritas liberabit vos. ¶ Ex quibus pz q̄ intentio Aug. eſt
q̄ prima principia ⁊ regule eterne: ⁊ alia incōmutabiliter
vera imediate cognoſcuntur in ipſo deo. Et cum illa pri
mo ſint cognita: ſequitur q̄ ipſe immediate cognoſcatur a
nobis: ⁊ non in aliquo cōceptu cōplexo: qui per aliquem
diſcurſum ex aliquibus notis ꝓbetur de ente particula
riter: vt ſupra dicebatur: alias cum oīs certus diſcurſus
procedat ex principijs notis prius: ipſa principia prius
nota eſſent q̄ deus: et per conſequens non in ipſo: vt ait.
¶ Secundo q: omne quod cognoſcit diſtincte ⁊ in par
ticulari cognoſcitur immediate in ſeipſo: ſed deus ſic co
gnoſcitur. igitur. maior ꝓbatur ex eo: q̄ mediū per quod
aliquid cognoſcitur ducit in notitiam cuiuſlibet ſibi ſimi
lis ⁊ non vnius tm̄. minor etiam patet. Nam deum cogno
ſcimus non ſolū: vt eſſentia/ vel ſubſtātia quedam: ſed vt
hec ſubſtātia. puta perfectiſſima/ vel que eſt principium
omniū: qđ ſibi ſoli conuenit. ¶ Tertio actus intellectua
les cognoſcūtur a nobis imediate in ſeipſis. igitur deus.
antecedens patet ſupra. conſequentia probatur. q: cauſa
tota ꝓpter quā illa cognoſcuntur imediate in ſeipſis eſt:
q: per ſeipſos preſentes ſunt intellectui: ſed cōſtat q̄ de'
non minus eſt preſens intellectui ⁊ cuilibet rei. igitur ⁊c̄.
Cap.4. ¶ Quarto Aug. 8. de trini. dans modū quomodo deus
poteſt a nobis cognoſci. d. Cum itaq; audis bonum hoc
et bonum illud: que poſſunt alias dici etiam nō bona. ver
bi gratia. bonus angelus ⁊ bonus homo ⁊c̄. ſequitur. ſi er
go potueris illis detractis per ſeipſum perſpicere bonū:
perſpexeris deum: ⁊ ſi amore inheſeris continuo beatifi
caberis. Conſtat autem q̄ poſſumus intelligere bonum
ſm̄ ſe abſtrahendo ab angelo et homine et quolibet alio:
quod bonum participatione boni eſt. Et conſtat q̄ illi
bono poſſumus amore inherere. igitur ⁊ in bono poſſibi
li intelligi a nobis poſſum' beatificari: ſed non poſſumus
beatificari niſi in deo imediate: ⁊ non in aliquo conceptu
eius ſimplici/ vel cōplexo: igitur ipſum poſſumus imme
diate intelligere. ¶ Contra ſecūdam concluſionem poſ
ſet argui: videtur enī q̄ in conceptu ſimplici proprio de'
poſſit cognoſci. Nam conceptus boni ſm̄ ſe ſm̄ Auguſti.
8. de tri. videtur eſſe conceptus proprius dei. vnde ait. vbi ſupra.
Cap.4. quid plura ⁊ plura bonum hoc: et bonum illud: tolle hoc
et illud: et vide ipſum bonum: ſi potes ita deum videbis:
non alio bono bonum: ſed omnis boni bonum: quod non
eſſet verum: niſi conceptus boni ſm̄ ſe eſſet illius dei pro
prius: ſed talis conceptus boni naturaliter poteſt habe
ri: vt docet experientia. ¶ Reſpondeo ad primum q̄ ali
quid cognoſci in veritate ſuperna: poteſt intelligi dupli
citer. vno modo q̄ cognoſcatur in ea obiectiue: ſiue vt in ob
iecto cognito: ſicut res abſens cognoſcitur in propria ſpe
cie. Alio modo cauſaliter ſicut color dicitur videri in lu
mine: non quidem quia ipſum lumen videatur in eo tanq̄
in medio cognito cum color videatur in ſeipſo immedia
te: vt ſupra habitum eſt: ſed quia lumen eſt partialis cau

ſa viſionis: qua color in ſe videtur: et ſic etiam dicimus q̄
prima principia ſunt nota in lumine intellectus agentis:
non autem aliud eſt lumen intellectus agētis q̄ ipſemet
intellectus agens. et conſtat q̄ hoc non intelligitur recte:
ſic q̄ intellectus agens cognoſcat ⁊ in eo cognito cogno
ſcantur prima principia: ſed quia notitia primorum prin
cipiorum immediate cauſatur ab intellectu agēte ſaltem
partialiter quicquid ſit intellectus agēs. ¶ Tunc ad ꝓ
poſitum dico q̄ illa de quibus loquitur Auguſti. cogno
ſcuntur in prima veritate ſecundo modo: ſcilicet cauſali
ter quoniam ab ipſa cauſatur illorum notitia: non autem
primo modo. ſcʒ obiectiue. ⁊ q̄ ita intelligat Augu. patet Cap.17.
per eum. 2. de libero arbi. vbi de hac materia loquit vbi
ait. Non ideo ſequitur vt ipſa ſapientia non ſit vna cōmu
nis omnibus: quia ea bona que in illa cernunt et eligunt
homines multa et diuerſa ſunt. Si enim hoc putas: po
tes ⁊ de luce ſolis dubitare q̄ vna ſit: quia multa ⁊ diuer
ſa ſunt: que in ea cernimus. Et poſt ſubdit. q̄ ſicut multa
et diuerſa ſunt que in luce ſolis vident homines: lux ta
men ipſa vna eſt: ita lux ſapientie in qua ipſa videri poſ
ſunt: omnibus ſapientibus eſt vna cōmunis. vbi patet: q̄
ſic in luce ſapientie et veritatis que idem eſt ſm̄ eundem
ibidem: aliqua videri dicūtur: ſicut corpora in luce ſolis.
conſtat autem vt dictum eſt: q̄ in luce ſolis non videntur
corpora niſi cauſaliter. ¶ Item patet hoc expreſſius. 14. Cap.15.
de tri. vbi dictū eſt eius expreſſe: vbi nam ſunt regule iſte
ſcripte: vbi quid ſit iuſtum ⁊ iniuſtum agnoſcit: vbi cer
nit habēdum eſſe: quod ipſe non habet: vbi igitur ſcripte
ſunt: niſi in libro lucis illius que veritas dicit: vnde om
nis lex iuſta deſcendit: ⁊ in cor hominis qui operatur iu
ſtitiam non migrando: ſed tanq̄ imprimendo transfertur
ſicut imago ex anulo ⁊ in ceram tranſit ⁊ anulum non re
linquit ⁊c̄. vbi patet: q̄ ab illa veritate imprimitur anime
lex iuſta: ⁊ regula iuſtitie: ſicut imago ab anulo: ⁊ ſic noti
tia eorum que dicuntur in illa cognoſci. ¶ Sed contra
hoc dicetur dupliciter. Primo hanc reſponſionem non
eſſe ad intentionem Aug. qui in locis preallegatis princi
paliter intendit oſtendere quomodo poſſumus cognoſce
re deum. ſ. 8. de trini. ⁊ quomodo probari poteſt deū eſſe:
ſcilicet in. 2. de libero arb. hoc autem non haberetur per Cap.6.
iſta: ſi ea de quibus loquitur non cognoſcerentur in deo Cap.17.
obiectiue: aut ſaltem notitia eius eſſet cauſa notitie illo
rum: ita q̄ deus ipſe ſit cognitus. ¶ Scdo q: ſi illa prin
cipaliter dicūtur nota in prima veritate ſolum: quia eo
rum notitia cauſatur ab ea: cum et notitia concluſionum
cauſetur ab eo: ſcilicet deo: ita concluſiones poſſent dici
note in prima veritate ſicut prima principia: quod nō di
citur. ¶ Ad primum dico: q̄ ſm̄ reſponſionem magis ha
betur intentio Auguſt. quod patet in. 2. de libero arbi. vo
lens oſtendere deum eſſe: incipit a quibuſdam immedia
te notis: ſicut eſt q̄ nos ſumus viuimus et intelligimus.
vt patet ibidē: ⁊ deinde per gradus perfectionum: quia Cap.4.
ſcilicet viuentia preſtantiora ſunt his que tantum ſunt: ⁊
intelligentia his que tantum ſunt ⁊ viuunt: et tandem q̄
eſt veritas: que mentibus noſtris eſt preſtātior: procedēs
concludit finaliter deum eſſe. ¶ Ex quibus apparet q̄ Cap.6.
notitia dei non eſt prior: nec ex illa ꝓceditur ad notitiam
aliorum. Sed econtra ex alijs nobis notis probatur eſſe
aliquam veritatem primam incōmutabilem: ex qua cau
ſaliter nota ſunt nobis: quecunq; incommutabiliter ve
ra ſunt. Et hoc confirmat experientia. Nam multi veri
tates multas cognoſcunt qui deum non cognoſcunt: nec
etiam ſi deus ſic immediate cognoſceret: oporteret etiā
ex alijs notis nobis probare deum eſſe: ſicut oportet pro
bare q̄ viuimus et intelligimus. Et per hoc patet etiam
q̄ datur modus quo cognoſcitur deus: quia videlicet in
illo conceptu compoſito ſibi proprio veritas prima: in

qua cauſaliter nota ſunt quecunq; incõmutabiliter vera ſunt: q̃ ꝓbatur de ente ꝑticulariter ſumpto. ¶ Ad ſcd̃a3
ſiue quod neceſſitate indigẽtie eſt neceſſariũ patri: eſt il-
lius aliquo modo cauſa: vel cõcauſa: vt ſit: aut vt bene ſit:
aut non male ſit: ſed filius nõ eſt cauſa neqꝫ concauſa pa-
tri vt ſit: neqꝫ vt bene ſit: neqꝫ vt nõ male ſit. ergo filius nõ
eſt neceſſarius patri neceſſitate indigẽtie: vt pater aliquo
modo vere indigeat filio. maior patet. 5. meta. vbi philoſo
T. c. 6. phus hũc modũ neceſſitatis ponẽs ait. Neceſſariũ dicit
ſine quo nõ cõtingit viuere quaſi cõcauſali ⁊c. ⁊ infra oñ-
dens ꝙ ratio neceſſarij quod eſt impoſſibile aliter ſe habe
re ſaluatur aliquo modo in hoc modo neceſſarij: ait. ⁊ in
cõcauſalibus viuẽdi ⁊ boni ſimiliter ⁊c. Et ſtatim cõclu-
dit ꝙ hec neceſſitas cauſa quidẽ eſt. Idẽ patet ibidẽ per
Cõm. 6. Cõmẽ. Unde dicit de hoc modo neceſſarij loquẽs: ꝙ ne-
ceſſariũ dicitur de eo quod eſt cauſa impermanẽtis rei: ⁊
infra: ⁊ ſimiliter dicitur neceſſariũ i cauſis vite ⁊ boni ⁊c.
ꝙ autem iſte modus neceſſitatis ſit ille qui dicitur neceſ-
ſitas indigẽtie: certũ eſt per opinionẽ contrariã ibidẽ. mi-
nor vero rationis nulli catholico dubia eſt: nõ enim ima-
ginabilis eſt aliquis modus quo vere filius ſit cauſa pa-
tris: nec quo ad eſſe: cũ filius habeat a patre eſſe ſuũ: nec
quo ad bene eſſe: cũ in patre non ſit aliud eſſe: ꝙ bene eſſe
Nec poteſt dici ꝙ filius ſit cõcauſa cũ pater oĩno nullam
habeat cãm: ⁊ per cõſequẽs nec cõcauſam. Et probatur
etiã hec minor per Aug. 7. de tri. vbi ꝓbat ſapientiã geni
Cap. primo tam nõ eſſe cauſaꝫ patri vt ſit: neqꝫ vt ſapiẽs ſit: qm̃ ſi eſſet
ei cauſa hoc eſſet: vt. d. gignendo eũ: aut faciendo: ſed ne
qꝫ genitricẽ: neqꝫ conditricẽ patris nullo modo quiſꝙ di
xerit ſapientiã: quid eñ eſt inſanius. ¶ Secũdo nullum
qd per ſeipm̃ ⁊ a ſeipſo eſt ⁊ ſumme eſt: nullo indiget ali-
quo nõ ad ſuũ eſſe ſiue ad ſuũ bene eſſe: ſed pater per ſeip
ſum ⁊ a ſeipſo ⁊ a nullo alio eſt ⁊ ſumme eſt. igitur ⁊c. Ex
quo ſequitur ꝙ nullo modo indiget filio. maior patet: qm̃
ſi idigeret aliquo modo iã per illud aliud: vel ab illo alio
eſſet: vel bene eſſet: ⁊ ſic nõ per ſeipſum vel a ſeipſo ſumme
eſſet. minor certa eſt oĩ catholico: nec aliqua predictaruꝫ
rationũ põt effugi per diſtinctionẽ illã de indigentia for-
maliter ⁊ obiectiue: qm̃ patri repugnat habere cauſaꝫ nõ
ſolũ formalẽ: ſed quãcũqꝫ. Similiter ei repugnat eſſe per
aliquid aliud a ſe: vel bene eſſe: nõ ſolũ formaliter. ſ; quo-
libet modo. ¶ Tertio ſpecialiter probo: ꝙ non indiget fi-
lio obiectiue ſic: pater omnia intelligit: vel ſapit vel nouit
in ſeipſo ⁊ a ſeipſo. ergo nõ indiget filio tanꝙ obiecto ſue
Cap. 14. notitie. cõſequẽtia patet. antecedẽs ꝓbat per Aug. 15. de
tri. vbi. di. ꝙ deus pater oĩa nouit in ſeipſo: oĩa nouit in fi-
lio. Et in. c. immediate precedẽte. d. ꝙ ad oĩa quippe ſciẽ
da que ſcit ſufficit patri illa perfectio. Ex quo ſequit pri-
cipaliter: ꝙ ad ſciẽdũ que ſcit: nullo alio a ſe indigeat: nõ
ergo filio. ¶ Quarto patet cõcluſio aucto. expreſſa Anſ.
Cap. 60. moñ. vbi. d. ſic. Si eñ neceſſe eſt: vt pater intelligatur me
moria: fili⁹ itelligẽtia: ſpũs amor: vt nec pater indigeat fi-
lio: aut cõi ſpũ: nec fili⁹ patre ⁊c. Et ifra. neceſſe eſt vt nul
lus horũ triũ alio indigeat: aut ad memorãdũ: aut ad in-
telligẽdũ: aut ad amãdũ. Cõſtat aũt ꝙ ſi nõ indiget eo ad
aliquid horũ nõ indiget etiã ad eſſendũ. Eãdẽ ſententiaꝫ
Cap. 7. per oĩa ponit Aug. 15. de tri. At vero in illa trinitate quis
audeat dicere patrẽ: nec ſeipſum: nec filiũ: nec ſpiritũ ſan
ctũ: per ſe intelligere niſi per filiũ: nec diligere niſi per ſpi

ritũ ſanctũ: ⁊ diffuſe hoc improbans deducit hoc dicen-
tes ad illud incõueniens ꝙ oportebit dicere: ꝙ pater a fi-
lio habet eſſentiã: quod abſurdiſſimũ: vt. d. ⁊ falſiſſimum
eſt. ¶ Quod perfecto incõueniẽs vitare nõ poſſunt: qui
dicũt patrẽ indigere filio tanꝙ obiecto notitie ſue: ſic eñ
neceſſario depẽderet pater a filio: quãtũ ad ſuũ intellige
re: ⁊ eſſet ſibi cauſa aliquo modo: vt eſſet pater intelligẽs:
⁊ per conſequens vt eſſet: ⁊ deus eſſet: cũ in eo nõ ſit aliud
eſſe ⁊ deũ eſſe. ¶ Item Aug. 83. q. hanc opinionem refel- qõ. 22.
lit dicẽs ꝙ ibi nulla indigentia: nulla neceſſitas: vbi nul-
lus defectus: nulla indigentia: nullus autem in deo defe
ctus: nulla igitur neceſſitas: vbi patet ꝙ ex intẽtione om-
nem neceſſitatem: omnem indigentiam negat a deo ⁊c.
¶ Ad rationes opinionis. Ad primã reſpondendum eſt Ad rõnes illi⁹ doc. indu.
per interemptionẽ minoris. Ad probationẽ cũ dicitur. ꝙ
pater nõ poteſt eſſe pater ſine filio conceditur: ſed ex hoc
non ſequitur ꝙ indigeat filio vt ſit pater: ſicut nec cauſa
poteſt eſſe cauſa: aut actu cauſare niſi effectus actu cau-
ſetur: nec tamẽ cauſa indiget effectu vt ipſa cauſet. Quod
igitur aſſumitur vtiqꝫ probat ꝙ ſi pater eſt: neceſſe eſt vti-
qꝫ filium eſſe: ſed non neceſſitate indigentie: qua pater fi-
lio indigeat ad eſſendum quoquo modo: ſed neceſſita-
te ineuitabilitatis tantum. ¶ Secunda ratio ⁊ tertia
ſimul multipliciter deficiunt. primo quidẽ: quia fictio eſt
illud quod dicitur de tali intellectione ex eſſe apparenti.
ſecundo quia eſto ꝙ neceſſe eſſet illud ponere: ſi ponatur
intellectio: adhuc non ſequitur ꝙ intellectio eo indigeat:
vt ante dictum eſt. tertio quia ſm̃ hoc ſequitur ꝙ verbuꝫ
diuinũ indigeat ſeipſo: quod eſt penitus impoſſibile. con-
ſequentia patet: quia ipſum eſt ſua intelligentia qua intel
ligitur. Si igitur omnis intellectio indiget obiectali intel
lectione: ⁊ nulla eſt obiectalis in deo niſi verbum vt dicit
opinio: igitur indiget verbum verbo: quis autem hoc di-
xerit: per hoc patet: ꝙ maior ſecunde rationis eſt negan-
da: ⁊ ſimiliter conſequentia. ¶ Tertia concluſio hec eſt: ꝙ
pater genuit filiũ neceſſarie ideſt ineuitabiliter: quod nõ
eſt aliud niſi ꝙ impoſſibile eſt patrem non generare filiuꝫ
Hanc concluſionẽ probo primo ſic: pater non potuit non
eſſe pater: ergo neceſſario genuit filium. Antecedens eſt
notũ: quia tam neceſſario pater eſt pater: ꝙ neceſſario eſt
perſona ⁊ deus. conſequentia clara eſt: quia pater eſt pa-
ter: quia genuit ⁊ ei eſt filius. ſicut patet per Aug. 5. de tri. ca. 5. ⁊ 6.
⁊ ſimiliter per philoſophũ. 5. meta. ¶ Secũdo filius ſem T. c. 20.
per fuit neceſſe eſſe: ergo pater neceſſario genuit filiũ. An
tecedens eſt certũ cũ ipſe ſit deus. cõſequẽtia patet: quia
filius per ſolam generationẽ a patre habet ꝙ ſit: ⁊ ꝙ fili⁹
⁊ ꝙ deus ⁊ quicquid ipſe eſt ſit: ſicut patet per Aug. 5. de Cap. 15.
tri. He due rationes confirmantur per eundem eodem li cap. 5.
bro vbi dicit. quod dicitur pater: ⁊ qd dicitur filius eter-
num ⁊ incommutabile eſt eis: ergo neceſſarium: ⁊ per cõ-
ſequens pater neceſſario eſt pater: ac per hoc neceſſario
genuit filium: ⁊ filius neceſſario eſt filius: ⁊ per cõſequẽs
neceſſario a patre genitus. Ex quo vltra ſequitur: ſicut
prius ꝙ pater neceſſario genuit eum. ¶ Tertio idem pa-
tet auctoritate Dam. libro primo vbi ait. Impoſſibile eſt Cap. 9.
enim deum eſſe deſolatum a naturali germinatione. ger-
minatio autem eſt ex ſeipſo ſcilicet ex propria ſubſtantia
ſimilẽ ſm̃ naturam generare. Si autẽ impoſſibile eſt deũ
eſſe ſine generatione: ſequitur ꝙ neceſſario genuerit.
¶ Quarto impoſſibile eſt deum eſſe ſine verbo ſuo per-
fecto: ergo neceſſario ſemper habuit verbum perfectum.
ex quo vltra ſequitur ꝙ neceſſario genuit filiũ. Nã eo fi-
lius quo verbũ: ⁊ eo verbum quo filius: vt dicit Augu. 7.
de tri. ¶ Item ideo filius: quia genitus: ⁊ quia filius vti-
qꝫ genitus: vt dicit ibidem. 5. de tri. Antecedens patet. Si Cap. 2.
cut enim impoſſibile eſt deum eſſe ſine perfecta ſui noti- Cap. 6.
tia ⁊ ſapientia: ſic impoſſibile eſt deum eſſe ſine ſuo ver-

Digitized by Google

Cap.7. bo perfecto. hanc rationem tangit Damaſ.lib.1. dicens.
Non enim fuit vnq̄ deus inuerbalis.i.ſine verbo:ſemper
eni̅ habet ſuipſius verbum ex ſeipſo genitum. Eandem
Cap.15. quoq̨ rationem innuit Aug.15.de trini.

Secundo videndum eſt vtrum pater genuit filiū
naturaliter. Dicendū eſt ꝙ ſic. Quod
probatur. Primo ſic. pater genuit filiū ⁊ nō electiue/ ſeu
libere/ vel contingēter: ergo genuit eum naturaliter. An-
tecedens p̄z ex tertia cōcluſione p̄cedētis articuli. Et
conſequētia tenet ex eo ꝙ nullus modus ꝓducēdi alius
pōt i deo cogitari. p̄z etiā ex differētia agētium natura
T.cō.3.et liū ad alia que ponit̄ .9.meta. ¶ Scdo pater genuit filiū
10. ſibi cōſubſtantialē:ergo genuit eū naturaliter. ꝯña tenet:
q̄n ois ꝓductio ſubiecti eiuſdem nature cum ꝓducente
eſt naturalis:ſicut p̄z inductiue. ¶ Confirmat̄ ex inten-
Cap.20. tione Aug.15.de tri. qui ponēs quomodo filius dei eſt fi-
lius dei natura exponit.i. de ſubſtātia patris genitum ⁊
conſubſtantialem ſibi: vt ſupra patet diſt. precedēte.q.2.
et per idem patet ꝙ ſpiritus ſanctus etiā naturaliter ſpi-
ratur:ſicut ⁊ filius naturaliter generatur.

Reſtat tertio videre an pater genuerit filiū volūta-
rie. Et dicēdum ꝙ hoc poteſt intelligi tripli
citer iuxta conſuetā hanc diſtinctionē.ſ.antecedēter ſub
ſequēter concomitanter. Patrē aūt genuiſſe filium volū
tarie antecedēter eſt patrē prius voluiſſe generare filiū:⁊
poſtea genuiſſe:ſicut prius voluit ꝓducere hoīes:poſteaq̨
produxit.⁊ in hoc ſenſu negandum eſt patē volūtarie ge-
nuiſſe filiū:⁊ ſic negat Aug. ad Oroſiū et habet̄ in litera.
nō genuit voluntate:q2 p̄cire ſapientiā volūtas non pōt.
Cap.1.B per ſapientiā intellige filium qui ſm̄ Apl'm.1. ad Corint.
Virtus eſt ⁊ ſapiētia patris. ¶ Idem ꝓbari poteſt rōne
q2 ꝙ ſic voluntarie ꝓducitur:cōtingenter ꝓducit̄ :pater
aūt neceſſario genuit filium: vt ſupra p̄z. ¶ Contra.hoc
Scotus dicitur a quibuſdā ꝙ pater primo voluit generationē filij
diſti.6.q. q̄ genuerit. vnde dicunt ꝙ pater in primo ſigno originis
vnica. intelligit formaliter : ⁊ tunc etiam poteſt habere actū vo-
lendi formaliter: in ſcdo ſigno originis gignit filiū : nec tn̄
vult illā gignitionē volitione ſequēte illam gignitionem:
ſed volitione habita in primo ſigno originis qua pater for
maliter vult preſupponēdo aliquo modo intellectionem
ꝯ Sco. qua pater intelligit:non autem gignitionē verbi. ¶ Hec
aūt nullo modo ſtare poſſunt:q̄n vel ſunt verba ſine intel-
lectu/ vel penit⁹ falſa. Unde ſciendū ꝙ prioritas originis
ꝓprie loquēdo ſm̄ ꝙ vere ꝯcedi pōt in diuinis nō eſt alia
q̄ p̄oritas cauſalitatis extēdēdo nomē cauſalitatis q̄uo
plures ſancti dicunt vnā perſonam eſſe cauſam alterius:
ſicut Aug. Chryſoſto. et Dama. vt patebit infra diſtin.9.
vel ſtrictius loquendo ꝓducibilitatis. vnde ſolum illud
dicitur prius alio origine qđ principiat generat / vel pro-
ducit/ ſeu originat alterum:ſicut illud dicitur prius cau-
ſalitate qđ cauſat aliud. illud vero dicit̄ poſterius origi-
ne quod originatur/ vel cauſatur/ ſeu producitur ab alio.
Cap.12. hoc docet nos Dama.lib.1. vbi ait. Neq̨ ſm̄ aliud quidē
niſi ſm̄ cauſam pater eſt prior filio. Et exponens quomo-
do intelligēda eſt iſta prioritas immediate addit: hoc eſt
quoniā filius eſt ex patre genitus:⁊ non pater ex filio. Si
ergo in hac prioritate volumus aſſignare primum ⁊ ſcdm
vel prius ⁊ poſterius. ꝓducēs eſt primum origine : ⁊ pro-
ductum eſt ſecūdū. Cum igitur dicitur ꝙ pater in primo
ſigno originis ⁊c̄. vel nulla alia prioritas connotat̄ in pre
dictis verbis:⁊ ſic eſt ſenſus ꝙ pater in primo ſigno origi-
nis.i. in patre intelligit ⁊ habet actum volēdi formaliter.
Et in ſecundo ſigno.i. in filio gignit filium: qđ eſt in intel-
ligibile/ vel eſt idem ꝙ dicere ꝙ pater ex ſe ⁊ nō a filio ha-
bet intellectionem et volitionē et hoc eſt habere in primo
ſigno ⁊ habet a filio ꝙ gignat filium : et hoc eſt gignere in
ſecundo ſigno originis. Et p̄z ꝙ iſta verba / aut omnino

carent intellectu/ aut impoſſibilitatem implicant/ nec ſic
faciunt ad ꝓpoſitum noſtrum. Nullus eni̅ dubitat ꝙ pa-
ter ex ſe voluerit gignere filium : quapropter ſi non aliud
intelligitur cū dicitur antecedenter voluiſſe generaſſe nō
eſt ad ꝓpoſitum. ſi vero alia prioritas intelligatur: qua.ſ.
non ſolū intelligatur filius eſſe a patre et pater eſt princi-
pium filij: ſed etiā aliquo modo p̄fuiſſe filio ⁊ prius in-
tellexiſſe ⁊ voluiſſe q̄ genuiſſe:ſic ꝙ in illo priori i quo in-
telligebat ⁊ volebat : nec generatio/ nec filius: vt verba et
rationes eoꝝ p̄tendūt. ſic ex toto falſum eſt qđ dicūt: qđ
p̄z primo. Nam ipoſſibile eſt patrē prius intellexiſſe q̄
fuerit. Si ergo intellexit in primo ſigno i primo ſigno fuit
aut ergo i illo ſigno fuit pater/ vel nō. nō pōt dici ſcdm: q2
ſequeretur ꝙ pater primo fuit: q̄ eſſet pater: qđ eſt cōtra
Ambro.1.de tri. et allegatur infra. d.9. igitur in iſto ſigno Cap.6.
pater non ſolū fuit: ſed etiam fuit pater. Et vltra: ergo in
illo ſigno genuit. Nam eo pater q2 genuit. ¶ Scdo ipoſſi
le eſt prius fuiſſe perfectā notitiam/ vel intellectionē pa-
tris: q̄ fuerit eius verbum ꝑfectum. ergo impoſſibile eſt
patrem prius intellexiſſe q̄ dixiſſe verbum: et per ꝯñs q̄
genuiſſe. cōſequentia p̄z: q2 pro nullo priori poteſt intelli
gi patris intellectionē fuiſſe aliquid imperfectū/ nec ver
bum prius eſſe q̄ a dicēte aliquid ſit dictum. Antecedēs
tn̄ patet auctoritate Aug.15.de tri. qui vult ꝙ verbum dei Cap.15.
nullo modo poſſit vere cogitari prius fuiſſe formabile q̄
formatū: quod tn̄ oportet dicere: ſi intentio patris aliquo
modo p̄ceſſiſſet ipſum verbum: ⁊ ratione patz: q2 ſi poſi-
ta ꝑfecta notitia actuali patris/ ſeu intellectione non po-
nitur ſimul verbum: nō apparet qualiter poſtea verbum
formetur. Hoc idem videtur reprobaſſe Aug. cū dicit: vt
allegatum eſt. p̄cire ſapientiam voluntas non poteſt.
¶ Tertio aut in primo ſigno filius habuit eſſe/ aut non/ ſi
non: cum poſtea habuit eſſe : ſequitur ꝙ habuit eſſe poſt
non eſſe: quod eſt erroneum. Si habuerit eſſe: ergo in illo
ſigno fuit generatio eius: quia vt dicit Auguſt.5. de trini. Cap.15.
Filius non tn̄ naſcendo habet: vt filius ſit: ſed oino vt ſit.
¶ Quarto ſm̄ hāc viam intellectio eſt prior volitione in
ipſo patre. Nam vt dicit preſupponit eam volitio aliquo Sco.l.q.
modo ⁊ in queſtionibus reportatis. dicit expreſſe ꝙ intel- rep. di.6.
ligere patris p̄cedit velle: ⁊ velle p̄cedit dicere ſicut ⁊ q.2.
intelligere : quia dicere non eſt intelligere ⁊ volitio prior
generatione filij : ⁊ ſic habemus illa tria ſigna ſe inuicem
p̄cedentia ⁊ ſequentia: in quorum primo eſt intellectio:
in ſecundo volitio: ⁊ in tertio generatio filij: ſed eadem ra
tione qua in patre preueniūt intellectio ⁊ volitio genera-
tionem filij : in filio ſimiliter preueniunt intellectio et vo-
litio ſe inuicem et conſpirationem ſpiritus ſancti : ſicq̨
erunt alia tria ſigna poſt illa tria: ⁊ in vltimo erit ſpiratio:
et per conſequens in diuinis erunt ſex ſigna : ⁊ tantum in
vltimo erit.ſ.ſ. que omnia abſona ſunt. ¶ Item non ap-
paret qua prioritate intellectio precedat volitionem et
volitio generationem : niſi prioritate originis. Ex quo ſe-
quitur ꝙ intellectio patris ſit cauſa volitionis eiuſdem:
quod impoſſibile eſt/ nec iſti volunt: et ſic ſimiliter volitio
erit principium generationis quod in eadem queſtione
ipſi negant ex toto. ¶ Quinto intellectio patris ⁊ volitio
eiuſdem: ſicut eius eſſentia eſt ipſe filius: igitur nullo mo
do ipſum precedunt. de hac opinione tamen magis infra
d.9. videbitur. ¶ Dicēdum igit̄ ꝙ non genuit pater filiū
volūtarie antecedēter: ſicut etiā dicit magiſter in litera.
Et confirmat̄ auctoritate Auguſt. dicentis ſuper epiſto-
lam ab hebre. de domino noſtro Ieſu chriſto : qui cū pa-
tre ſemper fuit ⁊ nunq̄ eum: vt eſſet volūtas paterna pre-
ceſſit. Similiter non eſt dicendum ꝙ pater voluntarie
ſubſequenter genuerit: quaſi voluntate antecedēte: cum
nulla talis in eo poni poſſit: tunc enim vt arguit Auguſt.
15. de trinita. Mutabilis eſſet diuina voluntas : quod eſt Cap.22.

impium dicere. ¶ Reſtat ergo an volũtarie concomitã
ter genuerit: vt ſcilicet ſimul genuerit ⁊ voluit generare?
Et dicendum q hoc dupliciter poteſt adhuc intelligi: ſi-
cut volũtarie aliquid fieri dupliciter dici conſuetum eſt.
Uno modo voluntarie idest libere contingenter: ſicut qs
voluntarie dicitur mereri ⁊ peccare: ⁊ hoc modo non ge-
nuit voluntarie: cum probatũ ſit q neceſſario ⁊ ineuitabi
liter ipſum genuerit. Alio modo voluntarie.i.complacen
ter: ⁊ hoc modo vtiq̃ concedendus eſt. Complacuit enim
ſibi ſumme pater in generatione filij ſui predilecti: iuxta
Cap.3. illud Matthei. Hic eſt filius meus predilectus in quo
mihi bene complacui. Et hoc eſt quod Mat. dicit cũ ait:
q pater volens genuit filiũ. ¶ Ad rationes factas in prin
cipio.q.patet: quid ſit dicendũ. Nam prime tres ſm ſen-
ſus predictos verũ concludunt eedẽq̃ concedende ſunt.
¶ Ad primã vero in oppoſitum dicendum eſt q Aug. in-
telligit de voluntate precedente ⁊ de neceſſitate violẽtie.
¶ Ad ſecundam que eſt de auctoritate Hyl. dicendum
q ipſe non intelligit ſignificare filium non eſſe naturaliter
genitũ ⁊ neceſſario ac ineuitabiliter a patre quaſi pater
potuerit ipſum non generare: ſed ſolum vult exprimere q
pater voluntarie ⁊ cõplacenter ⁊ ineuitabiliter genuit: nõ
autem contra propriã voluntatem naturaliter neceſſita-
tis produxit: ſicut contra noſtram voluntatem multa na
turali patimur neceſſitate: vt mortem ſenectutem ⁊ alios
naturales defectus. Et q hec ſit eius intentio patet: per
alia eius ibidem verba que ſunt. Non enim nolente patre
vel coactus pater vel naturali neceſſitate inductus cum
nollet genuit filium: ſed mox vt voluit ſine tempore impaſ
ſibiliter ex ſe vnigenitum demonſtrauit. Ex quibus pa-
tet propoſitum.

¶ Diſtinctionis. vii. Queſtio. i.

CIrca ſeptimã diſtinctionẽ. Que
ritur vtrũ eſſentia diuina ſit potẽtia
ſeu principiũ generandi filium.
¶ Et arguitur q ſic auctoritate
Cap.9. Dam.li.primo dicẽtis q generatio
eſt opus nature. Et loquitur de
generatione dei eterna: cum igit
ion ſit opus nature tanq̃ operã-
tis: cũ diuina natura neq̃ gene-
ret, neq̃ generetur vt probatũ eſt. d.5. ſequitur q eſt opus
eius tanq̃ principij quo pater generat.

Contra arguitur q nõ eſſentia ſed proprietas per
ſonalis: quia pater eo quo pater eſt eo ge
Cap.5. nerat. Nam ſm Auguſtinum.5. de tri. pater non dicitur
pater niſi ex eo q eſt ei filius ideo autem eſt ei filius: quia
genuit: eo igitur pater quo genuit ⁊ econuerſo. ſed pater
non deitate: ſed paternitate eſt pater: ſicut filius nõ eo ver
bum quo ſapientia eo autem eſſentia quo ſapientia ſm
Cap.2. Aug.7. de tri. ⁊ per conſequens nõ eſt filius deitate: quia
Cap.6. eo verbum quo filius ⁊ econuerſo. ideo autem eſt filius:
quia genitus 5. de tri. ergo eſt ꝓprietate filius: ⁊ ſimiliter
pater eſt proprietate pater. ergo proprietate generat. et
per conſequens proprietas eſt in eo potentia et princi-
pium generandi.

In hac queſtione duo erunt arti. In primo videbi-
tur an in diuinis ſit aliqua potentia vere eli
citiua ſeu principium productiuum ad intra. vel quod in
idem venit. vtrum potentia generandi vel ſpirandi ſit po-
tentia vere productiua? ſecundo ſuppoſito q ſic: inquire
tur que ẽ illa: an ſcʒ eſſentia vel relatio: aut aliquid aliud.

Aureol⁹ Quantum ad primum articulum eſt vna opi
p.ſ. di.7. nio que dicit q in patre nulla
q.1.ari.2. eſt omnino potentia vere productiua vel elicitiua qua
generat vel poſſit generare filiũ: ſed potentia qua dicitur
poſſe generare eſt ſolũmodo actualis connexio et non re-
pugnãtia terminoꝝ: ſicut ⁊ potentia qua deus poteſt eſſe
deus. Et ſi liceret ſic loqui vt dicũt: non eſt aliud potẽtia
generãdi in patre: q̃ potẽtia paternizãdi, ſiue qua poteſt
eſſe pater: quã cõſtat nõ noĩare aliquod principiũ ꝓdu-
ctiuũ. ¶ Quod igit̃ potẽtia generãdi nõ ſignificet aliqđ
productiuũ principiũ in patre reſpectu filij: ꝓbat̃ multi-
pliciter. ¶ Primo q: vbi non ſunt ꝓductiones non ſunt
elicite vanũ eſt querere principium ꝓductiuũ: ſed in deo
productiones nõ ſunt elicite: vt dicit ſe ꝓbaſſe in precedẽ
tibus. igit̃ ⁊c̃. ¶ Scdo ſic. poſſe eſſe patrẽ nõ eſt poſſe po-
tẽtie ꝓductiue: ſed eſt poſſe ꝯnexiõis neceſſarie eo modo
quo hõ põt eſſe aĩal ⁊ diametrũ non menſurari coſte. hoc
ptʒ. q: ſi talis potentia eſſet ꝓductiua: etiã pater in diui-
nis ꝓduceret̃ in eſſe patrẽ: qđ eſt erroneũ: ſed eadẽ eſt po
tẽtia qua pater põt generare ⁊ qua poteſt eſſe pater: ſicut
idẽ eſt actus cũ actu: puta generare ⁊ paternitas. Magi-
ſter etiã dicit q ſiſe eſt de iſtis ꝓpõibus. pr̃ põt eſſe pr̃: ⁊
pater põt gñare: ⁊ de iſtis. fili⁹ nõ põt eſſe pr̃: ⁊ fili⁹ nõ põt
gñare. ¶ Tertio ſi potẽtia generãdi ẽ potẽtia ꝓductiua
aliqua ꝑfectio ſimpliciter eſt in patre q̃ nõ eſt in filio. hoc
cõcedere nõ eſt ſanũ: cũ ſint eque ꝑfecti. ꝯña ꝓbat̃. q: con
ſtat q in filio nõ eſt potẽtia generãdi: q: non reſpectu pa-
tris: cũ ille ſit ingenitus, nec reſpectu alterius filij: q: nul-
lus alius eſt poſſibilis nec reſpectu ſuimet: q: nihil ꝓdu-
cit ſe. ergo nõ eſt in eo: cũ oĩs potẽtia ſit reſpectu alicuius
Qđ aũt potẽtia ꝓductiua ſit ꝑfectio ſimpliciter ptʒ. Nã
potẽtia ꝓductiua creature eſt ꝑfectio ſimpliciter. multo
aũt magis potẽtia ꝓducendi creatorẽ erit ꝑfectio ſimpli
citer. ¶ Quarto cuius negatio nõ eſt negatio potẽtie ip
ſum nõ eſt formaliter potẽtia: ſed ſm Aug. negatio poten
tie gñatiue non eſt negatio potentie: ſed tm̃ poſſibilitatis
terminorum. ait enim cõtra Mari. lib.3. q filius non ge- Cap.13.
nuit: nõ q: nõ potuit: ſed q: nõ oportuit: qđ exponẽs Ma-
giſter dicit: nõ q: nõ potuit id nõ ex aliqua ĩpotentia fuit:
et per ꝯñs negatio potẽtie gñatiue nõ eſt negatio potẽtie.
¶ Quinto ĩ pr̃e diuino nõ põt poni aliqua potẽtia ꝓdu
ctiua reſpectu ſui formalis ꝯſtituti: alias ꝓduceret̃ ĩ eſſe
patris: ſed gñare eſt formale conſtitutiuũ patris. ergo re-
ſpectu gñare nulla eſt in eo potẽtia ꝓductiua. ¶ Sexto
oẽ qđ caret potẽtia debita ſuo gñi põt dici ĩpotens: ſed fi-
lius nõ põt dici ĩpotẽs: ergo nõ caret potẽtia debita ſuo
gñi. caret aũt potẽtia generãdi ⁊ illa competit ſuo gñi: q:
patri. ergo potẽtia generãdi nõ eſt aliqua potẽtia. maior
ptʒ.5. met. vbi dicit̃ q talpa dicitur priuari viſu: q: eſt ꝓ- T.c.27.
prietas debita ſuo gñi. ¶ Septimo nulla potentia ꝓdu-
ctiua recipit actũ in ſe: ſed ab ea egredit̃ act⁹: gñare vero
nõ egredit̃ a patre: imo ꝯſtituit ipm̃. ergo ⁊c̃. ¶ Octauo
ſi in pr̃e eſt aliqđ formale principiũ ꝓductiuũ: querit̃ qđ
eſt illud: nõ dr̃ q ſit paternitas: q: paternitas ⁊ generare
idẽ ſunt realiter. Nec ꝑſona tota: q: tũc generare egrede-
retur a perſona ⁊ eſſet aliud realiter ab ea: nec eſſentia ꝓ-
pter eandẽ rationem. Nam tũc ab ea egrederetur actus
generationis ⁊ eſſet aliud realiter ab ea: cũ nihil egredia
tur a ſe. ¶ Nono q: ſi ponatur talis potẽtia eſſe ꝓducti-
ua: impoſſibile eſt euadere argumentũ heretici ꝓbantis
q pater ſit potentior filio: q: pater potuit generare: quod
non potuit filius. ponendo autem q hmõi potentia nõ ſit
aliud q̃ neceſſitas: ⁊ filiũ nõ poſſe nõ eſt aliud q̃ impoſſi-
bilitas terminoꝝ euidẽter euaditur: ⁊ ſic euadit Auguſt.
dicendo q filius non genuit: non q: non potuit: ſed quia
non oportuit. aut igitur per non oportere intellexit nõ cõ-
gruere ⁊ non decere: ⁊ ſic ſua ſolutio fuit nulla: tum quia
tales congruentie in neceſſarijs aſſignari non debent: per
ſuaſionibus enim contentari in neceſſarijs ridiculoſum
eſt. vt patet. 1. ethico. Tum quia ſi potuit et poſſibile fuit
q filius generaret: vtiq̃ congruũ fuit. ergo per non opor-

Digitized by Google

tere intelligit impoſſibile eſſe:⁊ hoc eſt magis clare euadere:quia non omnis poſſibilitas eſſendi que eſt in patre eſt in filio.pater enim poteſt eſſe pater:non autē filius poteſt eſſe pater. Sed vtiq; oīs poſſibilitas productiua que eſt in vno eſt in alio. Sic igitur patet ꝙ potentia generandi nō nominat aliquod productiuū principium. ⸿ Decimo nullū agens eternū habet potentiam agendi:deus eſt agens eternū reſpectu filij extēdendo nomē agētis. Nam eternaliter generat.ergo ⁊c.maior probatur ex intētione
T.cap.30. Philoſophi.12.meta.vbi vult ꝙ nō omne agēs habet po
Cō.30. tentiā qua poteſt agere.vbi Cōmen.dicit ꝙ impoſſibile eſt ꝙ omne agens ⁊ mouēs habeat potētiā agēdi ⁊ mouēdi.omne enim eternū eſt actio pura:⁊ omne quod eſt actio pura nō habet potētiā. Cōfirmari poteſt per Philoſophum.2.perihermenias qui dicit ꝙ ſempiterna ſunt actu ſine potētialitate.igitur ſempiterne agētia ſemper actu agūt
Contra ⁊ ſunt ſine poteſtate ſeu virtute ſeu potētia agēdi. ⸿ Hec
Aureoluz opinio in eo ꝙ negat omnē potentiā productiuā in patre
vbi ſupra reſpectu filij accipiēdo potētiā pro poteſtate ſeu vi ⁊ principio productiõ nō eſt vera. ⸿ Primo quidē quia ſequeretur ꝙ pater nō eſſet principiū productiuū filij:ſed hoc eſt falſum:quia tūc pater nō veraciter filiū gigneret:cum generās inquātū generans ſit producēs:⁊ genitū inquātū genitū ſit productū.conſequētia clara eſt. Cōfirmatur ratio auctoritate Aug.5.de tri.dicentis ſic.ſi gignens ad
Cap.14. id quod gignit principiū eſt:pater ad filiū principium eſt: quia genuit eū. Et eiuſdem lib.4.dicit ꝙ pater eſt totius
Cap.21. diuinitatis:vel ſi melius dicitur deitatis principiū.i.filij ⁊.ſ.ſ. In quibus ſingulis tota eſt diuinitas: vt exponit Magiſter infra.di.29. ⸿ Item Hylarius.4.de tri.dicit
Cap.12. ꝙ pater eſt actor filij quē genuit.⁊ Dam.lib.primo pater inquit eſt cauſa:⁊ filius ex hac cauſa.⁊ cōſtat ꝙ nō alter eſt principiū aut actor vel cauſa:niſi producēdo ipſum ſibi cōſubſtātialē eiuſdē nature.eſt ergo ſm intētionē predictorū ſanctorū pater principiū vere productiuum filij.
Aureolꝰ. ⸿ Ad hanc rationē in virtute licet in alio propoſito iſte doc.reſpondet diſtin.29.d.ꝙ nō ſolū potētia productiua eſt principiū:ſed etiā ipſa productio:igitur pater dicitur principiū productiuū filij:nō per aliquā potētiam productiuā ſed per ipſam productionē:puta generare quod eſt in ipſo hec reſponſio cōcedit propoſitū:cū enim potentia productiua diffiniri habeat cōplete per eſſe principium productiuū alterius inquātū alterū:ſicut actiua diffinitur per eſſe principiū actiuū alterius inquātum alterū:⁊ talis ratio ſm iſtū iſtū cōpetit ipſi actui qui eſt generatio ſequitur ꝙ ipſa eſt potētia productiua:⁊ hoc eſt propoſitū ad preſens:nō eñ queritur aliud niſi an in patre ſit aliquod principiū ꝓductiuū reſpectu filij:⁊ conceditur in riſione ꝙ ſic. Utrū aūt illud principiū ſit ipſa ꝓductio: vel aliquid diſtinctū ab ea:nō queritur pro nūc:cum ipſe vniuerſaliter oē principiū ꝓductiuū neget. ⸿ Et ſi dicatur ꝙ nō negat principiū ꝓductiuū reſpectu ꝓducti quale dicit eſſe ipſam ꝓductionē:ſʒ tm̄ nō negat principiū ꝓductiuū reſpectu ꝓductiōis qđ vtiq; ſolū ſm ipm̄ dr̄ potentia productiua. Iſtud ſtare nō pōt. Nā generaliter ipſe habet negare ſm dicta ſua:⁊ negat oē principiū ꝓductiuū tā reſpectu ꝓducti:ꝙ̄ ꝓductiōis. Quod patet. Nā ſi poſſe principij productiui reſpectū ꝓductiōis (vt dicit) eſt perfectio ſimpliciter .multo magis poſſe principij ꝓductiui reſpectu ꝓducti eſt ꝑfectio ſimpliciter:cū poſſe in productionē nō ſit perfectiōis (ſi perfectiōis eſt) niſi quia poſſe in productū illiꝰ ꝓductiōis eſt perfectiōis:negat aūt primū poſſe a patre:ne aliqua perfectio ſimpliciter attribuatur ſibi que nō ſit in filio.igitur ⁊ ſecūdū ꝯſequēter habet negare. Nec valet dicere ꝙ actualiter producere non eſt perfectionis:ſed poſſe producere. Nam conſtat ꝙ omne principiū ꝓductiuū poteſt ꝓducere:nec minus pōt ꝓducere ſi actu producit:ꝙ̄ ſi eſſet tm̄ in potētia ad producendū ⁊ nō produceret:nec minoris etiā perfectiōis eſt ex eo ꝙ actu producit. ⸿ Item hoc patet ex alio:recitat enim ille doctor in hac materia vnam opinionē que ponit ꝙ paternitas eſt potentia ſeu principiū generandi:⁊ tamen alibi vult eadē opinio ꝙ paternitas ⁊ generare ſunt idem:⁊ per cōſequēs nō ponit potētiā generatiuā in patre reſpectu actus qui eſt generare:ſed tantū reſpectu producti.ſ. filij. Et iſte contra iſtam opinionē ſicut contra alias dicit ꝙ ſupponit impoſſibile ſcilicet eſſe productiuū principiū in diuinis. Ex quo patet ꝙ nō ſolū negat principium productiuū reſpectu generationis:ſed repectu geniti.quod euidētius probatur per eūdē in di.20.vbi obijciēdo contra predictos.dicit ꝙ poſſe generare filium ſaltem eſt potentia productiua reſpectu filij:ꝙ̄uis non reſpectu ipſius generationis. Et paulo poſt reſpondendeo dicit ꝙ filiꝰ nō dicitur poſſibilis generari loquendo de poſſibilitate, que reſpondet potētie productiue:quāuis poſſit dici poſſibilis generari ſumpta poſſibilitate pro nō repugnantia terminorum. Ex quo patet ꝙ vniuerſaliter omne principiū productiuū intendit negare.probatū eſt aūt ⁊ conceditur patrē eſſe principiū productiuū:quare habetur propoſitū. ⸿ Secūdo ſic.fides catholica profitetur filium eſſe a patre.hoc aūt ſm iſtum in.5.d.in ſolutiōe vltime obiectio q.1.ar.3.
nis:ideo verū eſt:quia filius eſt filius formaliter per generari:quod vtiq; infertur a patre:ſiue generare qđ eſt formaliter i patre:⁊ quo formaliter pater cōſtituit. ⸿ Tūc arguo:aut filius eſt a patre:vel a generare illatiue tantū: aut etiā principiatiue ſeu originaliter ⁊ productiue. principiū nō poteſt cōcedi:tū quia filius non eſſet productus nec originatus ſeu natus a patre:ꝙ̄uis eſſet illatus:quod dicere eſt impiū:tū quia pater eque eſſet a filio:ſicut filiꝰ a patre:tū quia ſicut pater infert filiū:ſic ecōuerſo.⁊ ſicut generare generari:ſic ecōuerſo mutua eñ ⁊ reciproca eſt cōſequētia ⁊ illatio:quod cū fidei ſit cōtrariū dicenti pater a nulla eſt.filiꝰ vero a ſolo patre.reſtat ꝙ vltra huiuſmodi illationē neceſſe ē cōfiteri pricipiationē ⁊ originationē ⁊ filiū principiatiue ⁊ originaliter eſſe a patre:⁊ ꝑ ꝯñs in patre cōcedere principiū productiuum ipſius filij ſeu patrē potius eſſe pricipiū tale. ⸿ Nec ſi dicatur ipm̄ actū generationis quē in patre dicit eſſe ⁊ nō a patre eſſe principiū filij:adhuc habetur ꝓpoſitū.nō eñ ad preſens pluꝰ queritur:niſi ꝙ in deo vere ſit principiū ſeu potētia vere productiua filij. ⸿ Ad rationes opinionis in oppoſitum. Ad pmā:vel per productionē intelligis ipm̄ productum: ſicut in creaturis res que producitur dicitur actio ſeu ꝓductio:vt dicitur in ſecūdo:⁊ tūc minor eſt falſa: vel intelligis ipm̄ ꝓducēs vel eiꝰ habitudinē ad productū:⁊ tūc eſt falſa maior.alias potētia creatiua nō eſſet ꝓductiua: cū nec creans vel eius habitudo ad creaturā ſit ꝓducta: vel intelligis quādā rē mediā diſtinctā:tā a producente: ꝙ̄ a producto:⁊ ſic maior eſt falſa. Et habet inſtātiam de potētia creatiua. Similiter in alijs:cū nullibi ſit talis actio media ponenda:vt patebit in ſecundo. Et ſi in creaturis poni poſſet:nō tamē in deo. ⸿ Ad ſecundā dr̄ ꝙ ſi valeret eque probaretur ⁊ ſimiliter ꝙ potētia creatiua dei nō eſſet ꝓductiua:quod tamen ſm oēs:⁊ etiam ſm hunc Doc.eſt falſum. ⸿ Arguam enim ſic.poſſe eſſe creatorē non eſt poſſe eſſe potentie productiue:alias deus produceretur in eſſe creatoris:quod eſt impium dicere:ſed eſt eadem potentia qua deus poteſt creare ⁊ qua poteſt eſſe creator:ſicut idem eſt deum creare ⁊ deum eſſe creatorē. ergo potentia creatiua non eſt productiua:cū igitur hoc concluſum falſum ſit:liquet predictā rationem eſſe defectiuam. ⸿ Reſpondeo igitur ad illam:cum dicitur poſſe eſſe patrem non poſſe potentie productiue:hoc nomē pater vt infra diſtinguit Magiſter.d.27.aliquando eſt no

Digitized by Google

men hypoſtaſis.aliquãdo ꝓprietatis. Primo modo eſſe prēm eſt eſſe ꝑſonã que ꝓducit filiũ. Alio mõ eſt filiũ generare.hec multũ differũt. Nam primo modo cõcedim⁹ diuinitatē eſſe patrē.nõ autē ſecũdo modo.vt ſupra.d.5. aliqualiter tactũ eſt. Primo modo dico ꝙ poſſe eſſe patrem nõ eſt poſſe potētie ꝓductiue. Non enim deitas poteſt eſſe pr̄ ꝑ aliquã potētiã ꝓductiuam qua poſſit in ꝑſonam patris:⁊ in hoc ſēſu non eſt minor vera. Non enī idē eſt poſſe eſſe patrē ⁊ poſſe generare.cũ ꝓmũ poſſe vere cõcedat̄ de diuinitate:nõ aũt ſcḋm. Si aũt ſumat̄ ſcḋo mõ ſic nego ꝓmã ꝓpoſitionē:⁊ dico ꝙ poſſe eē prēm eſt poſſe potētie ꝓductiue.ſicut enim ꝑ ꝓductiuã potentiã pr̄ poteſt filiũ producere ⁊ eius eſſe principiũ:ſic ꝑ eãdē poteſt eſſe pr̄:cũ hoc nõ ſit aliud ꝑſonã primã eſſe patrē ꝙ̃ ipm̄ filiũ gignere. ¶ Tunc ad ꝓbationē:cũ dicit̄ ꝙ tũc pater ꝓduceret ſe in eſſe patrē.nego ꝯñtiam. Inſtãtia patet de poſſe eſſe creatorē. vnde ſicut poſſe eſſe creatorē non eſt poſſe ꝓducere creatorē: ſed creaturã:nec cũ deus eſt de nouo creator facit ſe creatorem ꝓprie loquẽdo:q2 nec facit ſe nec aliqd in ſe:ſed tm̄ creaturã:ſic poſſe eſſe patrem nõ eſt poſſe ꝓducere patrē:ſed filiũ:nec pr̄ ꝓducit ſe patrē:ſed filiũ:ſicut nec eſt pr̄ ſui:ſed filij. Non igitur ꝓducit ſeipm̄ in eſſe patrē. ¶ Qđ aũt adducit̄ de Magiſtro ꝙ dicit illas ꝓpoſitiones ſignificare idē. Dicẽdũ ꝙ Magiſter accipit ibi nomen pr̄is vt eſt nomen ꝓprietatis. ſicut dictũ eſt.ſicut etiã pꝫ ibi. ¶ Ad tertiũ dico ꝓmo ꝙ ꝑ ꝑfectionē ſimplr̄ vel intelligis aliquod ſignificabile incõplexe:⁊ tũc dico ꝙ nulla eſt ꝑfectio ſimpliciter niſi deus: quia nihil aliud a deo eſt qđ in quolibet ſit melius ipſum ꝙ̃ nõ ipm̄ iuxta modũ loquẽdi Anſel. Et tũc concedo ꝙ ꝑncipiũ ꝓductiuũ filij eſt ꝑfectio ſimpliciter:qđ ⁊ tu habes ꝯcedere:niſi tu velis dicere: aut patrē nõ ꝓducere filiũ:aut prēm nõ eſſe deũ:quoꝝ vtrũq3 ipiũ eſt. Et ſic patet argumẽtũ etiã cõtra te.vel3 ꝙ aliqua ꝑfectio ſimpliciter deeſt filio:vel intelligis aliquod ſignificabile tm̄ cõplexe.verbi gr̄a.ſi dicat̄ ꝙ eſſe ſapiētē eſt ꝑfectio ſimpliciter:q2 vniuerſaliter eſt melius eſſe ipſum ꝙ̃ nõ ipſum. hoc eſt cuilibet eſſet melius eſſe ſapiētē ꝙ̃ nõ eſſe ſapientē:ad quē ſenſum loquit̄ Anſel.vt patet cõſiderãti:ꝙ̃uis nõ vtat̄ iſtis vocabulis ꝑfectio ſimpliciter: qđ nec etiam ꝓprie dicit̄ de tali cõplexe ſignificabili. Sed eſt ſenſus cũ illud dicit̄ perfectio ſimpliciter.i.vniuerſaliter ꝙ vel cuilibet eſſet melius eſſe tale ꝙ̃ nõ eſſe tale:vel quodlibet ſi eſſet tale:eſſet melius ꝙ̃ ſi nõ eſſet tale ceteris paribus. Sed ſm̄ hũc ſenſum cum dicit̄ ꝙ potētia ꝓductiua filij eſt ꝑfectio ſimpliciter:idē eſt ac ſi diceret̄ poſſe ꝓducere filiũ eſt ꝑfectio ſimpliciter. Et ſm̄ hũc modum accipiẽdi reducit̄ argumẽtũ etiã ꝯtra te. Nã ſi poſſe ꝓducere creaturã eſt ꝑfectionis ſimpliciter:⁊ ſm̄ te:ex hoc ſequit̄ ꝑ locũ a minori ꝙ poſſe ꝓducere creatorem eſt perfectionis ſimpliciter:cogeris vt vel dicas ꝙ nõ omne qđ eſt perfectionis ſimpliciter ꝯueniēs pr̄i ꝯuenit filio dei:qđ tu ⁊ vere reputas falſum:vel neges prēm poſſe ꝓducere filium: qđ eſt hereticum . Et cũ hoc ſequit̄ etiã ꝙ nõ oīs ꝑfectio pr̄i ꝯueniat. Et ideo ita patet ꝙ ratio fortius militat contra ſuũ actorē. ¶ Rñdeo tñ ad ipſam. Si ꝓmo modo accipiat̄ ꝑfectio ſicut innuũt verba arguẽtis. dico ꝙ potentia productiua filij eſt perfectio ſimpliciter : quia ipſe pater eſt perfectio ſimpliciter . Et tamen dico ꝙ filius non eſt minus ꝑfectus ſeu bonus ꝙ̃ pater: q2 l3 ipſe non ſit pater: eſt tñ idē ipm̄ ⁊ eſt eadē bonitas q̄ eſt ipſe pr̄. Si vero accipiat̄ ſecũdo mõ ſic dico ꝙ poſſe ꝓducere filiũ non eſt ꝑfectionis ſimpliciter. Et ꝙ̃uis icõparabiliter melior ſit de⁹ ꝙ̃ creatura.nõ tñ ſequit̄ ꝙ ſi poſſe ꝓducere creaturã eſt ꝑfectionis ſimpliciter:ꝙ poſſe ꝓducere creatorē vel deũ ſit ꝑfectionis ſimpliciter ad ſenſum datũ. Similiter etiã nõ ſequit̄ ꝙ poſſe ꝓducere deũ prēm ſit ꝑfectiõis ſimpliciter ꝙ̃uis icõparabiliter melior ſit deus pr̄ ꝙ̃ creatura. ¶ Si dicas ꝙ producere deũ patrē ē impoſſibile:⁊ ideo nõ eſt perfectiõis ſimpliciter. dico tibi ꝙ producere aliũ deũ filiuꝫ eſt impoſſibile ſimpliciter:nec eſt minus impoſſibile ꝙ̃ ꝙ deus filius producat ſeipſum. ¶ Ad quartuꝫ dicendũ ꝙ minor eſt falſa accipiẽdo potentiam pro principio productiuo:vt dictũ eſt. Nã Aug.nõ dicit ꝙ filius non potuit:ſed oppoſitũ vnde ait.non quia non potuit:ex q̄ argumẽtũ põt reduci ꝯ arguentē:aut enī potuit ſignificat potentiã ꝓductiuã:⁊ ſic cũ Aug.neget nõ poſſe affirmat poſſe:ac per hoc potentiam productiuam:aut ſignificat poſſibilitatē terminoꝝ:⁊ ſic dicẽdo filius non potuit negatur talis poſſibilitas.igitur cum dicit non quia non potuit negatur non poſſibilitas:⁊ per conſequẽs affirmatur poſſibilitas. Ex quo vltra ſequitur hanc eſſe veram filius potuit generare:quod eſt contra Auguſtinuꝫ ac contra ſic arguentem:expone igitur vt docet Magiſter non quia non potuit ideſt non fuit ex impotentia: quod idem valet:ac ſi dicatur non quia impotens fuit:ſed non ſequitur:non fuit impotens.ergo potuit vel fuit potens producere filiuꝫ:ſicut nõ ſequitur.iſte puer nõ eſt iniuſtus.ergo eſt iuſt⁹. ¶ Ad q̄ntũ dicẽdũ ꝙ nõ ſequit̄.in prē nõ eſt potentia productiua reſpectu generare.ergo in eo nõ eſt potentia productiua:niſi per generare intelligas ipſuꝫ genitum. Nam cum hoc ꝙ in patre non eſt potentia productiua reſpectu alicuius quod eſt in eo:ſtat bene ꝙ in eo ſit potentia productiua reſpectu filij.hoc ſufficit in propoſito. Si vero intelligas per generare ipſum filium genitũ maior tua eſt falſa. ¶ Ad ſextum dicendum ꝙ maior non eſt vera vbi carens habet omnem perfectionem quaꝫ habet non carens.impotentia enim proprie loquẽdo defectum alicuius perfectionis importat. Sicut etiaꝫ patet in exẽplo argumenti:in propoſito autem carẽs ſeu nõ exiſtens potẽtia generãdi nulla perfectione caret quã habeat potentia generãdi:cũ eadē perfectio ſeu bonitas que eſt pater:ſit ⁊ filius:nõ igitur proprie filius dicitur impotẽs generare dici poſſit. Et hoc ideo quia aliũ filiũ generari eſt impoſſibile:⁊ nõ eſt etiã poſſibile vt aliquid generet ſeipſuꝫ:ſicut nec pater dicitur impotẽs:cũ tñ nec ſm̄ filiũ:nec ſeipſum valeat generare:⁊ vniuerſaliter nullus impotẽs dr̄ ex eo ꝙ nõ poteſt ſimpliciter impoſſibilia: ⁊ hanc ſolutionē innuit Aug.vt patebit in reſpondendo ad nonã rationē. ¶ Ad ſeptimũ ⁊ octauũ dico ſimul ꝙ a potẽtia productiua nihil egreditur:niſi quod ab ea ꝓducitur:⁊ ideo ſi per generare intelligas ipſum productũ generare egreditur a potentia productiua que eſt ipſe pater:vt patebit articulo ſecũdo. Si vero per generare vel per actuꝫ intelligis aliquid aliud:nõ valet cõſequẽtia.ꝙ ſi reſpectu illi⁹ nõ ſit potentia productiua in patre:ergo abſolute non ſit in eo potẽtia productiua. ¶ Ad nonũ dicendum ꝙ vtiq3 ſic dicendo ſufficẽter euaditur argumẽtum heretici:⁊ ſic euadit Aug.nõ aũt ſicut dicit opinio hec:quinimmo ſi ſic intelligeret Aug.nõ ſolũ nõ ſolueret:ſed manifeſte cõtradictoria affirmaret. Nã ſi cum dicit:nõ quia nõ potuit ſignificatur impoſſibilitas que eſt repugnãtia terminoꝝ: vt iſte Doc.dicit.ergo non poſſe idē eſt quod impoſſibile eſſe. Et cũ ſm̄ eũdem idē intelligatur per nõ oportere : vt patet in arguẽdo:igitur dicẽdo filius nõ genuit:nõ quia nõ potuit:ſed quia nõ oportuit:idē eſt quod dicere:filius nõ genuit:non quia fuit impoſſibile ipm̄ generare:ſed q2 fuit impoſſibile ipſum generare:vbi patet manifeſte contradictoria implicari. Dicenduꝫ ergo ſm̄ ſuperiora ꝙ cũ dicit:nõ quia nõ potuit:intelligitur nõ ex eius impotentia:vel quia impotẽs fuit:ſed quia non oportuit ideſt nõ fuit poſſibile:ſed impoſſibile:oportere enim ideꝫ eſt quod neceſſe eſſe.ergo non oportere idē eſt ꝙ neceſſe:quod autē in diuinis non eſt neceſſe eſſe eſt ipoſſibile eſſe:q2 omne

ibi poſſibile eſt neceſſariū. Sic igitur in hoc ſtat ſolutio
argumēti heretici ꝓbantis patrē potētiorem eſſe filio:eo
quo pater potuit generare:filius aūt non:q2 verum vtiq3
eſt filium non potuiſſe generare: ſed hoc non fuit ex eius
impotentia:ſiue quia fuit impotēs: pater vero potēs:ſed
q2 impoſſibile fuit filiū aliū generari: et vt ptz ex hoc non
arguit̃ filius ipotens/ac per hoc nec minus potēs ipo pa
tre. ¶ Ad decimum cum dicitur nullum agens eternum
habet potentiam agendi: dicēdum ꝙ huius ꝓpoſitionis
duplex pōt eſſe ſenſus: vnus ꝙ nullū agens eternū habet
potentiā.i.principiū per qđ agat ⁊ mouet:⁊ iſte eſt falſus
T.c.10. et contra mētem Phi ⁊ Cōmentatoris. vnde Phs dicit
ibidē nihil ꝓdeſt ſi ſubſtātias faciam⁹ ſempiternas:quē
admodū qui ſpecies:ſi non aliqđ potēs inerit principium
trāſmutare. ⁊ litera cōmenti habet niſi in eis ſit principiū
Com.10. qđ poteſt trāſmutare. ⁊ Cōmen. hec verba exponens ait.
nihil ꝓdeſt ponere ſubſtantiā eternā in qua non ſit princi
pium mouēdi. ¶ Ex quibus ptz ꝙ potētia.i.principium
mouēdi motorib⁹ eternis attribuūt. Alius ſenſus eſt.nul
lum agēs ⁊c̃.i.nullū eternū eſt in potentia ad mouēdum:
vt.ſ.poſſit aliqñ non mouere:ſed ſemꝑ actu neceſſario mo
uet:⁊ hec eſt intentio eoꝝ: qđ manifeſte apparet ꝑ expoſi
tionē Cōmentatoris ibidē. Ait eni ſic in principio cōmen
ti.neceſſe eſt vt iſte mot⁹ habeat motorē qui eſt actio pu
ra ſine aliqua potētia.i. qui in nulla hora eſt motor in po
tentia. ¶ Eſt ergo intentio ſua ꝙ ſicut eternus motor de
neceſſitate eſt ⁊ non poteſt nō eſſe:ſic neceſſario ſemꝑ mo
uet in actu:⁊ non pōt non actu mouere: aut nūq̄3 eſt in po
tentia ad mouendum: et hoc intelligit qñ dicit:ꝙ ille mo
tor eſt actio pura:non aūt intelligit (vt fingunt ſic arguen
tes) ꝙ ipe ſit actus ille qui eſt actio:quis eñ dixerit ꝙ mo
tor celi ſit motio/vel motus celi: Eſt igitur intētio eorum
que dicta eſt ⁊ in hoc ſenſu ſm Philoſophū vera eſt ma
ior. Similitudo poteſt cōcedi de primo ꝓducente.ſ.deo
patre. neceſſario eñ eternaliter actu producit / nec vnq̄3
fuit/aut eſſe poteſt in potentia ad ꝓducendum. Et ſic ad
rationē ptz quid ſit dicēdum:⁊ ad confirmationē: pro tā
to enim dicit ſempiterna eſſe actu ſine poteſtate : q2 ſemꝑ
ſunt actu ⁊ fuerunt ſine potentia precedente actum / aut
diſtante ab actu : ⁊ eodem modo de eterno agente intelli
git: non autem negat potentiam que eſt principium agen
di:ſed eam ibidem in eis affirmat:coniunctam tñ actui.i.
ſemper actu agentem.

Quantum ad ſcđm articulū cōmuniter diſtin
guitur de duplici ꝑncipio. Nam eſt
principium qđ agit:⁊ eſt principiū quo agēs agit. Exem
plū primi in naturalib⁹.ignis generās eſt principium qđ
ignis geniti.calor ꝟo eſt principium quo formaliter agit.
In artificialibus principiū qđ eſt ipe artifex:principium
quo eſt ipſa ars ꝑ quā agit. ¶ Quātum ad ꝓpoſitū oēs
conueniūt de principio qđ generationis diuine. Nam il
lud eſt pater qđ generat. Sed de principio quo:qđ quidē
non generat: ſed eſt illud per qđ pater generat eſt diuerſi
tas opinionū. ¶ Dicunt eñ quidā ꝙ tale principium eſt
diuina eſſentia nō ꝓprietas patris:qđ ꝓbatur ſic primo.
Nam illud eſt potētia generatiua/ſeu principiū generan
di in quocūq3 generāte:in quo genitum ſimilat̃ generāti.
Sed in eſſentia tñ filius dei ſimulat̃ patri generāti.ergo
⁊c̃.maior ptz. q2 omne ꝓducēs aliquod ꝑ ſuā actionē ꝓ
ducit ſibi ſimile quātum ad formā qua agit : ſicut homo
genitus eſt ſimilis homini generanti in natura humana:
cuius virtute pōt pater gñare hoiem. ¶ Alij ꝓbāt idem
Scotus ſic.ſi deus ꝑ ipoſſibile generaret aliū deū: ⁊ ille alius ter
d.7.q.1. tium:diuinitas eſſet principiū alterius ⁊ nō relatio.ergo
et nūc cū deus generet aliū qui eſt idem de⁹. Antecedēs
eſt notū.ptz ꝯña.q2 qđ eſt aliquid ꝑfectionis in principio
productionis tollit ab aliquo rationē principij ꝓductiui:
ſed cōmunicare ſe in idētitate numerali et adequata cō
municatione ſibi eſt ꝑfectiōis in ꝑncipio ꝓductiuo.g ⁊c̃.
¶ Secundo diuinitas eſt terminus formalis generatio
nis.igitur ipa eſt formale ꝑncipiū ꝓductiuum. Aña ſup
ponunt ſe ꝓbaſſe.d.5.ꝯña ꝓbat̃. q2 ipoſſibile eſt agēs cō
municare terminū formalē generationis vel ꝓductiōis
niſi agat forma eque ꝑfecta ſi agat vniuoce: vel ꝑfectiori
ſi equiuoce. In diuinis aūt nihil eſt ꝑfecti⁹ vel eque ꝑfe
ctū abſoluto ſeu eſſentia:cū ſit formaliter infinita:nō au
tē relatio.ergo ⁊c̃. ¶ Alij aūt ꝓbant idē ſic. vbicūq3 nata Ochem
eſt eſſe relatio originis:illa relatio fundatur ſuper princi d.7.q.2.
piū elicitiuum originis:ſed ipſe eſt relatio originis . igit̃
ipa fundat̃ ſuꝑ ꝑncipio elicitiuo.nō fundat̃ aūt ſuꝑ pro
prietate:tū q2 ipa ꝓprietas ꝑſonalis eſt relatio originis:tū
q2 eius fundamētū debet eſſe abſolutū.igit̃ ſuꝑ eſſentia
quare ipa eſt ꝑncipiū elicitiuū originis. ¶ Secūdo ſicut
ratio cauſandi eſt illud quo exiſtēte in aliquo:vel in ſe po
teſt eſſe effectus:omni qđ non eſt cauſa eiuſdem effectus
circūſcripto:vel qđ requiritur ad eſſe alterius ⁊ nō cōſti
tuitur ex ipa cauſatiōe vel cauſato:ita ꝑncipiū elicitiuū
alicuius actionis vel paſſionis vel productionis eſt illud
qđ neceſſario ⁊ ꝑ ſe requiritur ad illam productionem: ⁊
nō cōſtituit̃ nec ex ꝓductione nec ex ꝓducto:⁊ quia ſola
eſſentia diuina requiritur ad generatiōem actiuā et paſ
ſiuā iſto modo:ideo ipa ꝑcīſe eſt ratio eliciēdi iſtas ꝓdu
ctiones:tā actiuas q̄3 paſſiuas. ¶ Ad hoc facit auctori
tas Hylarij.5. de tri.quā allegat etiam Magiſter.d.5.ait
enim Hylarius. Natiuitas dei non poteſt eā ex qua ꝑfe
cta eſt nō tenere naturā. Certū aūt eſt eam nō ex alia na
tura q̄3 diuina ꝓfectā eſſe. igit̃ natura diuina ꝑncipium
eſt ex quo eſt natiuitas filij. ¶ Item Magiſter in iſta.d.
dicit ꝙ pater nō eſt potens generare niſi natura:eius eñ
potentia natura eſt vel eſſentia. ¶ Alia opinio eſt ꝙ pro Varro
prietas ꝑſonalis eſt ꝑncipiū generādi:qđ ꝓbat̃ ſic. Pri primo.ſ.
mo q2 ꝓprius actus eſt a ꝓpria forma:ſed generare eſt ꝓ d.7.
prius actus patris:et ſola ꝓpetas ꝑſonalis eſt ſibi ꝓpa.
igit̃ ⁊c̃. ¶ Secūdo. omne qđ eſt ꝑncipiū eſſendi eſt ꝑnci
piū operādi:hoc patet : quia vnūquodq3 agit ſm ꝙ eſt in
actu.ergo agit quo eſt in actu. ¶ Item agere ꝑſupponit
eſſe:et actus ſecundus ꝓcedit a primo:ſed paternitas eſt
ꝑncipiū eſſendi ipſi patri(ea enim eſt pater)igit̃ ipa eſt ei
ꝑncipiū operādi: nō autem eſt ꝑncipiū alicuius alterius
operationis vt apparet.igitur eſt principium generādi.
¶ Hec opiniones(ſicut patet)conueniunt in hoc ꝙ queli
bet ponit aliquod ꝓductiuū filij qđ non ꝓducit filiū: ſed
eſt quo pater ꝓducit:⁊ ſic ponunt duplex principiū qđ ⁊
quo:iuxta cōmunē modū diſtinguēdi. differūt autem in
aſſignādo illud ꝑncipiū:quo modo ſaluo meliori iudicio
apparet ꝙ in vtroq3 deficiāt.ideo pono tres cōcluſiones.
Prima eſt:ꝙ nō eſt aliquod ꝑncipiū quo ꝓductiuū filij
aliud a ꝑncipio qđ ꝓducit . Secunda:ꝙ eſſentia diuina
non eſt ꝑncipiū ꝓductiuū quo filij. Tertia:ꝙ nec ipa rela
tio patris. ¶ Primā ꝓbo.ꝑncipiū ꝓducēs filium ſeipo
ꝑmo ꝓducit.igitur non eſt aliquod ꝑncipiū quo:aliud a
ꝑncipio qđ ꝓducit.ꝯſequētia patet . Si enim ſit aliquod
ꝑncipiū quo ꝓducens ꝓducit:⁊ aliud ꝑncipiū ipm ꝓdu
cēs:tā non a ſeipo ꝑmo ꝓducit:ſed alio ꝑncipio. Antece
dens ꝓbo.ſi enim non ꝓduceret ſeipo ꝑmo:cū ꝑ ſe ꝓdu
cat ꝓduceret ꝑ ſe ꝑmo ꝑ aliquod ſui:aut igitur ꝑ aliquid
qđ eſt ſui extrinſece : et hoc dici non poteſt cum nihil tale
locum habeat in deo:aut per aliquid intrinſecum ſibi:et
nec hoc:quia omne qđ ꝓducit ꝑmo ꝑ aliquod intrinſecū
ſibi et non ſeipſo includit in ſe aliquā entitatē vltra illud
ꝑ qđ dicitur ꝑmo ꝓducere:ac ꝑ hoc ad minus duas en
titates includit:hoc autē eſt ipoſſibile de ꝑncipio qđ ge
nerat deum:cū ipſum ſit infinite ſimplicitatis. ¶ Secun
do.ſi pater ꝑ aliud a ſe aliquo modo ꝓduceret:tāq̄3 prin

Digitized by Google

cipio quo:eſſet aliquo modo illud tale cauſa patris. hoc
autem eſt expreſſe contra ſanctos. conſequentia ꝓbatur:
quia oīe qđ agit per aliquid aliud:aliquo modo habet
eſſe vel tale eſſe per illud. vnde niſi ignis eēt calidus per
calorem:ſeu per calorem informaretur:non plus calefa-
ceret per calorem ꝗ̄ infrigidaret per frigiditatem aque.
vnde in quibuſcūqꝫ talia principia quo ⁊ qđ diſtinguun-
tur:principium quo eſt forma conſtituens vel perficiens
ipſum principium qđ. ¶ Tertio. ſi aliqua forma ſimplex
ſubſtantialis vel accidentalis p ſe ſeparata diuina virtu-
te aut naturaliter exiſtens ageret:ipſa ſeipſa pͥmo ageret ⁊
non aliquo alio pͥncipio quo. igitur ſic eſt in pͥmo ꝓducē-
te qđ deus eſt. Antecedēs eſt notū. ꝯſequētia ꝓbaẜ:quia
p̄ciſa cauſa veritatis antecedentis eſt ſimplicitas: qđ pa-
tet. qꝛ poſito ꝙ agēs ſit quid cōpoſitum ſtatim aſſignatur
pͥncipiū qđ:aliud a pͥncipio quo. poſito vero ꝙ ſit ſimplex
nō eſt talis diſtinctio pͥncipij:ſumma vero ſimplicitas eſt
in pͥmo ꝓducēte. igiẜ i eo nō erit talis pͥncipioꝝ diſtīctio.
¶ Et ſi dicaẜ ꝙ non obſtāte ſumma ſimplicitate perſone
adhuc eſſentia ⁊ ſimiliter ꝓprietas aliquo modo diſtin-
guūtur a pſona ſaltem ſm̄ rationē:⁊ p ꝯſequēs pſona po-
teſt eſſe pͥncipiū qđ. ⁊ eſſentia vel ꝓprietas pͥncipiū quo.
illud nō valet:qꝛ diſtinctio rōnis aut conceptus nihil fa-
cit ad ꝓpoſitū:nā cōceptus vel ratio eſt pͥncipiū quo nec
qđ generādi filiū:ſed res extra:in qua cum nulla penitus
ſit diſtinctio:nec poteſt ibi taliū pͥncipioꝝ diſtictio aſſi-
gnari. Et cōfirmatur:quia eadē ratione in forma ſimpli-
ci creata poſſet aſſignari pͥncipiū quo:aliđ a pͥncipio qđ.
qđ tñ nullus. d. ¶ Secūdā cōcluſionē. ſ. ꝙ eſſentia nō ſit
tale pͥncipiū ꝓbo ſic. omne pͥcipiū generādi:eſt realiter
diſtinctum a gn̄atione vel a gn̄ato:eſſentia diuina nō eſt
realiter diſtincta a gn̄atione diuina:nec a genito. igiẜ nō
eſt pͥncipiū generādi genitū. patet minor. maior ꝓbaẜ:qꝛ
omne pͥncipiū diſtinguiẜ ab eo cuius eſt principiū:omne
aūt pͥcipiū generādi eſt pͥcipium gn̄ationis vel geniti.
Tho.prio l.d.7. ¶ Ad hāc rōnē diciẜ ꝙ pͥcipiū qđ:vtiqꝫ diſtinguitur a
principiato:nō aūt pͥcipium quo. ¶ Contra. ſi hoc eſſet
verū nō magis principiū quo:eſſet principiū principiati
ꝗ̄ ecōuerſo. verbi gr̄a. in ꝓpoſito. eſſentia diuina nō ma-
gis eſſet principiū quo:gn̄ationis vel geniti ꝗ̄ ecōuerſo.
genitum vel gn̄atio eſſet principiū eius. ſimiliter eſſentia
ita eſſet principiū eſſentie ſicut generationis: ex quo tale
pͥcipiū a pͥcipiato nō diſtinguiẜ:ſed eſt ipm̄: hoc autē
nullus diceret niſi vocabulis abutereẜ. ¶ Confirmatur:
quia principiū inquātū principiū:eſt principiū alterius
T.c.8. ⁊ non ſui. vt patet. 1. phyſi. ideo diciẜ ibi ꝙ ſi ſit tm̄ vnū eſt:
principiū non eſt. vel igitur principiū quo:non eſt princi-
piū:vel eſt diſtinctum ab eo cuius eſt pͥcipiū:hec ratio
maxime valet ꝯtra ſecūdum ⁊ tertium Docto. prime opi-
nionis ſuperius allegate. vterqꝫ enim ꝓbās ꝙ ꝓprietas
pſonalis nō ſit principium quo:elicitiuum generationis:
Ocham vbi ſupra. ſumit hoc pro fundamento. ¶ Vnde ſcđs arguit ducē-
do ad īpoſſibile dicēs:tunc eadem relatio eſſet principiū
ſuippſius:qꝛ in pr̄e non eſt niſi vnica relatio ad filium: ⁊ il-
la eſt p te principium quo:reſpectu generationis que eſt
eadem relatio:lꝫ aliter nominata. Alius vero ſic ait. nihil
eſt principium elicitiuum ſuipſius: ꝓprietas vero perſo-
nalis et generatio ſunt idē omnibus modis. ergo. ¶ Ex
quo patet ꝙ nihil eſt pͥcipium nec quo:nec qđ. ſm̄ iſtos
eius qđ ipſum eſt. Conſtat autem ꝙ eſſentia eſt generatio
nec aliquo modo ſm̄ rem ab ea diſtincta. ¶ Tertio ſi eſ-
ſentia eſſet principium generationis:vel filij:eſſentia di-
ceretur relatiue principium ad illā vel illum:conſequēs
eſt falſum. conſequentia patet:quia principium inquātū
principium:eſt ad aliquid:ſed falſitas conſequentis pa-
tet:quia nullum nomē notionale predicatur de eſſentia:
c p̄.6. vt Magiſter ponit infra. d. 27. ⁊ ꝓbaẜ auctē Dam̄. lib. 3.

vnde talia nomina ſolum de hypoſtaſibus predicātur:vt
ibidem patet. Conſtat autem hoc nomen principium:no-
men eſſe notionis ſm̄ omnes. et infra habetur. d. 28.
¶ Ad hāc ratiōem dicitur ꝙ vbi principium non diſtin- Scotus
guitur a producto: ibi iter illa non eſt realis relatio. vbi vbi ſupra.
vero diſtinguitur relatio eſt realis:lꝫ autem in creaturis
ſemꝑ principium quo. ſit realiter diſtinctū a producto:et
p conſequēs realiter referātur adinuicem:in diuinis ta-
men non eſt realis diſtinctio inter illa: vnde nec realis re-
latio:ſed rationis tm̄. ¶ Hec ſolutio nulla eſt. Primo qꝛ
dicit incompoſſibilia. ſ. aliquo eſſe principium alicuius:
⁊ tamen non diſtingui ab illo:ſicut ſupra patet ex inten- T.⁊.c.8.
tione Philoſophi. 1. phyſi. ⁊ Commen. ibidem. d. ꝙ prin-
cipium exigit pluralitatē:⁊ p conſequens diſtinctionē. ſ.
inter ſe et principiatum. ¶ Secundo. quia ſi nō exigitur
realis diſtinctio:quid prohiberet relationem vt relatio
eſt:eſſe principium quo:generationis vt actio vel produ-
ctio eſt:et eſſe tamen indiſtinctam ab ea realiter:et cum
hoc vt ſupra patet impugnauit. ꝙ etiam. d. non eſſe rela-
tionis niſi ratiōis nihil eſt. Nam qđ extra animam eſt:eſt
principium extra animam:⁊ non ſm̄ rationē tm̄ eſt ad ali-
quid. ſi ergo eſſentia nō realiter referatur:nec realiter eſt
principium. ¶ Sed contra hanc concluſionem expreſſe
videtur Anſel. primo quidem monol'. vbi de ſpū ſancto lo- cap̄. 54.
quens ait. Non ex eo procedit in quo plures ſunt pater ⁊
filius:ſed ex eo in quo vnum ſunt. Nam non ex relationi-
bus ſuis que plures ſunt (alia enim eſt relatio patris:alia
filij) ſed ex ipſa ſua eſſentia:que pluralitatem non admit-
tit:emittunt pater ⁊ filiꝰ ſimul tm̄ bonū. ¶ Ex qbꝰ patet
ꝙ virtus ſpiratiua eſt eſſentia cōmunis patri ⁊ filio:⁊ ea-
dem ratione eſſentia ipſa eſt virtus generatiua et princi-
pium generandi. Item ipſe de proceſſione ſpūs ſancti. d. cap̄. 25.
ſpiritū ſanctum procedere de diuinitate patris et non de
paternitate. Et addit ꝙ opinio que dicit:ꝙ non procedit
de diuinitate:ſed de paternitate patēti ſe fatuitate ſuffo-
cat. ¶ Ad hoc dicēdū ꝙ verba illa nō ſunt in ſua ꝓprie-
tate intelligenda:non eñ ſpiritus ſanctus:aut filius ꝓce-
dit a diuinitate aut de diuinitate:nec pater de diuinita-
te generat filium:aut pater ⁊ filius de diuinitate ſpiritū
ſanctum emittunt:cum tam ſpiritus ſanctus ꝗ̄ filius ſit
diuinitas ipſa:ideo tales locutiones ſanctorum exponen-
de ſunt:ſicut docet Magiſter. d. 5. et ibidē. q. 1. et. 2. mon-
ſtratum eſt etiam p eundem Anſel. ¶ Quantum tamen
ad propoſitum in ſpeciali facit. dicendum ꝙ non eſt intē-
tio Anſel. aliquam principiationē attribuere eſſentie aut
diuinitati cōmuni patris ⁊ filij:reſpectu ſpiritus ſancti:
cum eadem ipſa ſit ſpiritus ſanctus. Sed tota huiuſmo-
di principiatio vel productio attribuenda eſt pſonis pa-
tris ⁊ filij. ¶ Verūtamen pater ⁊ filius ſpirantes ſpiritū
ſanctum:non cum ſpirant inquantum hoc eſt pater ⁊ ille
filius:aut vnus alter ab altero:ſed ſm̄ ꝙ ſunt vnus deus.
⁊ hoc ipſe itelligit cum. d. eum ꝓcedere ex eo in quo ſunt
vnum. i. ab ipſis ſm̄ ꝙ ſunt vnum:⁊ cum. d. ipſum proce-
dere de diuinitate patris:et non de paternitate. i. de pa-
tre ſm̄ ꝙ eſt deus ⁊ non ſm̄ ꝙ eſt pater. ¶ Et hoc ex ver-
bis eiuſdem in eodem lib. ſ. de proceſſione. ſ. ſ. poſt verba cap̄. 30.
allegata accipi poteſt. vnde ait nullus ſenſus capit ſpiri-
tū ſanctū:eſſe ſpiritū patris aut filij:ſm̄ ꝙ alter eſt pater
alter filius:ſed ſm̄ ꝙ vterqꝫ vnus idēqꝫ deus eſt:ita ꝙ ſi
p impoſſibile eſſent pater ⁊ filius:⁊ non eſſent abinuicem
diſtincti:adhuc ſpirarent ſpiritū ſanctum. ⁊ eſt ſimilis lo-
cutio ac ſi eſſent duo calores ſeparati et in eodem loco:et
ꝓducerent vnum calorem in ſubiecto:⁊ diceremus ꝙ il-
li ꝓducunt inquantum ſunt vnum ſpecie:et non inquan-
tum diſtinguuntur:quia ſi eſſent indiſtincti nihil minus
ꝓducerent:⁊ cū nec in illis diſtinguerentur:nec ante nec
poſt duo pͥcipia quo. et qđ:ꝓpter vtriuſqꝫ ſimplicitatē:

multo magis nec in propoſito. Q̄d autem. d. ꝙ non ex re- lationibus ſuis ⁊c̄. accipit relatiões pro proprietatibus perſonarum cōplexe ſignificātibus ſignificabilibus que quidem nō ipſe ꝑſone ſunt: nec omnino alique entitates: vt in diſt. 10. declarabitur: tales enim proprietates vtiqꝫ ipſe vocat relationes: ſicut patet in de ꝓceſſione ſpiritus ſancti. non autem accipit relationes pro illis icomplexe ſignificantibus ſignificabilibus: que non ſunt aliud ꝙ̄ ipſemet ꝑſone vt infra patebit. Et eodē modo cum ait. ꝙ non de paternitate: ſed de diuinitate. i. patre qui eſt diui- nitas iuxta premiſſam doctrinam Aug. vel de patre non ſm̄ ꝙ pater eſt: ſed ſm̄ ꝙ deꝰ penes ſenſum ꝓxime datū. ¶ Tertia concluſio eſt. ꝙ ꝓprietas ꝑſonalis non eſt prin- cipium quo. diuine generationis niſi forte ꝓprietatis no- mine hypoſtaſis ipſa intelligeretur. hec autem concluſio ſicut precedens ſufficienter probatur ex his: ꝑ que ꝓba- ta eſt ꝑma cōcluſio. ¶ Itē contra hominē ꝓbari poteſt: cū dicat ipſam ꝓprietatem ꝑſonalē a generationis actu eſſe extra animā penitus indiſtinctā. conſtat autē princi- piū a ꝑncipiato diſtingui. Sic ergo videtur dicēdum ꝙ nō eſt querendum aliquod principium ꝓductiuum quo pr̄ generet: ſic ꝙ ei vere competat ratio ꝑncipij ꝓductiui diſtinctū a principio ꝓductiuo qd̄ generat: ſed vel ipſum qd̄ generat: eſt ꝑncipiū quo. qꝛ ſeipſo ⁊ nullo alio generat: ita ꝙ idē eſt ꝑncipiū qd̄ ⁊ quo. vel nullū oīno eſt ibi ꝑnci- piū quo. ſed tm̄ qd̄. ¶ Contra hoc videt̄ eſſe: qd̄ dicitur a ſanctis: pr̄em ⁊ filiū eſſe vnum pricipium. ſ. ſ. qd̄ verifica- ri nō poteſt vt videtur: niſi ponendo vnum principiū quo ambo ſpirāt: cum ipſi nō ſint vnum principiū qd̄ ſpirat: ſi- cut non ſunt vna ꝑſona. ¶ Sed ad hoc qd̄ ſit dicēdū pa- tebit. d. 12. ¶ Tunc ad rationes alterius opinionis. Ad primā dicendū ꝙ ſiue maior ſumatur ſic. omne in quo ge- nitum ſimilatur generāti: eſt ꝑncipium quo generandi ſi- ue ecōuerſo ſic. in omni qd̄ eſt principium generādi quo. genitum aſſimilatur generāti ipſa falſa eſt. Nam in ꝑmo ſenſu habet inſtantiā. nā generata multis ſuis genitoribꝰ ſimilantur in forma ſubſtātiali: ⁊ tn̄ forma ſubſtantialis nullius eſt ꝑncipiū ꝓductiuum ꝑ iſtos. Item in multis formis nō actiuis. Itē in alio ſenſu habet inſtātiā: vide- mus enim ꝙ mulus non ſimilatur in virtute generatiua ſuo genitori: ⁊ ſic in multis repiri poſſet inſtātia. ¶ Pre- terea. Eſto ꝙ ipſa eſſet vera in creatura: in ꝓpoſito tn̄ non haberet veritatē: eo ꝙ ꝑncipiū ꝓductiuū quo. neceſſario debet eſſe diſtinctum realiter ab eo cuius eſt ꝑncipiū: qd̄ nō poſſet eſſe in ꝓpoſito. Nam in quo pater ſimilatur vel potius idētificatur filio nullo modo diſtinguitur a filio. ¶ Preterea. Illa ꝓpoſitio nō habet locū (ſi quē habet) niſi vbi ꝑncipiū quo. diſtinguit̄ a ꝑncipio qd̄. qd̄ nō eſt in ꝓpoſito. ¶ Ad rationē alterius Doc. dicit̄ ꝙ in antece- dēte vel ſumit̄ ꝑncipiū quo. diſtincte a ꝑncipio qd̄ vel nō. ſi ſic. an̄s eſt falſum. ſimiliter ꝯn̄tia non tenet. falſitas an- tecedentis patet. qꝛ ſupponitur deum eſſe ſimplicē oīno: ⁊ iſta hypotheſi facta ſicut ⁊ ſupponitur eſſe deum: ⁊ per conſequens non eſſet in eodem talis diſtinctio ꝑncipioꝝ. Item conſequentia non valet: quia hypotheſi data eſſen- tia dei diſtigueretur realiter ab alio deo: cuius ponitur ꝑncipiū. Nunc autem non diſtinguitur a genito. ideo nō poteſt ſic cōcedi eſſe ꝑncipiū. Et ad ꝓbationem dicendū ꝙ nō eſt ꝑfectiōis in aliquo ꝑncipio ꝓductiuo eſſe ꝑnci- pium eius qd̄ ab ipſo eſt penitus indiſtinctū: quia hoc eſt penitus īpoſſibile: ⁊ excludit omnino rationem ꝑncipij ⁊ ꝑncipiati. vnde ꝑ ſimilē rationem ꝓbari poſſet: ꝙ pater ⁊ filius: ⁊ genitor ⁊ genitus ſunt vnus. qm̄ perfectionis eſt cōmunicare ſeipm̄ in idētitate omnimoda: ⁊ ſeipſum ge- nerare: nec illud magis videtur valere ꝙ̄ hoc. Si autem antecedens accipiat hoc nomen principium ſecūdo mo- do: tunc patet conſequentiam non valere. Et propter il- lud qd̄ dictum eſt: ⁊ quia etiā concluderes nunc de facto diuinam eſſentiam eſſe filij genitricem: quod eſt falſum: etiam. ſm̄ hunc. doc. ¶ Ad ſecundam rationem eiuſdem dicendum: ꝙ antecedens eſt falſuꝫ: ſicut patet ſupra. di. 5. q. ſecunda vbi etiam habetur ſolutio rationis facte per eundē ad probationem huius antecedentis. ¶ Ad ratio- nes alterius. Ad primā nego maiorē ſumptam in ſua pro prietate. nulla enim diuina relatio fundatur in aliquo ſi- cut nec perſona aliqua diuina. Si vero ſumatur impro- prie: vt ſit ſenſus: ꝙ omne principiū elicitiuū originis re- fertur: taliter concedo ⁊ dico ꝙ pater eſt tale principium nec procedunt probationes contra hoc. ¶ Ad ſecundam rationē dico ꝙ oportet addere in maiore: ꝙ illud non ſit ipſum productū: eſſentia autem diuina eſt ipſe filius pro ductus. ¶ Ad auctoritatē illā Hylarij ⁊ ceteras ſimiles dicendum eſt ſicut docet Magiſter. d. 5. ⁊ ibidē dictū eſt ſcilicet ꝙ natiuitas eſt perfecta ex natura ideſt ex patre qui eſt eadeꝫ eſſentia ⁊ natura. ¶ Ad illud vero quod ex dicto Magiſter inducitur. Dicendum ꝙ Magiſter non aliud intēdit dicere: niſi ꝙ pater nullo alio: ſed ſeipſo po- tens eſt gignere: quod eſt verū: quod ſignificant verba eiꝰ quibus ait: pater nō eſt potēs gignere niſi natura ⁊c. ſicut ſi calor eſſet ſeparatus: ⁊ poſſet calefacere diceremus ꝙ ipſe calor nō eſt potēs calefacere niſi natura ⁊ entitate vel eſſentia ſua: ⁊ ꝙ eius eſſentia eſt eius calefactiua poten- tia: nec tamē per hoc intelligeremꝰ: ꝙ ipſe calor eſſet prin- cipium quod. productiuum caloris: ⁊ eius natura entitas vel eſſentia eſſet principiū quo. cū inter ipſuꝫ ⁊ eius eſſen tiaꝫ diſtinguere ſit impoſſibile. ¶ Ad rationē primā alte- rius opinionis: que. d. proprietatē perſonalem eſſe princi pium quo. productiuum generationis. dicenduꝫ ꝙ ſi ma ior eius aliquā veritatem poſſit habere hoc nō eſt niſi vbi forma agentis eſt principium quo. actionis vel actus: et vbi ipſius actus eſt huiuſmodi duplex principiū ſcilicet quod ⁊ quo. vtrūqꝫ autem deficit in propoſito. quare nul- lius eſt roboris ad intentum. ¶ Ad ſecundam eſt primo dicendum ꝙ maior eſt falſa: ſunt enim multe forme prin- cipiuꝫ eſſendi: que non ſunt actiue: nec principiū agendi: nec probatio ſufficiens eſt ꝙ̄uis enim probaret ꝙ omne quod eſt principium agendi eſt principiuꝫ eſſendi: non ta men probat cōuerſam ſcilicet ꝙ omne quod eſt principiū eſſendi. eſt principiū agendi. ¶ Secundo dictum etiam: ꝙ minor eſt falſa. nihil enim omnino eſt patri principium eſſendi: cum ipſe ſit penitus ſine principio in quocūqꝫ prin cipij genere. Quod vero additur ꝙ proprietate eſt pater: non eſt ad propoſitum. Naꝫ quomodocūqꝫ illa ſit vera de quo infra dicetur: non tamen facit ad propoſituꝫ. quia vt Magiſter. d. di. 28. ⁊ Aug. expreſſe. 7. de tri. iuxta finem. non eſt idem deo patri eſſe patrem: ⁊ eſſe: quapropter nec eo quo eſt: pater eſt: ⁊ per conſequens non ſibi eſt princi- pium eſſendi. ¶ Ad argumentum. q. dicendum ꝙ Dam̄. non intendit per illa verba diſtinguere inter generationē ⁊ creationem: quia de hoc ibi agit penes elicitiua princi- pia: ſed penes modū exiſtendi a principio ſcilicet natura- liter vel voluntarie ⁊ contingenter: generatio enim eſt na- turalis ⁊ creatio voluntaria ⁊ contingens. Et hoc inten- dit quando. d. ꝙ generatio eſt opus naturale ideſt qui ge nerat naturaliter operatur ſeu producit. Creatio vero eſt ex voluntate dei ideſt libere ſeu voluntarie ⁊ contingen- ter a deo. ¶ Ad argumentum in oppoſitum: cum dicitur eo generat quo eſt pater. duplex poteſt eſſe ſenſus. ſm̄ ꝙ ly eo ⁊ quo dupliciter poſſunt ſumi. Uno modo denomi natiue ⁊ ſic eſt dictu: ea proprietate qua pater dicitur ge nerare: ſeu genitor dicitur etiam pater: et in hoc ſenſu ve- ra eſt: et in eodem ſenſu loquitur Aug. in verbis allegatis ⁊ patet: ſed ſic nihil ad propoſitum. Alio modo poſſunt in telligi eo ⁊ quo elicitiue vel ꝓductiue: vt ſit ſenſus: ꝙ eo:

cap. 10.

Ad rōnes Scoti vbi ſupra.

Ad ſecundā rationem ſco.

Ad rōes Ochā vbi ſupra.

Ad rōes Barrōis vbi ſupra

Cap. 4.

Digitized by Google

dem principio elicitiuo generat:quo eſt pater. ⁊ tunc dicendum:ꝙ iſtud quo eſt pater eſt intelligendũ vel poteſt intelligi dupliciter. vno modo formaliter et denominatiue:⁊ tũc eſt ſenſus ꝙ eo elicitiuẽ generat:quo denominatur pater:⁊ ſic nego ꝓpoſitionẽ nec ꝓbatio valet ad ꝓpoſitum. Alio modo elicitiue:et tũc eſt ſenſus ꝙ eo elicitiue generat quo elicitiue eſt pater:⁊ tunc dicendum ꝙ ſi hoc nomen pater ſumatur vt eſt nomen ꝓprietatis iuxta intellectũ datũ in riſſione ſcḋe rationis opinionis alterius in precedẽti articulo vera eſt ꝓpoſitio:qꝛ ſic nõ eſt aliud dictu niſi:ꝙ eo quo elicitiue generat:quia ſic idẽ eſt eſſe genitorẽ:⁊ eſſe patrẽ. Sed tũc minor eſt falſa in eodẽ ſenſu: ſeipſo enim generat:⁊ nullo alio elicitiue. Si vero ſumatur vt eſt nomen hypoſtaſis ꝓpoſitio eſt falſa: ꝓpter falſam implicationẽ. Implicat enim ꝙ hypoſtaſis paterna habeat aliquod principiũ elicitiuũ vel ꝓductiuũ ſui:qḋ eſt penitus impoſſibile.

¶ Diſtinctionis octaue. Queſtio.j.

Irca diſtinctionẽ octauã in qua Magiſter oſtẽdit deũ eſſe oino ⁊ ſumme ſimplicẽ. Quero. an in deo ſumme ſimplici ſit aliqua diſtinctio vel pluralitas ꝑfectionũ attributaliũ ꝓueniẽs actualr oẽꝫ opationẽ itellectus.

cap.4. ¶ Et arguit ꝙ ſic. auc̃te Dam. d. lib. 1. quecũqꝫ dicimus in deo affirmatiue nõ naturam ipius:ſed ea que ſunt circa eius naturã oſtẽdũt. Etenim ſi bonũ et ſi iuſtũ:⁊ ſi ſapiẽs:⁊ ſi qcũqꝫ dixeris:nõ naturã dicis dei:ſed ea q̄ ſunt circa naturã:ſed ꝯſtat ꝙ dicis aliquod:qḋ ꝑcedit oẽm actũ itellectus. ergo aliqḋ hmõi eſt diſtictũ a natura dei:ſeu a diuinitate ante oẽm actũ intellectus.

cap.12. ¶ Qꝛ vero he ꝑfectiões etiã abinuicẽ ſunt diſtincte:pꝫ ꝑ eũdẽ ifra. vbi. d. ꝙ de⁹ totũ in ſeipſo cõprehẽdẽs hꝫ velut quoddã pelag⁹ ſubſtãtie ifinitũ et ideterminatũ: qḋ nõ eẽt verꝫ:niſi in ipo eẽt vna tm̃ ꝑfectio et non multe.

cap.5. ¶ Confirmat ꝑ Aug. q̄ vult. 15. de tri. oẽs hmõi ꝑfectiones eſſe equales. Sed conſtat ꝙ equalitas non eſt niſi diſtinctorum. ergo ⁊c̃.

cap.12. **In oppoſitum** arguit ꝑ eũdẽ Dam. in eodẽ. vbi a ꝓpoſito videtur ꝓbare oppoſitũ:ait nãqꝫ in ꝑncipio capĩi deus ſimplex eſt ⁊ icõpoſit⁹:qḋ aũt ex multis eſt ⁊ differẽtib⁹:cõpoſitũ eſt:ex q̄ ſequit deũ nõ icludere in ſe multa aut aliq̄ ex natura rei differentia:⁊ per conſequens nõ eſt in deo multitudo attributalium perfectionum.

Sco.primo ſent.d.8. q.1. **In hac queſtione** erunt duo articuli. Nam primo recitabo vnam famoſam opinionem cum ſuis motiuis primis ⁊ confirmationibus:⁊ dabo intellectum opinionis. ſecundo videbitur de veritate illius ⁊ eius qḋ queritur ſimul.

Eſt autem vna famoſa opinio que. d. ſic. Reſ̃deo ꝙ iter ꝑfectiões eſſentiales:nõ eſt tm̃ differẽtia rõnis hoc eſt diuerſoꝝ modoꝝ ꝯcipiendi idem obiectũ formale. talis eñ eſt diſtin. inter ſapiens ⁊ ſapiẽtiam et vtiqꝫ maior eſt inter ſapientiam et veritatem:nec eſt ibi tm̃ diſ. obiectorum formalium in intellectu:quia illa nunq̄ꝫ eſt in cognitione intuitiua niſi ſit in obiecto intuitiue cognito. Eſt ergo ibi tertia diſtinctio ꝑcedẽs itellectũ oĩ modo:et eſt iſta ꝙ ſapiẽtia eſt in re ex natura rei: ⁊ bonitas eſt in re ex natura rei. ſapiẽtia aũt in re formaliter non eſt bonitas in re. eſt ergo aliqua nõ idẽtitas formalis ex parte rei. Et intelligo ſic ꝙ intellectus cõponẽs iſtã. ſapientia non eſt formaliter bonitas:nõ cauſat actu ſuo collatiuo veritatem iſtius compoſitionis:ſed in obiecto inuenit extrema:ex quoꝝ cõpoſitione ſit actus verus.

¶ Hec cõcluſio probatur ab eis. Primo ſic. ſi infinita ſapientia eſſet formaliter infinita bonitas: ⁊ ſapiẽtia in cõmuni eſſet formaliter bonitas in cõmuni. infinitũ eñ non deſtruit formalẽ rationẽ eius cui additur:ſed ſapiẽtia in cõmuni nõ eſt formaliter bonitas in cõmuni: qꝛ diffinitio bonitatis in cõmuni nõ habet in ſe ſapiẽtiã: nec ecõuerſo ergo nec ſapiẽtia infinita eſt formaliter bonitas infinita. Scotus vbi ſupra

¶ Confirmatur. qꝛ bonitatis ⁊ ſapientie eſſent diſtincte diffinitiones:ſi ipſe eſſent diffinibiles. Diffinitio aũt non tm̃ indicat rationẽ cauſatã ab intellectu: ſed quiditatem rei.

¶ Scḋo diſtinctio emanationũ perſonarũ diuinarũ: neceſſario preſupponit diſtinctionẽ principiorũ. ſ. intellectus ⁊ volũtatis:non aũt preſupponit diſtinctionẽ rõnis: ſicut nec ens reale neceſſario preſupponit ens rõnis: preſupponit ergo aliquã diſtinctionẽ ex natura rei preuenientem. Aſſumptũ pꝫ: nã alias ſaluari nõ poſſet ꝙ filius ꝓcederet:vt natus ⁊ verum ⁊ naturaliter. ſpũs aũt ſanctus non ſic:ſed vt datus vt amor ⁊ libere: ſicut tñ docet fides noſtra: niſi eſſet aliqua diſtinctio intellectus ⁊ volũtatis ad intra.

¶ Confirmatur. niſi principia emanationũ ſint aliquo modo diſtincta ex natura rei:filius nõ habebit ex vi ꝓductiõis ſue:ꝙ ſit verbũ potius q̄ꝫ. ſ. ſ.

¶ Item quicquid vnius rõnis exiſtẽs põt eſſe principiũ ꝓducẽdi plura ſuppoſita in vna natura: non determinat ex ſe in rõne principij ad determinatã pluralitatẽ ꝓducendorum. pꝫ hoc tam in cauſa vniuoca q̄ꝫ equiuoca. ergo ſi eſt idẽ principiũ vtriuſqꝫ emanationis illud nõ determinat ex ſe ad certã pluralitatẽ emanationũ vel perſonarũ ꝓducendarũ. Si aũt illud nõ determinat ex ſe:cũ nõ ſit aliquid per qḋ poſſit determinari. ergo ſimpliciter erit poſſibile plura eẽ ſuppoſita ꝓducta: ⁊ ſic ergo ẽ neceſſariũ. ergo actu ſunt plures perſone ꝓducte q̄ꝫ due: qḋ eſt falſum. ꝙ autẽ nõ poſſit hmõi principiũ per aliquid determinari ad certum numerũ ꝓductiuũ probat: qm̃ aut hoc eſſet per aliquas relationes ꝓducentes: aut per ipſas ꝓductiones/ aut per relationes aliquas exiſtẽtes in ꝓductis. non põt dici primũ:qm̃ cum relationes ꝓducentes non ſint diſtincte ab actiuis ꝓductionibus ſi eſſentia diuina / vel illud principiũ determinaret ad actiuas ꝓductiões ꝑ relationes:ſequeretur ꝙ per ꝓductiones determinaret ad ꝓductiones:⁊ ſic aliquid determinaret ad aliquid ꝑ illudmet qḋ non eſt intelligibile. Nec per actiuas poteſt determinari ad paſſiuas:qm̃ ipſe ſunt correlatiue:⁊ relatiua ſunt ſimul natura:⁊ per ꝯñs vrum nõ determinat fundamentum ad reliquũ. Et per idẽ pꝫ ꝙ ſcḋm dici nõ poteſt. nec tertiũ.

¶ Tertio ſic de⁹ eternaliter intellexit eſſentiã inquãtũ vera:⁊ nõ intellexit eã inquãtum bona: ⁊ voluit eã inquãtum bona:⁊ nõ inquãtum vera. ergo in eſſentia diuina eternaliter fuerũt iſte rõnes formales veritatis ⁊ bonitatis diſtincte: ⁊ per ꝯñs ante oẽm opationẽ intellect⁹.

¶ Hanc concluſionẽ cõfirmat auctoritas prima que eſt Dam. que in principio queſtiõis inducta eſt. lib.1.c.4.

¶ Itẽ alia Aug. 8. de tri. ꝓbantis ꝙ due ꝑſone diuine nõ ſunt aliqd maius q̄ꝫ vna:qꝛ non ſunt aliqd verius:que ꝯña nulla videret: ſi eſſet tm̃ inter magnitudinẽ et veritatẽ diſtinctio rõnis. idẽ eñ eſſet/ac ſi ꝓbaret. eſt ſapiẽtia. ergo ſapiẽs. vel ecõuerſo. Cap.2.

¶ Itẽ Aug. cõtra Maxi. lib. 3. Si potes inquit deũ patrẽ intelligere eẽ ſimplicẽ:⁊ tñ bonũ ſapiẽtẽ ⁊ multas tales ꝑfectiones enumerãs q̄ꝫto magis vnus de⁹ põt eſſe ſimplex ⁊ trinitas:ita ꝙ tres ꝑſone nõ ſint partes vni⁹ dei.

¶ Iſtud argumẽtũ nihil valeret:ſi attributa tm̃ rõne differrẽt:cũ ꝑſone realiter diſtinguat. nõ eñi ſequit ꝙ ſi cũ ſimplicitate rei ſtat pluralitas aliquorũ ſola rõne diſtinctoꝝ ꝙ cũ eadẽ ſtet pluralitas realiter differentiũ.

¶ Hec cõcluſio ab alijs ꝯfirmat ſic. quarto de q̄buſcũqꝫ

Digitized by Google

ſimul idē predicatū reale vere affirmaꝛ ⁊ negatur: illa ex natura rei aliquo modo diſtinguūtur: nec ad hoc ſufficit diſtinctio rationis tm̄: alioquin nunꝗ̄ ꝑ hoc principiū: ⁊ ꝑ ꝯñs nec ꝑ aliud poſſet ꝯcludi aliqua eſſe realiter diſtincta. Sed de intellectu ⁊ volūtate idē p̄dicatū reale ſimul vere affirmatur ⁊ negaꝛ. dicimus enim ꝙ pr̄ dicit memoria ⁊ intellectu. nō dicit aūt volūtate ⁊ volūtate ſpirat: nō aūt intellectu. Itē intellectus dei intelligit: volūtas non intelligit. volūtas vult. intellectus non vult: ⁊ ſic de multis alijs. ❡ Quinto de⁹ intelligit pctā ⁊ mala culpe: ſed nō eſt neqꝫ vult pctā ſeu mala culpe. ergo eſſentia voluntas ⁊ intellectus in deo diſtinguuntur. ❡ Confirmaꝛ: qꝛ quādocūqꝫ due ꝓpoſitiones ſic ſe habēt: ꝙ vna eſt vera ⁊ reliqua falſa: neceſſe eſt aliquē terminū in vna poſitū diuerſum habere ſignificatū vel modum ſignificādi ab aliquo termino in altera poſito. Hoc patet: qꝛ cum ꝓpoſitio non ſignificet niſi ratione ſuoꝝ terminoꝝ: ſi termini vnius oīno eadē ⁊ eodē modo ſignificēt cum terminis alterius: ipſe penitus idē ⁊ eodē modo ſignificabunt: ⁊ ꝑ ꝯñs ſi vna erit vera ⁊ reliqua. et ecōtra. Sed he due. deus intelligit mala: deus vult mala. ſic ſe habēt ꝙ p̄ma eſt vera. ſecunda vero falſa. igiꝛ ⁊c̄. Sed cū vtriuſqꝫ ſint ſimiles termini: omnes p̄ter intelligit ⁊ vult: neceſſe eſt hos aut diuerſa aut diuerſo modo ſignificare: non ſignificant aut diuerſo modo: cū vtrūqꝫ ſit verbū: ⁊ eūdē modū habēt ſignificandi. ergo diuerſa ſignificant. ❡ He ſunt potiores rōnes ꝓ hac opinione: ⁊ in qb⁹ virtualiter quaſi cetere cōtinētur. verū quia in diuerſis locis iſte Doc. varie locutus eſt de iſta diſtinctiōe formali ex natura rei: aliqñ nominās eam diſtinctionē virtualē: aliqñ diſtinctionē ſm̄ qd: qñqꝫ aūt nō idētitatē formalē: ⁊ aliqñ dicēdo ꝙ ex parte rei eſt aliqua pluralitas ⁊ demōſtratio rōnū formaliū ⁊ qdditatū: quaꝝ vna non eſt alia. ꝑ. g. ꝙ formalitas ſeu rō qdditatiua ſapiētie exiſtens extra aīam in deo nō eſt formalitas bonitatis: ſed ſunt diſtincte ex natura rei. aliqñ aūt dixit ſapiētiā nō eſſe formaliter bonitatem: nec qdditatiue. et hāc. ſapiētia eſt bonitas: nō eſſe formalē ⁊ qdditatiuā in p̄mo dicēdi ꝑ ſe. Ex quo aliqui ſequaces eius dixerūt nō fuiſſe intētionis huius Doc. ponere aliquā multitudinē vꝉ pluralitatē formalitatū aut rōnū qdditatiuaꝝ extra aīam ex natura rei diſtinctarū in deo: ſed tantūmodo negare vnā de alia p̄dicari formaliter: vt ſic ly formaliter potius ſit determinatio cōpoſitiōis in ꝓpoſitiōe ꝙ̄ extremoꝝ: et ſyncathegoreuma quoddā. Et ꝙ arguēteſ cōtra eū in p̄mo ſenſu ꝓcedūt ex ignorātia intētionis dicti opinātis: ideo oſtēdā ꝙ ipſe poſuit ⁊ ponere habuit ꝯñter ad dicta ſua ꝙ in deo eſt quedā multitudo entitatū quas vocabat formalitates ⁊ rationes qdditatiuas ex natura rei actualiter extra aīam diſtinctarū: quaꝝ vna non eſt alia. ❡ Hoc patet p̄mo ex rōnib⁹ qb⁹ ꝓbat ſuam ꝯcluſionē: ⁊ p̄ſertim ex ſcd̄a qua conatur multipliciter ꝓbare ꝙ diuinarū emanationū nō eſt idē p̄ncipiū. ſed neceſſario diſtincta ex natura rei: que ſm̄ eū ſunt itellectus ⁊ volūtas. Si aūt nō ponaꝛ talis pluralitas entitatū quātūcūqꝫ iſta nō eēt formalis p̄dicatio itellect⁹ eſt volūtas: nō haberetur diſtinctio p̄ncipioꝝ quā q̄rit vt notū eſt. Itē ex rōne quā fundat ſup auctoritatē Aug. ꝯtra Maxi. in qua clare pꝫ eū velle ex dicto Aug. ꝯcludere ꝙ in deo eſt pluralitas taliū ꝑfectionū abſqꝫ detrimēto ſue ſimplicitatis: ſicut vera pluralitas ꝑſonarum ſtat cū ſimplicitate ſumma dei: qñimo ſm̄ eū Aug. ex p̄mo ꝯcludit hoc ſecūdū. nec ſufficit ad hoc pluralitas vel diſtinctio ſm̄ rationem tātum. ❡ Itē ſi iſte Doc. nō poſuiſſet ex intentione talē pluralitatē: ſed tātūmō itēdebat ꝙ p̄dicatio vnius de altero nō eſt formalis: vt qd oportuiſſet eū tot modis conari declarare ꝙ hmōi diſtinctio formalis ſtat cū ſimplicitate rei. Cū manifeſtū ſit ꝙ ſimplicitas nō niſi pluralitate ⁊ diſtinctione actuali vel potētiali tollaꝛ. ❡ Secundo idē ꝓbo ex p̄miſſis v̄bis eiuſdē doctoris. Nā in ꝯcluſione p̄allegata ſupius. d. ſic. iſta aūt nō idētitas formalis ſtat cū ſimplicitate dei: qꝛ hāc differētiā neceſſe eſt ponere inter eſſentiā ⁊ ꝓpͥetatē: ſicut ſupra diſti. 2. q. vlti. oſtēſum eſt: et tm̄ nō ꝓpter hoc poniꝛ eē poſitio in ꝑſona: ⁊ plura ibidem ſubdit ad ꝓpoſitū ſignificās talē eē diſtinctionē iſtā formalē: quale. d. ſe oſtēdiſſe eē iter eēntiā ⁊ ꝓpͥetatē in ꝑſona. Qualis aūt illa ſit ſm̄ ipm̄. pꝫ ex v̄bis ei⁹ li. 1. q. 2. diſt. ad quā remittit: que ſunt hic. primū ſuppoſitū realiter. i. ante oēm actū itellect⁹ hꝫ entitatē cōicabilē ⁊ entitatem incōicabilē: nō eſt aūt aliqua entitas ante oēm actū intellect⁹: ita ꝙ nec ꝑ actū itellect⁹ ſit cōicabilis: ⁊ alia entitas ſit de ſe incōicabilis. ſ. ꝙ ſibi cōtradicat cōicari niſi ante actū itellect⁹ ⁊ p̄ciſe aūt itelligere ſit aliqua diſtictio iter hāc entitatē ⁊ illā. ergo ⁊c̄. hucuſqꝫ v̄ba ei⁹. ❡ Itē diſti. 26. contra opinionē p̄poſitiui dicētis: ꝙ ꝑſone ſeipſis diſtinguuntꝛ: nec q̄rēdū eſt quo formaliter diſtinguantꝛ: cū ſint eque ſimplices vt eſſentia in ſua ſcd̄a rōne ꝯcludit: ſic ergo pr̄ nō ſeipo toto p̄mo diſtinguiꝛ: ſed aliquo qd̄ eſt in eo: ⁊ in fine q̄ſtionis r̄ndēdo ad rōnē p̄poſitiui ait. dico ꝙ verꝫ eſt: ꝙ ꝑſona eſt ſimplex ſicut eſſentia: ꝑſona tm̄ includit aliqua: quoꝝ vnū nō eſt formalr̄ alteꝝ: nō ita includit eēntia: ⁊ ideo ſe tota diſtinguiꝛ: lꝫ ꝑſona nō ſe tota diſtinguaꝛ ꝓpter eſſentiā q̄ cōis eſt: ſufficit eni talis non idētitas formalis in aliquo ad hoc vt vno diſtinguaꝛ ⁊ non altero. hec ipſe. ❡ Ex his pꝫ: ꝙ diſtinctio formalis quā ponit iter eēntiā ⁊ ꝓpͥetatē eſt diſtictio duaꝝ entitatū extra aīam: quaꝝ hec nō eſt illa. Dicit eni ꝙ in ꝑſona eſt alia et alia entitas: ⁊ ꝙ āte itelligere eſt diſtictio iter hāc ⁊ illā. ❡ Itē ꝙ ꝑſona icludit aliqua ⁊ ꝙ nō ſe tota diſtiguiꝛ: ſꝫ aliquo qd̄ eſt in ea. ⁊ ꝙ vno eoꝝ q̄ icludit diſtiguiꝛ ⁊ nō altero q̄ nequaꝗ̄ itelligi pōt: niſi deꝛ pluralitas ⁊ multitudo aliquoꝝ extra aīam in ipſa perſona. ❡ Ad hoc facit et aliud dictū ei⁹ in. d. 5. q. 2. vbi. d. ꝙ formalis rō diuine eſſentie nō eſt formalis rō relatiōis nec ecōuerſo. et eadem di. q. vlti. ait. Dico ꝙ in eſſentia diuina ante oēm actū intellect⁹ eſt entitas. a. ⁊ entitas. b. ⁊ hec formaliter non eſt iſta: ita ꝙ itellect⁹ pr̄is ꝯſiderās. a. ⁊ ꝯſiderās. b. hꝫ ex natura rei. vnde iſta cōpoſitio ſit vera. a. nō eſt. b. nō autem p̄me ex aliquo actu intellect⁹ circa. a. ⁊. b. ecce iteꝝ ponit entitatē ⁊ entitatē: ⁊ ꝙ hec formalis rō non eſt illa. formalis aūt rō ⁊ formalitas apud eū idē ſignificant. ❡ Itē ꝙ hec nō eſt vera. a. nō eſt. b. cōſtat aūt ꝙ hec nō eſſet vera: niſi. a. ⁊. b. eēnt due entitates. ex quo ⁊. a. eſt entitas. ⁊. b. eſt entitas ſicut dicit. ❡ Plura alia dicit in p̄allegatis q̄ſtiōib⁹: ⁊ ſimiliter in iſta diſtictiōe. 8. q̄ſtiōib⁹ quatuor. ⁊ illa. verū de⁹ ſit in gn̄e: ex qb⁹ manifeſte pꝫ ipm̄ ſenſiſſe qd̄ dictū eſt. Sed iſta ſufficiāt ad ꝓpoſitū p̄ſens: qꝛ ⁊ infra di. 13. hoc ipſum patebit.

Quantum ad ſecūdū articulū pono duas ꝯcluſiones. Prima eſt: ꝙ nulla perfectio attributalis ſeu nomie attributi ſignificata eſt in deo aliqua entitas parua vel magna ſiue dicaꝛ formalitas: ſiue rō qdditatiua: vel formalis: aut alio quouis noīe appellaꝛ extra animam diſtincta a diuinitate ipſa p̄ciſe ſm̄ ſe ſumpta. Secūda ꝙ nō ſunt in deo alique perfectiōes attributales iter ſe diſticte vel plures: quaꝝ hec nō eſt illa. Contra Sco. ❡ Primā ꝯcluſionē ꝓbo p̄mo ſic. ſumo ipſam diuinitatē p̄ciſe ſm̄ ſe: abſqꝫ alio aliquo quoquo modo ab ea diſtincto: aut ipſa eſt ſapientia aut non. Si ſic. ergo vel nulla ſapiētia vel ſapiētie formalitas eſt in deo diſtincta a diuinitate: qd̄ eſt ꝓpoſitū: vel in deo ſunt plures ſapientie: qd̄ eſt erroneū: qꝛ ſicut nō ſunt in trinitate plures eſſentie: ita nec plures ſapiētie. vt. d. Aug. 7. de trini. ⁊ idē ſentētialr̄ cap. 4. lib. 5. Si diuinitas non eſt ſapiētia cū deū eſſe ſapientem cap. 10. nullus nedū chriſtian⁹: ſed nec gentilis negauerit: ſequiꝛ

ꝙ deus nõ eſt ſua ſapiẽtia:qua ipſe ſapiẽs eſt:ſed hoc eſt
cap.6. falſum.dicẽte Aug.15.de tri.ipſe deus ſua eſt ſapiẽtia:q:
nõ eſt aliud ſapientia eius aliud eſſentia:cui hoc eſt eſſe:
qḋ ſapientẽ eſſe.Et eodẽ modo loquit̃ de bonitate ⁊ ma-
cap.11. gnitudine et ceteris.lib.5. ¶ Confirmat̃.quoniã ſm hoc
deus eſſet ſapiens ꝑ aliquã aliam enti tatem ſibi inheren
tem:et iuſtus ꝑ iuſtitiã:et bonus ꝑ bonitatem:que eſſent
in eo tãq̃ in ſubiecto ⁊ non eſſet ipſe. Et patet conſequen
tia.quia ex quo ipſe non eſt ſapiẽtia:ſi ſapientia nõ inhe-
reret illi:ſed eſſet ꝑ ſe ſtans ipſe vtiq̃ non eſſet ſapiẽs.Et
cap.5. idẽ iudiciũ eſt de ceteris. Sed vt.d.Augu.7.de trini.ne-
fas eſt dicere vt ſubſiſtat:et ſubſit deus bonitati ſue atq̃
illa bonitas non ſubſtãtia ſit vel potius eſſentia:neq̃ ipſe
deus ſit bonitas ſua:ſed in illo ſit tãq̃ in ſubiecto. ¶ Ad
hãc rationẽ forte diceretur iuxta cõmunẽ modũ rñdẽdi
defendẽtiũ illã opinionẽ.ꝙ deitas vtiq̃ eſt ſapiẽtia ſua:
ꝑ idẽtitatem ſeu idẽtice:⁊ ꝑ ꝯſequens non ſubeſt illi:cum
idẽ eidem non ſubſit:ſed non eſt ſua ſapientia formaliter.
¶ Contra.aut ꝑ hãc negatiuam vis dicere ꝙ diuinitas
non eſt formalitas ſapientie:neq̃ eadem ſibi.ſed alia ab
illa:⁊ tunc cũ formalitas ſapientie ſm iſtos non ſit aliud
q̃ ratio quidditatiua ſeu quidditas ipſa ſapientie:quam
exprimeret propria diffinitio ſapiẽtie:⁊ ſm Philoſophũ
T.c.20. 7.metaphyſi.et ſm veritatẽ quidditas rei nõ ſit aliud ab
ipſa:alioqñ diffinitio rei nõ exprimeret ipſam:ſed aliud:
qḋ iplicat:ſequit̃ ꝙ deitas non eſt ſapientia:ſicut non eſt
formalitas ſapientie:⁊ ꝙ ſicut deitas non eſt formalitas
ſapientie ꝑ idẽtitatem:eo ꝙ non eſt eadem ſibi:⁊ impoſſibi-
le eſt hoc eſſe illud ꝑ idẽtitatem niſi hoc ſit idem illi:vel ſi
hoc ſit diſtinctũ ab illo.alias poſſet dici ꝙ albedo eſt dul
cedo ꝑ idẽtitatem ſeu idẽtice:qḋ nõ eſt niſi abuti vocabu
lis:⁊ inintelligibiliter loqui:ſequit̃ ꝙ deitas nõ eſt ſapien-
tia ꝑ idẽtitatem:aut ſi eſt:non eſt tñ illa a qua diſtinguit̃:
⁊ ſic vt prius plures ſapientie erunt in deo:et rurſus iſta
ſapiẽtia diſtincta a deitate ſuperuacue ibi ponitur:et quo
deitas eſt quedã alia ſapientia:qḋ dicere nefas eſt:aut ꝑ
illã negatiuã nõ vis denotare talem diſtinctionem inter
deitatẽ et formalitatẽ ſapiẽtie:ſed tãtũmodo ſignificare
ꝙ iſta ꝑdicatio non eſt formalis:deitas eſt ſapientia:ita
ꝙ ly formalitas ſit determinatio cõpoſitionis:⁊ tunc ha-
bet̃ ꝓpoſitũ:quãtũ ad hoc ꝙ nulla pluralitas qualis di-
cta eſt ponitur in deo:quicquid ſit de illa ꝑdicatiõe an ſit
formalis vel nõ:quia de hoc nõ inquirit̃ ꝓ nũc. ¶ Secũ
do.aut formalitas ſapiẽtie ꝑciſe ſm ſe ſumpta eſt ipſa ſa
pientia aut aliquod intrinſecũ ſapientie:quaſi ſapientia
includat ſuã formalitatẽ ⁊ aliquid aliud:iuxta imagina
tionẽ aliquoꝝ diſtinguẽtium ſapientiã in formalitates ⁊
realitatem:tãq̃ intrinſeca ſibi:aut eſt aliquod extrinſecũ
ſapientie.vltimũ dici non poteſt:alias nec ſapientia et ſi-
mili ratione nec aliqua alia res eſſet ſua quidditas ſeu il
lud qḋ ipſa eſt:qḋ implicat contradictionẽ. Patet conſe-
quẽtia:qm̃ interrogati de aliqua re quid ipſa eſt:rñdet̃ ꝑ
diffinitionẽ eius:ꝑ ꝯſequẽs illud ipſa eſt qḋ ſignificat dif-
finitio. Sed per formalitatem ſm iſtos intelligitur ratio
quidditatiua quã ſignificat propria diffinitio rei. ergo ſi
res non eſt ſua formalitas non eſt illud qḋ ipſa eſt. Si au
tem detur primum vel ſecundũ niſi deitas ſit illa forma-
litas ſapientie:ſiue ſit realitas ſapientie ſiue nõ.ſequitur
ꝙ deitas non eſt ſapientia. ¶ Tertio.ad idem argui po-
cap.6. teſt per rationem Anſel.de incarnatione verbi.qua pro-
bat poteſtatem dei a deo non diſtingui.arguit enim ſic:
aut poteſtas eſt deo accidentalis:aut ſubſtantialis:non
accidẽtalis:quia cum omne ſubiectũ ſine accidente aut
eſſe aut intelligi poſſit:deus ſine poteſtate nec eſſe nec in-
telligi poteſt. Si vero ſubſtantialis eſt deo poteſtas:aut
eſt pars eius eſſentie:aut eſt idipſum qḋ eſt eius tota eſ-
ſentia:pars autem non eſt:quia ſupra dictũ eſt:ꝙ partes
habens actu vel intellectu eſt diſſolubile:quod omnino
eſt extraneum a deo.idem ergo eſt eſſentia dei ⁊ poteſtas
eius.hec ipſe. Sicut arguit de poteſtate:ita de ſapientia
⁊ iuſtitia argui poteſt. ¶ Si dicatur ꝙ poteſtas eſt deo
ſubſtantialis:vt ſubſtantiale diſtinguitur contra accidẽ-
tale:non autẽ vt accipit̃ pro eſſentiali vt diſtinguitur cõ-
tra quodlibet quod eſt extra quiditatiuam rationem ali-
cuius.ſic poteſtas non eſt deo ſubſtantialis. Iſtud nõ im
pedit rationẽ in aliquo:quia adhuc ſequitur ꝙ deus poſ-
ſit intelligi ſine poteſtate.cum res quelibet poſſit intelligi
ſine quocunq̃ extraneo ſue quiditati:⁊ certe qua ratione
poſſet intelligi ſine poteſtate:eadem ratione ſine bonitate
⁊ ſapientia ⁊ vita ⁊ intellectu ⁊ omni perfectione ſignifi-
cata per aliquod attributum:ſed hoc eſt abſurdum. Tum
quia ſm hoc diuinitas ipſa nõ eſſet aliqua perfectio eſſen
tialiter:quod eſt abſurdum cum aliqua creatura ſit eſſen
tialiter viua ⁊ aliqua eſſentialiter vita ⁊ intellectus.
¶ Item aliqua creatura eſt ſua poteſtas ⁊ ſua virtus:vt
calor qui eſt virtus ſua calefactiua:⁊ ſic de alijs.abſurdũ
autem eſt vt creatura ſit aliqua perfectio:⁊ deus non.
¶ Quarto ſic.ſi detur talis diſtinctio ſequitur ꝙ deus
non eo eſt ſapiens quo eſt deus:⁊ per conſequens neq̃ eo
quo eſt ſed alio ⁊ alio:patet quia diuinitate eſt:⁊ eſt deus:
ſapientia vero ſeu formalitate ſapientie que nõ eſt deitas
ſed alia ⁊ diſtincta ab illa eſt ſapiens:ſi ſic ſequitur vlteri-
us ꝙ deus non eſt omnino ſimplex:quod eſt erroneum.vt
patet extra de ſum.tri.⁊ fi.ca.firmiter. Et capitulo etiã
ſequenti.⁊ ſm omnes ſanctos ⁊ philoſophos. conſequen-
tia patet per Aug.7.de tri.vbi directe hanc concluſionẽ Cap. p̃io
ex intentiõe probat ſic dicens.ſi patri nõ eſt hoc eſſe quod
ſapere non ibi erit iam ſumma ſimplicitas ⁊ mox deſtruit
conſequens:ſed abſit inquit vt ita ſit:quia ibi eſt vere ſum
ma ſimpliciter eſſentia:ex hoc ſtatim nullo interpoſito in-
fert oppoſitum antecedentis.d.hoc ergo eſt ibi eſſe quod
ſapere:⁊ paulo poſt exponit qḋ dixit inconueniẽs. Quid
enim aliud dicimus:cũ dicimus hoc illi eſt eſſe quod ſa-
pere:niſi eo eſt quo ſapientia eſt hec omnia ita clare con-
tinẽt propoſitũ vt nulla ſit expoſitio neceſſaria. ¶ Quin-
to ſequitur ꝙ aliquid de deo dictum a ſe ſeu non relatiue
ſignificaret aliquid quod ipſa deitas in ſe haberet:⁊ illud
ipſa non eſſet. Nam ſapiens dicitur de deo ad ſe ⁊ ſignifi-
cat dei ſapientiam ſeu ſapientie formalitatem qua deus
ſapiens eſt:hanc autem formalitatem deitas habet.⁊ ſm
hypotheſim non eſt ipſa ergo ipſa deitas non eſt ſumme
ſimplex.patet conſequentia per Augu.11.de ciuita.dei.⁊ Cap.10.
allegatur eius dictum in.d.preſenti.ait enim. In quo pa
ter ad ſemetipſum dicitur non ad alterum hoc eſt quod
habet.ad ſemetipſum dicitur viuus habendo vitam:⁊ ea
dẽ vita ipſe eſt.propter hoc vtiq̃ natura dicitur ſimplex
cui non ſit aliquid aliud habere vel ꝙ poſſit amittere:vel
aliud ſit habens aliud quod habet. Et Iſido.vt etiã Ma
giſter allegat.deus dicitur ſimplex:quia non aliud eſt ipſe
⁊ aliud quod in ipſo eſt. ¶ Sexto ſi hec entitas non eſt il-
la:vt dicit ille. Doct.demonſtrata in ſubiecto formalita-
te ſapientie ⁊ in predicato ipſa diuinitate.ergo hec enti-
tas eſt creatura:⁊ ſic aliqua creatura eſt in deo ⁊ eterna:
que erronea ⁊ falſiſſima ſunt.conſequentia patet quia om
nis entitas que deus non eſt nõ eſt:creatura eſt.⁊ vt patet
per Auguſtinum primo de tri.vbi volens probare filium Cap.6.
dei eſſe verum deum probat primo ipſum non eſſe factũ:
et tunc arguit ſic.ſi factus non eſt:creatura nõ eſt. Si au-
tem creatura nõ eſt:eiuſdem cum patre ſubſtãtie eſt.om-
nis autem ſubſtantia que deus non eſt:creatura eſt:⁊ que
creatura non eſt:deus eſt:⁊ ſi non eſt filius eiuſdem ſub-
ſtãtie cuius eſt pater ergo facta ſubſtantia eſt ⁊c. accipit
autem ſubſtantiam pro eſſentia communiter vel entitate:
alias vt patet non ſufficienter probaret eum eſſe vnum

cap̄.14. cum patre deum. Item idem de moribus eccleſie. omne
inquit. qđ eſt aut deus aut creatura eſt. ¶ Septimo. idē
probo ex dictis ꝓprijs opinantis: ipſe nāq; in ſuis repoꝛ.
di.15.q.1. Pariſieñ. lib. 1. dicit expꝛeſſe ꝙ vita itellectualis ſeu in-
arti.4. tellectualitas eſt de ꝑ ſe quidditatiua et formali ratione
eſſentie diuine: et pꝛobat per hoc: quoniam qđ poteſt in-
quit idē eſſe alicui non eſt perfectiſſime in illo: niſi ſit de
ratione quidditatiua et ſit intrinſece ſibi idem. Intelle-
ctualitas autem perfectiſſime deo cōuenit. igitur ꝛc. er-
go intellectualitas ſm̄ eum non eſt formalitas diſtincta
a diuina eſſentia. et per conſequens nec intellectus aut
ſapientia aut aliquid huiuſmodi: alias nō perfectiſſime
deo conuenirent: vt ipſemet fatetur. ¶ Item diſtin. 45.
eiuſdem repoꝛta. in reſponſione ad ſecundam queſtionē
dicit ꝙ nunq̄ꝫ pꝛedicatio in abſtracto eſt vera: niſi ſit pri-
mo modo per ſe: et per conſequēs quidditatiua ſm̄ eum.
ergo vel illa non eſt vera: diuinitas eſt ſapientia: qđ nec
ipſe nec aliquis theologus diceret: vel eſt quidditatiua
et pꝛimo modo per ſe: ꝛ per conſequens ſapientia non eſt
alia formalitas a diuinitate. ¶ Hec concluſio pꝛobatur
auctoꝛitatibus adhuc pꝛeter allegatas in rationibus iā
cap̄.5. factis. ait enim Aug. 15. de trini. non enim percepit deus
ſapientiam qua eſſet ſapiens: ſed ipſe ſapiētia eſt. ¶ Itē
Grego. 16. moral. ſuper pſal. Qui autem nouerunt eum
ignoꝛant dies illius: ait ſic. Deus nāq; hoc eſt qđ habet:
eternitatem quippe habet: ſed ipſe eſt eternitas. lucem
enim habet. i. ſapientiam: ſed lux ſua ille eſt. claritatē ha-
bet: ſed ipſe eſt claritas ſua: non eſt ergo in deo aliud eſſe
cap̄.16. et aliud habere: huic concoꝛdat Anſel. monol. Si ergo
ſumma natura non eſt iuſta: niſi per iuſtitiam: nec iuſta
poteſt eſſe niſi per ſe. quid magis conſpicuū: quid magis
neceſſarium q̄ꝫ ꝙ eadem natura eſt ipſa iuſtitia? Et ſub-
dit. Quapꝛopter ſi queratur quid ſit illa ſumma natura
quid verius reſpondetur: q̄ꝫ iuſtitia? Sed conſtat ꝙ oēs
tales pꝛedicationes in abſtracto eſſent falſe poſita tali di-
ſtinctione formali: cum nihil ſit illud a quo diſtinguitur.
ergo. ¶ Confirmatur: quia tunc non pꝛopꝛie deus dice-
retur eſſe iuſtitia vel ſapientia: ſed habere iuſtitiam econ
tra clamante Anſel. vbi pꝛoximo ſumma natura nō pro-
pꝛie dicitur: quia habet iuſtitiam: ſed quia exiſtit iuſti-
tia. ¶ Ad hoc quoq; eſt auctoꝛitas Commenta. duodeci
Cōmē.39. mo metaphyſi. vbi dicit. ꝙ deus eſt ſapiens et viuus et
ſciētia et vita pꝛopꝛie dicuntur de eo: et infra dicit in eo-
dem commēto ꝙ in talibus pꝛedicationibus nullus mo-
dus eſt quo diſtinguatur pꝛedicatum a ſubiecto ꝛ diſpo
ſito extra intellectum: ſcilicet in eſſentia rei verba omnia
ȝ Sco. ſua ſunt. ¶ Secundam concluſionem pꝛobo pꝛimo ſic.
ſi eſſent tales perfectiones in deo diſtincte alique entita-
tes: deus non eſſet ſumme ſimplex. pꝛobo conſequentiā.
cap̄.17. pꝛimo ex intentione Anſel. monol. ſic arguentis. cū ſum-
ma natura nullo modo compoſita ſit: et tamen omni mo-
do tot illa bona ſit: neceſſe eſt vt illa omnia non plura: ſed
vnum ſint. idem ergo eſt quodlibet vnum eoꝛum quod
omnia: ſiue ſimul ſiue ſingula: vt cum dicitur iuſtitia vel
eſſentia: idem ſignificat ꝙ alia vel omnia ſimul vel ſingu-
la. Ex his patet ꝙ hac conſequentia vtitur Anſel. ſi ſum-
ma natura eſt ſimplex: illa bona non ſunt plura. ergo ex
oppoſito conſequētis ſi ſunt plura illa natura nō eſt ſim-
plex. ¶ Pꝛobatur etiam ratione: quoniā de ratione ſim-
cap̄.4. plicis inquantum ſimplex eſt: eſt non includere plura et
L.cō.7. non poſſe actu: aut etiam intellectu in plura diuidi: vt di-
Cō.37. cit Anſel. de incarnatione verbi. et Philoſophus. 9. me-
taphyſi. ca. de vno. et Commen. 12. meta. dicit ꝙ ſimplex
abſolute ſignificat indiuiſibile actu ꝛ potentia. ergo ſi ali
quid eſt diuiſum in plura / ſeu ſi eſt plura: quoꝛum ſcili-
cet nō quodlibet eſt ipſum / nec aliquid vnum: indiuiſum
omnino eſt quodlibet illoꝛum. hoc enim modo tantum ve
re dicitur aliquid eſſe diuiſum in plura. vnde non obſtan
te ꝙ deus eſt trinitas perſonarum: non tamen diuiſus eſt
in perſonas: cum quelibet ſit ipſe ꝛ ipſe omnino indiuiſus
quelibet eſt earum. Si ergo inquā aliquid eſt diuiſum ip-
ſum nō eſt ſimplex: ſed ſi ſit talis multitudo perfectionum
diuinarum extra animā: cōpꝛehendens illas eſt diuiſum
in illas. ergo illud non eſt ſimplex. Quid autem poteſt di-
ci illas in ſe compꝛehēdere: niſi deus? deus ergo non erit
ſimplex. Niſi foꝛte ad hoc dicatur: ꝙ licet quelibet a qua
libet alia ſit diuiſa: quelibet tñ eſt ipſe deus / vel aliquod
vnum in ſe indiuiſum eſt quelibet illarum: ſicut dicimus
de perſonis que inter ſe diſtincte exiſtētes ſunt diuinitas
et vna ſimplex eſſentia dei. Sed iſtud opinio iſta dicere
nō poteſt: vt ſtatim patebit. Et q̄ꝫuis aliquis hoc diceret
irrationabiliter loqueretur. Nam ſm̄ hunc modū in qua
libet perſona eſſet vere trinitas: immo quaternitas: immo
et millenarius non minoꝛis inter ſe diſtinctionis q̄ꝫ ſit di-
ſtinctio perſonalis trinitatis: quod abhoꝛreret auris hu-
mana. Et patet conſequentia: q: non minoꝛ eſt diſtinctio
abſolutoꝛum / q̄ꝫ relationum: vnde ꝛ doctoꝛes cōmuniter
refugiunt aſſignare diſtinctionē perſonarum per aliqua
abſoluta. Et pꝛeterea cur ſapientia non erit vnum ſuppo
ſitum ꝛ iuſtitia aliud: ꝛ ſic de ceteris. ¶ Tertio pꝛobo cō
ſequentiam ex dictis opinantis: ꝛ ſumo. verbi gratia ſa-
pientiam ꝛ iuſtitiam. iſte per te diſtinguuntur: aut ergo
ſe totis pꝛimo / aut non ſe totis pꝛimo. Si ſe totis pꝛimo.
ergo per opinantem. 26. di. cōtra pꝛepoſitiuum ſunt pri-
mo diuerſa ꝛ non aliquid idem entia. Sic enī arguit ipſe
de perſonis ad inuicem contra illum. ꝛ ſi ſic. ergo in ſe cō-
pꝛehendens ſapientiam ꝛ iuſtitiam non eſt ſimplex: quo-
modo enim ſimplex eſt quod plura includit: quoꝛum vnū
non eſt alterum / nec ipſe ſunt aliquod idem quod ſit ſin-
gulum eoꝛum: ſic enim quodlibet compoſitum poſſet di-
ci ſimplex. Si vero non ſe totis pꝛimo: ꝛ tamen diſtinguū
tur. ergo ſm̄ tuam argumentationem aliquo ſui ſapien-
tia eſt eadem iuſtitie: et alio aliquo ſui diſtinguitur. et
iuxta modum loquendi aliquoꝛum huius opinionis di-
citur ꝙ eſt eadem ſua realitate ꝛ diſtinguitur pꝛopꝛia foꝛ
malitate. Et tunc quero de formalitate quam ponis di-
ſtinctam a realitate: an ſe tota pꝛimo diſtinguatur a ſua
realitate: ꝛ tunc ſapiētia non erit in ſe ſimplex: aut aliquo
ſui tantum ꝛ aliquo alio ſui diſtinguitur: ꝛ erit procede-
re in formalitatibus formalitatum in infinitum. Nec po-
teſt dicere ꝙ ſapientia ſe tota pꝛimo ſit eadem realiter et
ſe tota pꝛimo diſtincta formaliter: quia ſic ei dicet pꝛepo-
ſitiuus ꝙ vna perſona ſe tota pꝛimo eadem eſt alteri eſſen
tialiter et ſe tota pꝛimo ab ea eſt diſtincta perſonaliter: et
non concluderet iſte contra illum pluralitatem aliquam
intrinſecam in perſona: vt intendit. ¶ Ad hanc rationem Sco. d.5.
dupliciter videtur reſponderi ex dictis opinantis. Pri- q. vltima.
mo quidem ꝙ non omnis pluralitas facit compoſitio- d.8.q.4.
nem: ſed pluralitas illoꝛum tantūmodo: quoꝛum vnum T.c.16.
eſt potentiale reſpectu alterius: ſicut habetur ex. 8. meta.
In pꝛopoſito autem nulla formalitas eſt potentialis: ſed
quelibet ſumme actualitatis. ergo non componunt.
¶ Secūdo dicitur ꝙ vitatur compoſitio ꝛ ſaluatur ſim-
plicitas. vbi tales entitates / vel formalitates habēt ſum-
mam et perfectam idētitatem inter ſe: quia idem non cō-
ponit / nec aggregatur cum ſeipſo. hoc autem contingit:
vbi huiuſmodi formalitates ſunt infinite. Nam pꝛopter
infinitatē rationis quicquid pōt eſſe cū ea eſt idem ſibi.
¶ He reſponſiones ſententialiter ponuntur ab eo. di.5.q.
vltima ꝛ di.8.q.4. Sed neutra ſufficit. non quidē pꝛima:
quoniam ꝛ ſi per illā foꝛte vitaretur compoſitio: nō ſalua
tur tamen ſimplicitas: quia vt pꝛobatum eſt nihil inclu-

Digitized by Google

deus plura modo premiſſo eſt ſimplex:tantoq; plus a ſim
plicitate recedit quanto illa incluſa minus faciunt vnũ.
Conſtat autem ꝙ minus faciunt vnum plura:quorum
quolibet eſt in actu et nullum in potentia reſpectu alte
rius:ꝗ ea quorum vnum eſt in potentia ad aliud:ſicut
minor eſt vnitas ſolius aggregationis ꝗ compoſitio
nis vere:vt ipſe etiam fatetur.diſtinctione.2.q.vltima.
¶ Secunda etiam reſponſio non valet:quoniam aut il
la infinitas permittit ſecum aliam diſtinctionem vel plu
ralitatem formalitatum:ſeu taliũ entitatum:et tunc non
ſaluat ſimplicitatē:vt patet ex dictis ¶ Quod etiã con
firmatur ex dictis eius:ponit enim ꝙ realitas generis et
realitas differētie in ſpecie nõ cõpoſita ex diuerſis rebus
qualis eſt albedo aliquo modo cõponũt adinuicē:⁊ ſpēs
talis ē cõpoſita aliquo modo:quomodo ſm eũ repugnat
ſumme ſimplicitati:vt deo eſſe compoſitũ:⁊ tamen ſm eũ
diſtinctio tantũ formalis eſt generis ⁊ differētie:vt patet
di.2.q.vltima.⁊ di.8.in illa.q.vtrũ deus ſit in genere. Et
li.2.di.3.q.6.ait.illa infinitas nullã pluralitatē aliquorũ
permittit ſecũ:tunc habeo propoſitũ ⁊ ipſe recedit a pro
prio dicto. ¶ Ad hanc etiã concluſionē probãdã bene po
teſt applicari ratio Anſel.de incarnatione verbi. quã fa
Cap.6. cit contra quēdã dicētē tres perſonas eſſe tres res diſtin
ctas:earũ tamen eſſe vnã voluntatē ⁊ poteſtatem:ſed pro
pter breuitatem omitto. ¶ Auctoritatibus confirmat cõ
cluſio. Ait enim Aug.6.de tri.ꝙ in deo eadē eſt bonitas
Cap.7. que ſapientia ⁊ magnitudo:⁊ eadem veritas que illa oia:
⁊ nõ eſt ibi aliud beatũ eſſe:⁊ aliud magnũ eſſe:aut ſapiē
tem aut verum aut bonum eſſe aut omnino ipſum eſſe.
Cap.5. ¶ Item.15.de tri.vna inquit eadēq; res dicitur:ſiue dica
tur eternus deus:ſiue immortalis:ſiue incorruptibilis:ſi
ue incommutabilis:itaq; cũ dicitur viuens ⁊ intelligens
quod eſt vtiq; ſapiens hoc idē dicetur non enim percepit
ſapientiam qua eſſet ſapiēs:ſed ipſe eſt ſapiētia. Et licet
vita eadēq; virtus ſiue potētia eadēq; ſpecies qua potēs
atq; ſpecioſus dicitur. Et infra eodē.c. hec quatuor ſcili
cet vita ſapientia potentia ſpecies non equalia diuidēda
ſunt.nomina enim quatuor:res autem vna eſt. Nec valet
dicere ꝙ Augu.non dicit ea eſſe vnam formalitatem:ſed
vnam rem.dicendum ꝙ verum eſt ꝙ non vtitur hoc voca
bulo formalitas:quoniam nec ſuo tempore forte erat in
vſu ad hanc ſignificationē:in qua iſte doc.vtitur. Sed in
ſententia idē dicit:cum tales predicationes in abſtracto
det:que nõ poſſunt eſſe vere ſtāte mutua formalitatis di
ſtinctione ſeu entitatum earum que per predicatum ⁊ ſub
iectum importantur:quod etiam iſte doc. habet cõcede
re:vt eſt oſtenſum ſuperius. ¶ Ad hoc eſt alia autoritas
Aug.in primo dialogo ad ſeipſum qui dicitur inquiſitio
nes de trinitate.ibi enim inter cetera interrogat ſic:an ali
quid diſtet in deo eſſe viuere ⁊ intelligere poſſe: Et reſpõ
det nullatenus aliud eſt in deo eſſe ⁊ aliud intelligere:vel
aliud viuere ⁊ aliud poſſe:quia deus eo ipſo quo eſt viuit
⁊ eo quo intelligit poteſt:⁊ eo quo poteſt eſt:quia ſimplex
diuinitas ⁊ natura vnum habet eſſe viuere ⁊ intelligere ⁊
omnino poſſe:ſed non ita eſt in nobis dum aliud eſt in no
ſtra natura viuere aliud intelligere aliud poſſe. In deo ve
ro hec omnia vnum atq; idem ſunt. Ad hoc etiã eſt inten
Cap.17. tio Anſel.moſ. ¶ Ad ratiões opiniõis reſpondeo. ¶ Ad
Sco.p.li. primã dico ꝙ ita poſſet argui contra eum dicendo:ſi infi
c.8.q.1. nita ſapientia eſſet realiter infinita bonitas:ſapientia in
communi eſſet realiter bonitas in communi:quod conſe
quens eſt falſum vt ſuum.⁊ conſequentia probatur ſicut
ſua:quia infinitas ſicut non deſtruit formalem rationem
eius cui additur:ſic nec realitatem deſtruit. ¶ Reſpon
deo tamen ad rationem negando conſequētiam que etiã
ſm dicta eius habet inſtantiam. Nam dicit ꝙ ſumma eſ
ſentia ideſt diuina eſt formaliter vita intellectualis ⁊ in
tellectualitas infinita.ergo eſſentia eſt formaliter intelle
ctualitas infinita ⁊ vita infinita:nec tamen eſſentia in cõ
muni eſt formaliter vita vel intellectualitas in commu
ni:⁊ ſimiliter de alijs poſſet poni exemplum.non enim in
conueniens eſt aliquid eſſe de ratione inferioris quod nõ
eſt de ratione ſuperioris:nec ex hoc deſtruitur ratio ſupe
rioris.et per hoc patet ad probationem illius. ¶ Ad con
firmationem dicendum:ꝙ loquendo de diffinitione di
cente quid rei:ſi diffiniretur ſapientia diuina diffinitio
eius eſſet diffinitio bonitatis:⁊ econuerſo.quicquid ſit de
diffinitionibus dicētibus quid nominis vtriuſq; ſm pre
ſentem inſtitutionem. ¶ Ad ſecundam mihi eſt leue re
ſpondere:qui non do aliquod principium emanationum
preter ipſas perſonas:vt patet in precedenti di.patet eñ
diuerſitas principiorum per hoc ꝙ ſolus pater eſt princi
pium filij:pater vero ⁊ filius ſunt principium ſpiritus ſan
cti.⁊ ſm hoc ꝙ vnus procedit ab vno.alter a duobus:aſ
ſignat rationem Augu.15.de trinitate quare filius eſt na Cap.27.
tus et verbum:non autem ſpiritus ſanctus:ſed eſt datus
et donum.⁊ ſimiliter Anſel.moſ.vtrum tamen hec ſit ſuf Cap.55.
ficiens ratio:an poſſit ſufficiētior aſſignari.videbitur di.
13. ¶ Secundo ſi detur principium quo:vt communiter
datur:adhuc ratio non valet. vnde negabo tunc antece
dens:quoniam non impoſſibile eſt diuerſarũ productio
num idem eſſe principium:ſicut patet ꝙ voluntas diuina
ſm iſtum doc.eſt principium ſpiritus ſancti ⁊ principiũ
creaturarum. ¶ Item noſtra voluntas principiũ eſt di
uerſorum actuum.lux quoq; principium illuminationis
⁊ calefactionis:⁊ innumera exempla poſſent ad idem da
ri. ¶ Ad id quod dicitur non poſſe ſaluari ſine diſtinctio
ne principiorũ:ꝙ filius naturaliter:ſpiritus vero ſanctus
libere producatur:dico ꝙ hoc non impeditur ex vnitate
principij:quoniam ⁊ idem principium aliquorum poteſt
eſſe principium naturale aliquorum liberum.patet de vo
luntate noſtra.⁊ ſimiliter deus pater generat naturaliter
⁊ cauſat libere:⁊ ſi voluntas ſit principium ſpiritus ſan
cti vt vult iſte doc. adhuc neceſſario erit principiũ eius
⁊ libere ⁊ contingenter principium creature. aſſumitur
autem ⁊ vnum falſum ſcilicet ꝙ ſpiritus ſanctus non na
turaliter producatur:vt infra patebit. Cur autem filius
verbum non autem ſpiritus ſanctus:puto non eſſe nobis
comprehenſibile in vita iſta de lege communi:ſiue pona
tur talis diſtinctio principij:ſiue non:vt infra dicetur.
¶ Ad aliam probationem dico:ꝙ ſicut illa natura ex ſe
determinata eſt ad tot ſuppoſita:ita ad tot productiones
nec alia cauſa querenda eſt:nec alia poteſt dari. ¶ Ad
tertiam rationem dico:ꝙ non video in quo ſenſu illud an
tecedens poſſit eſſe verũ:niſi forte in vno.videlicet ſi ly in
quantum teneatur ſpecificatiue:ita ꝙ ſpecificet rationẽ
dicentem quid nominis boni et veri:et denotetur predi
catum eſſe de ratione illius cui additur:et de illo predi
cari in primo modo dicendi per ſe et de alio non ſic:ſicut
diceremus ꝙ homo inquantum vnus:eſt indiuiſus:⁊ nõ
inquantum animal:eo ꝙ indiuiſum primo ⁊ per ſe verifi
cetur de vno:quoniam ponitur in ratione vnius et non
de animali:cum in eius ratione non cadat. Sic ergo in
hoc ſenſu:quia ſm vnum modum diffiniendi nomina pre
dicta intelligibile cadit in ratione veri:⁊ non in ratione
boni.econtra vero diligibile in ratione boni:et non in ra
tione veri. Unde hec videtur per ſe in primo modo:ſm
ꝙ in talibus poteſt perſeitas inueniri:verum eſt intelli
gibile. Et ſimiliter iſta.bonum eſt diligibile:et ſm hoc cõ
cedendo antecedens:neganda eſt conſequētia:ſicut ⁊ hec
neganda eſt.homo inquantum vnus eſt indiuiſus:et non
inquantũ animal ⁊ inquãtũ aial eſt ſubſtãtia:⁊ nõ iquãtũ

Digitized by Google

vnius. ergo in homine ſunt ex natura rei diſtincte ratio-
nes aīalis ⁊ vnius: cum vnū nullam entitatē / vel forma-
litatem penitus addat ſupra entitatē: que dicitur vna: vt
T.c.3. patet. 4. meta. atq; .10. et infra probabitur. di. 24. q. 1. Si
T.c.7.8. vero non ſic accipitur: antecedens negandū eſt: qꝛ in nul-
et.9. lo alio ſenſu de virtute ſermonis habet veritatem. ¶ Ad
lib.1.c.4. auctoritatem Dam. dico: ꝙ ſi iuxta ſonū accipitur ſeque-
retur pluſq; iſte velit concludere. vez ꝙ ſapiētia eſt natu-
ra diuina: ſed aliquid circa ipſam. dicit aūt iſte ꝙ ſapien-
tia eſt natura diuina per idētitatem: et per cōſequens eſt
ipſa: et non circa ipſam. Dicendum ergo ꝙ non intendit
Dam. ꝙ talia nomina ſignificent aliqua exiſtentia in deo
a dei natura diſtincta: ſed intentio eius eſt ꝙ iſta ſm for-
mam vocis videntur ſignificare non ipſam naturam: ſed
aliqua circa ipſam: qꝛ ſic etiam ſignificant in nobis: licet
autem ſic videatur: tn̄ non eſt ita. ¶ Et hec reſponſio con
firmať per Aug. ſimiliter loquētem ⁊ ſe ſtatim exponētē.
Cap.5. 15. de tri. vbi ait. Si dicať. deus eternus / imoꝛtalis / incoꝛ-
ruptibilis / immutabilis / viuus / ſapiēs / potēs / ſpecioſus /
iuſtus / bonus / beatus / ſpiritus: hoꝛum oīm nouiſſimum
quod poſui. ſ. ſpiritus quaſi tantūmodo videtur ſignifica-
re ſubſtantiā. Cetera vero huius ſubſtātie qualitates: ſed
nō eſt: ita in illa ineffabili ſimplicię natura: quicquid eni
ſm qualitates illic dici videtur: ſm ſubſtantiā / vel eſſen-
tiam eſt intelligendum. abſit eni vt ſpiritus ſm ſubſtantiā
dicatur deus: ⁊ bonus ſm qualitatem: ſed vtrūq; ſm ſub-
ſtantiā. ſic omnia cetera que cōmemoꝛauimꝰ. ⁊ in fine. c.
dicit. ꝙ in deo idem eſt iuſtum eſſe quod bonū quo bea-
tum idēq; ſpiritum eſſe quod iuſtum ⁊ bonū ⁊ beatū eſſe.
Quod vero inducitur ex Dam. dicēdum eſſe metaphoꝛi-
ce dictum: nec dictum eſſe pelagus eſſe infinitum ꝓpter
infinitam / vel aliquātam multitudinem perfectionum di-
ſtinctarū in deo: ſed ꝓpter vnice perfectionis ⁊ ſubſtātie
Cap.2. infinitatē. ¶ Ad auctoꝛitatē Aug. de. 8. de tri. dicendū ꝙ
ad illud ſufficit diſtinctio cōceptuū reſpondentiū his no-
minibus verū magnum: que tn̄ eſt alia ꝙ̄ diſtinctio boni
ſapiens ſapientia: vt patebit in. q. ſequēti. Nec propter il-
lam argumentationem opoꝛtet ponere aliquā diſtinctio-
nem veritatis et magnitudinis in deo: neq; hoc intendit
Cap.2. Aug. quod ptz ex eo quod ait ibidem. nō eni illi maioꝛ eſt
que verioꝛ non eſt. vbi eſt ipſa trinitas magnitudo: quia in
eſſentia veritatis hoc eſt verū eſſe quod eſt eſſe: ⁊ hoc eſt
eſſe quod eſt magnum eſſe ⁊c̄. ¶ Ad rationem ſumptam
lib.3. ex dicto Aug. contra Mari. dico primo: ꝙ ita deducitur
ad probandum tātam diſtinctionem eſſe attributalium
perfectionū: quāta eſt diuinarum perſonaꝝ adinuicem.
Quod iſte doc. vt puto non vellet cōcedere. ¶ Reſpon-
deo tn̄ ⁊ dico: ꝙ Aug. non fecit predictam cōparationem
attēdens maioꝛem / vel minoꝛem diſtinctionē perſonarū
abinuicem: ꝙ̄ bonitatis ⁊ ſapientie patris: ſed attendens
maioꝛem ⁊ minoꝛē ſimilitudinem ad eſſe parem ⁊ cōpo-
nere. certū enim eſt ꝙ in creaturis tales perfectiones ma-
gis habent rationem partis ⁊ cōponibilium ꝙ̄ ſuppoſita
ſubſiſtentia: ⁊ tamen in deo non componunt / nec ſunt par-
tes. Multo ergo minus per ſe ipſe ſunt partes / aut cōpo-
nunt: ⁊ iſtud expꝛeſſe patet intuenti: ibi verba Augu. que
recitare ꝓpter breuitatem omitto ponūtur aūt a Magi-
ſtro di. 19. pꝛimi libꝛi. c. non eſt aliqua trium perſonarum.
in fine. ¶ Ad quartū pꝛimo dico: ꝙ per illam rationē pa-
riter probaretur ꝙ diſtinguerentur realiter ſic arguēdo.
de quibuſcūq; idem predicatū reale ⁊c̄. illa diſtinguūtur
realiter. ¶ Et ſi dicas ꝙ ſufficit diſtinctio foꝛmalis: tunc
tibi dicetur: ſicut ⁊ tu dicis ꝙ tūc non poterit probari ali-
qua diſtingui realiter / aut plus ꝙ̄ foꝛmaliter. Et iterum
alius dicet eadem facilitate ꝙ ſufficit diſtinctio ratiōis.
Reſpōdeo tn̄ ad rationem ꝙ qualitercūq; maioꝛ habeat
veritatem (quia de hoc in. 3. diſt. videbitur) minoꝛ eſt fal-
ſa. Et dico ꝙ ſicut eſt verum dicere ꝙ diuinus intellectꝰ
intelligit: ita eſt verum ꝙ eius voluntas intelligit: ⁊ ſicut
voluntas vult: ita intellectus vult: ꝙ̄uis tales predicatio-
nes intellectus vult: voluntas intelligit: non ſint per ſe in
pꝛimo modo: quod tn̄ non infert aliquā diſtinctionem in-
tellectus et voluntatis ex natura rei: et ſilr̄ dico de alijs.
vnde ſi iſta ſit vera: pater dicit memoꝛia / vel dicit intelle-
ctu: quod ego nō habeo concedere: niſi memoꝛia / vel intel-
lectus ſtaret appꝛopꝛiate pro patre: quia non do princi-
pium quo aliud a principio quod. Si tamē inq̄ illa eſſet
vera: hec eſſet etiam vera: pater dicit voluntate ⁊ ecōtra.
Si iſta detur: pater ſpirat voluntate: hec etiam eſſet dan-
da: ſpirat intellectu: quia intellectus et voluntas in deo
ſunt idipſum omnino ex parte rei. ¶ Preterea. Cur ta-
lia non conceſſerim: cū cōcedam ꝙ voluntas creata intel-
ligit / ſeu homo intelligit voluntate ⁊ vult intellectu ꝓ-
pter idētitatem intellectus ⁊ volūtatis in eo. ¶ Ad quin-
tam dico pꝛimo: ꝙ ſi ratio illa aliquid valeret: ita proba-
ret diſtinctionē realem intellectus ⁊ voluntatis: ſicut foꝛ-
malitatum. niſi ad placitum quis loquatur. et tamen il-
lud tu non concedis. Reſpondeo tamen negando conſe-
quentiam: que etiam nullam habet apparentiam ex foꝛ-
ma. cum nec ſubiecto / nec predicato conueniant: licet in
vna parte conueniant predicati. Ad rem autem vlterius
eundo dico: ꝙ eadem entitas indiuiſa omnino et ſimpli-
ciſſima in deo eſt intellectio ⁊ volitio / atq; eſſentia: eſt ta-
men aliquoꝛum obiectiue intellectio: quoꝛum ipſa nō eſt
volitio: et quoꝛum non eſt eſſentia. Nam nullius creatu-
re ipſa eſt eſſentia: et tamen cuiuſlibet ipſa eſt intellectio:
et omnium intelligibilium / ſiue bonoꝛum / ſiue maloꝛum
eſt intellectio. Nec tamen eſt maloꝛum volitio. Ex hoc
autem nō ſequitur aliqua diſtinctio inter intellectionem
dei et eius volitionem extra animam: quia cuiuſcūq; di-
uina intellectio eſt intellectio eiuſdem diuina volitio: et
ſimiliter diuina eſſentia eſt intellectio: et cuiuſcunq; di-
uina volitio eſt volitio eius: eiuſdem diuina eſſentia ⁊ di-
uina intellectio eſt volitio: et cuius diuina eſſentia non
eſt eſſentia: eiuſdē nec intellectio / nec volitio diuina eſt
eēntia. Exēpla patēt tā in deo ꝙ̄ in creaturis. Cōſtat eni
ſm omnes ꝙ vnica itellectione oīno indiuiſa nouit deus
tam preterita ꝙ̄ futura: et per conſequens dei preſcien-
tia et dei intellectio ſunt idipſum omnino a parte rei: ⁊ ta-
men hoc non obſtante illa intellectio aliquoꝛum eſt intel-
lectio: quoꝛum ipſa non eſt preſcientia: puta preteritoꝛū:
quoꝛum tamen intellectio eſt intellectio. etiam eoꝛūdem
preſcientia eſt intellectio: et quoꝛum preſcientia non eſt
preſcientia: nec eoꝛum ipſa intellectio eſt preſcientia. In
creaturis vero certū eſt ꝙ itellectio qua. verbi gr̄a. Soꝛ-
tes nouit lapidem: eſt aliqua eſſentia: que nullatenus a
ſeipſa eſt diſtincta: ita ꝙ abſq; vlla diſtinctiōe a parte rei
illa intellectio eſt illa eſſentia: et illa eſſentia eſt illa intel-
lectio: et tamen illa eſt intellectio lapidis: et non eſt eſſen-
tia lapidis. ¶ Ex his patet ad confirmationem dicendū
eſſe ꝙ illa maioꝛ ſit vera accipiendo ſignificare commu-
niter etiam ad conſignificare: alias non: vt patet in exem-
plis adductis. ¶ Ex quibus etiam poteſt argui contra
aliam opinionem. Et vlterius concedendum eſt ꝙ hoc
verbum diligit: aliquid connotat: quod non connotat
hoc verbum intelligit. et ſimiliter aliud connotat hoc no-
men volitio quod non connotat hoc nomen intellectio:
connotant enim volitio et dilectio: et ſimiliter vult et di-
ligit bonum: ſcilicet exiſtens vel apparens. Nam nomi-
ne volitionis in communi intelligimus conſenſionem in
bonum vel apparens bonum: ſicut preſcientia conno-
tat futurum: quod tamen non connotat nomen intel-
lectionis. Et quia omne quod deo apparet bonum: eſt
bonum: vtiq; ſequitur: deus diligit malum. ergo malum

Digitized by Google

eſt bonum:quia vero nomen intellectionis illud non connotat:non ſequitur. de⁹ intelligit malum.ergo malū eſt bonum.tota ergo cauſa quare vna illarum eſt vera ⁊ reliqua falſa eſt diuerſitas terminorum quantum ad connotata:non autem diuerſitas horum que ſignificant in deo: ſeu pro quibus ſupponunt illa nomina intellectio dei ⁊ volitio dei. Quod diuerſitas in connotando ſi tolleretur ita ꝙ per nouam inſtitutionem eſſent nomina nullatenus connotatiua:aut idipſum vnum connotaret quod aliud ⁊ econuerſo vel vtraqȝ illarum eſſet vera:vel vtraqȝ falſa: ſicut etiam per nouam inſtitutionem fieret:vt nomen preſcientie non connotaret futurum:neqȝ aliquid quod non conotat nomen intellectionis:nec econuerſo aliquid connotaret nomen intellectionis:quod non etiam connotaret nomen preſcientie:tūc ſicut hec eſſet vera. deus intelligit preterita:ita hec foret vera. deus preſcit preterita:⁊ ſic ad ibidem. ¶ Ad rationem principalem queſtionis ſupra reſponſum eſt. ¶ Ad confirmationē autem dico:ꝙ non ait Aug. illa eſſe equalia:ſed dicit ipſa non eſſe inequalia: vt ſupra patet in auctoritate eius adducta pro concluſione
ſ.de tri. c.ſ. ſecunda. Sicut ergo idem nō eſt ſibi inequale:ſic nec iſta. Et ſi alibi diceret huiuſmodi eſſe equalia exponenda eſt per iſtud dictum ſuum:vt intelligatur ꝙ non ſunt inequalia:nec vnum alio perfectius:neqȝ moueat quod pluraliter dico iſta ⁊ perfectiones attributales ⁊ huiuſmodi cū ſm veritatem non ſint plures:ſed vnica perfectio tantum Extenſo enim nomine ſeu vocabulo vſus ſum:ſicut ⁊ Anſel. cum ait. vt ſupra allegatum eſt cū ſumma natura nullo modo compoſita ſit:⁊ tamen omni modo tot illa bona ſit:neceſſe eſt vt illa omnia non plura:ſed vnū ſint. Ecce dicit ꝙ eſt tot illa bona:⁊ tamen omnia illa non ſunt plura:⁊ per conſequens non ſunt tot. dicitur ergo illa natura eſſe omnia illa bona ⁊ tot:quia bonum illud eſt quod ſignificant illa omnia:⁊ tot illa nomina ⁊ quodlibet illorum:et
ca.17. hunc intellectū ipſe premiſit in principio capituli illius. Sic interrogans. Quid ſi ergo illa ſumma natura tot bona eſt:erit ne compoſita tā pluribus bonis:an potius nō ſunt plura bona:ſed vnum bonum tam pluribus nominibus ſignificatū. Et hāc ſecūdā partē ipſe acceptat primā reijciēs in verbis proxime allegatis:⁊ idē dicit Magiſter in iſta diſtinctione cap. hic diligenter notandum eſt.

¶ Diſtinctionis octaue. Queſtio. ii.

SEcundo circa hanc diſtinctionē quero vtrum perfectiones attri-
ca.17. butales diſtinguantur. ¶ Arguo ꝙ non auctoritate Anſ. moſ. dicentis: quēadmodum itaqȝ vnum eſt quicquid eſſentialiter de ſumma ſubſtantia dicitur:ita ipſa vno modo vna conſideratione eſt quicquid eſt eſſentialiter. nō ergo ſm aliā ⁊ aliā rationem eſt iuſtitia ⁊ ſapientia:ſed ſm eandem.

In oppoſitum arguitur:quia ſi nō diſtinguerentur ratione:tūc nō poſſent immediate duo attributa iungi:aut aliquid immediate iungi nomini dei ſine nugatione. conſequens eſt falſum: nulla enim nugatio eſt ſi dicatur. de⁹ fortis. deus ſapiēs aut aliquid ſimile. Similiter nec ſi dicatur iuſta voluntate dei hoc vel illud factum eſt:⁊ tamen duo attributa immediate iunguntur.

Reſpondeo premittendo quid nominis aliquorum terminorum:ſcȝ attributi. rationis attribuibilis perfectiōis attributalis. ¶ Attributum
Attributū quid ē. voco nomē de deo ⁊ de omnibus perſonis ſimul:⁊ de qualibet ſigillatim predicabile vocale vel ſcriptū denotans quodlibet de quo dicitur eſſe tale quale vnicuiqȝ melius eſt eſſe:qȝ nō tale eſſe iuxta intellectū in precedēti. d. arti. primo q̄ſtiōis i ſolutiōe rōnis tertie opi. ibi recitate. Per primam particulam excluduntur nomina notionalia de deo dicta. per ſecūdam excludūtur talia. creator premiator ſummum:⁊ multa ſimilia. ¶ Per rationem attribui- Rō attri-
bilem intelligo rationem / ſeu cōceptum aie explicantem buibilis
quid per attributū ſignificatur. ¶ Perfectionē vero at- quid eſt.
tributalem voco entitatem quā ſignificat principaliter et Perfe-
pro qua ſupponit abſtractum attributū de deo dictum. ctio attri-
¶ Secundum hoc erunt quatuor articuli. In primo vi- butalis
debitur de queſito. In ſecundo videbitur vtrum attribu- quid eſt.
ta diſtinguantur ratione. In tertio vtrum quodlibet attributum predicet̄ in quid de deo ⁊ de alio attributo. In quarto vtrum attributum abſtractum ⁊ eius concretum dicta de deo ſint ſynonyma.

Quantum ad primum premitto vnā diſtinctionem de diſtingui ratiōe. Aliqua enī poſſunt diſtingui ratione : qȝ ipſa ſunt rationes / ſeu conceptus diſtincti. Et iſto modo non intelligitur queſtio:qȝ perfectio attributalis nō eſt ratio / nec cōceptus aie : ſed vna ⁊ ſumma res eternaliter exiſtēs. Alio modo poſſunt aliqua dici diſtingui ratione:quia eorum ſunt proprie rationes diſtincte:ita ꝙ ratio vnius nō eſt ratio alterius nec econuerſo:⁊ iſto modo etiā queſtio non eſt dubia. ſuppoſitis his que in precedenti queſtione dicta ſunt. vcȝ ꝙ non ſit aliqua diſtinctio extra animam inter perfectiones attributas / ſeu attributales:⁊ ꝙ non ſit niſi vnica et indiuiſa / aut ſimplex perfectio omnibus attributis ſignata. ſic enim non ſunt aliqua : quorum vnius ratio non ſit ratio alterius:ſed vnicum eſt:cuius ſunt omnes huiuſmodi rationes ſi plures ſint. Tertio aliquid poteſt dici diſtingui ab aliquo ratione:quia ei⁹ ſunt plures rationes: ⁊ ipſum ſm vnam differt a ſeipſo ſm aliam:ſic ꝙ extrema talis diſtinctionis non intelligātur eſſe ipſe rationes: nec aliqua aggregata ex rationibus illis : ſed ipſamet res extra preciſe diuerſis huiuſmodi rationibus importata differat a ſeipſa.quēadmodum multorum verba doctorum ſonare videntur in iſta materia:⁊ in alijs. ¶ Et in hoc ſenſu intelligo queſtionē. Ad quā reſpōdendo pono cōcluſionē negatiuam. ⁊ probo generaliter ꝙ impoſſibile eſt aliquam rem ſic a ſe ratione diſtingui. ¶ Primo ſic. ſi aliqua res primo diſtingueretur ratione a ſeipſa : aliqua ratio eſſet eius que non eſſet eius:conſequens eſt impoſſibile. conſequētia declaratur:qȝ omne quo aliquid diſtinguit̄ ab aliquo eſt propriū illi quod diſtinguitur: ⁊ nō eſt cōmune ſibi ⁊ illi a quo diſtinguit̄:hoc eſt euidens ex ſe. ſi ergo aliquid diſtinguitur ratione : aliqua ratio erit ſibi propria / vel eius:que non erit illius a quo diſtinguitur:et ſi diſtinguatur a ſeipſo illa ratio erit eius ⁊ non erit eius. vnde ſignata illa ratione per quā diſtinguitur a ſeipſo: verū erit dicere. hec ratio eſt huius: ⁊ hec etiā erit vera : hec ratio non eſt huius. eodē penitus demonſtrato per ſubiectum et predicatum vtriuſqȝ. iſte aūt ſunt cōtradictorie: et per conſequens p3 impoſſibilitas cōſequentis. ¶ Scdo ſic. qd̄ diſtinguit̄ ⁊ a quo diſtinguit̄ ſunt diſtincta ⁊ hoc vniuerſaliter verū eſt in oībus:qȝ oē diſtinctū a diſtincto eſt diſtinctū. Si ergo aliqua res diſtinguatur a ſeipſa: qualitercūqȝ diſtinguatur ipſa eſt aliqua diſtincta: cum ipſa tunc ſit qd̄ diſtinguitur: ⁊ a quo diſtinguitur. Si autē eſt aliqua diſtincta ipſa aliqua plura : et non preciſe vnum. Alioquin aliqua diſtincta eſſent preciſe vnum: ⁊ per ꝯñs non eſſent diſtincta: quia de ratione vnius eſt eſſe indiuiſum in ſe. ergo ſi aliqua res diſtinguitur ratione a ſeipſa: ipſa eſt aliqua plura:ſed hoc impoſſibile: qȝ aut eſſet plures res / aut plura entia rationis:non plures res:cum ſupponatur eſſe vna: ⁊ vt tollatur oīs calumnia ſupponatur ꝙ ſit ſimplex. ¶ Item quia tunc diſtingueretur a ſeipſa re ⁊ non ratione tātum:vt ſupponitur:nec plura entia rationis : quia ens reale non eſt aliquod ens : nec aliqua

Digitized by Google

entia rationis:nec etiam per intellectum ens reale tranſmutari poteſt in ens rationis nec fieri ens ratiõis. ¶ Itẽ cum illa ſola diſtinguãtur que ſunt plura:⁊ ſola entia rationis ſint plura per reſponſionẽ ſola entia rationis erunt diſtincta:⁊ per conſequẽs nõ res. ¶ Et ſi dicatur ꝙ non eſt plura entia ratiõis:nec plures res realiter:ſed plures ſm rationẽ. ¶ Cõtra:aut intelligitur ꝙ eſt plures res ſm rationẽ ⁊ nõ realiter:quia ſcilicet ante operationẽ anime nõ ſunt plures res:ſed per animã vel anime operationem fiunt plures:aut quia nõ ſunt plures:ſed iudicantur eſſe plures. Primũ nõ poteſt eſſe:quia intellectus vnam rem nõ poteſt multiplicare in plures res. Si ſecundum dicatur:nihil valet:quoniã ſi iudicat pluralitatẽ vbi nõ eſt:iudiciũ falſuʒ eſt:⁊ per conſequẽs falſe ponitur talis diſtinctio rationis vnius rei a ſeipſa. ¶ Sed forſan dicetur aliter ſcilicet ꝙ eſt plura entia rationis:non quidem formaliter:ſed obiectiue ideſt non plures rationes:ita ꝙ ipſa res ſit ratio hec ⁊ illa:nec eſt plures res in eſſe reali:ſed tantũ in eſſe obiectiuo:quia ſcilicet eſt obiectiuũ pluriũ rationuʒ vel conceptionũ. Et ſm ꝙ eſt obiectũ vnius eſt aliud a ſeipſa:ſm ꝙ eſt obiectum alterius. ¶ Cõtra:aut intelligis ꝙ eſt plura obiectiue ideſt plura obiecta ſic ꝙ obiectũ vnius cõceptus nõ eſt obiectũ alterius: aut eſt plura obiectiue ideſt obiectũ pluriũ cõceptuũ:nõ tamẽ eſt aliud obiectũ vnius cõceptus ab obiecto alterius:ſed ideʒ. Si primo modo:aut ipſa res preciſe eſt obiectũ conceptus:⁊ tũc cũ res ſit vna tantũ:nõ erũt plura obiecta:aut nõ ipſa res preciſe eſt obiectũ conceptũ:⁊ tunc cum res ſit vna tãtum:nõ erũt plura obiecta:aut nõ ipſa res preciſe eſt obiectũ:ſed aliquid aliud factum in ipſa ab intellectu:quicquid ſit illud ſimul cũ ipſa re eſt obiectum:vel illud aliud ſolũ eſt obiectũ:⁊ quodcũqʒ horum duorũ detur cũ ſoluʒ ſit plura in eſſe obiectiuo:per reſpõſionẽ ſequitur ꝙ ipſa res preciſe:nõ diſtinguitur a ſeipſa:ſed tñ illa entia facta per intellectũ circa rẽ:vel aggregata ex illis diſtinguunt. Si ſecũdo modo tũc nõ eſt aliqua pluralitas:niſi in cõceptibus vel rationibꝰ:⁊ per cõſequẽs ipſi ſoli diſtinguunt ⁊ nõ res a ſeipſa. ¶ Preterea. Nullis rationibus res ipſa ſit nõ ipſa.ergo nullis rationibus res ipſa ſit alia a ſeipſa. Et vltra.ergo nullis rationibꝰ ipſa res ſit diſtincta a ſeipſa.cum ergo ſine rationibus non ſit diſtincta a ſeipſa per rationes:etiã nõ eſt diſtincta per rationes a ſeipſa cũ rationibus. Antecedẽs patet ⁊ vtraqʒ etiã cõſequẽtia probatur:qm̃ ſequitur:hec res eſt diſtincta a ſeipſa.ergo eſt alia a ſeipſa:⁊ vltra ergo illa nõ eſt ipſa. ¶ Sed dices ad antecedẽs ꝙ verũ eſt ipſum intelligẽdo ſic.ꝙ nullis rationibus res ipſa ſit nõ ipſa ſm rem:vt Sortes nõ ſit per rationẽ non Sortes realiter. Sed ꝙ per rationẽ res aliqua fiat nõ ipſa ſm rationem:nõ eſt incõueniẽs. vnde vna res ſm vnã rõnẽ ẽ nõ ipſa ſm aliã rõnẽ. ¶ Cõtra.cũ dicis res ſm rationẽ:aut ſumis rẽ ⁊ rationẽ ſimul:⁊ hoc tantum dicis nõ eſſe ipſam ſm aliã rationẽ ideſt aliud totũ congregatũ ex illa ⁊ alia ratione qualitercũqʒ intelligi poſſit cõgregatio illa. Et in hoc ſenſu verũ eſt quod dr̃ propter alietatẽ rationũ implicatarũ:ſed ſic nõ eſt reſponſio ad argumentũ:nec contra hoc inducitur. Aut ſumis rẽ ipſam preciſe ſm ſe:que illis ratiõibus cõſideratur:⁊ tũc eſt ſenſus ꝙ res conſiderata vna ratione eſt:nõ ipſamet cõſiderata alia ratione:qui ſenſus eſt falſus ex toto:cũ eadẽ res pluribus conſiderationibus ⁊ rationibus poſſit concipi:⁊ ſic ſupponitur in propoſito. ¶ Preterea. Cũ dicitur ꝙ vna res diſtinguitur ratiõe a ſeipſa:aut intelligitur diſtingui ratione ideſt a ratione tanqʒ ab agente diſtinguente:ſicut dicimus ꝙ intellectus diſtinguit aliqua abinuiceʒ:⁊ hoc modo impoſſibile eſt aliquam rem per intellectum vel ab intellectu non ſolum realiter:ſed etiam obiectiue diſtingui a ſeipſa:quis intellectus rem vnam poſſit diſtinguere ab alia:⁊ vnam in ſeipſa diſtinguere ſcilicet vnam eius partem ab alia vt vnam medietatem continui ab alia:et materiã a forma:⁊ omnis res que ſic in ſe vere per intellectũ diſtinguitur:vere in ſe eſt compoſita.nulla tamen per intellectum a ſeipſa diſtinguitur ſiue ſimplex:ſiue compoſita:ſic ꝙ ipſa tota ſit quod diſtinguitur:⁊ ipſa tota ſit a quo diſtinguitur:aut intelligitur quod diſtiguitur ratione ideſt per rationẽ:tanqʒ per formale diſtinctiuũ. Et hoc poteſt intelligi dupliciter. Vno modo tanqʒ diſtinctiuuʒ intrinſecum:ſicut vna res per ſuam formã ſubſtãtialem diſtinguitur ab alia:vel per aliquã eius partem intrinſecã:⁊ hoc modo etiã eſt impoſſibile rẽ aliquã ſm ſe diſtingui ratione a ſeipſa.cum ratio non ſit intrinſeca rei. Alio modo poteſt intelligi diſtingui ratione tanqʒ diſtinctiuo extrinſeco:ſicut dicimus ſubſtantiam diſtingui ab añte:vel qualitatẽ a ſubſtãtia. Et hoc etiã modo impoſſibile eſt rẽ vnam diſtingui a ſeipſa ratione:quia quecũqʒ diſtinguũtur ſic per extrinſeca diſtinctiua:neceſſe eſt diſtigui eſſentialiter:ſiue ſeipſis primo:ſiue aliquo ſui:ſic ꝙ nõ preciſe per illa extrinſeca diſtinguuntur. hoc patet:quoniaʒ ſi in vna ſubſtantia ſint plures qualitates:vt ſupra dicebatur non ex hoc ipſa diſtinguitur qualitate vel qualitatibus a ſeipſa:quoniã qualitas diſtinctiua:non eſt communis illi quod diſtinguitur:⁊ illi a quo diſtinguitur:ſed alteri tantum propria:ſed vtiqʒ vna ſubſtãtia diſtinguitur per ſuaʒ qualitatem ab alia ſubſtantia quadã:⁊ hec que diſtinguitur eſt eſſentialiter alia ſubſtãtia ab ea a qua diſtinguitur. Si ergo res aliqua diſtinguatur ratione ab aliqua re hoc modo:neceſſe eſt ſic diſtincta ratione eſſe inter ſe diſtinctas res:⁊ per conſequens impoſſibile eſt vnam rem a ſeipſa ratione diſtingui. ¶ Ex his vt videtur ſufficiẽter patet:ꝙ nulla vna res extra animã ratione diſtinguitur a ſeipſa:⁊ ꝙ perfectio attributalis non diſtinguitur a perfectione attributali ratione:cum perfectio attributalis ſit vna res extra animaʒ:⁊ non ratio nec rationẽ includẽs:⁊ non ſunt plures alique entitates extra animam:que ſunt perfectiones attributales:vt patet ex precedẽti.q. Quelibet etiam rationum adductarum ad probandum generaliter nullam rem diſtingui ratione a ſeipſa poteſt per ſpeciales terminos ad hoc probanduʒ de perfectione attributali ſpecialiter fieri. ¶ Quinto ſic.nulla res diſtinguitur a ſeipſa modo aliquo:propter cauſationem:quarumcunqʒ rerum in ipſa vel circa ipſaʒ.ergo nulla res diſtinguitur modo aliquo a ſe:propter quaſcunqʒ cõceptiones vel rõnes ꝑ intellectũ formatas de ipſa ꝯña tenet ꝑ locũ a maiori.magis enim videretur ꝙ res diuerſe facte in aliqua vna re:⁊ diuerſe actiones reales deberent rem facere illam modo aliquo differre a ſe:qʒ conſiderationes anime.tum quia tales res facte in illa:ſunt ſubiectiue in illa:rationes autem non ſunt in illa re ſubiectiue:ſed in anima:tum quia realis actio magis eſt apta ⁊ tranſmutare ⁊ diuididere rem qʒ conſideratio noſtra: vnde propter noſtrum affirmare vel negare res non mutatur:antecedens patet:quia ſi ſit aliqua ſubſtantia habens in ſe duas qualitates diſtinctas:quis ille qualitates diſtinguãtur abinuiceʒ ⁊ aggregata ſimiliter:ipſa tamen ſm ſe preciſa a qualitatibus non diſtinguitur a ſe:quia nec realiter cum ſit vna res numero indiuiſa que eſt vtriuſqʒ ſubiectum:nec ratione tantum:tum quia ille qualitates non ſunt rationes ſed res:et per conſequẽs diſtingui per illas non eſt diſtingui per rationes. Inſuper quia ſicut nihil per rationem diſtinguitur ab aliquo realiter:ſic nihil per rem diſtinguitur ab aliquo ratione:tum quia diſtinctio rationis non eſt preter operationem anime:ſed tales qualitates ſunt in illa ſubſtantia preter operationem anime:eſto ꝙ nunqʒ conſideretur.ergo per illas ipſa non diſtinguitur ratione:⁊ per conſequens nullo modo.

Digitized by Google

¶ Item q: eſto ꝙ vna res videatur pluribus viſionibus: licet viſiones ille abinuicē ſint diſtincte: ipſa tñ nō diſtinguitur viſione a ſeipſa: ita etiam dato ꝙ vna res cōcipiatur pluribus rationibus ipſa non diſtinguiť ratione a ſeipſa. Sed ille ratiões tñ mutuo diſtinguiť. ¶ Preterea. Nullū ens ratiōis diſtinguitur re/ vel ſm rem/ vel ꝑ rem a ſeipſo. ergo nulla res diſtinguitur ente rationis/ vel ratione/ ſeu per rationē a ſeipſa. conſequētia ſatis eſt apparens: qm̄ nō minus res eſt ipſa: ꝙ̄ ens rationis eſt ipſum. nec illud ſibi eſt magis idem ꝙ̄ illa ſibi: ⁊ ſicut eſſe idem/ vel diuerſum re: eſt ꝓprium rei ⁊ entis realis: ſic eſſe idē vel diuerſum ratione ꝓprium eſt entis rōnis: quare ſicut ſe habet diſtin. re ad ens rōnis: ſic diſting. ratione ad rem ⁊ ens reale. ¶ Contra iſtam aūt pōt dubitari: primo quidem ex intentione philoſophi. 4. meta. qui dicit: ꝙ ens ⁊ vnū ſunt idem ⁊ vna natura: ſed nō vt vna ratione oſtēſa: vbi vult ꝙ ſunt vnū re: ſed non rōne: ſed diuerſa. ¶ Item d. ibidem de cauſa ⁊ principio idēq; de igne ⁊ elemēto in 10. vt ſupra inductum eſt. ¶ Scdo pħs. 3. phyſic. vult expreſſe ꝙ idē actus numero ſm rem: ſed diſtinctus ſm rōnem eſt actio ⁊ paſſio: ⁊ per ꝯn̄s eadem res a ſeipſa diſtinguitur rōne. vnde ait. ꝙ agere ⁊ pati idem eſt: nō tñ tanꝙ̄ rationē eſſe vnam: qđ quid erat eſſe dicentē. Et ſatis cito poſt declarans ꝙ non vna ratione idē. ait ꝙ eſt huius: vt in hoc ⁊ ꝙ huius ab hoc actū eſſe: ratione alterū eſt: agere ergo ⁊ pati idē actus eſt ſm rem: ſed alter ⁊ diuerſum ſm rationem. ¶ Item Cōmen. 10. meta. d. ꝙ in his que ſunt forma nō in materia: diſpoſitio ⁊ diſpoſitū reducūtur ad vnum in eſſe: ⁊ duo in cōſideratione ſunt. ergo vna res eſt duo diſtincta ratione/ vel cōſideratione. ¶ Item ſubdit. intellectus eſt natus eſt diuidere adunata in eſſe in ea: ex quibus cōponuntur aliqua. ergo ſunt vnū in re: ⁊ tñ intellectus diuidit illa: ⁊ ꝯſtat ꝙ nō diuiſiōe reali. ergo rōnis. ¶ Itē iuxta finē cōmēti. d. ꝙ eſt magna differētia inter ea q̄ differūt in itellectu et ī eſſe: q̄ differūt ī itellectu tñ. vbi innuit ꝙ aliq̄ ⁊ re ⁊ rōne differūt: ⁊ q̄dā rōne tñ: ⁊ talia neceſſario ſunt vna res que tñ ratione differunt: ⁊ talem differētiam ⁊ multitudinem. ſ. ſm rationem tñ. d. in deo eſſe. vnde ait. multiplicitas. ergo in deo non eſt: niſi ī intellectu differentia non in eſſe. ¶ Ex quibus pꝫ ꝙ aliqua res habēs plures rationes cōſiderata ſm vnā rationem differt a ſeipſa cōſiderata ſub alia rōne: ⁊ non differt realiter: vt conſtat. ergo rōne. ¶ Item pꝫ ꝙ talis diſtinctio ⁊ multitudo rationum eſt in deo ſine diſtinctione aliqua ex natura rei. Alia poſſent induci ad eādem ꝓbādā: ſed ex ſolutione predictoꝝ patebit reſpōſio ad cetera que poſſent adduci. ideo ⁊c̄. ¶ Ad primū dicēdum ꝙ iſte dictiōes. ens ⁊ vnum poſſunt dupliciter accipi. Vno modo ſm ꝙ ſupponunt perſonaliter ⁊ ſignificatiue: ⁊ ſic verum eſt ꝙ ſunt vna natura. eadem eſt natura eſt ens ⁊ vna: ſed ſic non differūt ratione plus ꝙ̄ ens ⁊ ens vnū ⁊ vnū: verū tñ illius nature poſſunt eſſe plures rōnes: quarū vna non eſt alia. Et ſm vnam illarū rationum natura illa dicitur vna. Sed ſm aliā ens hoc/ vel illud: ſic ꝙ diſtinctio eſt inter rationem: non autē nature ipſius a ſeipſa. Alio modo poſſunt accipi: vt. ſ. ſupponant materialiter pro ſeipſis: et tunc eſt ſenſus ꝙ ſunt vna natura. i. ſignificant vnam naturam: ſm tñ diuerſas rationes exprimentes quid nominis vtriuſq;: ⁊ per hoc non ſunt ſynonyma: ⁊ hoc modo videtur Philoſophus intelligere: quod pꝫ. tum q: ſtatim ad ꝓbationem dicti ſui ſuperius allegati. ſubdit. Idem eſt vnus homo ⁊ homo ⁊ non diuerſum aliquid oſtendit: ſm dictiōem repetitā. tum quia Cōmen. ibidem ſm hūc intellectum ſemper exponit. vnde ait. exponendo verba Philoſophi allegata. i. cōſideratio aut de eo quod ſignificat vnum ē iſtius ſciētie: etiam quoniā vnum ⁊ ens aut ſignificat idem oīb9 modis: ſcilꝫ diffinitione ⁊ ſubiecto,

L.c.3. (beside "dem ex intentione philoſophi")
L.c.3. (beside "vnū ſunt idem")
L.c.2. (beside "vbi vult")
L.c.21. (beside "10. vt ſupra")
L.cō.2. (beside "rationē eſſe vnam")
Cō.19. (beside "rationem. ¶ Item Cōmen.")
L.c.3. (beside "detur Philoſophus")
Cō.3. (beside "ſm dictiōem repetitā")

aut vtrūq; conuertitur ſuper alterum ⁊ cōſequitur illud: q: ſignificat eandem naturam ſubiecto ⁊ duas diffinitiones ſicut primum ⁊ cauſa. ¶ Item infra ⁊ neceſſe eſt: vt vnum ⁊ ens ſignificent eādem naturā non duas naturas diuerſas. Et infra. Nos dicimus ꝙ ſignificant eandem eſſentiam: ſed modis diuerſis. Et ſic ſemper de his terminis ſm ꝙ ſunt ſignificātes loquitur: ⁊ non de re ſignificata: ⁊ hos terminos. d. differre ratione: quod vtiq; verum eſt: non aūt rem ipſam ſignificatam per eos eodem modo dicēdum de principio ⁊ cauſa de igne ⁊ elemento. ¶ Ad aliud de agere ⁊ pati patet per idem: qm̄ vel agere ⁊ pati ſupponunt perſonaliter: ⁊ tūc concedendum eſt. ꝙ idem actus eſt agere ⁊ pati/ ſiue actio ⁊ paſſio: nec ipſe a ſeipſo differt ratione: ſed eius ſunt plures rationes abinuicem diſtincte: vna ſm ꝙ eſt actus agentis: alia ſm ꝙ eſt actus patiētis: ita ꝙ diſtinctio tñ eſt vnius rationis ab altera: non autem rei cuius ſunt/ ſiue quā ſignificāt a ſeipſa/ vel ſupponunt materialiter: ⁊ tunc non ſunt idē actus: ſed ſignificant eūdem actum: ſm tñ rationes diuerſas: et hoc modo poteſt concedi ꝙ differunt ratione: qm̄ ratio ſm nomen vnum nō eſt illa ratio que eſt ſm aliud nomen: ſic tamen ſemper remanet ꝙ illa res: nec re/ nec ratione differat a ſeipſa: ſed rationes abinuicē: ⁊ nomina ſimiliter ſeipſis ⁊ rationibus differant ſm ſenſum datum ſuperius: et hec eſt intentio Philoſophi ſicut patet per Cōmenta. T.2 com.
ibidē. qui. d. ſuper illo verbo prius allegato. intelligimus 21.⁊.22.
cum dicimus hoc: ꝙ actio et paſſio ſunt idem ſm ſubiectum: ⁊ duo ſm diffinitionem. Et in cōmēto ſequēti. vbi Philoſophus. d. quod ſupra allegatum eſt: ſcilicet ꝙ eſſe actum huius ab hoc ⁊c̄. eſt ratione alteꝝ: exponit Cōmē. Cō.22.
ꝙ diffinitio eorum eſt diuerſa. Ex quibus patet ꝙ pluralitas ⁊ diſtinctio eſt ſolum inter ipſas rationes. ¶ Eodē modo dicendum eſt ad aliud de. 2. phyſico. ſi induceretur. Similiter ad illud de. 4. quod etiā patet ibi per Cō- Cō.121.
menta. in hoc ſenſu exponētem. vnde ait. ⁊ diuiſio ⁊ adunatio ſunt vnius eſſentie: ⁊ differunt ſm diffinitionem: q: diffinitiones eorum ſunt contrarie. ¶ Ad auctoritates Cōmen. ex. 12. meta. dicendum: ꝙ hec nomina diſpoſitio Cō.19.
et diſpoſitum ſunt equiuoca. Nam aliquando diſpoſitio ſignificat aliquā rem extra animam perficientem aliam rem formaliter: ⁊ res perfecta per illam vocatur diſpoſitum: ⁊ ſic non accipit in propoſito Cōmenta. quod patet: tum quia diſpoſitio et diſpoſitum hoc modo non ſunt in deo ſm ipſum ⁊ ſm veritatem: cum nulla talis diſtinctio extra animam ſit in deo: vt ibidem. d. et tamen in deo ponitur diſpoſitio ⁊ diſpoſitum. vnde. d. cum fuerit diſpoſitio conſiderata ⁊ diſpoſitum in eis: que non ſunt in materia ⁊c̄. ⁊ conſtat ꝙ loquitur de deo: tum quia ante in predicto cōmento negat in hoc ſenſu diſpoſitiones a deo: reprobans maurorum opinionem: vt ibi patet. ¶ Alio modo diſpoſitio ſignificat predicatum: ⁊ diſpoſitum ſignificat ſubiectum alicuius propoſitionis: et hoc modo vtitur frequenter Commenta. his vocabulis diſpoſitio ⁊ di- Cō.19.
ſpoſitum: ſicut patet in cōmēto eius ſuper libro priorum: patet etiam in eodem cōmen. allegato. vnde ait. cum intellectus cōponit aliquā propoſitionem ex diſpoſitione ⁊ diſpoſito: in talibus rebus ſcilicet que nō ſunt in materia ⁊c̄. Conſtat autem ꝙ intellectus non cōponit propoſitionem niſi ex terminis: non autem ex rebus extra. ¶ Item antecedentia di. ibi quando fuerit diſpoſitio conſiderata et diſpoſitū in eis que non ſunt in materia: tunc reducuntur ad vnam intentionem oībus modis: ⁊ nullus modus erit quo diſtinguatur predicatum a ſubiecto ⁊ diſpoſito. Ecce ꝙ pro eodem ponit ſubſtantiuū ⁊ diſpoſitū. ſic ergo Commenta. in propoſito accipit diſpoſitionem ⁊ diſpoſitum pro predicato ⁊ ſubiecto propoſitionis: ⁊ in ſpeciali loquitur de ꝓpoſitiōe: in qua de deo predicať terminus

Digitized by Google

concretus verbi gratia deus eſt viuus: deus eſt ſapiens: et eſt intentio eius: q in huiuſmodi propoſitionibus ſubiectum et predicatū ſupponūt pro omnino eodem ex parte rei: ſub alia tamen et alia ratione: ita q predicatum et ſubiectum differūt ratione: et nō ſunt nomina ſynonyma: et quia ſupponūt pro eodem ex parte rei. di. q reducuntur ad vnum in eſſe. ¶ Et ſimiliter cum ſubdit. iſta eſt eſſentia ſcilicet que non eſt in materia cum fuerit accepta ſm q eſt poſita: et fuerit diſpoſita aliqua diſpōne ſcilicet ſicut dicitur ſubiectum diſponi per predicatum: tunc diſpoſitio et diſpoſitum vnum erit in predicatione id eſt vnū de alio predicatur: et ſupponent pro eodem ex parte rei: et duo in intentione: quia predicatū differt a ſubiecto id eſt in ratione predicati et ſubiecti que ſunt diuerſa: cum ſubiectum et predicatum non ſint ſynonyma: vt dictum eſt. Unde non di. q res importata ſeu pro qua ſupponūt ſubiectum et predicatum differat ratione: aut ſint duo ratione: ſed q predicatum et ſubiectum: et hoc quantum ad primā partem auctoritatis inductam eſt dicendum. ¶ Sed pro alia parte que ſequitur eſt ſciendum q in rebus exiſtentibus in materia quando predicatum concretum alicuius abſtracti et maxime in propoſitionibus cathegoricis ſubſtantialibus vbi videtur maior ſimilitudo reſeruari ad predicationes huiuſmodi factas de rebus inmaterialibus diſſimiliter diſpoſitio et diſpoſitum reducuntur ad vnum in eſſe. Nam in abſtractis a materia ſm Commen. diſpoſitio et diſpoſitum ſupponunt pro aliqua vna re ſimplici: nec vnum ſignificat principaliter aliquid illius pro quo ſupponit diſtinctum extra intellectum ab eo quod principaliter ſignificat aliud: ſed preciſe idem in deo ſignificat viuus et deus. In rebus autem compoſitis ſubſtantialibus non ſic: quis enim ſupponunt pro aliqua re per ſe vna: predicatum tamen principaliter ſignificat aliquid illius vel aliq̄ partem realiter ab eo diſtinctā quod ſignificat ſubſtantiuum: ita q illud pro quo ſupponunt diſpoſitio et diſpoſitum: licet ſit vnum per compoſitionem vel adunationem. iuxta modum loquendi Commentatoris. nihilominus tamen in eo ſunt aliqua diſtincta: quorum vnum eſt in alio ſicut forma in ſubiecto: vel delatum in deferente verbi gratia in hac propoſitione. homo eſt rationalis: predicatum ſignificat principaliter rationabilitatem ſiue animam rationalem: quis ſupponat pro toto homine: et intellectus intelligit eſſe in homine duo diſtincta ſcilicet animā rationalem et eius materiam ſiue corpus: quis iſta faciant vnum per ſe nec ſint abinuicem ſegregata: ſed adunata: ſeu coniuncta in eſſe: et hoc modo intelligit Commen. q intellectus eſt natus diuidere ea que ſunt adunata in eſſe id eſt diuiſim intelligere vel diuiſa eſſe cognoſce et diuiſim ſignificare que ſunt coniuncta et adunata in re: ſicut materia et forma non autem di. q rē omnino ſimplicem intellectus ſit natus diuidere: ſicut plures imaginantur. ¶ Et q hec ſit eius intētio quo ad om-
Cō.19. nia predicta patet ex verbis eius. vnde volens ponere differentiam inter huius predicationes in rebus materialibus et abſtractis a materia: ſtatim poſt verba allegata: diſpoſitio et diſpoſitum vnum erit in predicato: et duo in intentione qua predicatum differunt a ſubiecto. Addit: ſed tamen non ſicut predicatum differunt a ſubiecto in ꝓpoſitionibus cathegoricis ſubſtantialibus diſpoſitio enim idem eſt et diſpoſitum: ſicut in abſtractis: ſed in potentia duo: quando intellectus diuiſerit alterum ab altero ſm ea ſcilicet que important. intellectus enim natus eſt diuidere adunata in eſſe in ea ex quibus cōponitur: quis non diuidatur in eſſe ſicut diuidit materiam a forma: et formam a compoſito ex materia et forma. hec ergo eſt diſpoſitio intellectus in rebus cōpoſitis ex materia et forma cū diſponit habentē formā per formam. intelligit eīn vtraq̄ adunata aliquo modo: et differentia alio modo. verbi gratia. q cum diſponit hoīem per rationabilitatem. vel enūciando homo eſt rationalis: intelligit q ſubſtātiuū rationalitatis et rationalitas idē ſunt in adunatione. i. adunantur in vnum: et intelligit q deferēs ex eis aliud eſt a delato. i. materia ſubiecta a forma. Et per hoc pz ad aliud: quod ex eodē inducitur. Nam in ꝓpoſitionibus de reb⁹ cōpoſitis diſpoſitio et diſpoſitū differūt in intellectu propter diuerſas rōnes: vt ſupra declaratū eſt. Differūt etiā in eſſentia ꝓpter diuerſas res quas importāt. diſpoſitio aūt et diſpoſitum in deo nō differūt hoc modo in eſſe: ſed in intellectu tm̄: et hoc eſt qd ſubdit. q multiplicitas i deo nō eſt niſi in intellectu tm̄. i. diſpoſitio et diſpoſitū i deo nō ſignificant aliqua diuerſa in eſſe: ſed tm̄ eſt diuerſitas in rōnib⁹ predicati et ſubiecti: q̄ſi. ſ. non ſunt ſynonyma: vt dictum eſt. Ex iſtis autē pz q lz vna ratio differat ab alia: et predicatum differat ratione a ſubiecto: res tñ ipſa non differt rōne a ſeipſa: nec in deo / nec in creaturis: et ideo illud dictum vſitatū: q res cōſiderata ſm vnam rationē differt a ſeipſa conſiderata ſm aliam rationem: de virtute ſermonis non eſt verū: ſicut non eſt verū illud quod infertur ex eo. ſ. q res conſiderata ſm vnam rationē non eſt ipſamet conſiderata ſm aliam rationē: ſed debet intelligi q ratio vna ſm quā conſideratur nō eſt ratio alia / vel differt ab alia / vel q nomen importās rem illam ſm vnā rationem: differt ratione a noīe importante eādem ſm aliā rationē: modo ſupra frequēter dicto: et ſic puto intellexiſſe doctores qui vtuntur tali locutione dicētes aliqua eſſe idem re et differre ratione: quis pluries videantur loqui in alio ſenſu: et in hoc ſenſu etiā ego aliqñ idem dixi: verūtñ ea que in hac queſtione ſcđa dicta ſunt ideo poſui: non vt eos reprobarem tanq̄ aliter ipſi ſenſiſſent: ſed vt pareret in quo ſenſu debeat accipi tale dictum: et in quo ſenſu debeat reprobari. ¶ Ex dictis colligitur q perfectio attributalis: nec re, nec ratione diſtinguitur a perfectione attributali: et q nulla eſt multitudo / nec ex natura rei nec ſm rationem talium perfectionum in deo.

Quantum ad ſecūdum articulum dico q attributa diſtinguūtur ratione: immo verius rationibus: quoniā alia eſt ratio vnius a ratione alterius et econuerſo. Alietas tamen ſuarum rationum nō attenditur penes illud quod principaliter ſignificāt / aut pro quo ſupponunt dum predicantur de deo: quoniam tunc oporteret perfectiones attributales eſſe diſtinctas abinuicem. Cuius oppoſitum probatum eſt in precedenti. q. Sed attenditur preciſe penes extrinſeca connotata: ſiue illa ſint aliqua ſignificabilia incōplexe / ſiue ſignificabilia complexe tantum: q autem attributa diſtinguātur talibus rationibus probo. ¶ Primo quidem: quoniam alias nugatio eſſet cum vnum iungeretur imediate huic nomini deus. verbi gratia. dicendo deus fortis. deus iuſtus / vel alteri attributo: vt ſi diceretur. iuſta potētia dei vel magna clementia: quod tamen nullus diceret.

¶ Secūdo et fortius: quia ſequeretur: q due propoſitiones vere contradictorie ad intellectum: quis non ad vocem eſſent ſimul vere: quod eſt impoſſibile: patet conſequētia: quoniam he ſunt ſimul vere. deus cognoſcit Petrum peccare. et deus non vult Petrum peccare: que vtiq̄ contradictorie forent ad intellectum: ſi volitio et cognitio non differrent ratione ad ſenſum premiſſum: ſicut et he deus cognoſcit Petrum peccare: et deus non nouit Petrum peccare. Similiter iſte. deus eſt ſcientia / vel notitia lapidis: ſcilicet obiectiue. deus non eſt eſſentia lapidis ſeu deus non eſt vita lapidis: que vere ſunt: eſſent contradictorie. ¶ Oportet ergo talia attributa differre rationibus. vel ergo diuerſa in deo principaliter ſignificantibus: quod eſt improbatum / vel extrinſecus diuerſa

Digitized by Google

connotantibus:⁊ hoc eſt propoſitum. ¶ Hec eſt intẽtio Magiſtri .4.li.di.46.c. Sed quomõ iuſtitia dei ⁊c. vbi Magiſter mouẽs queſtionẽ:quare ſcriptura.d.quedam opera dei pertinere ad eius iuſtitiã:quedã vero ad miſericordiã. Si miſericordia dei eſt iuſtitia dei. videtur eñ ꝙ vel miſericordia dei nõ eſt iuſtitia eiꝰ vel que ſunt opera miſericordie ſunt opera iuſtitie ⁊ econuerſo. ¶ Reſpondet Magiſter.d.his reſponderi poteſt ſic illis locutionibus quibus huiuſmodi operũ fiunt diſtinctiones:vt alia miſericordie alia iuſtitie alia bonitati tribuant:nõ diuerſitas ſubiacẽtis idest rei his vocabulis ſignificate exprimitur:ſed varietas ſenſuũ ſcʒ ipſarũ locutionũ ⁊ effectuum in creaturis monſtratur. Cum enim dicit̄ deus iuſtus vel iuſtitia:eſſentia diuina predicatur:⁊ etiã ꝙ ipſe ſit diſtributor ⁊ iudex meritorum intelligi datur. Similiter cũ dicitur miſericors:eſſentia diuina predicatur:⁊ inſuper ꝙ ipſe ſit miſerorũ liberator intelligi datur. Ecce ꝙ iuſtitia ⁊ miſericordia nullo modo res vel entitates diſtinctas in deo ſignificant:ſed tantũmodo eandem eſſentiam dei:vtrũq; tamẽ illorũ aliquid preter eſſentiã cõnotat ſeu dat intelligere:ſicut iuſtitia cõnotat merita creaturarũ: ⁊ dei effectũ circa ipſas:qui eſt diſtributio premiorum ⁊ penarũ. Similiter miſericordia dat intelligere creaturas miſeras:⁊ dei liberationẽ:qua ipſas liberat a miſeria. Et ex hoc Magiſter ſtatim ſoluit propoſitã queſtionẽ dicẽs Inde ergo quedã opa miſericordie:quedã iuſtitie dicuntur:nõ quin eſſentia diuina hec ⁊ illa operet̄: ⁊ quin hec ⁊ illa ſint opera diuine eſſentie que dicitur miſericordia ⁊ iuſtitia. Sed quia quedã ſunt quibus oſtẽditur iudex:et equus diſtributor:quedã quibus oſtenditur miſerator. ¶ Ex his etiã patet ꝙ iſta diſtinctio eſt tantum nominũ connotantiũ non rei hec vel illa habentis ſubiecta:vt quidam intelligunt ⁊ dicunt magiſtrũ intellexiſſe. Nã omnis res ſubiecta miſericordie dei eſt ſubiecta iuſtitie:⁊ econuerſo ⁊ opus omne miſericordie eſt opus iuſtitie:⁊ econuerſo cũ miſericordia ⁊ iuſtitia ſint precise vna dei eſſentia:⁊ ideo nulla res eſt ſubiecta miſericordie que non ſit ſubiecta iuſtitie ⁊ econuerſo:ſed talis diſtictio vtriq; ſm̄ magiſtrũ ⁊ ſm̄ veritatẽ eſt huiuſmodi nominũ. Nam vni aliquid eſt ſubiectũ quod nõ alteri:ſicut illud quod ſignificatur quoquo modo:vel datur intelligi per nomẽ:dicit̄ illi nomini ſubijcere vel eſſe ſubiectũ:aliquid eñ determinate datur intelligi ⁊ cõſignificatur per hoc nomẽ miſericordia:quod nõ ſignificat̄ per hoc nomẽ iuſtitia ⁊ ecõtra vt ſupra patet. Itẽ ſubdit ibidẽ Magiſter aliud dubium di. Sed ſm̄ hoc occurrit queſtio quomodo ex alijs oſtendatur iuſtus:⁊ ex alijs miſericors cũ ſit ei idẽ eſſe iuſtum ⁊ miſericordẽ. Si eñ ſm̄ eãdẽ rationẽ dicit̄ iuſtus et miſericors:⁊ eo tẽpore quo intelligitur iuſtus intelligitur miſericors:⁊ ecõuerſo. Et reſpõdet. Sed dixi ſupra:ꝙ cũ dicit̄ deus miſericors:ita eadẽ eſſentia diuina ſignificat̄: ⁊ ſm̄ eã idẽ predicat̄:vt etiã quedã diuerſa intelligantur intelligimus eñ per hoc miſeratorẽ ⁊ iuſtũ iudicẽ. innuens per hec verba ꝙ nõ eadẽ ratione dr̄ iuſtꝰ ⁊ miſericors ſed alia ⁊ alia:nõ q: aliud per vnã in dei eſſentia importetur ꝙ̃ per aliã:ſʒ q: aliud extra deũ cõnotat̄. ¶ Hoc etiã cõfirmat ſtatim auctoritate Origenis. vnde ait. ꝙ euidẽter Origenes oſtẽdit.d.oĩa que dei ſunt xp̃s eſt:ipſe ſapiẽtia eiꝰ:ipſe fortitudo iuſtitia ſanctitas:ipſe prudẽtia:ſed cũ vnũ ſint in ſubiacẽti:pro varietate ſenſuũ diuerſis nũcupatur vocabulis. aliud eñ ſignificat ſapiẽtia aliud iuſtitia:qñ eñ ſapiẽtia dicitur:diſcipulos de diuinarũ humanarũq; rerũ inſtruere dr̄. Quãdo iuſtitia .diſtributor ⁊ iudex meritorũ inſinuatur:ita ⁊ prudẽtia:cũ dr̄ doctor ⁊ demõſtrator bonarũ ⁊ malarũ rerũ vel neutrarũ intelligitur:ecce quod prius. ¶ Sed cõtra hoc videtur eſſe qđ Aug. frequenter di. videlicet ꝙ hoc eſt deo eſſe quod ſapiẽtẽ eſſe:quod fortem eſſe:⁊ ſic de alijs complexe ſignificabilibus:per propoſitiones in quibus de deo predicant̄ attributa. Similiter dit ꝙ nõ aliud eſt deo eſſe ſapientẽ: ꝙ̃ eſſe iuſtum aut fortem:⁊ ſic de ceteris:hec ſiquidem vera non eſſent ſi alia ratione diceretur iuſtus alia ſapiens. ¶ Contra hoc etiam eſt:vt apparet auctoritas Anſ. allegata in principali argumento.q. ¶ Ad primũ dicendum ꝙ iſta locutione eſſe hoc:eſt eſſe illud verbi gratia deo eſſe bonum:eſt eſſe magnum ⁊ ſimilibus:vel eſſe hoc:nõ eſt eſſe illud:in diuerſis locis diuerſa ſit intelligentia. Nam quandoq; ſolum denotatur ꝙ eodem preciſe a parte rei res eſt hoc vel illud:vel econtra quando dicitur eſſe hoc non eſſe illud:denotatur ꝙ non eodem preciſe ex parte rei eſt hoc ⁊ illud. Aliquando denotatur non ſolum talis idẽtitas rei:vt dictum eſt:ſed etiam identitas rationis idest ꝙ eodem ex parte rei eſt hoc ⁊ illud:⁊ eadem ratione etiã dicitur vtrũq;:hoc patet per philoſophum.10. metaphy. vbi dicit:quod vni eſſe eſt illud quod vnicuiq; eſſe idest vnicuiq; idem eſt eſſe ꝙ eſſe vnum. Conſtat autem ꝙ non intelligit ſecundo modo:ſed primo tantum:cum in quarto dicat:ꝙ ens ⁊ vnum ſunt idem ⁊ vna natura:non tamẽ vna ratione oſtenſa:vt ſupra ⁊ in hac queſtione habitum eſt. Aliquãdo vero accipit ſecundo modo:vt tertio phy. di. ꝙ idem actus eſt agentis ⁊ patientis:non tamen ſicut eſſe idem:quod poſtea aliter exprimit dicens non tanq̃ rationem eſſe vnam:ſicut tunice ⁊ indumenti. vnde tunice ⁊ indumenti idem eſt eſſe:ſiue tunicam eſſe eſt indumẽtum eſſe hoc ſecundo modo. ¶ Nunc ad propoſitum dico ꝙ Aug. quando.di.ꝙ deo idem eſt eſſe ꝙ bonum et ſapientem eſſe ⁊ ſimilia:non intendit aliud ſignificare niſi ꝙ eodem preciſe a parte rei eſt:⁊ eſt bonus:et ſapiens, ⁊c. ⁊ ꝙ eius magnitudo eſt ſapientia eius:et eius ſapientia eſſentia ⁊ bonitas. Et ꝙ ita intelligat manifeſte patet per eundem.7.de tri. vbi quo ſenſu huiuſmodi locutione vtitur exponens ait. Quid enim aliud dicimus : cum dicimus hoc illi eſt eſſe ꝙ ſapere:niſi eo eſt quo ſapiẽs eſt. Et ante in eodem capitulo dixit:ꝙ anime noſtre non eſt hoc eſſe ꝙ ſapere quod de deo non poteſt intelligi:vt ipſe non ſit hoc quo ipſe eſt ſapiens:ſicut intelligimus de anima noſtra que quidem ſeipſa eſt:non aut ſapiens ſeipſa : ſed qualitate:que ipſa non eſt. ¶ Item ſtatim ante predictam expoſitionẽ dicens ꝙ corpori non eſt hoc eſſe, ꝙ candidum eſſe:aliud enim ibi forma ſup. qua eſt corpus:et aliud color ſcilicet quo eſt candidum. Et ſic patet ꝙ non intendit ſignificare niſi omnimodam identitatem dei qua eſt et eſt ſapiens et bonus ⁊c. cum hoc autem ſtat diuerſitas rationum:vt ſupra patefactum eſt. ¶ Ad ſecundũ dicendum ꝙ, rationes eſſe diuerſas ⁊ alias abinuicem contingit dupliciter. aliquando enim hoc eſt propter diuerſitatem rerum principaliter importatarum : aliquando preciſe propter diuerſitatem aliquorum extrinſecus connotatorum:vt ſupra patet. Cum igitur dicitur ꝙ tũc dicerentur ſm̄ diuerſas rationes attributa de deo: ſi intelligatur hoc de rationibus aliqua quoquo modo ex natura rei in deo diuerſa ſignificantibus. nego conſequentiam. Si autem de rationibus diuerſa tantummodo connotantibus. concedo conſequens. Anſ. autem nõ eſt contra hoc:ſed contra primum intellectum : quod patet per verba que immediate ſequuntur ad declarationem ſui dicti. Sequitur enim. cum enim aliquis homo dicatur et corpus. animal ⁊ rationalis:homo non vno modo vel cõſideratione hec tria dicitur:et probat:ſm̄ aliud enim eſt corpus et ſm̄ aliud rationalis:et ſingulum horum nõ eſt totum hoc quod eſt homo:illa vero ſumma eſſentia nullo ſic eſt aliquid:vt illud idem aut ſm̄ alium modum : aut ſm̄ aliam conſiderationem non ſit:quia quicquid aliquo modo eſſentialiter eſt:hoc eſt totum quod ipſa eſt.

Margin notes: 4.lib. di.46. — mo.eñ.17. — T.cõ.2. ⁊.t.c.8. — T.cõ.3. — T.cõ.2. et.22. — Cap.p̃io

Digitized by Google

¶ Ex hoc ptz quod dictũ eſt. Nam rationalis non ſignificat principaliter totam eſſentiã hoīs. ſed partem .ſ. animam: q̃uis ſupponat pro toto. Similiter corpus ſignificat partem hoīs ⁊ non totum: vt ſumit Anſel. ſiue ꝙ illud ſit ſola materia/ ſiue alia forma ab aīa rationali: neutrũ aũt horum eſt hoc totũ quod homo: ⁊ ideo alia ⁊ alia cõſideratione dicũtur noīa iſta: que alietas eſt ſm alietates eorum que principaliter ſignificãtur: ⁊ in hoc ſenſu oīa illa dicũtur dici de ſumma eſſentia vna conſideratione: quia quicquid ſignificatur per illa/ aut aliquid illorum eſt tota eſſentia ipſa: ⁊ ideo rationes attributales non hoc modo ſunt diuerſe: vt eſt ſupra probatum: ſed ſolum quia diuerſa extrinſecus ſignificant ſm tales diuerſas rationes dicuntur attributa deo.

Pro articulo tertio diſtinguo de predicari in quid. poteſt eñ accipi tripliciter. Uno modo cõmuniter pro predicari ꝙ in recto ⁊ non denominatiue denoīatione extrinſeca vel intrinſeca loquẽdo proprie de denoīatiua predicatione: que .ſ. non attẽditur preciſe ſm transfigurationẽ ⁊ cadentiã vocis a noīe principali: ſed etiã ſignificationẽ: qñ valet principale nomen/ ſeu abſtractũ ſignificat rem diſtinctã ab eo pro quo ſupponit ſubiectũ. verbi gratia. Sortes eſt muſicus q̃tũ ad intrinſecam denoīationem: ⁊ ſimiliter homo eſt aīatus: ⁊ q̃tum ad extrinſecam lapis eſt viſus/ ſeu cognitus: ⁊ ſm hũc modũ oīs predicatio in recto affirmatiua: in qua predicatur terminus abſtractus/ aut etiã cõcretus: qui cum abſtracto vere de eodẽ predicaẽ eſt in quid. ¶ Scḋo accipitur predicari in quid ſtrictius pro predicari in recto et non denoīatiue: vt dictũ eſt: et cum hoc etiã predicari non accidẽtaliter/ ſeu contingẽter: ſic ꝙ poſſit nõ predicari: etiã poſita ſubiecti conſtãtia: ⁊ per hoc multe predicationes in abſtracto excluduntur. verbi gratia. albedo eſt ſimilitudo. linea eſt rectitudo. ⁊ alie ſimiles: quarũ predicta poſſunt ſucceſſiue vere affirmari et negari de ſubiectis. ¶ Tertio accipiẽ predicari in quid ſtrictiſſime pro predicari in primo modo dicẽdi per ſe ⁊ nõ denoīatiue: ⁊ iſto modo multe predicationes nõ ſunt in quid: que tamẽ ſunt in quid duobus modis premiſſis: vt he. humanitas eſt vnitas: homo eſt vnus: paſſio eſt actio. angelus eſt dependẽs aut etiã dependẽtia: ⁊ multe ſimiles: quarũ predicata aliqua cõnotãt: que nec aliqua eoꝶ cõnotant earũ ſubiecta: ⁊ tales predicationes que ſunt in quid duobus modis premiſſis: ⁊ nõ hoc tertio modo: aliqui etiã doctores antiqui dicebant eſſe veras per idẽtitatẽ tñ. ſiue eas eſſe idẽticas non formales. ¶ Hoc premiſſo dico primo ꝙ attributa predicãtur de deo in quib⁹ primo ⁊ ſcḋo modo. probatur: qm̃ quodlibet de ipſo in abſtracto predicaẽ et nullũ accidentaliter/ vel cõtingenter. predicantur etiã de ſe inuicem: vnde he ſunt vere ⁊ neceſſarie. bonitas dei eſt ſapiẽtia dei: ⁊ ſic de alijs: imo ſi non addatur dei ſi ſimpliciter dicaẽ. bonitas eſt ſapientia: q̃uis eius vniuerſalis nõ ſic ſit in quid ſicut nec eſt neceſſaria: imo nec vera. Non enĩ oīa bonitas ſapientia eſt. ¶ Sed contra hoc dices. qꝛ preſciẽtia ⁊ predeſtinatio predicanẽ de deo contingenter. Nam ſi nihil eſſet futurũ deus non eſſet preſciens/ nec predeſtinatio: aliud eſt poſſibile loquendo proprie de futuro: vt diſtinguitur cõtra preſens. ¶ Reſpõdeo ꝙ nec predeſtinatio nec preſciẽtia eſt attributum: qḋ ꝓbari poteſt per rationẽ: qua ꝓbat Anſel. moñ. ꝙ ſummũ non eſt ex his que oīno meli⁹ ſunt ipſa. nõ ipſa: q̃ꝫ qꝛ ſi de⁹ nullius eſſet aut etiã fuiſſet predeſtinatio/ vel preſciẽtia: nõ ideo minus bon⁹ eſſet alias neceſſe fuiſſet eſſe aliqua futura ⁊ a deo fienda quod eſt falſum. non ergo eſſe preſciũ vel preſciẽtiam cuilibet melius eſt q̃ꝫ non ipſum et ſimiliter nec eſſe predeſtinantẽ aut eſſe predeſtinationẽ. ac per hoc/ nec attributũ. ¶ Scḋo dico ꝙ attributa/ nec de deo

Cap.15.

nec de ſe inuicem predicãtur in quid tertio modo. probatur primũ: qꝛ quodlibet aliquid cõnotat affirmatiue vel negatiue quod nõ cõnotat hoc nomen deus: ſuppoſito ꝙ ipſum ſit mere abſolutũ ⁊ ꝓprium illius ſumme eſſentie: ſicut ipſum accipimus in vſu cõmuni. ergo nullũ tale de ipſo predicaẽ in quid iſto modo: ptz ꝯña: qꝛ nullum cõnotatiuũ predicatur in primo modo de aliquo mere abſoluto. ¶ Scḋm ꝓbatur ex eo ꝙ vnũ cõnotat aliquid cui nihil ſimile aliud cõnotat: ⁊ ecõuerſo. nulla aũt talium mutua predicatio eſt in primo modo dicẽdi per ſe: ⁊ per conſequẽs nec in quid iſto modo. ¶ Nec cõtra hoc eſt qḋ .d. Anſel. moñ. cum ait. Si queraẽ quid ſit ipſa ſumma natura: quid verius reſpondeẽ q̃ꝫ iuſtitia? ⁊ ſimile .d. de ceteris attributis: per qḋ videtur velle ꝙ quodlibet predicetur in quid de deo. Nam ibi ipſe nõ vult dicere: niſi ꝙ ſumma natura non diciẽ iuſta/ aut ſapiens/ aut aliquid eiuſmodi participatiõe alicuius qualitatis que ſit in ea: quẽadmodum homo diciẽ iuſtus iuſtitia: que ipſe nõ eſt: ſed ipſa per ſeipſam eſt iuſta. Et ideo nõ dicitur habẽs iuſtitiam: ſed exiſtẽs iuſtitia. Et preterea: cũ dicitur ꝙ eſt iuſta non dicitur ꝓprie qualis eſt: ſed quid eſt: qꝛ ſcꝫ ꝑ predicatũ importaẽ ipſamet ⁊ non aliquid aliud ab ipſa qḋ ſit in ea: ecõtra aũt cum homo dicitur iuſtus nõ quid eſt: ſed qualis eſt diciẽ. Et ad hoc inſinuãdum .d. quod allegatum eſt: ſicut patet intuenti. vnde hec declaranti concludit. quicquid ergo eorum de illa diciẽ non qualis/ vel quãta: ſed magis quid ſit mõſtrat: ⁊ ideo talia in quid primo ⁊ ſecundo modo predictis ſm eius intentionẽ de ipſa predicantur. Cap.16.

Quantum ad quartũ articulũ dicẽdũ ꝙ abſtractũ ⁊ cõcretũ attributa poſſunt accipi dupliciter. Uno modo in cõmunitate ſua .i. ſm ꝙ ſunt cõmunia deo et creaturis. Alio modo ſpecialiter ſm ꝙ dicũtur de deo. Si primo modo ſumantur ſunt ſynonyma: quia q̃uis concretũ ſm ꝙ de deo dicitur nihil ſignificet aliud vel cõſignificet: aut alio modo q̃ꝫ abſtractum: in creaturis tñ aliud cõſignificat cõcretũ q̃ꝫ abſtractum. Et loquor de cõcretis ⁊ abſtractis ſignificantib⁹ accidẽtia in creaturis: q̃uis etiam hoc ſit verum in multis etiã ſignificantibus ſubſtantias. Unde concretum de quo eſt ſermo ſignificat ſm Commenta. 12. metaphyſi. in rebus materialibus id quod ſignificat abſtractum .i. formam: ⁊ vltra eam conſignificat ſeu importat ſubiectum. vnde .d. ꝙ ſumptum ſignificat illud qḋ ſignificat principale ⁊ magis. vita enim ſignificat aliquid non in ſubiecto: viuũ autem ſignificat aliquid in ſubiecto: ſcilicet formam in materia ⁊ habitu in ſubiecto: non intendit autẽ ꝙ vita ſignificat aliquid nõ in ſubiecto .i. aliquid nõ exiſtens in ſubiecto: qꝛ hoc eſſet falſum ſm eum: ſed intendit qḋ ſignificat aliquid puta formã: que etſi exiſtit in ſubiecto: non tamẽ illud nomen ſignificat illã in ſubiecto .i. cõnotando ſubiectum: concretũ aũt ſignificat eãdem formam cõnotando ſubiectũ: vnde eiuſdem lib. 5. d. ꝙ terminus denoīatiuus accidẽtalis/ ſiue cõcretus primo ſignificat accidens ⁊ ſecũndo ſubſtãtiã. Si vero talia ſumanẽ ſpecialiter: vt dicuntur de deo ſic diſtinguẽdum eſt de hoc noīe ſynonymum: qm̃ vno modo omne qḋ idẽ penitus ſignificat et cõſignificat ſi eſt cõſignificatiuũ qḋ ſignificat aliud: ⁊ eodẽ modo ⁊ econuerſo diciẽ illi eſſe ſynonymũ. Et hoc modo talia viuus: ⁊ vita: iuſtus ⁊ iuſtitia/ ſunt ſynonyma: ſm ꝙ dicunẽ de deo: qꝛ nihil ſignificat vnum eoꝶ/ aut cõſignificat: qḋ nõ ſignificet/ aut conſignificet aliud eodẽ modo: ⁊ ecõuerſo. Et hoc attẽdens Anſel. moñ. d. ꝙ de ſuprema eſſentia idẽ eſt dicere ꝙ eſt iuſta/ ⁊ ꝙ eſt iuſtitia: qḋ nõ eſt ſic de hoīe: vt premiſit. Nam cũ dicitur homo iuſtus non intelligiẽ ꝙ ſit iuſtitia: ſed habens iuſtitiam. Alio modo adhuc ſtrictius ſumiẽ hoc nomẽ ſynonymum. vcꝫ ſm ꝙ

Cap.36. Cõ.14. Cap.16.

Digitized by Google

illa dicuntur ſynonyma:que nec diuerſa ſignificant nec
conſignificant:vt predictum eſt:nec etiam ſunt accepta
vel impoſita ſm ſimilitudinem ad illa nomia:que diuer-
ſa ſignificāt:aut cōſignificāt ſiue qb⁹ ſiliā ī alijs nō diuer
ſa ſignificant vel conſignificant. Et hoc modo talia non
ſunt ſynonyma ſm ꝙ dicuntur de deo:quoniam ſunt ac-
cepta ad ſimilitudinem concreti et abſtracti que dicun-
tur in creaturis:et ſimilia concreta et abſtracta in creatu
ris nō ſunt ſynonyma.et in hoc ſenſu loquitur Commen.
Cōmē.39. 12.metaphyſi.quando dicit ꝙ viuum et vita non ſignifi-
cant in deo idem omnibus modis:ſicut ſignificant nomi-
na ſynonyma.concluſio prima argumenti ad.q.concedē
da eſt:ſi tamen per ipſum quis vellet probare attributa
non differre ratione:patet reſponſio articulo ſecundo.

Argumentum etiam in oppoſitum verum concludit de attributis: nō autem de perfectiōibus attributalibus:vt apparere po-
teſt ſatis intuenti.

¶ Diſtinctionis octaue. Queſtio.iij.

TErtio quero vtrum cū diuina ſim-
plicitate ſit compoſſi-
bile deum eſſe rem alicuius generis vel pre-
dicamenti. ¶ Et arguitur ꝙ non:quia deū
habere partem intrinſecam et deū eſſe ſim-
plicem non ſunt compoſſibilia. ergo nec deum eſſe in ge-
nere eſt compoſſibile ſue ſimplicitati. Antecedens eſt no-
tum:et conſequentia probatur. Nam genus(vt dicit phi
T.c.30. loſophus.5. metaphyſi. ca. de parte)eſt pars ſpeciei. et
Cōmē.30. Commen.ibi ait.genus eſt pars formarum ſpeciei. For-
ma enim ſpeciei diuiditur in genus et differentiam. Itē
Auic.5.metaphyſi.Dicemus inquit ꝙ genus predicatur
de ſpecie:ita ꝙ eſt pars quantitatis eius. ¶ Ex his pa-
tet ꝙ genus ſignificat partem rei que ſignificatur ꝑ ſpe-
ciem eius:et per conſequens: cum omne qd eſt in genere
ſit in aliqua ſpecie eius:ſequitur ꝙ omnis res exiſtēs in
genere habet partem et partem. ¶ Secūdo. diuine ſim-
plicitati repugnat habere materiam. ergo ei repugnat
eſſe in genere. Antecedens patet.conſequētia probatur:
quoniam genus ſignificat materiam rei de qua dicitur.
T.c.24. vnde.10.metaphyſi.dicit philoſophus genus eſt mate-
ria. Et ſtatim de quo genere loquatur oſtendēs ait.ꝙ di
citur genus:non vt heraclitorum:ſed vt in natura. vbi
Cō.24. Commen.exponit ſic.genus eſt materia.i.ſignificat ma-
teriam:ſcilicet genus quod dicitur genus in rei veritate:
non genus qd dicitur de hominibus attributis vni prin-
cipij:ſicut genus herculeorum: ſed genus quod predica-
tur de rebus exiſtentibus ſm materiam:qd ita diffinit.ſ.
ꝙ eſt predicabile de pluribus ſpeciebus ſm quid. Ecce
ꝙ loquitur proprie de genere:vt ſumitur in propoſito:et
dicit ꝙ ſignificat materiam.

Ad oppoſitum arguitur.deus eſt in genere. ergo non hoc repugnat ſue
cap.8. ſimplicitati.Antecedens probatur auctoritate Damſ.di-
centis in elementario ſuo.ꝙ ſubſtātia eſt genus genera-
liſſimum:quia non habet ſupra ſe aliud genus:et ſubſtā-
tia illa diuiditur in corpoream et incorpoream.continet
autem incorporea ſubſtantia deum angelos animam de-
mones. Ex quo dicto pz:ꝙ deus eſt in genere ſubſtātie.

Ad declarationem queſiti videnda ſunt duo. Primum eſt in
ſpeciali an propter ſummam dei ſimplicitatem negandū
ſit deum eſſe in genere. Secūdū generaliter vtrū ꝓpter
aliquam rationem hoc ſit negandum.

Quantum ad primum eſt opinio multorum ꝙ deus propter ſuam ſimplicitatē nul
lo modo eſt in genere: eo ꝙ quelibet res cuiuſcūqꝫ gene-
ris vel predicamenti ex natura rei eſt aliquo modo com-
poſita.hoc tamen diuerſimode a diuerſis ponitur: quidā
enim dicunt ꝙ quelibet res per ſe exiſtēs in predicamē-
to eſt intrinſece cōpoſita ex diuerſis rebus actuali ſcilicet
⁊ potētiali ſui generis tanqꝫ ex ꝓprijs principijs. ¶ Hec
opinio probatur auctoritatibus ⁊ rationibus. Eſt autem
prima auctoritas Commen. 12.meta. dicētis omnia que Com.10.
tranſmutantur habent materiam:ſed nature materiarū
diuerſantur ſm modos nature tranſmutationis: cum er-
go ſint modi tranſmutationis diuerſorum generū ſequi-
tur ꝙ ſint materie etiam diuerſorum generū proprie illis.
Conſtat autem ꝙ etiam diuerſi ſunt actus ⁊ forme gene-
rum diuerſorum.ergo quodlibet ens in genere compoſi-
tum eſt ex proprio actu ⁊ propria potentia illius generis.
¶ Item ibidem ait.ꝙ quāuis materia prima ſit vna: tamē
multa eſt in potentia ⁊ habilitate:⁊ quodlibet ens cū ma
teria communi habet materiam propriā. Et ſubdit. Non
enim quodlibet ens ſit ex qualibet potētia:ſed vnūquodqꝫ
entiū ſit ex eo quod eſt in potētia id quod ſit ideſt ex potē
tia propria:ita ꝙ numerus potentiarū ſit ſicut numerus
ſpecierū entiū generabiliū. Et dicit hic Ari.quia opinat
ꝙ ꝓpria materia vna eſt ſm ſubiectū: ⁊ multa ſm habili-
tatē:hec Cōmen. ¶ Ex qua auctoritate apparet ꝙ qlibet Cō.cō.18
ſpēs entiū generabiliū habet vltra cōmunē materiā:mate-
riam ⁊ potentiam propriā ex qua ſit:⁊ tot ſunt tales potē-
tie proprie:quot ſpecies generabilium entium. ¶ Item
ibidē vbi ſoluitur queſtio mota in.3.an.ſ. pricipia omniū
predicamentorū ſint eadē vel diuerſa. dicit Commen.cū Com.11.
Philoſopho ꝙ omniū principia ſunt eadem ſm propor-
tionem:non autem ſm naturā. vnde Commē.ait. In vno
quoqꝫ predicamentorū accidentiū inueniūtur principia:
quorū proportio ad iſta eſt:ſicut proportio principiorum
ſubſtātie ad ſubſtātiā nō ꝙ habeant illā eādē naturā. Et
ſequitur.⁊ dicere ꝙ principia ſint eadē proportionaliter
eſt vt diceremus ꝙ materia ⁊ forma ⁊ priuatio ſunt prin- Com.22.
cipia.10.predicamentorū:ſed que in ſubſtātia differūt ab
eis que ſunt cuiuſlibet predicamenti. Et ſimiliter ea que
ſunt vniuſcuiuſqꝫ predicamēti differūt ab alijs:hec Com
mē. ¶ Item ad hoc eſt auctoritas. Aui. 2.ſufficientie di
centis.nulla cathegoria eſt que non habet exitum de po- Cap. prio
tentia ſua ⁊ ſuū effectum.vult ergo ꝙ in quolibet predica
mento ſit propria potentia ⁊ proprius actus. ¶ Rationi
bus etiā probatur eadē cōcluſio ſic primo omnis res diffi
nibilis eſt cōpoſita ex diſtinctis partibus intrinſecis: ſed
omnis res per ſe exiſtēs in genere eſt diffinibilis. ergo ⁊c.
maior patet per philoſophū.7.meta. vbi ait:quoniā oīs T.c.30.
diffinitio ratio eſt:⁊ oīs ratio partes habet:vt autē ratio
ad rem ⁊ partes rationis ad partem rei ſimiliter ſe habet.
vbi patet ꝙ philoſophus vult:ꝙ ſicut tota diffinitio totā
rem ſignificat:ſic pars diffinitionis ſignificat partem rei:
⁊ per conſequēs omne diffinibile habet partem ⁊ partem.
¶ Item Commen.ibidem quēadmodū inquit diffinitio Com.33.
declarat quiditatē rei ita pars diffinitionis declarat par
tem quiditatis rei. ¶ Item philoſophus in eodē ait. ꝙ ſi T.c.53.
neqꝫ vna ſubſtātia eſt ex ſubſtātijs incompoſita vtiqꝫ erit
ſubſtātia oīs.quare neqꝫ nō vtiqꝫ erit neqꝫ vnius ſubſtan-
tie. Ecce ꝙ philoſophus infert ꝙ ſi oīs ſubſtātia eſſet ſim-
plex nullius ſubſtātie eſſet diffinitio:que conſequētia ſu-
per hoc fundatur:ꝙ omne diffinibile eſt compoſitū. vnde
⁊ Commentator ibi ait.ꝙ oēs eſtimant ꝙ ſubſtātie ſint cō Com.50.
poſite:ex hoc ꝙ concedunt ꝙ diffinitiones ſignificant cō-
poſitū.minor probatur:quoniam vt patet ex eodē.7.ad
diffinitionē ſufficit genus ⁊ differentia.cum ergo omnis T.cap.4.
ſpecies genus habeat ⁊ differentias:ſequitur ꝙ quelibet
ſit diffinibilis. Nec obſtat vt dicunt ſi quis inquiat ꝙ ac-
cidentia diffiniuntur per additamenta:quia hoc non eſt:
quoniam ſint ſimplicia:ſed propter eorum realem depen-

dentiam eſſentialem ad ſubiectum propter quam per
ſubiectum diffiniunt: et etiam quoniam eorum differen-
tie non ſunt nobis note: quoniam ſi nobis note eſſent ita
diffinirentur ſine additamento: ſicut ſubſtantie. ¶ Se-
cunda ratio eſt: quia ſi hoc non eſſet: hoc maxime videre-
tur verum de accidentibus que videntur eſſe forme ſim-
plices: ſed hoc eſt falſum: vt probatur. primo ſic. omnis
mutatio per ſe vna eſt ad terminum per ſe vnum: ſed deal
batio eſt per ſe vna mutatio: vt patet. ergo eſt ad terminū
ꝑ ſe vnum. ille autem terminus non eſt aliqua forma ſim-
plex: quoniā ipſa non fit niſi per accidens: vt patet ex. 7.
T.c.27. metaphyſi. nec eſt compoſitum ex ſubſtantia ⁊ accidēte:
quia illud non eſt vnum niſi per accidens: vt patet ex. 5.
T.c.7. metaphyſi. ergo eſt compoſitum per ſe de genere accidē-
tis: ⁊ ſic poteſt argui de qualibet alia forma accidentali.
¶ Secundo. quia ſimplicitas eſt perfectio ſimplex ſm
omnes. ergo quanto ens aliquod eſt ſimplicius: tanto
eſt ſimpliciter perfectius: et per conſequens ſi accidens
nō eſſet cōpoſitum: ſed penitus ſimplex intrinſece: ipſum
eſſet ſimpliciter perfectius ſubſtantia cōpoſita: qḋ eſt fal
ſum. ¶ Tertio. idem eſt ſuſceptiuum motus et termini
motus. Sed dealbationis ſuperficies nō eſt primum ſu-
ſceptiuum cum ſit actus ⁊ forma. Motus autē eſt actus
entis in potentia ſm ꝙ eſt in potētia. Quapropter opor-
tet ſuſceptiuum eius eſſe potentiam: ſed potētia recepti-
ua alicuius rei eſt de genere illius rei. vt dicit Commen.
Cōmē.9. 5. phyſi. ¶ Hec opinio falſa eſt et ſuperflue. et inconue-
nientia ponit. vnde arguo contra eam. Primo ſic. Ange-
lus eſt per ſe in genere ſm omnes. et Angelus non eſt ſic
intrinſece compoſitus: ergo non omne qḋ eſt per ſe in ge-
nere eſt eſſentialiter ſic compoſitum. ¶ Idem poteſt ar-
8.meta. gui ſm intentionem Commentatoris de corpore celeſti.
Cap.12. quod quidem ſm Philoſophum eſt ſubſtantia ſimplex:
et tamen eſt per ſe in genere ſubſtantie: vt omnes conce-
dunt. ¶ Secundo probo ꝙ qualitates non ſunt ſic cōpo-
ſite ſicut iſti dicūt: que tamen ſunt in genere per ſe: etiam
ſm ipſos. Et hoc primo patet auctoritate Philoſophi
T.c.12. 8. metaphyſi. vbi ait. ꝙ accidētia non habent materiam.
Ex qua probo hoc ipſum ratione: quoniam ſi ponantur
compoſita ex proprijs actualibus ⁊ potentialibus entita-
tibus: aut cuiuſlibet ſpeciei eſſet ꝓprium potentiale: aut
idem potentiale eſſet diuerſarum ſpecierū. verbi gratia.
idem potentiale albedinis et nigredinis: et eodem modo
quarulibet qualitatum: inter quas eſt per ſe tranſmuta-
tio. primum dici non poteſt: primo quia cum ſit tranſmu
tatio inter formas contrarias: et in qualibet tranſmuta-
tione ſit idem ſubiectum numero deferens ſub vtroqꝫ ter
T.c.72. mino tranſmutationes: vt patet ex primo phyſicorum. ſe
⁊.74. quitur ꝙ tale potentiale proprium nō erit ſubiectum im-
mediatum illius tranſmutationis. cuius oppoſitum (vt
ex recitatis patet) dicit opinio. ⁊ patet conſequētia: quo-
niam ſm opinionem idem eſt ſubiectum motus et termi-
ni motus. terminus autē motus ſm ipſos eſt actualitas
forme: que inducitur: ſed illius ſubiectum nō eſt illud po
tentiale qḋ eſt ſubiectum actualitatis forme que abijci-
tur per reſponſionem. ¶ Item. aut iſte potentialitates
proprie ſunt eternaliter in materia communi: que eſt ſub
ſtantia: aut aliquando de nouo fiunt in ea. ſi eternaliter:
ſequitur ꝙ in qualibet materia poterit iduci quelibet for
ma a ꝓprio motore nullo alio motore interueniente: ſeu
materiam aliquo modo tranſmutante: ⁊ per conſequens
agens albedinem poterit in igne albedinem cauſare: et
erit poſſibile in aceto immediate accidentia vini a pro-
prijs agentibꝰ generari: ⁊ generaliter ex quolibet quodli
bet fieri: quod eſt manifeſte falſum. conſequentia patet:
quoniam paſſiuo exiſtente in propinqua diſpoſitione ad
formam nulla cauſa eſt quare proprium agens non poſ-

ſit illam inducere. Patet auctoritate Commenta. 9. me- Cō.12.
taphyſi. vbi dans differentiā inter materiā remotā ⁊ pro-
pinquā ait ſic. materia remota non eſt materia: quia indi
get in hoc: vt exeat in actum alio motore: ab eo qḋ gene-
rat illud: quod eſt in potentia. verbi gratia. qm terra non
idolum eſt in potentia: ſed eſt cuprū in potentia: qm cum
trāſmutatur a corpore celeſti erit cuprū: ⁊ cuprū erit ido-
lum in potētia: quod eſt illud qḋ ab vno motore ſit idolū:
ſcꝫ a faciente idola. ¶ Et intendit declarare hic. ſ. Ar. ꝙ
materia que poteſt ſimpliciter nō indiget in hoc ꝙ exeat
in actum niſi vno motore: materia autem que non dicitur
poſſe ſimpliciter: ſed per potentiā remotā exit in actū per
plures motores. per materiā aūt ⁊ potentiam ſimpliciter
intelligi materiam / ſiue potētiam propinquā: ſicut infra
in eodem cōmento patet. vbi ait. ⁊ illud quod eſt in poten
tia ſimpliciter: eſt illḋ quod eſt materia ſimpliciter: ⁊ hec
eſt materia propinqua. Remota autem non dicitur mate
ria ſimpliciter, neqꝫ in potentia ſimpliciter. hec Cōmēta.
ſm reſpōſionem autem ſequitur ꝙ quelibet materia erit
in potentia propinqua ad quālibet talem formā: cum ha
beat propriā potentiam ⁊ habilitatem cuiuſlibet. Si ve-
ro dicatur ꝙ tales potentie non ſemper ſunt in materia:
ſed aliquādo de nouo fiunt in ipſa. ſequitur ſm dicta eorū
ꝙ in materia ſit alia potentia propinqua precuia illi potē
tie per quā trāſmutatur ad ipſam ⁊ recipit eam: eiuſdēqꝫ
generis cum ea: ⁊ ſic in infinitum, vel ſi non: ſed īmediate
per ſe recipit illam ⁊ tranſmutatur ad ipſam: falſa ſunt fun
damenta rationum quibus probatur opinio et ſuperflue
ponebatur illa prima potentia. ¶ Scḋm vero ꝙ contra-
riarum formarum ſit idem potētiale ꝓprium non poteſt
dici ab opinione: quia tunc numerus talium potētiarum
non eſſet ſm numerum ſpecierum entium generabilium
vt dicunt. ¶ Item quia tunc eſſet eadem potētia ꝓpinqua
contrariarum formarum: ⁊ per cōſequens in quocūqꝫ et
qñcunqꝫ poſſet induci vna forma cōtrariarum poſſet in-
differenter induci reliqua: qḋ ad ſenſum patꝫ eſſe falſum.
¶ Confirmatur illud proprium potentiale. verbi gratia.
albedinis / aut eſt in aliquo: vt in ſubiecto, aut non. ſi non.
ergo eſt ſubſtantia: ⁊ per conſequens forma accidētalis
eſt compoſita ex ſubſtantia ⁊ accidente. Si aūt eſt in ali-
quo vt in ſubiecto. ergo eſt actus et diſpoſitio illiꝰ in quo
eſt ſubiectiue: et ſi ſic etiam illud potentiale non eſt rece-
ptiuum alterius alicuius ſm dicta opinionis: et etiam
oportebit ꝙ habeat aliud potentiale ſuſceptiuum pro-
prij generis: cum quo faciat per ſe vnum. et in quo ſit
ſubiectiue: ⁊ illud aliud ſimiliter: et ſic in infinitum, aut
concederetur ꝙ aliquis actus immediate informat potē
tiale alterius generis. ¶ Preterea. Pluralitas rerum ſi
ne neceſſitate non eſt ponenda ⁊ ratione: ſed nulla neceſſi
tas, aut ratio cogit ponere talia potētialia: vt patebit ſol-
uēdo rationes opinionis: ergo illa non eſt ponēda. ¶ Ad
rationes. Ad primam ergo auctoritatem que pro opinio-
ne adducitur dico: ꝙ nullo modo eſt ad ꝓpoſitum. Nam 12.meta.
Cōmentator non intendit dicere ꝙ materie diuerſentur Com.10.
ſm diuerſitatē trāſmutationum rerum generabilium: ſic
ꝙ alia ſit materia generatiōis, alia alterationis, alia aug
menti: vel etiam hmōi alterationis materia alia a mate-
ria alterius alterationis ſm ſpeciem: vt opinio fingit: ſed
ſolum intendit ꝙ tranſmutatio rerum ingenerabilium et
incorruptibilium qualia ſunt corpora celeſtia habet aliā
propriam materiam a materia tranſmutationis rerū ge-
nerabilium et corruptibiliū: et hoc patet per verba que
īmediate addit. Ait enim: materia enim generabiliū eſt
in potentia: tranſlatorum autem eſt in actu: cum tranſla-
tum ſit aliquid in actu. ⁊ ideo ꝙ ex tranſlatis in actu fiūt
non generabile et incorruptibile non habebit materiam
quā habet generabile et corruptibile: et eſt que eſt in po-

Digitized by Google

12.meta. cap.11. ſentia.hec Commen. ¶ Ad aliam dicendum ſimiliter ꝙ
non accipitur ſm mentem Commen. Nam Commenta
tor per materiam propriam et potētiam vel habilitatem
propriam non intelligit aliquam aliam materiam vel po
tentiam diſtinctam a materia que eſt ſubſtātia. Sed per
materiam communem intelligit materiam remotam cu
iuſlibet que eſt preciſe eſſentia materie prime: per poten
tiam autem et materiam propinquam intelligit ipſam
eādem eſſentiam materie. per conuenientes tamen ⁊ exi
gitas diſpoſitiones ad aliquam formam diſpoſitam: ſiue
ille diſpoſitiones ſint forme accidentales: ſiue ſubſtantia
les: de quo nō eſt vis ad preſens. Sic autem ſumpta ma
teria alterius ⁊ alterius ſpeciei entium generabilium eſt
alia et alia materia. vnde alia materia propinqua.i.ma
teria aliter diſpoſita requiritur ad generationem ſangui
nis ꝙ̄ ad generationem carnis vel oſſis aut lapidis: et ſic
de alijs. Et ꝙ ſic accipiat materiam propriam: et hec ſit
eius intentio denotant verba eius.que nullo interpoſito
ſequuntur ea que pro opinione ſunt allegata. vnde dicto
ꝙ eſt multa ſm habilitates: ait immediate. Primo enim
habet habilitates ad recipiendum primas contrarieta
tes.ſ.formas quatuor elementorum. Secundo vero ha
bet potentias conſimilium partium mediātibus formis
quatuor elementorum. Corpora ſimilium partium vocat
corpora mixta homogenea ad que materia diſponiẗ me
diantibus formis elementorum: et ſequitur immediate:
ꝙ iſte potentie diuerſantur ſm ꝙ diuerſantur mixtiones
quatuor elementorum. Ita ꝙ ex hoc diuerſantur forme
12.meta. Cō.22. generabilium.hoc ipſe. ¶ Ad aliam auctoritatem dicē
dum ꝙ verum eſt ꝙ quodlibet predicamentum habet ta
lia propria principia: non tamen illa ſunt proprie res il
lius generis: licet ſint propria principia illius generis: ali
quid enim eſt vnius generis: et tamen eſt materia ⁊ prin
cipium materiale proprium alterius generis: ſicut ali
quid quod eſt vnius generis eſt mouens proprium alte
rius generis: nec oportet in quolibet genere dare propriū
mouēs illius: qꝺ ſit res illius generis ⁊ tamen ſicut Phi
loſophus dicit oportet dare in quolibet genere iſta tria
principia propria.ſ.forma priuatio et ſubiectum ſiue ma
teria: ita immediate dicit ꝙ oportet dare proprium mo
uens. Et exemplificat ſtatim. vnde mouens in genere ſa
nitatis eſt medicina vt dicit. Et in mente artificis in fa
ctione domus ars edificatiua: et tamen non in quolibet
genere proprium mouēs eſt res illius generis. verbi gra
tia.in genere quantitatis: cum quantitas non ſit forma
actiua ſm Commentatorem: et ſic in multis alijs: et ſimi
liter eſt de principio materiali. Nam eſſe propriam mate
riam alicuius generis nō eſt aliud ꝙ̄ eſſe materiam pro
pinquam ad formā illius generis: ſicut eſſe mouens pro
prium alicuius generis non eſt aliud ꝙ̄ eſſe mouēs aptū
natum determinate inducere formam illius generis.
¶ Cum hoc autē ſtat ꝙ talis materia ſit res alterius ge
neris: et ſimiliter mouens. et ꝙ non aliud intendat Phi
T.c.22 12.meta. loſophus aut Commen. patet: quia ſtatim exemplificās
de huiuſmodi principijs ſubdit. verbi gratia. ꝙ pricipia
colorum ſm formam et priuationē ſunt albū ⁊ nigrū: ſm
aūt materiā recipientē eſt ſuperficies que eſt in potentia
ad oēs colores. Certum eſt aūt ꝙ ſuꝑficies quā dicit eſſe
materiā coloris alterius gn̄is eſt a gn̄e coloris. Et ſequiẗ
īmediate: ⁊ principia noctis ⁊ diei ſm formā ⁊ priuatio
nē ſunt lux ⁊ obſcuritas: ⁊ ſm materiā recipiētem eſt aer
qui eſt potētia luminoſus. Patet autem ꝙ aer eſt ſubſtā
tia quedam. dicitur tamē materia propria lucis: quia eſt
diſpoſitus diſpoſitione propinqua ad lucem: nec aliud
voluit ibi Philoſophus et Commenta. niſi ꝙ generatio
cuiuſlibet forme ſit determinata ib propria materia et a
determinato et proprio agente: et nō in qualibet ſiue qua

litercūqꝫ diſpoſita materia: nec a quolibet ſit quodlibet:
ſed determinatum a determinato. ¶ Auctoritas quoqꝫ
Auic. non eſt ad propoſitum ſm intentionē in qua loqui
tur. vult enim Auic. ꝙ in quolibet predicamento ſit exi
tus ad actum ex ſua potētia.i.ſm quodlibet predicamē
tum aliquid eſt in actu qꝺ prius fuit in potentia. ¶ Ad
primam rationem cum dicitur ꝙ omne diffinibile eſt cō
poſitum. dicendum ꝙ illa maior non eſt vera vniuerſali
ter de qualibet diffinitione diffinibilis: ſed de diffinibili
diffinitione ſimpliciter et proprie dicta concedi poteſt. ꝙ
in hoc ſenſu loquitur Philoſophus et Commenta. et in 7.meta.
eo ſenſu minor ſumpta falſa eſt: vt patet. 7. metaphyſi. T.c.33.
Nam vt ibi habetur accidentia diffiniuntur tn̄ per ad
ditamenta: et nō diffinitione ſimpliciter et proprie dicta.
Et ad probationē dicitur: ꝙ nō quelibet differentia ſuffi
cit cum genere ad diffinitiōem proprie dictam. Sed re
quiritur differentia eſſentialis exprimens determina
tam partem eſſentialem rei: et conuertibilis cum diffini
to. talem autem differentiam accidentia nō habēt: vt pa
tet. ¶ Ad illud autem qꝺ contra hoc additur.ſ. ꝙ ideo
diffiniuntur per extrinſeca ſolum: quoniam dependent a
ſubiecto. Dicendum ꝙ hoc eſt falſum: quoniam ſi ꝓpter
dependentiam ab extrinſeco: ideo per extrinſecum diffi
niuntur: ſequitur ꝙ etiam ſubſtantia compoſita diffini
retur per extrinſecum: cum quelibet plus dependeat a
deo in eſſe ꝙ̄ aliquod accidens a ſubiecto. ¶ Ad aliud
qꝺ ad idem inducitur.ſ. ꝙ hoc eſt: quoniam eorum diffe
rentie eſſentiales ſunt ignote a nobis. dicēdum ꝙ hoc nō
eſt verum: quia multarum ſubſtātiarum compoſitarum
differentie ſunt nobis ignote: ⁊ tamen conceditur ꝙ que
libet ſpecies ſubſtantie compoſite eſt diffinibilis. non er
go hoc eſt in comparatiōe ad nos: ſed ex natura ſui ſit ꝙ
eſt diffinibilis: ⁊ ex natura accidentis ꝙ tali diffinitione
diffiniri non poſſit. cum huiuſmodi differētiam non poſ
ſit habere. ¶ Preterea. Si accidentia haberent tales
differentias non magis eſſent nobis ignote ꝙ̄ differentie
ſubſtantiarum: cum per accidentia deueniamus in noti
tiam ſubſtantie: ⁊ per conſequens non plus diceret Phi
loſophus accidentia non diffiniri diffinitione proprie di
cta vel ſimpliciter: ſed tn̄ per additamenta: ꝙ hoc dicat
de ſubſtantijs compoſitis. ¶ Ad ſecundam rationem di
cendum ꝙ forme accidentales ſunt ſimplices. Et cū pro
batur ꝙ non: quoniam omnis mutatio per ſe vna ⁊c̄. di
cēdum ꝙ terminus mutationis poteſt accipi dupliciter.
vno modo pro termino formali ad quem tranſmutatur
ſubiectum: ſicut dicimus ꝙ ſubiectum quando dealba
tur mutatur ad albedinem: et materia ad formā ſubſtan
tialem in generatione ſubſtantiali. Alio modo poteſt ac
cipi: ꝙ̄uis minus proprie pro cōpoſito ex ſubiecto et ter
mino formali: ſicut compoſitum ſubſtantiale poteſt dici
terminus trāſmutationis ſubſtantialis: tūc dicēdum ꝙ
ſic ſumēdo in primo ſenſu terminū maior eſt vera. in ſcꝺo
vero ſenſu falſa eſt: quia nullius mutationis niſi ſubſtan
tialis terminus ſic ſumptus eſt quid vnum per ſe. ¶ Ad
aliam probationem neganda eſt conſequentia: alioquin
ſequitur ꝙ materia eſſet ſimpliciter perfectior ꝙ̄ ſubſtan
tia compoſita: qꝺ eſt falſum. ¶ Ad tertium dicēdum ꝙ
ſuſceptiuum talis motus eſt materia de genere ſubſtan
tie: vt in ſecundo patebit in queſtione de dimenſionibus.
Et cum additur ꝙ potentia receptiua rei eſt de genere il
lius rei ſm Commentatorem. Dicendum ꝙ Cōmen. non
dicit ꝙ potentia receptiua rei ſicut materia que recipit 5.phy.c.9
formā: ſit de genere illius forme quā recipit: ad quē intel
lectū ſumiẗ nūc auctoritas eius. Sed ait ſic: receptio eſt
potētia ad rē: ⁊ iā diximus ꝙ potentia ad aliquā rem eſt
de genere illius rei. accipit ergo potētiā ſm ꝙ ibi ꝓmiſit:
ꝙ potētia ad rē eſt de genere illius rei. Sed tūc nō accu

Digitized by Google

pit potentiã pro potentia ꝛ principio materiali paſſiuo ꝛ
receptiuo. Sed ſicut diſtinguimus aliquã vnã rem ſm
eſſe in actu ꝛ in potentia. verbi gratia. calor in potentia ꝛ
calor in actu. Sicut autẽ dicimus ꝙ calor in actu eſt de
genere qualitatis: ſic aliquo modo dicit Cõmen. poſſe di
ci ꝙ calor in potentia eſt de genere qualitatis. Et ex hoc
concludit ꝙ multo magis id qḋ eſt medium inter hãc po
tẽtiã ꝛ actum: ꝛ quaſi via de potentia ad actũ. verbi gra
tia. calor qui eſt partim in actu et partim in potentia eſt
de genere illius rei: ac per hoc motus: qui hoc modo po
teſt dici via media inter potentiã ꝛ actũ inter potentiam
purã ꝛ actum cõpletum eſt de genere actus completi: et
hoc vult dicere quãdo ait ibidem ſic. Et videtur ꝙ ſi po
tentia ad vnũquodq; predicamentũ eſt in illo genere pdi
camenti qḋ eſt in actu ꝛ ſimiliter via de potẽtia ad actũ:
ſcʒ ſi potentia ad ſubſtãtiã quoquo modo eſt in predica
mento ſubſtantie: ꝛ ſimiliter via ad generationem ſubſtã
tie: ꝛ ſimiliter potentia ad quãtum ꝛ ad alia predicamen
ta viſum eſt ꝙ illud eſſe qḋ eſt inter potentiam et actum
in illo genere ſit ſub illo genere: quoniã omne eſſe mediũ
inter potẽtiam et actum: que ſunt in illo genere: neceſſa
rio eſt de genere actus qui eſt completus. Sed differũt
ſm magis et minus. ire enim ad calorẽ eſt calor quoquo
modo et ſimiliter ire ad frigus. Et ſm hũc modum verũ
eſt differẽtie ꝙ motus eſt in genere in quo eſt illud ad qḋ
eſt motus. hec Commen. In quibus verbis patet ꝙ ipſe
ſumit potentiã ꝛ mediũ inter potẽtiã ꝛ actum modo qui
dictꝰ eſt: ꝛ potẽtiã ſic ſumptã vocat Cõmen. receptionẽ.
Sco. li. 1. diſt. 8. q. 3. ¶ Alij ſunt qui concordant cũ opinione premiſſa in hoc
ꝙ quelibet res exiſtens p ſe in genere eſt cõpoſita aliquo
modo ex natura rei. Sed diſcordãt in modo ponẽdi. vn
de dicũt ꝙ in aliquibus creaturis genus ꝛ differẽtia ac
cipitur ab alia ꝛ alia re: ſicut ponendo plures formas in
homine: animal accipitur a ſenſitiua: ꝛ rationale ab intel
lectiua: ꝛ tunc illa res a qua accipitur genus vere eſt po
tentialis et perfectibilis ab illa re a qua accipitur diffe
rentia. aliquando vero quando ibi non ſunt plures res:
ſicut in accidentibus ſaltem in vna re eſt aliqua propria
realitas a qua ſumitur genus: et alia realitas a qua ſu
mitur differentia: reſpectu cuius alia eſt potentialis et
perfectibilis per eam. Qꝫ autem in qualibet re ſint due
tales res vel realitates a quibus ſumantur genus ꝛ diffe
T. c. 6. rentia. ipſi probant auctoritate Ariſto. dicentis. 8. meta.
oportet rationem. i. diffinitionem eſſe orationem longam
que ſignificat aliquid de aliquo: ita ꝙ oportet illud eſſe
materiam: illud vero formã. ¶ Probatur etiam ratio
ne: quia ſi illa realitas a qua accipiť genus eſſet vere to
ta quidditas rei: ſolum genus complete diffiniret genus
etiam et differentia non diffinirent: quoniam ratio ex eis
non iudicaret primo idem diffinito: vnaqueq; enim res
eſt ſolum ipſa. Et ideo illa ratio que bis exprimeret eam
In. q. re non iudicaret primo idem quidditati illius rei. ¶ Item
porta. li. 1. alibi arguunt ad idem: quia realitas a qua ſumitur ge
diſt. 8. q. 3. nus eſt principium potentiale realis conuenientie cum
alia ſpecie: et realitas a qua ſumitur differentia eſt prin
cipium realis differentie: ſed non eſt poſſibile eandem
realitatem eſſe principium realis conuenientie et realis
differentie aliquorum adinuicem. ergo alia eſt realitas
a qua ſumitur genus: et alia a qua ſumitur differentia.
li. 2. diſ. 3. ¶ Item alibi ſi non eſſent due tales realitates: in diffini
q. 6. tione eſſet nugatio. ¶ Hec opinio falſa eſt tam quãtum
ad illud quod dicit de genere ſubſtantie ꝗ̃ ad id quod di
cit de accidentibus. Nam ſiue ſint plures forme ſubſtan
tiale in ſubſtantia vna compoſita: ſiue vna tm̃: falſum eſt
ꝙ genus ſignificet partem: vt volunt. Alioquin non plus
predicareť de ſpecie in quid: ꝗ̃ differẽtia: qḋ eſt falſum.
¶ Itẽ ſi ſignificaret partem: vel ſumeret a parte ſpecici.

verbi gratia. animal ab anima ſenſitiua: ꝛ rationale ab in
tellectiua vt dicunt: nihilominus res illa a qua ſumitur
genus non eſſet potentialis ad rem a qua ſumitur differẽ
tia: nec perfectibilis per eam: vt dicunt: quoniam nulla
forma ſubſtantialis eſt perfectibilis per aliam formã ſub
ſtantialem: ſed quelibet: etiam ſi plures eſſent ſimul in eo
dem: immediate perficit materiam: ſicut patebit in ſecun
do de omni forma materiali. ¶ Secundo deficit in eo qḋ
dicit de accidentibus. Nam aut volunt ꝙ realitas gene
ris ꝛ realitas differentie non ſit aliqua res ſimpliciter: ſed
preciſe conſtituunt vnam rem compoſitam: ſicut materia
ꝛ forma vnam ſubſtantiam cõpoſitam: ꝛ tunc non minus
eſt in accidẽtibus res ꝛ res ꝛ compoſitio rei ꝛ rei: ꝗ̃ in ſub
ſtantia: niſi ad placitum velint componentia accidentis
vocare realitates: ꝛ componentia ſubſtantie res: vel vo
lunt ꝙ licet ſint diuerſe realitates: ſunt tamen vna res ſim
plex per identitatem: ita ꝙ inter ipſas ſit diſtinctio forma
lis ꝛ vnitas realis: ſiue quod idem eſt dictu: ipſe ſint diſtin
cte formalitates ꝛ vna res ad ſenſum datum in queſtione
prima huius. d. ¶ Et tunc quero de formalitate vna: an
ſit eadem aliquo modo ex natura rei illi rei communi vel
non: ſi non. ergo non eſt vna res cum alia formalitate: ſi ſic
cum illa formalitas aliquo modo diſtinguatur ab ea: et
per te non eſt poſſibile vt eodem primo aliquid conueniat
cum aliquo ꝛ diſtinguatur ab eo: oportebit dare formali
tatem in formalitate in infinitum: vt in preallegatis que
ſtionibus deducebatur. ¶ Preterea. Iſti idem alibi ex
preſſe contradicunt tam concluſioni: quam hic ponunt de
compoſitione forme accidentalis: ꝗ̃ etiam fundamento
eius ſcilicet ꝙ in tali forma ſit alia realitas vel ratio a qua
ſumitur genus: et alia a qua ſumitur differentia. Nam in
reportatis Pariſieñ. lib. primo diſ. 33. q. 2. volentes oſten In. q. re
dere aliqua eſſe eadem ſimpliciter: ꝛ tamen non adequa porta. lib.
te aiunt ſic. Niſi etiam multa eſſent eadem ſimpliciter que primo diſ. 33
non ſunt adequata eidem: ſequitur ꝙ forma accidentalis q. 2.
vt albedo eſſet compoſita realiter. Nam ſi ratio commu
nioris a qua ſumitur ratio generis eſſet alia realitas ab il
la a qua accipitur ratio differẽtie ſpecifice albedinis: tũc
albedo eſſet compoſita ex duabus realitatibus: quod ne
gatur cõmuniter. Sunt ergo vna realitas hec duo in al
bedine: ꝛ tamen neutrum adequate eſt realitas albedinis
per ſe: quoniam tunc vnum vel alterum ſuperflueret. hoc
ipſe. quo modo autem in his verbis dicant contradictoria
vtriuſq; quod propoſui non oportet declarare: ſed ſolum
legere ſufficit. ¶ Ad rationes eius dicendum. ¶ Ad pri
mam quidem primo ꝙ illa auctoritas non eſt vniuerſali
ter ad propoſitum ſuum: cum diffinitio (vt de ipſa ibidem
loquitur Philoſophus per eundem ibidem) ſit tantũ ſub 8. meta.
ſtantie compoſite ꝛ per conſequens per illam auctoritatẽ T. cõ. 15.
non probaretur aliqua compoſitio in accidentibus: neq;
in ſimplicibus ſubſtantijs. ¶ Secũdo dico ꝙ non eſt eſti
mandum ꝙ genus poſitum in diffinitionibus ſubſtantia
rum compoſitarum ſignificet materiam aut partem ali
quam ſubſtantie: vt iſti putant. ſicut aliqualiter poſt ma
gis declarabitur ꝛ amplius in tertio ꝛ pro nunc ſufficit
ratio ſupra data ſcilicet quia genus predicatur in quid ꝛ
in recto nomine principali. Et ideo dicendum ꝙ genus
non ſignificat tantum partem: ſed totũ: nec Philoſophus 8. meta.
dicit oppoſitum vbi allegatur ſed ait: ꝙ hoc quidem dif T. cõ. 15.
finitionis oportet eſſe vt materiam: id vero vt formam: et
hoc eſt verum: quoniam licet genus non ſit materia: nec
ſolam materiam ſignificet: eſt tamen vt materia idest ſimi
le materie. quod qualiter ſit intelligendum patebit in re
ſpondendo ad rationes factas in principio queſtionis.
¶ Ad rationem autem que inducitur contra hoc ſcilicet
quia ſi genus ſignificet totam quiditatem rei ſolũ genus
complete diffiniret: neganda eſt conſequentia. Nam ad

Digitized by Google

diffiniendum non ſufficit qualitercūq; ſignificare totam
eſſentiam diffiniti:ſed oportet ſignificare explicite oīa
T.c.5. pĉipia intrinſeca eſſentialia diffiniti. vnde pmo phyſi.
dicitur ꝙ diffinitio diuidit in ſingula:genus autem et ſi
ſignificet totam ſubſtantiam compoſitam:non tamen ex-
primit explicite quālibet eius partē eſſentialē. ¶ Item
qḋ adducitur ꝙ genus ⁊ differentia non diffinirent:quia
non ſignificarēt primo idem quidditati illius rei:falſum
eſt. Nam licet genus ſignificet totum qḋ ſignificat diffini
tio:non tamen eodē modo vt dictum eſt: quia ipſum im-
plicite partes:diffinitio vero ſignificat explicite ⁊ diſtin-
cte. ¶ Item genus non ſolum ſignificat illam quiddita-
tem quā ſignificat diffinitio:ſed et plures alias: genꝰ er-
go ſignificat primo (Exponendo ly primo negatiue) totā
quidditatem implicite:et tota diffinitio eandem ſignifi-
cat explicite:et hoc non eſt conueniens. Item diffinitio
predicatur conuertibiliter de diffinito:nō ſic aūt genus.
¶ Ad aliud dicendum ꝙ non eſt inconueniēs ꝙ ꝑ idem
aliquid conueniat cum aliquo vno modo et realiter dif-
ferat alio modo ſicut patebit in tertio vbi tractabit̄ de
vnitate ſpecifica. ¶ Ad aliud de nugatione dicēdum ꝙ
in diffinitione non eſt nugatio: quilibet differentia aliquid
explicite ſignificet:qḋ per genus ſignificatur implicite:
quia neutrum ponitur in diffinitione alterius: et ideo ſi
ponantur rationes pro nominibus non dicetur idem no-
Thomas men bis:qḋ tamen requiritur ad nugationem. ¶ Alij di
pte.1.q.3. xerunt ꝙ deo repugnat propter ſuam ſimplicitatē etiam
ar.5. eſſe in genere:eo ꝙ omne qḋ eſt in genere eſt compoſitum
ex eſſe et eſſentia:quia vt dicunt:omnia que ſunt in gene-
re vno cōmunicant in quidditate vel eſſentia generis qḋ
predicatur de eis in eo qḋ quid. Differūt autem ſm eſſe.
Non enim eſt idem eſſe hominis:et equi et nature huius
hominis et illius hominis: et ſic oportet ꝙ quecūq; ſunt
in genere differat in eis eſſentia:et qḋ quid eſt.i.eſſe ⁊ eſ-
Contra ſentia:in deo autem non differunt. quare ⁊c̄. ¶ Hec opi
Tho. nio non eſt vera:tum quia talis diſtinctio eſſentie ab eſſe
non eſt in aliqua re creata vel icreata:vt alias poterit pa
tere. Tum quia eſto ꝙ eſſet. conſtat tamen ꝙ ipa eſſentia
rei non eſt compoſita ex eſſe et eſſentia:alias in vna re eſ-
ſent infinite eſſentie vel infinita eſſe: vel dabitur eſſentia
non compoſita ex eſſe et eſſentia: ſed ſm iſtos eſſentia
ipſa eſt per ſe et directe in predicamento: et per ſuam
quidditatem et eſſentiam precise reponitur res in pre-
dicamento et in genere et in ſpecie. ipſum autem eſſe eſt
ſm ipſos in genere per reductionem tantum: ergo non
omne quod eſt per ſe in predicamento eſt compoſitum ex
eſſe et eſſentia. ¶ Preterea. ſm eoſdem accidentia non
habent proprium eſſe aliud ab eſſe ſubſtantie: et tamen
accidentia ſunt in predicamento:nec poteſt dici ꝙ com-
poſitum ex eſſentia que eſt accidens et eſſe:ſit ꝑ ſe in pre-
dicamento:quia vt dictum eſt: accidens non habet pro-
prium eſſe:ſed exiſtit per eſſe ſubſtantie ſm eos: ſed tale
eſſe vt dicunt non eſt de genere accidentis: ſed per redu-
ctionem eſt in genere ſubſtantie:et per conſequens com-
poſitum vel aggregatum ex ipſo et accidente non eſſet ꝑ
ſe in genere accidentis. ¶ Ad rationes eorum dicēdum
quidem ꝙ non eſt verum ꝙ omne exiſtēs in genere eſt cō-
Rōnes poſitum ex eſſe et eſſentia. ¶ Ad probationem dicēdum
Thome. ꝙ ſi itelligatur per eſſe aliquam entitatem diſtictam ab
entitate que eſt eſſentia: cum nulla talis ſit ſm veritatē
nulla que ſunt in genere differunt ſm eſſe.i.habēt diuer-
ſa eſſe:neq; habent idem eſſe. Si vero per eſſe intelligant
idipſum qḋ per eſſentiam. dicendum ꝙ ſicut conueniunt
in eſſentia vel quidditate:vel non conueniunt. ſic conue-
niunt vel non conueniūt in eſſe:et ecōuerſo. ¶ Ad aliam
rationem dicendum ꝙ maior eſt falſa:et ſimiliter proba-
tio eius. Nam genus non ſumitur ab aliquo qḋ ſit in po-
tentia ad illud a quo ſumitur differentia:cum genus non
ſignificet partem:vt habitū eſt. ¶ Reſpondeo ergo quā-
tum ad hunc articulum ꝙ deo non repugnat ratione ſue
ſimplicitatis eſſe in genere: quod ex dictis poteſt ſic pro-
bari. Si enim repugnaret deo ⁊c̄. hoc eſſet: vel quia om-
ne quod eſt in genere eſt aliquo modo compoſitum com-
poſitione eſſentiali aliquorum: quorum vnum eſt potētia
et reliquū eiꝰ actus realiter diſtinctus/ aut vterq; actus:
et hoc non verum:cum multa talia ſint per ſe in genere:in
quibus non eſt talis cōpoſitio. verbi gratia. intelligentie
abſtracte ⁊ forme accidētales ⁊ ſpirituales:vt intellectio
volitio et huiuſmodi: et ſimiliter multe corporales:vt ſu-
pra probatum eſt. vel cōpoſitum compoſitione formalita
tum non rerum/ vel compoſitione eſſe ⁊ eſſentie: et vtrūq;
eſt improbatum/ nec apparet aliquis alius modus com-
poſitionis neceſſarius cuilibet exiſtenti in genere: ergo
non propter ſummam dei ſimplicitatem neceſſe eſt nega-
re deum eſſe in genere.

Nunc ſecūdo videndum eſt generaliter: an ex
aliquo alio hoc ſit negandum/
Et conueniunt pro maiori parte doctores in hoc dicen-
tes:ꝙ deus non eſt in genere: quod tñ diuerſimode ꝓba-
tur ab eis. ¶ Quidam enim probant hoc primo: qꝛ om- Thomas
nis ſpecies conſtituitur ex genere ⁊ differentia. illud au- vbi ſupra
tem a quo ſumitur differentia conſtituens ſpeciem ſe ha-
bet ad illud a quo ſumitur genus: ſicut actus ad poten-
tiam. animal enī ſumitur a natura ſenſitiua per modum
concretionis:qꝛ homo dicitur animal: quoniā habet na-
turam ſenſitiuam:rationale vero a natura intellectiua:qꝛ
rationale eſt quod habet naturam intellectiuam. Intelle
ctiuum autem ſe habet ad ſenſitiuū: ſicut actus ad potē-
tiam. Et ſimiliter eſt in alijs:ſed in deo potentia non con-
iungitur actui:quare non eſt in genere. ¶ Secūdo quia
cum eſſe dei ſit eius eſſentia: ſi deus eſt in genere oporte-
ret ꝙ eiꝰ genus eſſet ens. Nam genus ſignificat rei eſſen-
tiam: cum predicetur in quid. ſed ens nullius poteſt eſſe
genus:vt patet. 2. meta. Aliam rationem faciūt ad idem
ſed illa tacta eſt ſupra. ¶ Alij idem probāt tertio ſic. om-
ne quod eſt in genere eſt aliquid determinatum ſm perfe Dñs Egi.
ctionem: deus autem eſt infinitus in perfectione. Maior 1. meta.
ꝓbatur:qꝛ ſm Cōmētā. 2. meta. genus differt a materia:qꝛ T.c.17.
materia dicit puram potentiā:genus vero dicit formam
mediam inter potētiam ⁊ actum: actus autem receptus
potentia contrahitur ad determinatam perfectionem.
¶ Alij ſic quarto ex ratione neceſſe eſſe: ⁊ eſt vt dicūt ra- Scotus.
tio Auic. 8. meta. ſi neceſſe eſſe habet genus:ergo intentio Cap̄.4.
generis vel erit ex ſe neceſſe eſſe/ vel nō. Si primo modo
tunc non ceſſabit quouſq; ſit ibi differentia. hoc intelligo
inquiunt ſic. genus etiam includeret differentiam. Quo-
niam ſine illa non eſt in actu vltimo: ⁊ neceſſe eſſe ex ſe eſt
in actu vltimo. Si autem genus includit differentiam:
tunc non eſt genus. Si detur ſecūdum membrum:ſequi-
tur ꝙ neceſſe eſſe erit conſtitutum ex eo quod non eſt ne-
ceſſe eſſe. ¶ Quinto idem probatur per auctoritatem
Augu. 7. de trini. manifeſtum eſt deum abuſiue ſubſtan- Cap̄.5.
tiam vocari. ratio ſua eſt:quoniam ſubſtantia ſubſtat ac-
cidentibus:quod deo conuenire non poteſt:que ratio ha
bet euidentiam ex eo ꝙ omnis ſubſtātia:vt ſubſtantia eſt
genus:eſt limitata. omnis autem ſubſtātia limitata ſubſi
ſtit aliquibus accidentibus. ¶ Alius doctor ad idem in-
ducit duas rationes quāuis dicat eas non eſſe cogentes.
Prima q̄ eſt.ſ. in ordine. 6. eſt hec:ſi deꝰ eſſet in gñe aliqḋ Ocham.
eēt genus reſpectu dei ⁊ aliorꝫ:cōſequēs eſt falſum:quo-
niam vel illud eſſet ens/ vel aliquid aliud: non ens: quia
omne genus ſeparat illud cui eſt genus ab aliquo: ita ꝙ
ipſum eſt medium per quod aliquid negarū ab ipſo vni-
uerſaliter negetur etiam a ſpecie: vt poteſt haberi ex. 7.

Digitized by Google

topicorum:ſed ens non eſt tale cum predicetur de oībus:
nec aliud ab ente poteſt eſſe genꝰ deo ⁊ alicui alteri:quo-
niā quicquid illud eſſet:oporteret ꝙ eſſet cōmune omni
creature:quia plus differunt ⁊ minus cōueniūt deus et
creatura quecūq; ꝙ̄ alique creature inter ſe:genus autē
qꝺ predicatur de magis differentibus:predicatur etiam
de minus differentibus:ſed nullum genus eſt commune
omni creature:quare ⁊c̄. ¶ Septimo ſic.oīa que ſunt
in genere habent certā proportionem ſm perfectionē in-
ter ſe:ſed deus nullam proportionem perfectionis habet
cum aliquo alio:cum quodlibet aliud excedat in infini-
tum.ergo ⁊c̄. ¶ Octauo ab alijs ſic:genus eſt prius ſm
intellectum omni qꝺ ponitur in genere:deo autē nihil eſt
prius:nec ſm rem nec ſm ītellectum.ergo ⁊c̄. ¶ Huius
cap.27. opinionis etiam fuit Anſel.qui moñ.hanc concluſionem
probat ſic. Cum omnis ſubſtantia tractetur:aut eſt vni-
uerſalis que pluribus ſubſtantijs eſſentialiter cōmunis
eſt:vt hominē eſſe cōmune eſt omnibus hominibus:aut
eſt indiuidua:que vniuerſalem eſſentiā cōmunem habet
cū alijs:quēadmodū ſinguli homines cōmune habēt cū
ſingulis vt homīes ſint:quomodo quis ſummā naturam
in aliarū ſubſtātiarū tractatu cōtineri intelligit:que nec
in plures ſubſtantias ſe diuidit:nec cum aliqua alia per
eſſentiā cōmunicationē ſe colligit:quaſi dicat.nullo mo
do.vnde in hoc cōſiſtit ratio eius:omnis ſubſtantia que
eſt in genere eſt vniuerſalis vel indiuidua:ſumma natu-
ra nec eſt vniuerſalis:quoniā nō multiplicatur in pluri-
bus:nec indiuidua:quia cū nulla eſſentialiter conuenit.
¶ Huius quoq; opinionis videt̄ fuiſſe Magiſter in hac
cap.1. diſtinctione motus verbis beati Auguſtini.5.de trini.di
cētis. Intelligamus deū quātū poſſumus:ſine quātita-
te magnū:ſine qualitate bonū:ſine indigentia creatorē:ſi
ne ſitu preſentem:ſine habitu omnia cōtinētem:ſine loco
vbiq; totū:ſine tēpore ſempiternū:ſine vlla ſui mutatione
mutabilia faciētem:nihil patiētem.hec Aug. Quibus
cap. vltio verbis ſubdit Magiſter.Ecce ſi ſubtiliter intēdamus ex
his atq; ꝑdictis aperitur illa ꝑdicamēta artis dialecti-
ce dei nature minime ꝯuenire:que nullis ſubiecta eſt ac
cidētibus.vnde nec proprie dicitur ſubſtātia:vt Augu.
oſtēdit in.7.de tri.et eſt ſupra inductum. ¶ Ad hoc etiā
poſſet induci intētio Augu.7.de trini.vbi probat diuinā
eſſentiā neq; genus eſſe neq; ſpeciem:eſſet autem ſpecies
ſi eſſet in genere:cū nō ſint plures diuine eſſentie ſolo nu-
Opinio mero differentes. ¶ Sed quātum mihi pro nūc apparet
ꝓpria de hec nō ſufficiēter probāt propoſitum:nec cogunt preſer-
hoc ꝙ ꝗri tim ꝑ efficaciam rationis illud eſſe tenendum:non plus:
tur in pri- quinimmo minus vt apparet:q̄ rationes alie probāt op-
mo arti. poſitum.ideo probo cōcluſionem oppoſitam. Et quia ali
quādo dicimus aliquā rē que nō eſt ſignum vel predica-
bile alicuius predicamēti:eſſe in genere vel predicamen
to:aliquādo etiam dicimus predicabile aliquod eſſe in
predicamēto.ideo primo probo ꝙ res īportata ꝑ hoc no-
men deus.vere eſt in ꝑdicamēto ſubſtātie. ¶ Secundo
probo ꝙ predicabilia quedā vere ⁊ proprie de deo dicta:
ſunt in ꝑdicamento. ¶ Primum probo ſic:omne qꝺ ꝑdi
catur vere in quid de pronomine demonſtrāte rē aliquā
⁊ de pronomīe demōſtrāte aliquā aliā rem ſpecie diſtin-
ctam ab illa:nec tamen ſic predicatur de quolibet:eſt ge-
nus illius rei:⁊ illa res eſt in genere illo:et per conſequēs
in predicamēto vbi eſt genus illud:ſed hoc cōmune ſpiri
tus vere predicatur in quid de deo et de pronomine de-
monſtrāte aliquā rem ſpecie diſtinctā ab illa:et nō eodē
modo predicatur de omnibus. ergo ipſm eſt genus illius
rei:⁊ ipſa eſt res huius generis:et per cōſequēs de predi
camēto ſubſtātie cuius predicamēti genus eſt hoc com-
mune ſpiritus.maior propoſitio eſt nota per diffinitionē
generis etiam ſtrictiſſime ſumendo genus. Genus enim

diffinitur:qꝺ predicatur de pluribꝰ differentibus ſpecie
in eo qꝺ quid ſiue in quid.predicari autē in quid ſtrictiſ-
ſime ſumitur:ſicut accipitur in maiori. Dixi autem ꝙ nō
predicatur de oībus propter ens:qꝺ ſm aliquos in quid
predicatur de quolibet:nec tamen eſt genus. ¶ Patet
etiam hec propoſitio inductiue:quia enim animal predi
catur in quid de pronomine demonſtrāte rem que eſt ho
mo:⁊ de pronomine demonſtrāte rem que eſt leo:et ſic de
pluribus.ideo animal eſt genus illarum rerum:⁊ ille di-
cuntur eſſe in genere animalis ⁊ in predicamento ſubſtā
tie:cuius predicamenti eſt genus ſubalternum animal:
ſimiliter quia color predicatur in quid de pronomine de-
monſtrante illam rem que eſt albedo:ac etiā demonſtrā-
te rem que eſt nigredo:et ſic etiam de pluribus diſtinctis
ſm ſpeciem:ſuppoſito gratia exempli:tales qualitates
ſpecie diſtingui:ideo dicitur genus illarum rerum:et ille
dicuntur eſſe in illo genere et in predicamēto qualitatis:
cuius ipſum eſt genus ſubalternum:⁊ ſic in omnibus pa
tet vniuerſaliter diſcurrenti. ¶ Or ſi quis inſtaret in pro-
poſito:eadem ratione poterit quālibet aliam rem negari
eſſe in aliquo gñe.et ꝙ nullus angelus eſt in ꝑdicamento
ſubſtātie:nec aliq̄s color in ꝑdicamēto q̄litatis:nec vnq̄
ꝓbari poterit oppoſitū:eo ꝙ illa ſit ꝓpria rō gñis:et illo
inō tn̄ res ꝓpriiſſime dicunt̄ eſſe ī gñe.minor ꝓbat̄.Nā
cōſtat ꝙ hoc nomen ſpiritus vere predicatur de deo.vn- cap.4.
de Jo.deus ipſemet dixit.deus ſpiritus eſt:et per conſe-
quens de pronomine demonſtrante rem illam pro qua in
iſta propoſitione ſupponit hoc nomen deus:predicatur
vere hoc predicatum ſpiritus:dicendo.hoc eſt ſpiritus:
conſtat autem ꝙ etiam in quid.vnde interroganti quid
eſt hoc.bene reſpondetur ſpiritus.nō autem ſi interroge-
tur quale eſt hoc.vel ſm aliquod aliud predicamentum.
¶ Item conſtat ſm ſcripturas et ſm omnes:ꝙ hoc no-
men ſpiritus predicatur de pronomine demonſtrāte aliā
rem ſpecie a deo:vt de re quā vocamus angelū Gabrie-
lem:⁊ de demonſtrante eam quā vocamus Michaelē:⁊
ſic de multis:et cōſtat etiam per ſimilem rationem ꝙ pre-
dicatur in quid. ¶ Item nō ſic predicatur de omnibus.
Nam demonſtrato leone non vere dicitur.hoc eſt ſpiri-
tus.ergo hoc cōmune ſpiritus eſt genus vere et proprie
ad illam rem que deus dicitur:hoc autem genꝰ nullius
alterius predicamenti verius dici poteſt eſſe:immo nec
vere niſi ſubſtantie:quare ⁊c̄. Forte autem diceretur:ꝙ
hoc nomen ſpiritus licet predicetur de deo et angelo:nō
tamen dicitur de eis ſm vnam rationem:et ideo non eſt
eis genus:ſed iſtud eſt ad placitum et ſine ratione:quia
aut intelligitur qꝺ nō dicitur de eis ſm vnam rationem
ſpecialiſſimam:⁊ hoc verum eſt:ſed hoc non īpedit quin
ſit genus:licet impediat ipſum eſſe ſpeciē ſpecialiſſimā:
aut intelligitur de ratione in generali:et hoc eſt falſum.
Nam ſm vnam rationem generalem huic nomini cōuer
tibilem:vniuerſaliter dicitur de deo et creatura ſpiritua
li:ſiue enim diffinitur ſpiritus ſubſtantia incorporea et
imaterialis:ſiue alia diffinitione:illa diffinitio tam deo
q̄ angelis erit cōmunis.ꝙ ſi hoc proteruiter negetur:ſi-
mili modo negare poterit ſubſtantiam dici ſm vnam ra-
tionem de corporea et incorporea:immo vt videtur mul-
to magis:et ſic conſequenter negare angelum eſſe in pre-
dicamento ſubſtantie:qꝺ nullus negat. ¶ Secūdū pro-
bo ſic.pater filius creator prīcipium et plura ſimilia ſunt
predicabilia per ſe relatiua et ad aliquid:ac per hoc de
predicamento relationis:et proprie dicuntur de deo.er-
go de deo proprie dicuntur predicabilia:que vere ⁊ pro-
prie ſunt in aliquo predicamēto. Prima pars antecedē-
tis patet:quoniam eis conueniunt omnia que dicūtur a
ſanctis et prophetis requiri ad hoc ꝙ aliqua predicabi-
lia ſint per ſe ad aliquid. Secunda etiam pars nulli ca-

diffiniendum non ſufficit qualitercu̇ꝫ ſignificare totam
eſſentiam diffiniti: ſed oportet ſignificare explicite oīa
T.c.5. pricipia intrinſeca eſſentialia diffiniri. vnde pmo phyſi.
dicitur ꝙ diffinitio diuidit in ſingula: genus autem et ſi
ſignificet totam ſubſtantiam compoſitam: non tamen ex-
primit explicite quālibet eius partē eſſentialē. ¶ Item
qḋ adducitur ꝙ genus ⁊ differentia non diffinirent: quia
non ſignificarēt primo idem quidditatē illius rei: falſum
eſt. Nam licet genus ſignificet totum qḋ ſignificat diffini-
tio: non tamen eodē modo vt dictum eſt: quia ipſum im-
plicite partes: diffinitio vero ſignificat explicite ⁊ diſtin-
cte. ¶ Item genus non ſolum ſignificat illam quiddita-
conſtitutũ ex filiatione et eſſentia: qḋ realiter diſtingueretur a ſpiritu ſancto. ¶ Secũdũ eſt: ꝙ filius conſtituitur in eſſe perſonali per ipſam filiationem. Hec duo videntur mihi falſa: ad qḋ oſtendendũ ſuppono ꝙ filius vere exiſtit: ⁊ eſt ꝑſona et alia a ꝑſona ſpũs ſancti: ꝑter oĩm operationẽ anime: ⁊ ſic fuit eternaliter ante omnẽ anime operationẽ: ⁊ ꝑ ꝯſequẽs talia cõſtitutiua eius in eſſe ꝑſonali: et diſtinctiua eius a ſpiritu ſancto: ſi qua ſunt: ſunt vere in rerũ natura: nec ſunt relationes vel cõceptus: aut aliqua alia ab intellectu noſtro fabricata: cum hic non queratur de diſtinctione conceptuũ: ſed perſonarũ eternarũ que ſunt verus deus. ¶ Hoc ſuppoſito arguo contra primũ dictũ ⁊ ſumo ipſam ſpirationẽ ſm ſe: vt preſcindit ab omni qḋ eſt extra aĩam quoquo modo diſtinctam ab ipſa: ſiue ꝙ non eſt ipſa. Et q̃ro an ſpiratio ſic ſumpta eſt perſona filij ſeu filius ipſe vel non? Si ſic. ergo in filio non eſt aliquid preter ipſam ſpirationem: ⁊ per cõſequẽs non eſt in ipſo aliquid aliud diſtinctiuũ ipſius a ſpiritu ſancto preter ſpirationẽ. Et ſimiliter ſequit̃ ꝙ ſi ſola ſpiratio circũſcriberetur: nõ remaneret aliquid filij ꝙ aliq̇d conſtitueret cum eſſentia aut aliquo alio quoꝫ oppoſita iſti dicunt. Et patet conſequentia quãtũ ad vtrũqꝫ: quoniã ſi detur oppoſitum ꝯſequẽtis .s. ꝙ aliquid remaneret: aut ꝙ in ipſo filio ſit aliquid preter ſpirationem: ſequitur ꝙ ipſa preciſe ſumpta non eſt filius: ⁊ ſic dici poſſet ꝙ eſt aliquid filij. Si vero ipſa ſpiratio ſic ſumpta non eſt ꝑſona filij ſeu filius ipſe: aut ipſa eſt aliquid intrinſecum ſibi: ⁊ tunc ſequitur ꝙ preter ipſam filius intrinſece includit aliquid aliud qḋ nõ eſt ſpiratio. Et ꝑ conſequẽs filius non eſt omnino ſimplex: qḋ eſt erroneum: aut eſt aliquod extrinſecum filio: ⁊ tunc cum nihil ſit in deo inherẽs aut informãs: ipſa erit ꝑ ſe ſubſiſtens: et ꝑ conſequens ſuppoſitũ vnum vel plura: quodlibet autem in deo ſuppoſitum eſt perſona. ergo ipſa eſt quedam perſona diſtincta a ꝑſona filij: ⁊ eadem ratione diſtincta a perſona patris. Et cõſtat ꝙ ipſa non eſt perſona ſpiritus ſancti. Ex quo ſequitur ꝙ in diuinis ſunt quatuor perſone qḋ eſt hereticũ dicere. ¶ Preterea. Conſtat: ꝙ filius eſt eque ſimplex vt filiatio: ⁊ ꝙ filiatio (vt hic de ea eſt ſermo iſtorum) eſt ipſe filius: ⁊ filius eſt filiatio: et omni modo ſibi idẽ quo filiatio eſt eadẽ filiationi: ⁊ hoc infra magis patebit: ſed in ipſa filiatione non ſunt aliqua plura diſtincta quibus diſtinguatur a ſpiritu ſancto: neqꝫ quorũ aliquo ſolo circũſcripto aliquid eorum remanet cum eſſentia conſtituens aliquid diſtinctum realiter a ſpiritu ſancto: ergo nec in filio ſunt aliqua talia plura diſtincta. ¶ Contra ſecũdum dictũ arguo primo ſic. perſona filij non cõſtituitur in ſuo eſſe ꝑſonali ꝑ ſeipſam: ſeu qḋ idem eſt dictu. filius non cõſtituitur in eſſe ꝑſonali ꝑ filiũ: nec filiatio conſtituitur in eſſe ꝑſonali aut aliquo ſuo eſſe ꝑ filiationem ⁊ vniuerſaliter nihil cõſtituit̃ in aliquo eſſe per ſeipſum primo. ergo filius nõ conſtituitur in eſſe ꝑſonali ꝑ filiationem. Antecedens notũ eſt: ⁊ conſequentia ꝓbatur: ex eo ꝙ vt dictum eſt: filiatio nullo modo diſtinguitur a parte rei a filio: ſed eſt ſibi adequate omnibus modis eadem: quibꝰ eſt eadẽ: quibus eſt eadem ſibiipſi. ¶ Confirmatur. quoniã omne qḋ conſtituitur in eſſe ꝑ aliquid: aliquo modo diſtinguitur ab ipſo: nã conſtituens eſt aliquo modo cauſa conſtituti: ſicut patet in omnibus inducendo. ¶ Secundo. filius eſt omnino ſimplex et actus purus per ſe ſubſiſtens: ergo non cõſtituitur in eſſe perſonali per aliquid formaliter ſeu tãq̃ formali conſtitutiuo. Antecedens eſt certũ: ⁊ conſequentia ꝓbat̃. Nam ex eo ꝙ eſt ſimplex non cõſtituitur aliquo ſibi itrinſeco: ex eo vere qḋ eſt actus purus per nullum formale dans ſibi eſſe cõſtituit̃: ſicut forſitan diceret quis: ꝙ materia conſtituitur per formam: ex eo quoqꝫ qḋ eſt per ſe ſubſiſtens non conſtituitur in eſſe per aliquid tanq̃ per materiam: ſicut in aliquo modo poſſet quis dicere ꝙ forma conſtituitur per materiã: quia ſubſiſtit aliquo modo per illam. ¶ Unde talia verba in ſua proprietate penitus falſa ſunt: et ex falſa imaginatione procedunt: quia vcꝫ ſic loquentes imaginantur ꝙ eſſentia diuina ſit quaſi materia reſpectu filiationis: et filiatio ſit forma eius et ex vtraqꝫ reſultet perſona cõpleta: ⁊ ꝓpter hoc perſona conſtituitur formaliter in ſuo eſſe per filiationem: ſicut compoſitum ſubſtantiale dicitur conſtitui formaliter in eſſe per ſuam formã ſubſtãtialem: qḋ vtiqꝫ figmentũ oĩno remotum eſt a perſona diuina. Quapropter in deo non eſt eſtimãdum aliquod realiter conſtitutum ꝑ aliud formaliter: nec aliquid formaliter ⁊ realiter conſtituens aliud: ſed quicquid ibi eſt per ſeipſum ⁊ nullo alio formaliter eſt quicquid eſt: q̃uis cauſaliter ſeu principiatiue vel ꝓductiue habeat aliqua ꝑſona eſſe ꝑſonã. ¶ Et ideo quãtũ ad articulũ iſtũ dico ꝙ de reali diſtinctiuo alicuius ab aliquo poſſumus dupliciter loqui. Uno modo vt per huiuſmodi diſtinctiuum itelligamus aliud exiſtẽs extra animam ſignificabile incomplexe ſm ſe ab alio diſtinctum: quẽadmodũ diximus ꝙ homo per animã ſuam diſtinguitur ab aſino: et ꝙ vna anima ſm ſe diſtinguitur ab alia. Alio modo vt per diſtinctiuum intelligamꝰ aliud complexe tm̃ ſignificabile: per qḋ aliud poteſt vere concludi ab aliquod eſſe diſtinctũ: q̃uis ipſum huiuſmodi diſtinctiuũ non ſit ſm ſe aliqua entitas ab aliquo quoquo modo diſtincta: ſicut ſi diceremꝰ ꝙ accidẽs in ſacramento diſtinguitur ab alijs ꝑ hoc ꝙ ipſum nõ eſt in ſubiecto: alia vero accidentia ſunt in ſubiecto: ſic autẽ dicendo non intelligitur ꝙ aliqua entitas aut aliquid incomplexe ſignificabile ſit diſtinctiuũ talis accidentis ab alijs: q̃uis ipſum ſeipſo in primo ſenſu dato diſtinguatur ab alijs: ſed ꝙ ex eo ꝙ iſtud accidens non eſt in ſubiecto: illud autem eſt in ſubiecto. hoc vere eſt aliud ab illo ſeu diſtinctũ ab illo. ¶ Hoc modo etiam dicimus in diuinis ꝙ pater diſtinguitur a filio per hoc ꝙ ipſe eſt a nullo: filius autem non eſt a nullo: ſed a patre: et hic vtiqꝫ ſic eſt: etiã ſi nulla anima vnq̃ hoc conſideret: nec tamen per hoc aliquod diſtinctiuum primo modo ſignificabile datur intelligi: ſicut infra diſtin. 26. amplius declarabitur. Si ergo in primo ſenſu queratur per quid filius diſtinguitur a ſpiritu ſancto: Dico ꝙ ſeipſo ⁊ nõ aliquo ſui ſm intrãſitiuã conſtructionem loquendo. hoc autem probatur ex hoc quia filius eſt perſona ſimpliciſſima nulla plura et aliquo modo inter ſe diſtincta includens: et ideo a quocũqꝫ diſtinguitur ſeipſo primo diſtinguitur ſicut plenius infra declarabitur. ¶ Et vlterius ad articulũ iſtũ ſm hunc ſenſum in quo ipſum pertractant doctores. dico ꝙ preter ſpirationem non eſt in filio aliquid quo diſtinguatur ipſe a ſpiritu ſancto. qḋ patet. quoniam ipſa ꝑſona filij ſimpliciſſima eſt ſpiratio et econuerſo. nihil autem eſt in filio qḋ non ſit filius etiam perſona filij: ⁊ per conſequens ꝙ non ſit ipſa ſpiratio. Si autem in ſecundo ſenſu loquamur de diſtinctiuo: ſm quem ſenſum formaui articulum. cum queritur vtrũ per hoc preciſe: quia ſpiritus ſanctus procedit a filio: aut quia filius ſpirat ſpiritũ ſanctum filius diſtinguatur ab illo. dico ꝙ non. Qḋ probo ſic. filius diſtinguitur a ſpiritu ſancto per hoc: quia ipſe eſt a patre naſcendo: ſpiritus aũt ſanctus eſt a patre non naſcendo: ſed procedẽdo. ergo non preciſe per hoc filius diſtinguitur a ſpiritu ſancto: quia ipſe ſpirat ſpiritũ ſanctum ⁊ ille procedit ab eo. conſequentia patet: quoniam non eſt hoc filio eſſe a patre naſcendo: qḋ eſt ſpiritum ſanctum eſſe ab eo procedendo: ſiue ab ipſo procedere: nec filius ideo naſcitur a patre: quia ſpirat ſpiritum ſanctum.
Antecedens probatur per Augu. 5. de trini. vbi dicit. ꝙ cap. 14.
ideo ſpiritus non eſt filius: cum vtrqꝫ tamẽ a pr̃e exeat:

Digitized by Google

quia ipſe exit nõ quomodo natus:ſed quomodo datus.i.
cap.3. donum. ¶ Item de ſi.ad pe.dicit:ꝙ quia aliud eſt natũ
eſſe aliudq; ꝓcedere.ideo alius filius alius ſpiritus ſan
cap.1. ctus. ¶ Item Anſel. de proceſſu ſpiritus ſancti.in fine.
Spiritus ſanctus inquit non eſt filius: quia filius naſcẽ
do habet eſſe de patre. ſpiritus vero ſanctus non naſcen
cap.4. do:ſed procedendo. ¶ Item idem infra ait.habent vterq;
a patre eſſe filius et ſpiritus ſanctus : ſed diuerſo modo:
quia alter naſcendo:alter procedendo vt alij ſint per hoc
abinuicem . Et ſubdit . Nam ſi per aliud non eſſent plu
res filius et ſpiritus ſanctus:per hoc ſolũ eſſent diuerſi.
¶ Ex quibus verbis manifeſte ꝓbatur ꝙ non preciſe p
hoc ꝙ filius ſpirat ſpiritũ ſanctũ:ꝛ ille ſpiratur ab eo ip̄i
ſunt abinuicem diſtincti. ¶ Ad rationes vero opinionis
alterius patet quid dicẽdum ſit ex dictis. Nam filius nõ
conſtituitur filiatione neq; ſpiratione: ſed eſt ſeipſo tñ et
nullo alio formaliter:nec etiam ſpiratio eſt aduentitia fi
lio:ſed eſt ipſe filius. Et per hoc non valẽt rationes ꝑdic.
doc. ¶ Ad rationes omnes alterius doc. dicendum ꝙ ve
rum eſt ſpirationẽ non eſſe extrinſecã vel aduentitiam fi
lio:ſed tamẽ nec intraneã ſibi velut partẽ eius quaſi ipſa
non ſit ipſa perſona filij:ſed aliquid per ſe:vt rationes il
le pretendunt.

Thomas Egidius Scotus Aureol᷒ Ochain
Quantum ad ſecũdum articulũ dicitur a qui
buſdam ꝙ nõ ſequitur.ſpiritus ſan
ctus non procedit a filio . ergo non diſtinguitur ab ipſo.
Alij dicunt oppoſitũ.diuerſis tñ motiuis. Nam quidam
dicunt ꝙ facta hypotheſi ſpiritus ſanctus ꝛ filius eſſent
vna pſona genita ꝛ ſpirata:et per conſequens non diſtin
guerentur. Alij vero dicunt ꝙ non diſtinguerentur.non
quia concurrerent in vnã pſonã vt dicunt iſti : ſed q2 tũc
filius non eſſet pſona . Et inter iſtos etiam aliqua diuer
ſitas eſt:ſed non curo de illa. ¶ Ego ꝑ nunc dico:ꝙ con
ſequentia eſt bona: et ꝙ poſito antecedente illo ſpũs ſan
ctus non diſtingueretur a filio:non quia eſſet vna pſona:
ſed quia tũc ſpũs ſanctus non eſſet . Unde arguo ſic. Si
ſpũs ſanctus non ꝓcederet a filio:ſpũs ſanctus non eſſet.
ergo ſi ſpũs ſanctus non ꝓcederet a filio:ſpũs ſanctus nõ
diſtingueret̃ a filio. cõſequẽtia patet:quia vtrũq; diſtin
ctoꝝ oportet eſſe ens.cum idem et diſtinctum ſint paſſio
A.t.cõ.8. vſq; ad.t. cõ.12. nes entis:vt patet.x.metaphyſi. Antecedens autem pro
bo tripliciter. Primo ſic.ſi ſpiritus ſanctus nõ ꝓcederet
a filio:ſpũs ſanctus non eſſet ſpũs ſeu donũ patris ꝛ filij.
Et vltra.ergo ſpũs ſanctus nõ eſſet ſpũs ſanctus:ꝛ p cõ
ſequens nõ eſſet pſona.cõſequẽtia patet:ex eo ꝙ ſpiritus
ſanctus nõ eſt donũ filij ſeu ſpiritus filij vt dicit Apoſto
lus:niſi quia ꝓcedit a filio:nec aliud eſt ſpiritũ ſanctum
eſſe filij:quia ipſum eſſe a filio:vt dicit Magiſter in iſta
diſt. Si ergo nõ ꝓcederet a filio:nõ eſſet ſpũs filij aut do
num:ꝛ per cõſequẽs nõ eſſet donũ patris ꝛ filij. Secũda
vero cõſequẽtia probatur:quia hoc eſt eſſe ſpiritum ſan
ctum vt ſumitur notionaliter pro tertia in trinitate perſo
na tñ:qꝺ eſt eſſe donum patris ꝛ filij:ſeu ſpiritũ patris ꝛ
cap.11. filij. vnde Augu.5.de trini.ait. Ille ſpũs ſanctus qui nõ
trinitas:ſed in trinitate intelligitur in eo ꝙ ꝓprie.i.nõ cõ
muniter dicitur ſpiritus ſanctus relatiue dicitur:cum
ꝛ ad patrem ꝛ ad filium refertur:quia ſpũs ſanctus ꝛ pa
tris ꝛ filij ſpiritus eſt:ſed ipſa relatio non apparet in hoc
nomine.apparet autẽ cũ dicitur donũ dei:donũ enim eſt
patris ꝛ filij. Et infra concludẽdo ſic dicit.ergo ſpiritus
ſanctus ineffabilis eſt quedam patris filijq; communio.
cap.17. ¶ Item libro.15.ait.ſpiritus ſanctus ſm̃ ſcripturas ſan
ctas nec patris eſt ſolus nec filij ſolus:ſed amborum:et
ideo cõmunem qua inuicem ſe diligunt pater ꝛ filius no
bis inſinuat charitatem . Et infra dicit.ꝙ pater ſic filium
genuit:vt etiam de illo donũ cõmune ꝓcederet vt ſpiri
tus ſanctus ſpiritus eſſet amboꝛũ. vnde ſicut filius:ideo
eſt verbum:quia filius:ꝛ ideo filius quia a patre genitus:
ꝛ per cõſequens ſi nõ eſſet a patre genitus non eſſet filius
neq; verbũ:ſic ſpũs ſctũs nõ ẽ.ſi.quia donũ patris ꝛ filij.
Et ideo donũ amboꝛũ:q2 ab vtroq; procedit ꝛ eſt vtriuſ
q; ineffabilis quedã communio: vt dicit Augu. propter
quod ſi non procederet ab vtroq;:eſto ꝙ tantum alter illo
rum produceret:perſona producta non eſſet ille ſpiritus
ſanctus qui nũc eſt:quia nõ eſſet communio patris ꝛ filij
ꝛ charitas:qua ambo ſe communiter diligunt nec cõmu
ne donũ vt iſte eſt. ¶ Scd̃o ſic.filius eſt per ſe principiũ
ſpiritus ſci.ergo ſi filius nõ produceret ſpiritũ ſanctum:
ſpiritus ſanctus nõ produceretur:ꝛ per conſequens non
eſſet:cũ ipſe procedendo habeat nõ ſolũ vt ſit donum:ſed
omnino vt ſit.vt dicit Aug.5.de tri.antecedens eſt notum Cap.11.
per fidẽ ſcilicet ꝙ filius ſit principiũ ſpiritus ſancti:ꝛ con
ſtat ꝙ non per accidẽs.cõſequẽtia patet.qm̃ ſi aliquid ſit
cauſa per ſe alicuius effectus poſito ꝙ illa cauſa non ſit
aut non ſit cauſa illius:ille effectus non ponetur:niſi ſup
pleretur eius cauſalitas per aliquid quod prius non cau
ſabat:aut ꝙ aliter vel amplius cauſaret quod cauſabat
prius:cum aliud quod remotum eſt cauſabat. ¶ Idem
iudicium eſt de quolibet principio productiuo reſpectu
eius cuius eſt per ſe principium:ſed ſi filius nõ produce
ret nullũ alium productiuũ ſupplere poſſet productiuita
tem eius:nec ipſe pater nũc producẽs plus aut aliter pro
ducere poſſet q̃ nũc:ꝛ per cõſequens ipſe ſupplere nõ poſ
ſet productiuitatẽ filij reſpectu ſpiritus ſancti. Ex quo ſe
quitur ꝙ ſpiritus ſanctus nõ produceretur. Nec intereſt
vtrũ principiũ per ſe ſit totale vel partiale:dũmõ ipſo ſub
lato vel non principiãte nihil ſuppleat vicẽ eius. ¶ Ter
tio ſi aliqua creatura nõ produceretur a filio:ipſa nõ pro
duceretur a patre.ergo ſi ſpiritus ſanctus non producere
tur a filio:ipſe nõ produceretur a patre.conſequentia no
ta eſt.quoniã nõ minus inſeparabiliter pater ꝛ filius pro
ducunt ſpiritũ ſanctum q̃ producant creaturas. Antece
dens autẽ patet per verbũ. Saluatoris Ioan. dicẽtis.nõ Cap.5.
poteſt filius a ſe facere quicq;:niſi quod viderit patrẽ fa
cientem. Quecũq; enim ille fecerit:hec ꝛ filius ſimiliter
facit. ¶ Ex quibus verbis concludit Aug.2.de tri.oĩno Cap.2.
inſeparabilẽ eſſe operationem trinitatis ad extra:ꝛ ꝙ im
poſſibile eſt patrẽ quicq; facere quin illud idem:ꝛ ſimili
ter filius faciat ꝛ econuerſo ꝛ per conſequens patet hanc
cõſequentiam eſſe neceſſariam.ſi hoc filius nõ facit : hoc
nõ facit pater:ꝛ per conſequẽs conſequentia alia que ad
ipſam ſequitur eſt etiã neceſſaria. videlicet ſi ſpiritus ſan
ctus non procedit a filio ꝛc. ¶ Ex his patet ꝙ rationes
quas facit doc. ille qui dicit ꝙ eſto ꝙ ſpiritus ſanctus nõ
procederet a filio:adhuc diſtigueretur ab eo.nõ ſunt effi
caces:pro eo ꝙ ſupponunt ꝙ ſpiritus ſanctus eſſet data
hypotheſi illa:quod falſum eſt. ¶ Sed ſuppoſito ꝙ ſpiri
tus ſanctus eſſet ꝛ ſimiliter filius eſſet.ꝛ tamen ſpiritus
ſanctus non procederet a filio:nũquid diſtingueretur ab
illo. Reſpondeo ꝙ iſta ſuppoſitio includit cõtradictoria.
Nam ponit ſpiritum ſanctum eſſe. Et quia cum hoc etiã
ponit ipſum non procedere a filio:ſimul ponit donum pa
tris ꝛ filij non eſſe:ꝛ per conſequens cum ſpiritus ſanctus
non ſit niſi donum patris ꝛ filij : ponit ſpiritum ſanctum
non eſſe:propter quod ex iſta hypotheſi includẽte contra
dictoria:ſequuntur contradictoria. videlicet ꝙ diſtingue
retur ꝛ non diſtingueretur a filio. Diſtingueretur quidẽ:
quia vterq; eſſet.ꝛ vterq; ab altero ſeipſo diſtinguitur:vt
dictum eſt in primo articulo.non diſtingueretur autem:
quoniam ſpiritus ſanctus non eſſet. Et eſt talis iſta ſup
poſitio ꝛ queſtio ſicut ſi diceretur ſuppoſito ꝙ filius eſſet:
ꝛ eſſet improductus nunquid diſtingueretur a patre: ad
quod dicendum eſt ꝙ diſtingueretur ꝛ non diſtinguere
tur. diſtingueretur quidem:quia quelibet perſona diſtin

guitur ſeipſa ab alia perſona. Et ideo ſi eſſet perſona filij que nūc eſt: ꝛ perſona patris etiam eſſet: vna eſſet ab alia diſtincta. Non diſtingueretur autē: quia filius non eſſet filius. Nam ideo filius: quia genitus: vt dicit Aug. 7. de trini. Et ſi filius non eſſet filius: filius non eſſet: quia non eſt eſtimandum ꝙ filius dei eſto ꝙ non eſſet filius: poſſet eſſe: ſicut in hominibus homo filius eſto ꝙ deſinat eſſe filius: non eſt tamen neceſſe vt ſimul deſinat eſſe aut hominem eſſe. Nam filius dei non eſt accidentaliter vel mutabiliter filius: neqꝫ poteſt non eſſe aut intelligi non eſſe filius. Si ergo ꝛ filius ꝛ pater eſſent: ꝛ filius non eſſet productus. ſequitur ꝙ filius diſtingueretur et nō diſtingueretur a patre. Sequeretur autem hec contradictio: quia antecedens includit contradictoria. ¶ Ad argumenta principalia dicendum ꝙ primum argumentum verū cōcludit: ꝛ ideo conſequens eſt concedendum. ¶ Ad argumentum in oppoſitum neganda eſt conſequentia. Et ad probationem dicendum ꝙ non ſufficit ad diſtinctionem filij a ſpiritu ſancto ipſa filiatio: niſi etiam ſit ipſe ſpiritus ſanctus a quo filius diſtinguitur. Si autem ſpiritus ſanctus non procederet a filio: ipſe non eſſet. vt iam dictum eſt: quare non diſtingueretur a filio: nec econuerſo.

¶ Diſtinctionis. xij. Queſtio. j.

Quantum ad duodecimā diſtinctionem. Quero vtrum pater et filius ſunt vnum principium ſpirans ſpiritū ſanctum. ¶ Et arguitur ꝙ non ſic. pater et filius non ſunt vnus ſpirator. ſ. ſ. ergo pater et filius non ſunt vnū principium ſpirās ſpiritū ſanctum. Antecedens patet per Hylariū 2. de tri. vbi ait. ꝙ ſpiritus ſanctus a patre et filio auctoribus ꝯfitēdus eſt. pater ergo et filius ſunt auctores. ſ. ſ. ſeu ſpiratores: ꝛ non ſunt auctor ſeu ſpirator. conſequentia patet: quia hoc eſt eſſe principium ſpirans ſpiritū ſanctum qđ eſſe ſpiratorem ſpiritus ſancti.

Ad oppoſitum pater ꝛ filius ſunt vnus creator et vnum principium producens creaturas. ergo pater ꝛ filius ſunt vnus ſpirator et vnum principium ſpirans ſpiritum ſanctum. Antecedens notum eſt per Aug. 5. de trini. Et conſequētia ꝓbatur: quoniā nō magis ipſi vniuntur in productione creature: ꝙꝫ in productione ſpiritus ſancti.

cap. 13.

Reſpondeo Quis de iſta. pater ꝛ filius ſunt vnꝰ ſpirator ſint diuerſe opiniões doc. hec tamen. pater et filius ſunt vnum principium ſpirans ſpiritū ſanctū. cōmuniter ꝯcedit᷑. vnde Aug. 5. de tri. ait. Fatēdum eſt patrē ꝛ filiū ꝑncipiū eſſe ſpūs ſcti: non duo ꝑncipia: ſed ſicut pr̄ ꝛ filius vnus deus ꝛ ad creaturā relatiue vnꝰ creator ꝛ vnꝰ dn̄s. ſic relatiue ad ſpm̄ ſcm̄ vnū ꝑncipiū. Cōſtat ergo ex his ꝯcedēdū eſſe ꝙ pr̄ ꝛ filiꝰ ſunt vnū ꝑncipiū ſpirās ꝛ nō duo ſpirātia. ſ. ſ. Sed vtrū illud ſit ꝓꝑe dictū ꝛ de virtute ſermonis ꝯcedendū: dubiū eſt. Quoniā ꝑncipiū in ꝑdicato vel ſupponit ꝓ eſſentia cōi: vel ꝓ pſona aliqua determinate: vel ꝓ aliqua notione cōmuni pr̄i ꝛ filio. vltimū a nemine ponit᷑: ꝛ rōnabiliter: qm̄ demōſtrata tali notione ſi ſit aliqua talis nō vere dicitur hoc ſpirat ſpiritū ſanctum: et ꝑ cōſequēs nec vere dicit᷑. hoc eſt principium ſpirans ſpiritum ſanctum. Item nec ſupponere poteſt pro aliqua perſona: quoniam quacūqꝫ data falſum eſt dicere. pater et filius ſunt hec pſona ſpirans ꝛc. Item nec ꝓ eſſentia: ꝛ eadem ratione nec ꝓ aliquo cōi tribꝰ pſonis: qm̄ eſſentia nō ſpirat nec eſt ꝑncipiū

cap. 14.
Egidiꝰ negat: multi tn̄ ꝯcedūt

ſpirās: ſicut nec generat nec eſt generās: vt dicit cōciliū. ¶ Reſpōdetur a quibuſdam. ꝙ illa ꝓpoſitio eſt propria ꝛ in ſua proprietate concedenda. Ad id quod argutum eſt dicunt: ꝙ principiū non habet determinatam ſuppoſitionem: ſed cōfuſam pro duabus perſonis ſimul. ¶ Contra primo: qꝛ de virtute ſermonis principium in predicato non poteſt ſtare cōfuſe. cum nullum ſignum/ vel ſincathegorema precedat confundens ipſum. Et ideo ſi ꝓpoſitio illa eſt vera: qꝛ predicatum ſtat confuſe. cum hoc non ſit de virtute ſermonis ſequitur ꝙ ipſa nō ſit propria: nec de virtute ſermonis concedenda. ¶ Secūdo quia ſi principium ſupponit cōfuſe ꝛ non determinate: cum conſtat ꝙ non ſupponit confuſe ꝛ diſtributiue: ſequitur ꝙ ſupponit confuſe tantū: ꝛ per conſequens ſub ipſo contingit deſcendere ad ſingularia per ꝓpoſitionem de diſiuncto predicato nulla mutatiōe facta ex parte ſubiecti. ¶ Sequitur ergo pater ꝛ filius ſunt principium ꝛc. ergo pater ꝛ filius ſunt hoc principium/ vel hoc principiū demonſtrando primo perſonā vnam: deinde aliam: pro quibus dicitur principium ſupponere confuſe: ſed illud conſequens ſic eſt falſum: cum eius oppoſitum ſit verum. vꝫ pater et filius non ſunt hoc principium/ nec ſunt hoc principium. ſicut verum eſt ꝙ pater ꝛ filius non ſunt hec perſona patris/ nec ſint hec perſone filij. ¶ Tertio. ſi principiū ſupponit pro duabꝰ perſonis ſimul. ergo hec erit magis / vel non minus propria ꝛ concedenda. pater ꝛ filius ſunt principia: ſicut dicit᷑ ꝙ pater ꝛ filius ſunt perſone. ¶ Confirmatur. qm̄ terminus in plurali numero magis ꝓprie ſupponit pro pluribus ſingularibus coniunctim: ꝙꝫ in numero ſingulari. ¶ Item ſm̄ hoc principium nō ſupponeret confuſe tm̄: vt dicunt: ſed determinate: ſicut in iſta. ſortes et plato ſunt hoies. predicatū ſupponit determinate: non obſtante ꝙ ſupponat pro pluribus ſimul. ſ. pro ſorte ꝛ platone. ¶ Et vtrūqꝫ ꝓbatur. qꝛ ſub predicato contingit deſcendere per diſiunctiuā que vtiqꝫ vera erit ꝛ ſua cōtradictoria falſa. ¶ Alij ſimiliter tenētes hāc eſſe ꝓpriam dicunt. ꝙ principiū non ſupponit pro aliquo predictorū primo: ſed pro cōſtituto ex eſſentia ꝛ ſpiratione actiua preciſe circūſcribēdo paternitatē ꝛ filiationē: qđ quidē conſtitutum eſt realiter pater ꝛ filius: ſꝫ nō formaliter. vnde dicunt ꝙ ſicut ex eſſentia ꝛ ſpiratiōe paſſiua preciſe aliquid conſtituit᷑: qđ vere ſpirat: ſic ex eſſentia ꝛ ſpiratione actiua preciſe aliquid vnū cōſtituit qđ vere dicitur ſpirare: ꝛ per ꝯn̄s ꝙ eſt principium ſpirans: ꝛ qꝛ pater ꝛ filius ſunt iſtud vnum conſtitutū: idcirco vere ꝛ ꝓprie cōceditur ꝙ pater ꝛ filius ſunt vnū principiū ſpirans ſpiritū ſanctum. ¶ Sed iſtud non videt᷑ bene dictū. Tum qꝛ falſo innitit᷑ fundamēto de hmōi cōſtitutiuis in deo: ſicut in precedēti queſtione tactū eſt: ꝛ infra plus tangetur. Tum qꝛ difficile videt᷑ euadere: quin illud tale vnicum cōſtitutum ex eſſentia ꝛ ſpiratione actiua ſit perſona quedā: ſicut conſtitutum ex eadem eſſentia ꝛ ſpiratione paſſiua preciſe ſibi oppoſita eſt perſona. ſcilꝫ. ſ. ſ. vt dicunt: ꝛ per ꝯn̄s pater et filius erunt vna perſona ꝛ due perſone: qđ non eſt ſane dictum. Tum qꝛ cōſtat ꝙ non minus diſtinguit᷑ ſpiratus a ſpirāte: ꝙꝫ genitus a generāte: ꝛ per ꝯn̄s tm̄ diſtinguetur ſpūs ſanctus ab illo conſtituto ꝙ ipm̄ ſpirat: quātū filius a patre qui ipſum generat. filius autē diſtinguit᷑ a patre perſonaliter: ꝛ ſic vna perſona ab alia pſona: et diſtinctio perſonalis eſt maxima diſtinctio: que eſt i deo. ergo illud conſtitutū vnicum ſic preciſe ſumptū diſtinguet᷑ a ſpiritu ſancto perſonaliter: ꝛ ſicut vna aliqua pſona alia a perſona ſpūs ſancti. ¶ Confirmatur. qm̄ vel ſpūs ſanctus erit aliud ab illo conſtituto/ vel alius: nō aliud vt cōſtat: ſicut aliqua perſona diuina eſt aliud ab alia: vt dicit conciliū. ergo alius. ſed in deo non dicuntur aliqui alius et alius: niſi vterqꝫ ſit perſona: ꝛ per cōſequēs ſequitur ſicut prius

Thomas p. 1. q. 36. arti. 4.
Contra Thomā.

Ochā li. 1. d. 12. q. prima.

Digitized by Google

ꝙ illud conſtitutum ſm ſe erit quedā perſona. ¶ Alij di-
cunt ꝙ pater et filius dicuntur vnum principium ſpiritus
ſancti ꝓpter vnā virtutem ſpiratiuam qua vterq; ſpirat. Sed
nec iſtud bene dicitur. tum quia non eſt dāda aliqua vis
ſpiratiua que ſit principiū quo ſpiritus ſancti: et nō prin-
cipiū qđ: vt ſupra patet. tum eſto ꝙ daretur illa. tamē nō
poſſet dici principium ſpirās ſpiritū ſanctū: vt queritur
in queſtione: alioquin eſſet principiū qđ. et ꝑ cōſequēs nō
poteſt dici ꝓ quo ſupponit principiū in ꝑdicato dicte ꝓ-
poſitionis. ¶ Alij dixerunt ꝙ dicuntur vnum principiū
ꝓpter vnā ꝓprietatem quā ſignificat hoc nomen princi-
piū: ſed nec iſtud ſufficit: quia eſto ꝙ aliquā talem vnam
ꝓprietatem ſignificaret: non tamen ꝓ illa ſupponit: ſicut
etiam ipſi concedunt. Et ideo probabiliter et abſq; aſſer-
tione loquendo: videretur mihi dicendum eſſe: ꝙ licet il-
la ꝓpoſitio ſit vera et cōmuniter conceſſa: non eſt tamen
in ſua proprietate accipienda: nec in ſenſu quē primo fa-
cit et de virtute ſermonis: ſed in ſenſu quem intendebant
ſancti illā ſcribentes. ¶ Eſt ergo notādū ꝙ nūq̄ in crea-
turis concurrunt plures ſimul per ſe cauſe ad vnum effe-
ctum: quin vna earum aliter cauſet q̄ alia: vel omnes ſi-
mul plus vel magis cauſent: q̄ vna illarum tm̄: ſicut pa-
tet manifeſte. Spiritus ſanctus autem: q̄uis a duob⁹. ſ.
patre et filio producatur: non tamen aliter ab vno q̄ ab
alio: nec ab ambobus ſimul magis vel plenius: q̄ ab al-
tero tm̄: ac ꝑ hoc non ꝓcedit ex eis tanq̄ ex duobus prin-
cipijs ſed tanq̄ ex vno. Hoc ergo ſancti denotare volen-
tes dixerunt patrem et filium non eſſe duo: ſed vnū prin-
cipium ſpiritus ſancti. ſic et ꝑ eādem rationem dixerunt
tres perſonas eſſe vnū non tria principia creature: q̄uis
etiam alia ratiōe ſpeciali poſſint dici vnum principium
creature: vt infra dicetur. Eſt ergo ſenſus. pater et filius
ſunt vnū principiū ſpirās ſpiritū ſanctū. i. pater et filius
vno eodēq; modo et ſimul tāq̄ vnū principiū ſpirāt ſpm̄
ſanctū. ¶ Iſtud expſſe habetur a Magiſtro infra diſti.
29. cū enim dixiſſet patrem et filiū et ſpm̄ ſanctū eſſe vnū
principiū creaturarū: qualiter hoc ſit intelligendū expo-
nēs cōtinuo ſubdit. Et dicunt hi tres non tria: ſed vnum
principiū omniū creaturarū: quia vno eodēq; modo prin-
cipiū rerum ſunt: nō enim aliter res ſunt a patre et aliter
a filio. Sed penitus eodē modo hūc ſenſum videt Aug.
cap.11. habuiſſe. 5. de trini. vbi ait. cū dicimus patrē principiū et
filiū ꝑncipiū: nō duo ꝑncipia creature dicimus: quia pa-
ter et filius ſimul ad creaturā vnū ꝑncipiū eſt: ſicut vnus
pmo.ſ.d. creator vnus deus. Et hec verba cum pluribus alijs ſe-
29. quentibus Magiſter vbi ſupra inducens. mox ait. Ecce
aperte oſtēdit Augu. patrem et filium et ſpiritū ſanctum
eſſe vnū principiū rerū creatarū. i. vno eodēq; modo eſſe
principiū: et illū modū ſatis aperuit: quia. ſ. opant omnia:
et quia ſimul operantur hi tres: ideo vnum principiū eſſe
dicuntur: hec Magiſter. ¶ Item in fine predicte diſtin-
ctionis querens vtrum eadem notione pater et filius ſint
principiū ſpiritus ſancti. Reſpōdet. ad qđ dicimus cum
pater dicatur principiū ſpiritus ſancti et filius: quia ſpi-
ritus ſanctus ꝓcedit vel datur ab vtroq;: nec aliter pro-
cedit a patre q̄ a filio: ſane intelligi poteſt patrem et filiū
eadem ratione vel notione dici principiū ſpiritus ſancti.
¶ Ex his patet ſm Augu. et Magiſtrum: ꝙ quia eūdē
ſpiritū ſanctum pater et filius ſimul eodē modo penitus
ſpirant: ideo vnum dicūtur eius eſſe principiū. ¶ Item
cap.30. Altiſſiodorenſ. in ſua ſumma. lib. 1. dicit ꝙ hec. pater et fi-
lius ſunt vnum principium ſpiritus ſancti. eſt vera eodē
modo locutiōis: quo ſpiritus ſanctus dicitur multiplex
ꝓpter diuerſos effectus. eodē modo quaſi ꝓpter vnum
effectum quem habent pater et filius et ſpiritus ſanctus
dicūtur vnum principium. Et quia eodē modo proſus
procedit ab eis ſpiritus ſanctus. verba ſua ſunt. et infra.

dicit ꝙ cōmunis opinio dicit dictā propoſitionē proprie
ſumptā eſſe falſam: ſed intelligendam eſſe ſic: ꝙ ſunt vnū
principium. i. vna ſpiratione ſpirant ſpiritum ſanctum.
¶ Idē etiā penitus dicit Gerardus Nouarienſ. in ſua
ſumma. vbi tractat de. 8. articulo fidei hāc etiam ꝓpoſi- cap.36.
tionem non eſſe in ſua proprietate: et de virtute ſermonis
intelligēdam: ſatis innuūt verba concilij. extra de ſumma
trini. et fide catho. lib. 6. vbi ſic dicitur. Fatemur ꝙ ſpiri-
tus ſanctus eternaliter ex patre et filiō non tāq̄ ex duo-
bus principijs: ſed tāq̄ ex vno principio: non duabus ſpi-
rationibus: ſed vnica ſpiratiōe ꝓcedit. vbi patet. ꝙ quia
concilium noluit affirmare vnitatem principij: ſed vnita-
tem modi principiandi: ideo ait: tanq̄ ex vno: quia vere
voluit aſſerere vnitatem ſpirationis: ait: vnica ſpiratiōe:
nec ait tāq̄ vnica ſpiratione: ſicut ait: tāq̄ ex vno princi-
pio. Sic ergo ſimul et inſeparabiliter ac vno modo peni-
tus pater et filius ſpirant: ſicut alter eorum ſm ſe: et ſicut
ſi eſſent penitus idem principium: et ideo dicuntur vnum
principium. ſ. ſ. et non duo principia: ne. ſ. aliqua diuerſi-
tas modi ſpirandi aut non ſimultas inter eos poſſet intel-
ligi. Si tñ inniteremur ꝓꝑetatis ſermonis: ſm quā termi-
ni pluraliter addito termino numerali vere predicantur.
cum actualiter ſupponunt ꝓ pluribus: tunc dici deberet
ꝙ pater et filius ſunt duo pꝛicipia ſpiritus ſancti. Sicut
dicimus ꝙ ſunt duo qui principiant ſpiritum ſanctū. Et
hoc attendens Hylar. dicit ſpiritum ſanctum eſſe a pa-
tre et filio auctoribus: non ait auctore: ex quo habetur be-
ne poſſe concedi patrem et filium eſſe auctores: et per cō-
ſequens pꝛicipia ſpiritus ſancti. Quāuis autem ſic poſ-
ſet concedi ꝙ ſint duo principia: nō poteſt tamen vere cō-
cedi ꝙ ſpirent tanq̄ duo principia: ſed tanq̄ vnum pro-
pter cauſam ſuperius dictam. Et hec videtur intētio ec-
cleſie in ꝟbis allegatis. ¶ Alia ratio poteſt aſſignari ſm
Anſel. de proceſſu. ſ. ſ: vz ꝙ ideo pater et filius dicuntur cap.26.
vnum et non duo principia ſpiritus ſancti: vt detur intel-
ligi ꝙ ipſi nō ſm ꝙ in perſonis diſcreti et alij abinuicem:
ſed ſm ꝙ ſunt vnum penitus in natura: ſpirant ſpiritum
ſanctum. ¶ Et ideo q̄uis duo ſint qui principiāt ſeu ſpi-
rant: non tamen quaſi duo principia: ſed quaſi vnum pa-
riter ſpirant ſpiritum ſanctum. vnde infra. Conſtat iquit cap.32.
ſpiritū ſanctum eſſe de filio ſicuti eſt de patre: nec tamen
eſſe quaſi de duob⁹ diuerſis: ſed quaſi de vno. Ex eo eſt
ꝙ pater et filius vnum ſunt. i. ex deo eſt. ſ. ſ. non ex eo. vn-
de alij ſunt abinuicem. i. ex patre et filio ſm ꝙ ſunt vnum
in diuinitate: non ſm ꝙ ſunt alij abinuicem in perſonis
eſt. ſ. ſ. Et ly ſm ꝙ tenetur ſpecificatiue tm̄: non autem re-
duplicatiue. ex quo tolluntur plura argumēta que fieri
conſueuerunt contra dictum illud multorum. pater et fi-
lius ſpirant inquātum vnum. ¶ Iſta ratio Anſel. vide-
tur reddere cauſam primi dicti. Nam ex eo ꝙ pater et fi-
lius inquantum ſunt vnum in natura ſpirant ſpiritū ſan-
ctum: concludit ipſe ibidem ꝙ alter nec magis nec prius
nec principalius nec aliquo modo aliter ſpirat q̄ alius.
Et ſimili modo poteſt cōcludi ꝙ nec ambo ſimul magis
q̄ alter tm̄: hec ſine pertinacia et aſſertione dicta ſint et
abſq; preiudicio intelligentie melioris. ¶ Ex his patet
quid dicendum ad argumenta. Nam conſequens primi
concedendum eſt: ſi ſumatur proprie et de virtute ſermo-
nis. Et conſequens ſecundi qđ eſt in oppoſitum: ſi ſuma-
tur improprie et ſm ſenſum ſupra dictum in quo ſancti
locuti ſunt: et in iſto ſenſu procedit probatio conſequen-
tie. Si aūt antecedens ſumatur proprie: et ſimiliter conſe-
quens: neganda eſt conſequentia. Nam creator et princi-
pium creature poſſunt ſupponere pro diuinitate. Nam
illa eſt vniuerſorum principium: vt dicitur extra de ſum-
ma trini. et fide catho. ca. Dānamus. Et ideo cum pater
et filius ſint diuinitas. Ideo de virtute ſermonis hec eſt

vera. pater et filius ſunt vnus creator: et vnum principiũ
creature. Sed principium ſpirans non poteſt ſupponere
pro diuinitate ipſa nec pro aliquo vno communi patri et
filio: vt dictum eſt. Et ideo iſta non eſt vera de virtute ſer
monis pater et filius ſunt vnum principium ſpirans ſpi-
ritum ſanctum. ❡ Ex hoc patet ꝙ alia ratione ſpeciali
tres perſone dicuntur vnum principium creature: q̃ ea
que ſupra fuit aſſignata.

❡ Diſtinctionis. xiij. Queſtio. j.

Circa diſtinctionẽ. 13. Que-
ro an ꝓceſſio ſpiritus
ſancti aut ſpiratio ſit generatio?
❡ Arguitur ꝙ ſic. omnis produ
ctio viuentis a viuente eiuſdem
nature numero vel ſpecie eſt ge-
neratio: ſpiratio eſt huiuſmodi.
ergo ⁊c. Maior patet per locum
a diffinitione. Sic enim diffini-
tur communiter generatio ſtri-
ctiſſime ſumpta: et ſm̃ q̃ conceditur in deo. minor etiam
nota eſt ſm̃ fidem. Nam ſpũs ſanctus eſt viuens ⁊ eiuſdẽ
nature cum patre: et non minus q̃ pr̃ et filius ſint eiuſdẽ
nature. ergo eius ꝓductio eſt ꝓductio viuentis ⁊c.

Contra Spiritus ſanct⁹ non eſt genitus: vt dici-
tur in ſymbolo Athanaſij. ergo ſpiratio
non eſt generatio: et conſequentia patens eſt.

Reſpondeo Veritas. q. certa eſt. Nam cum nõ
ſit niſi vnus fili⁹ in trinitate. Iuxta
cap. 3. qđ ſcribitur Io. 3. Sic deus dilexit mundũ vt filiũ ſuum
vnigenitũ daret ⁊c. propter qđ in ſymbolo apoſtolorum con
fitemur vnicum dei filium. et cum ideo filius: quia geni-
cap. 6. tus ⁊ quia filius vtiq; genitus. vt dicit Augu. 5. de trini.
conſtat ꝙ ſpiritus ſanctus non eſt filius neq; genitus. et
ꝑ cõſequẽs nec eius proceſſio eſt generatio. ❡ Quãuis
autẽ ita ſit. differẽtiã tamen ſpirationis a generatione: et
cur productio filij ſit generatio: nõ autem productio. ſ. ſ.
et cur. ſ. ſ. non ſit etiam filius: ita vt ambo producti dicã-
tur filij: ⁊ geniti (in vita iſta per tales quales non ſumus)
explicari reputo impoſſibile. Et ratio eſt: quoniam ꝓdu
ctio vtraq; eſt ineffabilis et incomprehẽſibilis a nobis in
cap. 27. ſtatu preſenti: ſicut dicit Augu. et habetur in lr̃a. ❡ Aſſi
cap. 55. gnãt tamen aliqui differentiã harum ꝓductionũ ex dif-
ferentia ꝓducentium: quoniam filius eſt ab vno tm̃: ſpiri
tus autem ſanctus a duobus: filius autem nullus poteſt
eſſe duorum: niſi vnus illorum ſit pater et alter mater: qđ
in trinitate imaginari abſurdiſſimũ eſt. Et hanc rationẽ
aſſignat Augu. 15. de trini. ⁊ Anſel. monol'. ❡ Sed iſta ra
tio non eſt euidenter vſquequaq; ſufficiẽs: quia vbi ꝓdu
ctum eodẽ modo penitus eſt a duobus: nec aliter ab vno
q̃ ab altero: neq; ab ambob⁹ ſimul q̃ ab altero tm̃: ibi ꝓ-
ductio. ex hoc preciſe ꝙ eſt a duobus non videtur minus
debere dici generatio: q̃ ſi eſſet ab vno tm̃: ceteris ſimul
concurrentibus. vnitas enim ⁊ pluralitas producẽtium
non variat rationem productionis. ſicut patet ꝙ produ-
ctio vnius ignis a duobus non minus dicitur generatio:
q̃ productio vnius ab vno. ſpiritus ſanctus aũt q̃uis ſit
a duobus. eodem tamẽ modo penitus eſt ab vtroq; vt in
precedenti queſtione dictum eſt. ❡ Ex hoc patet ꝙ non
ſequitur. ſi ſpiritus ſanctus eſſet filius duorum: ꝙ eſſet
vnius tanq̃ patris: ⁊ alterius velut matris: cũ filius non
ſit vniformiter ex patre et matre: alioquin non eſſet vnus
pater vel mater potius q̃ alter nec econuerſo. ❡ Alij aſ-
ſignant differentiam ex principio quo vnius: ⁊ principio
quo alterius. Dicunt enim ꝙ productionis filij princi-
pium quo eſt intellectus: et productionis. ſ. ſ. eſt volũtas.
❡ Iſtud etiã nõ valet. Tum quia neutrius productiõis
eſt aliqđ principiũ quo diſtinctũ a principio qđ. vt ſupra
probatũ eſt. Tũ quia itellectus ⁊ volũtas in deo nullo mõ
ex natura rei diſtinguũtur. vt etiam ſupra patet. ⁊ ideo ſi
vnius illarũ eſt intellect⁹ principiũ etiã volũtas erit eius
principiũ: ⁊ ecõuerſo. ❡ Alij dant differẽtiã ex diuerſita
te modi ꝓcedẽdi: qm̃ vnus ꝓcedit q̃o natus: alius autẽ
q̃o datus. Et hãc ponit Aug. 5. de tri. ſed nec iſtud ſuffi- Cap. 14.
cit. cũ nõ declaret ꝙ ſpũs ſanctus nõ procedit q̃o natus.
❡ Aliter aſſignatur iſta differẽtia ex ipſis ꝓductis. Nam
fili⁹ eſt verbũ qđ pater intelligẽdo ſe ꝓducit. ſpũs aũt ſan
ctus eſt donũ qđ pater ⁊ filius ſe amãdo ꝓducũt. verbum
aũt ex eo ꝙ verbũ: ſimile eſt rei intellecte cui⁹ eſt verbum:
ſed donũ nõ ex eo ꝙ donũ eſt ſimile: ſed põt eſſe diſſimile.
productio aũt viuẽtis ſimilis producẽti eſt generatio: q̃-
uis ergo ſpũs ſctũs qđ eſt donũ patris ⁊ filij ſit ſimilis pa
tri ⁊ filio non minus q̃ filius patri: quia cum non eſt ſimi-
lis ex hoc ꝙ eſt donum: ideo eius productio non eſt eius
generatio: ⁊ iſta ratio ſumitur ab Anſelmo monolo. ⁊c. Cap. 55.
❡ Quamuis autem hec ſit ſubtilis via ad manifeſtan-
dum differentiam predictam: nihilominus tamen nec ip-
ſa euidens eſt: quoniam eque incognitum eſt nobis ꝙ ſpi-
ritus ſanctus non ſit verbum patris ⁊ filij: ſicut ꝙ eius pro
ductio non ſit generatio: et etiam immanifeſtum eſt ꝙ ip-
ſe non ſit filius. Unde cum ſpiritus ſanctus ſit eque ſimi-
lis patri et filio: ſicut filius patri: et intellectio et volitio
nullo modo diſtinguantur ex natura rei in deo non appa-
ret cur ſpiritus ſanctus non ſit verbum quod ſe intelligen
do producunt pater et filius: ita bene ſicut filius eſt ver-
bum quod ſe intelligendo pater producit. ❡ Dico ergo
ꝙ ſpiratio ⁊ generatio ſunt diſtincte productiones ⁊ ſeip-
ſis formaliter ſunt diſtincte: ſicut filius qui eſt generatio et
ſpiritus ſanctus qui eſt ſpiratio ſunt ſeipſis diſtincti: vt
ſupra dicebatur: ⁊ ꝙ ſpiratio non eſt generatio: nec gene-
ratio eſt ſpiratio. ſicut ſpiritus ſanctus non eſt filius: nec
filius ſpiritus ſanctus eſt ideſt donum: et ꝙ proceſſio ſpi
ritus ſancti: ideo eſt ſpiratio: quia ſpiritus ſanctus eſt ſpi-
ritus ſanctus ſeu donum: ⁊ proceſſio ſeu productio filij eſt
generatio: quia filius eſt filius ſeu verbum. ❡ Qꝫ autem
iſte ſit verbum ⁊ filius: non ſit autem donum: et per conſe-
quens eius productio que non eſt niſi ipſe (vnde dicitur
productio filij intranſitiue ideſt que eſt filius) ſit genera-
tio et non ſit ſpiratio: ⁊ ꝙ iſte ſit donum: non ſit autem ver
bum nec filius: ac per hoc eius productio ſit ſpiratio: ⁊ nõ
ſit generatio. Dico ꝙ non eſt mihi poſſibile intelligere: ſi-
cut etiam dicit de ſe Aug. 15. de trinitate ⁊ contra Maxi. Cap. 25.
vt habetur in littera Dam. etiam libro primo ait. quoniam Cap. 10.
quidem eſt differentia generationis ⁊ proceſſionis didi-
cimus. Quis autẽ eſt modus differentie: nequaq̃. Quã
uis autem intelligere iſta non poſſumus: veraciter tamẽ
ſic eſſe confitemur ⁊ credimus. ❡ Ad rationem principa
lem dico: ꝙ illa diffinitio non eſt perfecte explicatiua ge-
nerationis diuine: neq; cum ea conuertibilis nec aliqua
talis a nobis dari poteſt. cum illa generatio ſit incompre-
henſibilis a nobis.

❡ Diſtinctionis. xiiij. xv. ⁊. xvj. Queſtio.

Circa diſtinctionẽ decimã quartã. 15. ⁊. 16
In quibus Magiſter agit de proceſ
ſione temporali: ſiue miſſione vel datione ſpi-
ritus ſancti. Quero vtrũ ſpiritus ſanctus ſcʒ
tertia in trinitate perſona ⁊ cum patre ⁊ filio
vnus ſubſtantialiter deus: mittatur vel detur creature ra
tionali vel non ipſe: ſed tantum dona eius. Et arguitur ꝙ
tantum dentur dona eius: ⁊ hoc ideo ipſe preciſe dicatur
dari. Primo auctoritate Bede quam Magiſter ponit in
diſt. 14. qui ait. Cum ſpiritus ſancti gratia datur hoibus

Digitized by Google

profecto mittitur ſpiritus a patrē: mittitur et a filio. Ex
his patet q idem ſpiritum ſanctum mitti: q eius gratiā:
que non eſt ipſe:ſed eius donum hoib⁹ dari. ¶ Secūdo
Cap.20. Aug.4. de trini. ait. ſicut ſpiritui ſancto donum dei eſſe:
eſt a patre procedere: ita mitti eſt cognoſci q ab illo ꝓce-
dat. ¶ Ex his ſic. ſi mitti eſt cognoſci ⁊c. ergo homine ha
bente cognitionem huius precise ipſe habet ſpiritum ſan
ctum:ſed talis cognitio nō eſt ipſe ſpiritus ſanctus: vt cer
tum eſt:⁊ eſt donum eius: iuxta illud nemo poteſt dicere
dominus deus niſi in ſpiritu ſancto. 1. ad Corin. 12. ⁊ idē
iudicium eſt de ſpiritu ſancto: quod. ſ. nemo poteſt illum
cognoſcere: niſi per eum hāc cognitionem tribuentem.

In oppoſitum eſt Magiſter in diſtin. 14. qui
per auctoritatem Aug. ⁊ Am-
bro. ꝓbat efficaciter non ſolum dona: ſed ipſam ſpiritus
ſancti perſonam dari.

Reſpondeo Primo ponā aliquas cōcluſiones.
Scdo obiiciā contra dicta: ⁊ ſoluā.

Pono autem cōcluſiones quatuor. Prima eſt q ip-
ſa perſona ſpūs ſancti ſm ſe datur homini: et
non tm̄ dona eius. Secūda q quādocūqꝫ datur ſpiritus
ſanctus: datur etiam aliquod donum eius. ſ. gratia gra-
tum faciens: ⁊ econuerſo. qñcūqꝫ illa datur: datur etiam
ſpiritus ſanctus. Tertia q poſſibile eſt dari ſpiritum ſan
ctum: abſqꝫ q tunc dentur eius dona. Quartaqꝫ ecōuer
ſo poſſibile eſt dari dona ſpiritus ſancti abſqꝫ eo q tūc de
tur ſpiritus ſanctus. Et loquor de potentia dei abſoluta
in his duabus vltimis concluſionibus. ¶ Primam con-
cluſionem. ſ. q ſpiritus ſancti perſona detur communiter
hodie tenēt doct. ⁊ Magiſter aucto. ſanctorum probat in
litera. 14. diſ. ⁊ q2 non melius q̄ per auctoritatem poteſt
probari. ideo preter illas quas inducit Magiſter addu-
co duas alias valde expreſſas ad ꝓpoſitum. Prima eſt
Aug. ſuper Joan. homel. 74. ſuper illo Joan. 14. Ego ro
gabo patrē ⁊ aliū paraclitum dabit vobis. dicētis. Spi-
ritū paraclitū xp̄s ꝓmiſit apoſtolis hoc eſt vtiqꝫ in trini.
ſpūs ſanctus quē patri ⁊ filio cōſubſtantialē et coeternū:
et coequalē fides catholica confitetur: ipſe eſt de quo. d.
Apoſtolus. charitas dei diffuſa eſt in cordib⁹ noſtris: per
ſpiritū ſanctū qui datus eſt nobis: hec Aug. Ecce euidē-
ter habes q ſpūs ſctūs quem xp̄s dixit patrem daturum
apoſtolis ⁊ quē apo. ſibi datū ꝓfitetur. eſt tertia in trini-
tate perſona vnus cū patre et filio deus. ¶ Alia auctori-
tas eſt Leonis pape in ſermone de pēthe. cuius initiū eſt
poſt illā ſingularem inſigneqꝫ victoriam. ait enī ibi ſic lo-
quens de xp̄o. In hac die iuxta verbum ſuū: ſancti ſpūs
donauit aduētū: de quo etiā apoſtolis ſuis dixerat. Ego
rogabo patrē ⁊ alium paraclitū dabit vobis: alium vtiqꝫ
non minorē/ alium paraclitū. i. ſimilis glorie / vel nature:
eiuſdēqꝫ ſubſtantie: vt diſcipulorꝫ fides veridica ſponſio-
ne: ad expectationē tanti muneris prepararet: illū quē ſibi
a deo in locū dei ꝓmiſſum eſſe meminiſſet: verū deū eſſe
cognoſceret. Et infra. Quanta inquit ⁊ q̄ ineffabilis eſt
pietas redēptoris que hoiem portauit ad celum: ⁊ deum
miſit ad terras: Et rurſum ſubdit. affuit ergo in hac die
fidelibus ſuis non iam per gratiam viſitationis ⁊ opera-
tionis: ſed per ipſam preſentiā maieſtatis. hec Leo papa.
Euidētiſſime habetur ex iſtis: q ille ſpūs ſanctus verus
deus: miſſus eſt ad diſcipulos ſm ſeipſum et per preſen-
tiam ſue maieſtatis: ⁊ non tm̄ per gratiam viſitationis et
operationis: ita q nō ideo tm̄ dicitur miſſus apoſtolis: q
aliquid ſit operatus in eis: vt gratiam vel alia dona ſicut
aliqui opinati fuerunt: ſed q2 ipſa eius perſona diuinitas
et eius maieſtas: licet modo ineffabili et incōprehenſibili
eis eſt data et miſſa. ¶ Hoc etiam confirmatur ex eo q
ſcriptura vtrūqꝫ diſtinguit. vnde angelus ad Mariam.
Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: ⁊ virtus altiſſimi ob-
umbrabit tibi. Luce. 1. vbi angelus duo diſtincte promit
tit. ſ. aduentum ſpiritus ſancti: et obūbrationem virtutis
altiſſimi: que virtus vtiqꝫ eſt donum eius. Simili modo
Saluator ad diſcipulos accipietis inquit virtutē ſuper- Actuū. 1.
uenientem in vos ſpiritus ſancti: et eritis mihi teſtes ⁊c.
Hic etiam ꝓmittit virtutem ſpūs ſancti. i. quā dat ſpūs
ſanctus: ideo dicit accipietis virtutē ſpūs ſancti: ⁊ non ſo
lum virtutem ſpūs ſancti: ſed etiā ipſum ſpiritū ſanctum
promittit: ideo ait: ſuperuenientis in vos. hec duo danda
diſcipulis diſtinguit ibi gloſa dicēs: cum ſuperueniet ſpi Actuū. 1.
ritus ſanctus in vos virtutē teſtificandi de me vobis pre-
ſtabit. venit ergo ipſe ſpūs ſanctus: et ipſe ſic veniens da-
bit virtutem que eſt donum eius. non ergo tm̄ dona ſpūs
ſancti: ſed etiā ipſe ſpūs ſanctus dat hoibus. ¶ Scdam
concluſionē. ſ. q qñcunqꝫ datur ſpūs ſanctus daṫ etiā
gratia ⁊ ecōuerſo. ꝓbo. et primo quātū ad ei⁹ primā par-
tem ſic. Quicūqꝫ hꝫ ſpiritū ſanctū eſt de ſtatu ⁊ de nume
ro filiorꝫ dei: et nullus carēs gratia eſt hmōi. ergo nullus
carēs gratia habet ſpiritū ſanctum: et per ꝯñs ois habēs
ſpiritū ſanctū habet gratiā. ¶ Ex quo ſequiṫ q qñcunqꝫ
daṫ ſpūs ſanctus homini ei etiā daṫ gratia. maior ptꝫ p
Apl'm. Quicūqꝫ ſpiritu dei aguntur: hi filij dei ſunt: ⁊ in- Ad ro. 8.
fra. ipſe ſpiritus ſanctus teſtimonium reddit ſpiritui no-
ſtro. i. menti noſtre q ſum⁹ filij dei. Si autē filij et heredes
ſup. ſm ſpeciem. minor patet per eūdem ad Gal. vbi ait. Cap. 5.
Euacuati eſtis a chriſto qui in lege iuſtificamini gratia
excidiſtis. Et eſt ſenſus. vos qui in lege iuſtificamini. i.
creditis hic iuſtificari per opera cerimonialia: que nomi-
ne legis ſignificat Apoſtolus excidiſtis a gratia. i. priua-
ti eſtis gratia prius habita: ⁊ ex hoc eſtis euacuati a chri
ſto. i. non pertinentis ad conſortium mēbrorum/ vel filiorū
chriſti. ¶ Alteram partem ꝓbo ſic. quicūqꝫ habet gratiā
eſt de numero filiorꝫ dei: nullus non habēs ſpiritū ſanctū
eſt de numero filiorꝫ dei: ergo nullus nō habēs ſpm̄ ſctm̄
habet gratiam: ⁊ per conſequens omnis habens gratiam
habet ſpiritum ſanctum. ¶ Ex quo etiam ſequitur q qñ
datur gratia: datur etiam ſpiritus ſanctus. maior patet Cap. 3.
per Apoſtolum ad Titum dicētem. Vt iuſtificati gratia
ipſius heredes ſimus ſm ſpem vite eterne. Et beatus Pe-
trus actuum. 15. per gratiā domini credimus ſaluari. mi
nor ptꝫ per Apoſtolum. 8. Si quis ſpiritū xp̄i non habet:
hic non eſt eius. i. mēbrum xp̄i: ⁊ per ſpiritū xp̄i intelligiṫ
ſpūs ſanctus ſm gloſam. ¶ Hec concluſio quantum ad Ad ro. 8.
vtrāqꝫ partem ſimul ꝓbatur auctoritate Ambroſij lib. 1. Luc. 1.
ſuper Lucā ſup illo verbo angeli de Joāne. Ipſe prece-
det ante illū in ſpiritu: ⁊ in virtute Helie dicēns bene iſta
iūguṅṫ: nūqꝫ enī ſine virtute ſpūs/ nec ſine ſpū virtus eſt:
et infra. d. q alterū ſine altero eſſe non pōt: ſicut ⁊ in conſe
quentibus reperiṫ. ſpūs ſanctus ſuperueniet in te ⁊ virtus
altiſſimi obūbrabit tibi. Et loquitur de potētia ordinata:
non aūt abſoluta dei: virtutis vero noīe gratia intelligiṫ.
¶ Tertia concluſio eſt. q eſt poſſibile dari ſpiritū ſanctū
homini abſqꝫ q detur aliqđ donū: ⁊ loquor de dono crea-
to. Hāc ꝓbo ſic. omne dabile a deo hoi: poſſibile eſt ei da
ri a deo: nō dato aliquo qđ non ſit eſſentialiter idē cū eo/
nec aliquid de eſſentia illius. ergo poſſibile eſt ſpiritū ſan
ctū dari homini nō dato ei aliquo dono ſpūs ſancti crea-
to. ꝯña ptꝫ. qm̄ ſpiritus ſanctus eſt dabilis homini: vt pa-
tet ex prima concluſione: ⁊ nullum donū creatū eſt eſſen-
tialiter idem cum ſpiritu ſancto / aut de eſſentia ſpiritus
ſcti. Antecedens aūt probatur. tum quia ipſo cōceſſo nul
la ſequitur contradictio: tum quia ſicut omne factibile a
deo poteſt fieri ab ipſo: non facto aliquo quod non eſt ip-
ſum nec aliquid intrinſecum eſſentialiter ei: vt communi
ter conceditur: ⁊ poteſt probari ex eo q nulla repugnan-
tia contradictionis interuenit: ſic in propoſito omne da-
bile ⁊c. Tum quia omne dabile a deo creature: deus

Digitized by Google

poteſt non dare: ⁊ poteſt nullo alio cōdante dare: ⁊ nullū tale poteſt eo nō dante dari. ergo omne dabile creature a deo: deus poteſt dare nō dato aliquo ⁊c. Antecedens eſt verū ⁊ conceſſum communiter: ⁊ conſequētia patet: q̄m ſi aliquod dabile. verbi gratia. a nō poſſet dari a deo: nō dato alio dabili eſſentialiter diſtincto: nec in eo eſſentialiter incluſo. verbi gratia. b. hoc nō eſſet: niſi quia vel. a. datum neceſſario daret. b. vel quia. b. neceſſario requireretur ad dandum. a. Si dicatur ſecundū ergo ipſum. a. non poteſt deus nullo alio cōdante dare: quod eſt oppoſitum vnius partis antecedentis. Si primuꝫ: vel. a. poſſet dare. b. deo non condante. b. ⁊ hoc repugnat alteri parti antecedētis: vel nō poſſet dare deo nō condante: ⁊ tunc vel deus dabit neceſſario. b. cuius oppoſitū ſumitur: vel poterit nō dare: ⁊ tunc hoc poſito. a. datū erit nō dato. b. Iuxta hoc poteſt in ſpeciali formari ratio ad propoſitū ſic. nullū donū creatum vel creabile requiritur neceſſario vt dans vel cōdās ad hoc vt ſpiritus ſanctus detur: ⁊ ſimiliter nullū tale donum neceſſario datur a ſpiritus ſanctus dato ergo ſpūs ſanctꝰ poteſt dari nullo dono creato dato. ¶ Ex hac tertia concluſione infero contra aliquos modernos: ꝙ poſſibile eſt tranſire de contradictorio in contradictorium ſeu cōtradictoria ſucceſſiue verificari abſq; motu locali ⁊ poſitione noue rei: vel deſtructione preexiſtentis: cuius verificationis lapſus temporis etiam non ſit in cauſa: q̄uis ſine lapſu temporis actuali vel poſſibili id contingere non poſſit: alias ſimul eſſent vera. patet qꝛ poſſibile eſt ꝙ aliquis nō habens ſpiritū ſanctū iſto modo ſpeciali de quo hic agitur: habeat poſtea ſpiritū ſanctū: eo nō mutato localiter: nec aliqua re nouiter facta: vel priori aliqua deſtructa: vt patet ex dictis. Et conſtat ꝙ in ſpiritu ſancto nulla eſt mutatio. ¶ Item nec lapſus temporis ad hoc aliquid facit: nunq̄ enim ex eo preciſe: quis haberet ſpiritum ſanctum: qui prius non habuiſſet. Hoc ipſuꝫ ex alijs cōfirmo ſic poſſibile eſt dei virtute albedinem huius corporis demonſtrati nulla locali eius vel ſubiecti mutatione interueniente: ⁊ nulla re nouiter cauſata vel deſtructa non informare illud corpus. ergo ⁊c. patet conſequentia. quia nunc informat: ⁊ poſtea non informaret ⁊ ſubiectuꝫ nunc eſt album: ⁊ poſtea non eſſet album: ⁊ per conſequēs contradictoria eorum que nunc ſunt vera: poſt hoc erunt falſa. Antecedens probatur: quoniaꝫ non minus eſt illud poſſibile q̄ ſit poſſibile ꝙ accidentia ſacramentalia ſint eque preſentia ⁊ propinqua ſubſtantie corporis xp̄i ſicut erant ſubſtantie panis: ⁊ ſicut ſunt accidētia corporis xp̄i ſuo ſubiecto: ⁊ tamen illi ſubſtantie xp̄i non inhereant aut illam informant: quod tamen de facto contingit: ꝙ vero non oporteat aliquam rem de nouo cauſari claruꝫ eſt: ſed etiam ꝙ nec deſtrui: quia nec ipſum accidens: nec ſubiectum: nec aliquod compoſitum ex vtroq;: cum ex eis nulla per ſe vna res cōſtituatur: nec aliqua alia res concurrit ſibi neceſſario deſtructibilis: nec lapſus tēporis talis ſucceſſiue verificationis eſt cauſa: ſicut clarū eſt. ¶ Et ſi dicatur ꝙ aliqua res deſtruetur ſcilicet inherētia ipſius accidentis aut vnio eius ad ſubiectū. ¶ Cōtra primo quia non eſt aliqua talis res media que ſit inherentia vel vnio vt alias probabitur. Secundo. quia eſto ꝙ ſit: non minus poteſt deus etiam illam inherentiam conſeruare: vt non informet accidens nec ſubiectuꝫ: ⁊ ſimile dico de vnione: aut ergo aliqua res erit tunc deſtructa. aut non. ſi non habetur propoſitum. ſi ſic. ergo nunc de facto inherentia inheret mediante alia inherentia: ſed ponatur ꝙ illas duas etiam deus conſeruet vt prius: ⁊ ſic vel oporteret dicere quod actu quodlibet accidens inhereret mediantibus infinitis inherentijs: vel dabitur aliqua non mediante alia inherens vel informans: et de illa ponatur caſus: et habetur propoſitum: quinimmo et ſi eſſent infinite idem poni poteſt: cum deus non minus illas / q̄ vnam tm̄ poſſet ſic conſeruare. ¶ Secundo ꝓbo dictum corrolarium. nam deus lumen quod cauſat candela quieſcens in medio poſſet ſe ſolo conſeruare: nulla mutatione locali candele / vel alterius interueniēte / neq; aliqua alia re cauſata nouiter. aut aliqua deſtructa: et tunc eſſet verum ꝙ illud lumen non conſeruaretur partialiter a candela: cuius oppoſitum nunc eſt verum / nec poteſt dici ꝙ aliqua res / vel habitudo que dicatur conſeruatio luminis a candela deſtrueretur: tum quia non eſt aliqua talis etiam ſm̄ illos contra quos eſt principaliter corrolarium iſtud: tum quia eſto ꝙ ſic. nihil minus ⁊ illam deus poteſt conſeruare ſe ſolo: quo facto verum erit dicere lumen illud a candela non conſeruari: et nulla res erit deſtructa: niſi forte dicatur ꝙ et illa conſeruatio non conſeruatur a candela mediante alia conſeruatione: que tunc deſtrueretur. ¶ Sed hoc poteſt improbari: ſicut improbata eſt ſimilis imaginatio de inherentijs. ¶ Sicut ꝓbata eſt tertia concluſio ꝓbari poteſt quarta. ſcilicet ꝙ dona poſſunt dari: non dato ſpiritu ſancto. Nam nullum talē donum dabile eſt eſſentialiter idem cum ſpiritu ſancto / nec ipſuꝫ eſſentialiter includit: et vtrūq; deus dat mare contingenter: nullo alio concurrente ad dandum. ¶ Confirmatur: quoniam licet ad dationem talium donorum: neceſſariū ſit ſpiritum ſanctum dare illa: non eſt tamen neceſſarium illum dari: ſicut ad factionem effectus: licet ſit neceſſarium cauſam facere: non tamen eſt neceſſarium cauſam fieri: ſicut patet de cauſa prima que non fit cū ab ea fiunt ſui effectus.

Tunc ſecūdo arguo cōtra dicta. Et primo cōtra primam cōcluſionem. Nam ſpiritus ſanctus ſm̄ ſcripturā: eſt in omnibus rebus per eſſentiam preſentiam et potentiam: et per conſequens in omnibus hominibus bonis ⁊ malis. ergo ipſa perſona et eſſentia ſpūs ſancti non poteſt nouiter in aliquo hoīe eſſe: quin prius fuerit: alioquin prius erat ille homo et ſpūs ſanctus non erat in eo: ac per hoc / nec in omnibus rebus erat. Si aūt non poteſt eſſe nouiter in aliquo hoīe: cū ipſe nouiter mittatur et detur hoībus quibus prius non erat datus: ſequitur ꝙ hoc ſit ſolum ſm̄ aliquid nouiter factū in hoīe: ⁊ nō ſm̄ ſuā perſonam qua ſemper exiſtit in hoīe: illud aūt nouū in hoīe a ſpiritu ſancto factū vocatur donum eius. Sola ergo dona ſpūs ſancti dantur homini. ¶ Scd̄o cōtra tertiā concluſionē: ſi eni ſit vera ſequit̄ ꝙ aliquis poſſet eſſe deo gratus ſine gratia: qd̄ videtur impoſſibile: ſicut eſt impoſſibile ꝙ aliquis ſit albus ſine albedine. ꝯña patet. qꝛ in quocūq; eſt ſpūs ſanctus: ille pertinet ad numerū filiorum dei: qui per ſpem ſunt herodes vite eterne. Si ſic permaneant: et per cōſequens eſt acceptus deo ad conſequēdam vitam eternam: ſi ſic vſq; in finem permanſerit. hoc autem eſt eſſe deo gratum. ¶ Tertio contra correlarium dicte cōcluſionis: quia ſi vno tempore vnum contradictorioꝝ eſt: quādiu ſuum ſignificatū ſe habebit eodē modo: ſemper ipm̄ erit verum: ⁊ per cōſequens nō niſi per aliquā mutationem circa ſignificatum ſuum fiet falſum: ⁊ oppoſitum eius verum. ¶ Et hoc poteſt vlterius applicari ad cōcluſionem ipſam in ſe: quia ſi prius eſt verū iſte homo non habet ſpiritum ſanctum: ⁊ poſtea eſt verū: iſte hō habet ſpiritū ſanctū: aliqua mutatio facta eſt circa ſignificatū: oīs aūt mutatio eſt acquiſitio. vel deꝑditio: ⁊ deperditio non facit ad ꝓpoſitū: vt dictum eſt. ergo eſt facta acquiſitio: et nō apparet cuius rei ſit iſta acquiſitio: niſi alicuius doni cauſati in hoīe iſto. ¶ Preterea. Si preciſe det̄ ſpūs ſanctus ſine noua acquiſitione alicuius doni: ita poterit fieri ſine acquiſitiōe / vel deperditione cuiuſcūq; alterius rei. ergo mutationis ꝓpter quā verificatū eſt ꝯtradictoriū: qd̄ prius erat falſum

Digitized by Google

vel ſpiritus ſanctus fuit ſubiectum: ⁊ anima hominis ter
minus: ita ꝙ ſpiritus ſanctus mutatus eſt ad animã vel
ecõuerſo. anima fuit ſubiectũ ⁊ ſpiritus ſanctus termin⁹
⁊ vtrũq; eſt inconueniens: cũ ſpiritus ſanctus nec ſubie-
ctum nec terminus mutationis eſſe poſſit. ¶ Etiã poteſt
argui contra quartã concluſionẽ: quoniã ſequitur ꝙ ali-
quis poſſet ꝯſequi vitã eternã carẽs ſpiritu ſancto: poſſet
etiã habere gratiã nõ habẽdo ſpiritũ ſanctũ: ⁊ in illo ſta-
tu mori: ⁊ tũc cõſtat ꝙ iret ad vitã eternã: cum omnis mo
riens in gratia cõſequatur vitã eternam. ¶ Ad primũ re-
ſpondeo ꝙ ſicut dicit Magiſter in. 17. diſ. perſona ſpirit⁹
ſancti duobus modis eſt in rebus: quidã modus eſt quo
eſt in omnibus creaturis generaliter. alius quo tantũ eſt
in creaturis rationalib⁹ iuſtis, ⁊ ſanctis ſpecialiter: ꝓpter
quẽ modũ eſſendi ſpũs ſctũs dicitur illas inhabitare: ⁊ il
le dicũtur habere ſpiritũ ſanctũ: quod non dicitᷣ de alijs;
vnde nec creature irrationales nec demones ⁊ hoĩes ini-
qui dicuntᷣ habere ſpiritũ ſanctũ ⁊ ſic ſpũs ſctũs eſt in eis
primo modo. ¶ Tũc ad argumentũ dico ꝙ perſona ſpũs
ſancti nõ poteſt eſſe nouiter in aliquo hoĩe: qui prius fuit
illo primo modo eſſendi: ſed ſemper dũ homo eſt: eſt ſpũs
ſctũs in eo. Sed ſecũdo modo eſſendi poteſt vtiq; nouiter
eſſe in aliquo in quo prius nõ fuit illo modo: eſto ꝙ ille hõ
fuerit ante per tẽpus. Et ſm illũ ſecundũ modũ tñ dicitᷣ
ſpũs ſctũs tẽporaliter procedere ⁊ mitti ac dari homini.
Si aũt queratur qualis ſit iſte modus eſſendi ſpũs ſcti in
hoĩe: dico ꝙ ſicut primus modus quo ipſe ⁊ tota trinitas
eſt in oĩb⁹ creaturis generaliter eſt nobis: incõprehenſibi
lis: vt īfra diſ. 27. d. Magiſter. Sic ⁊ iſte modus quo ſpe
cialiter dicitur creaturã rationalẽ inhabitare cõprehẽdi
nõ poteſt a nobis: a poſteriori tamẽ notificatᷣ aliquo mõ.
Nã vt dicit Magiſter di. 17. tũc nobis dicitur mitti ſpũs
ſctũs: cũ ita eſt in nobis vt faciat nos diligere deum et
proximũ dilectione ſcilicet meritoria: nõ ꝙ hoc ſit ſpiritũ
ſanctũ dari vel datũ eſſe nobis quod eſt ipſum facere nos
diligere deũ ⁊ proximũ: nec hoc dixit Magiſter: ſed eius
dictũ debet per concomitantiã intelligi: quia in quibus
ſpũs ſctũs exiſtit illo ſecundo modo ſpeciali: illi per ipſuʒ
poſſunt meritorie diligere deũ ⁊ proximuʒ. Et hoc patet
in verbis eius cũ primo affirmat exiſtentiã eius in nobis
dicẽs: cũ ita eſt in nobis: deinde illũ modũ manifeſtat per
illud ꝙ comitatur eius talẽ exiſtẽtiã in nobis cũ di. vt fa
ciat nos diligere ⁊c. vnde duo affirmat de ipſo ſcilicet exi
ſtentiã ⁊ efficiẽtiã: nec ſequitur cũ ſpiritus ſanctus eſt in
nobis ſic vt faciat nos diligere ⁊c. tũc mittitur vel eſt miſ
ſus nobis. ergo hoc eſt ſpiritũ ſanctũ nobis mitti: quod eſt
ipſum facere nos diligere ⁊c. ſicut nõ ſequitur: cũ anima
intellectiua ſic eſt in nobis vt faciat nos intelligere: tunc
ipſa eſt forma noſtra. ergo hoc eſt animã intellectiuã eſſe
nobis formã quod eſt ipſam facere nos intelligere. Ante-
cedens enim verũ eſt: ⁊ conſequens falſum. Nõ dico tñ ꝙ
eodẽ modo intelligamus per ſpiritũ ſanctũ: quo intelligi-
mus per animã intellectiuam: quia nec ille illo modo exi-
ſtit in nobis: quo eſt in nobis anima intellectiua: que vere
eſt eſſentialis forma noſtra: ſed alio modo multũ diſſimi-
li ⁊ inexplicabili: ac incõprehẽſibili a nobis vt prius dixi.
¶ Ad ſecũdũ dico ꝙ aliquis poteſt dici gratus dupli-
ter. vno modo denominatiõe intrinſeca ab habitu ſcilicet
gratie informãte animã eius. Alio modo denominatione
extrinſeca a volũtate diuina acceptãte ipſaʒ ad vitã eter
nam: niſi poſtea ipſe peccauerit: tunc cum arguitur ꝙ ali
quis poſſit eſſe gratus ſine gratia: ſi accipiatur gratus ſe
cundo modo ⁊ gratia accipiatur pro illo habitu ſuperna-
turali: de quo habitus eſt ſermo concedo conſequens: nec
exemplum de albedine eſt ad propoſitum: cuʒ denomina-
tio qua aliquid dicitur album ſit intrinſeca. Si autẽ acci
piatur gratus primo modo: nego conſequentiam: nec pro
batio procedit in iſto ſenſu: ſed in alio. ¶ Ad tertiam con
cedo ꝙ contradictorium verum ſemper erit verum: quan
diu ſuum ſignificatum ſe habebit eodem modo id eſt quã
diu ſic erit in re: ſicut eſt quando ipſum eſt verum. Et cuʒ
infertur. ergo non niſi per aliquam mutationeʒ circa ſuũ
ſignificatum ipſum fieret falſum. ¶ Dico ꝙ illud conſe-
quens poteſt intelligi dupliciter. vno modo ſumendo pro
prie mutationem: ſicut de ipſa locuti ſunt philoſophi: et
ſic nego conſequentiam. Alio modo improprie: vt etiam
tunc intelligatur factam eſſe mutationem: quando nõ ſic
eſt in re ſicut erat quando contradictorium illud erat ve-
rum: et concedo conſequentiam ⁊ conſequens. Et dico ꝙ
iſto modo eſt facta mutatio. Nam quando illud contradi
ctorium: iſte homo non habet ſpiritum ſanctum erat ve-
rum: tunc ita erat in re ſcilicet ꝙ non habebat ſpiritũ ſan-
ctum. Et ſpiritus ſanctus non erat in eo illo ſpeciali mo-
do exiſtendi quo dicitur haberi ab eo in quo exiſtit. vt an
te dictum eſt. ¶ Quando autem contradictorium iſtud
eſt falſum: tunc non ſic eſt in re ſicut erat: quando ipſum
erat verum. Non enim tunc iſte homo non habet ſpirituʒ
ſantum: ſed vtiq; habet: ⁊ prius quideʒ ita erat in re ſicut
contradictorium iſtud ſignificat: ⁊ ideo ipſum erat veruʒ
poſtea vero non ſic eſt in re ſicut ipſum ſignificat: ⁊ ideo
eſt falſum: ⁊ totum hoc poteſt contingere ſine mutatione
aliqua proprie loquendo de mutatione. ¶ Per hoc po-
teſt reſpõderi ad vlteriorem deductionem: cum probatur
ꝙ illa mutatio ſit acquiſitio. Nam illa locuʒ habet de mu
tatione proprie dicta: que non eſt in propoſito. Quamuis
non inconuenienter poſſet concedi ꝙ hic eſt acquiſitio ſpi
ritus ſancti: ſicut conceditur equipollens. videlicet ꝙ iſte
homo acquiſiuit ſpiritum ſanctum queʒ prius non habe-
bat. Iſta tamen habitio (vt ita loquar) vel acquiſitio non
eſt talis: qualis aliqua quam videmus in creaturis: nec
ſm aliquem modum mutationis: qui nobis communiter
apparet dici poteſt mutatio: ac per hoc ꝙ vlterius argui
tur ꝙ ſpiritus ſanctus erit ſubiectum vel terminus muta
tionis nõ valet. Eſt tamẽ ſpiritus ſanctus illud quod ac-
quiritur ⁊ habetur ab iſto: a quo prius non habebatur.
¶ Et hoc modo forſitan poſſet concedi: ꝙ homo acqui-
rens ſpiritũ ſanctũ mutatur: ſicut concedit Magiſter in
17. diſ. ex auctoritate Augu. ꝙ in charitate que deus eſt:
homo proficit ⁊ deficit: ⁊ in diſ. p. in fine. dicit ꝙ cũ ſpiri-
tus ſanctus datur homini a deo: mutatio fit in illo cui da
tur: non in dãte. Quia tamen iſti termini mutari ⁊ muta
tio: communi vſu accipiuntur: ſm ꝙ ſignificant mutatio
nes quales videmus inter creaturas: ⁊ nulla talis eſt in
propoſito: puto melius eſſe vt non concedatur ibi eſſe mu
tatio: quãuis vbi verus intellectus verbi habeatur non ſit
de verbis curandum. ¶ Ad quartum cõcedo ꝙ aliquis
poſſet conſequi vitã eternã: nõ habendo ſpiritũ ſanctũ iſto
modo quo dicitur haberi ab homine quando tẽporaliter
mittitur ⁊ datur ei quãuis de facto ⁊ de potentia dei ordi-
nata nullus conſequi poſſit vitam eternam: non habens
ſpiritum ſanctum ⁊ gratiam quia ſic deo placuit ordina-
re. ¶ Ad primum argumentum. q. dicenduʒ ꝙ Beda nõ
dicit hoc eſſe ſpiritum mitti quod eius gratiã dari. Sed
dicit ꝙ ſimul cum datur gratia mittitur ſpiritus ſanct⁹:
ita ꝙ ſola concomitantia ibi denotatur. ¶ Ad ſcdm di-
co ꝙ dictum Aug. intelligendum eſt etiam per concomi-
tantiam: quoniam quibus mittitur ſpiritus ſanctus: illi
cognoſcunt ipſum procedere a patre: cognitione ſcilicet
fidei: que habetur in via: quãuis non quicunq; actu habent
ſpiritum ſanctum: actu habeant talem cognitionem: ſed
habitu tñ aliqui habent: ita quod talem miſſionẽ notifi-
cat a poſteriori per huiuſmodi notitiã: ſicut ſupra dictũ
eſt eã notificari per cõſequẽtẽ dilectionẽ dei ⁊ ꝓximi: ⁊ ꝙ
nõ ſit idipſuʒ mitti ſpiritũ ſanctũ ⁊ cognoſci ipſuʒ a patre

Digitized by Google

procedere:intelligendo hoc ſm proprietatem locutionis:
patet quoniam pueris baptizatis datur ſpiritus ſanctus
Cap.3. in baptiſmo:iuxta illud Apoſtoli ad Titum tertio per la-
uacrum regenerationis ſpiritus ſancti quē effudit in no-
Cap.3. bis abunde. Et illud Joan.3. Niſi quis renatus fuerit ex
aqua ⁊ ſpiritu ſancto ⁊c. vbi manifeſte ſignificat Salua-
tor ſimul eſſe lauacrū aque ⁊ infuſionem ſpiritus ſancti:⁊
tñ conſtat ꝙ tunc pueri talem de ſpiritu ſancto actualem
cognitionem non habēt. ¶ Et expreſſe idem Aug. ait ad
dardanum.⁊ ponitur a Magiſtro diſ.37. huius libri. mul
tum inquit mira res eſt: quēadmodum quorūdam nōdū
cognoſcentium deum ſit deus inhabitator: ⁊ quorūdam
cognoſcentium non ſit: nec illi enim ad templum dei per-
tinent:qui cognoſcētes deū nō ſicut deū glorificauerūt:⁊
ad templū dei pertinent paruuli ſanctificati ſacramento
xpi:⁊ renati ſpiritu ſancto: qui certe per etatem nondum
poſſunt cognoſcere deū. vnde quē potuerūt illi noſſe/nec
habere:iſti potuerunt habere anteq̄ noſſe. intelligēdum
eſt ergo dictum Auguſtini:vt dictum eſt.

¶ Diſtinctionis.xvij. Queſtio.j.

Circa primam partem decime-
ſeptime diſtinctionis. In
qua Magiſter oſtendit ꝙ ſpiritus
ſanctu ſe ſit charitas: qua imedia-
te elicimus actū dilectionis meri-
torie:et ꝙ ad hmōi actum non con-
currit aliquis habitus charitatis
create infuſus. Queritur vtrū ſit poſ
ſibile aliquem meritorie deum dili
gere: non habendo in ſe habitum charitatis create infu-
ſum. ¶ Et arguitur ꝙ non.ſic. impoſſibile eſt aliquē eſſe
deo carum ⁊ acceptū ad vitā eternam: ſm ſtatum in quo
eſt ſine charitate creata ſupernaturaliter infuſa.ergo im
poſſibile eſt aliquem meritorie deum diligere ſine huiuſ-
modi charitate.conſequentia patet.quoniā ſequitur:ali-
quis carens charitate diligit meritorie deū.ergo ipſe deo
carus eſt ⁊c. Sed ſi cōſequens eſt impoſſibile antecedēs
etiam eſt impoſſibile. Antecedens vero probatur: quia ſi
eſſet poſſibile aliquem ſine charitate ſic eſſe deo carum.
multo magis eſſet poſſibile aliquem ſine fide eſſe carum.
Cap.11. hoc autem eſt contra Apoſtolum ad He. dicētem.ſine fi-
de impoſſibile eſt placere deo. ¶ Confirmatur.quoniam
qua ratione aliquis poſſet ſic eſſe carus ſine habitu cha-
ritatis ſupernaturaliter infuſo:eadem ratione poſſet eſſe
carus ſine omni habitu ſupernaturali: et per ꝯñs ex ſolis
naturalibus poſſet eſſe dignus vita eterna: qui fuit error
Pelagij. ¶ Ad oppoſitum eſt magiſter in littera.

Reſpondeo Iſta queſtio poteſt intelligi tam de
potentia dei abſoluta/q̄ de potētia
dei ordinata:que nobis innoteſcit per ſacras ſcripture et
eccleſie auctoritates. ¶ Duo ergo erunt articuli.q. Pri-
mus vtrum de potentia ordinata dei.i. ſm ordinationem
et legem a deo ſtatutam:ſit poſſibile ꝙ aliquis deum me-
ritorie diligat: non habendo habitum charitatis create
ſibi ſupernaturaliter infuſum. Secūdus erit vtrum hoc
ſit poſſibile de potentia abſoluta dei.

Quantum ad primū articulū fuit opinio Ma-
giſtri ꝙ ſic. Nam opinatus eſt: vt pa
tet in preſenti di. ꝙ ad actum diligendi meritoriū nō con-
currit aliquis habitus ſupernaturalis charitatis create:
ſed ipſum ſpiritus ſanctus operatur abſq̄ habitu virtu-
tis medio: quod non eſt ſic de actibus fidei et ſpei. Nam
illos operatur mediantibus habitibus ſupernaturaliter
infuſſa.qui ſunt fides ⁊ ſpes. ¶ Hec opinio roboratur au
Cap.7. ctoritatibus Aug. Quarum prima eſt.8. de trini.ait enī.
qui proximum diligit: conſequens eſt.vt ipſam dilectio-
nem precipue diligat:deus autem dilectio eſt: ⁊ qui ma-
net in dilectione in deo manet: cōſequens ergo eſt vt pre-
cipue deum diligat. alia eſt in eodem cap. ait enī. Nemo
dicat non noui quid diligam. diligat fratrem: et diligat
eandem dilectionem:magis enim nouit dilectionem qua
diligit q̄ fratrem quem diligit. Ecce iam poteſt notiorem
deum habere q̄ fratrem:plane notiorem: quia preſentio-
rem notiorem:quia interiorem:notiorem:quia certiorem:
amplectere dilectionem domini:⁊ dilectione amplectere
deū:⁊ ſubdit: ꝙ non niſi deo plenus eſt qui dilectione ple
nus eſt. Item libro eodem adductis quibuſdam verbis
beati Joan. in ſua prima canonica.d.iſta contextio ſatis Cap.8.
aperte declarat eādem ipſam fraternam dilectionem ex
deo eſſe. Nam fraterna dilectio eſt: qua diligimus inui-
cem:⁊ ꝙ non ſolum ex deo: ſed etiam deum eſſe tanta vi-
dem⁹ auctoritate ꝓbari. Cū ergo de dilectiōe diligimus
fratrē de deo diligim⁹ fratrē/nec fieri pōt vt eādem dile
ctionē nō ꝑcipue diligam⁹ q̄ fratrē diligim⁹. Et ſequit.
quoniam quippe deus dilectio eſt:deuſ certe diligit: qui
diligit dilectionem. dilectionē autem neceſſe eſt diligat:
qui diligit fratrem. ¶ Ex his auctoritatibus habetur.
ꝙ dilectio qua diligimus fratrem eſt deus ex deo.i.ſpiri
tus ſanctus. ¶ Et ex hoc conſequenter ad articulum iſtū
ſm hanc opinionem dicendum eſt:ꝙ poſſibile eſt:⁊ ita de
facto eſt:ꝙ homo poteſt meritorie deū diligere abſq̄ tali
habitu charitatis creato. ¶ Quāuis autem hec opinio ꝫ magiſtrum
recitata ſit ſollēnis: propter auctoritatem Magiſtri:com
muniter tamen doctores oppoſitum opinantur. Et ego
vna cum eis puto oppoſitum eſſe verum. Ad hoc autem Cap.13.
mouent me verba Apoſtoli prima ad Corint. Si linguis
hominum loquar ⁊c. vbi omnes virtutes ⁊ dona ſpiritus
ſancti eorūq̄ actus ⁊ opera dicit homini nihil ꝓdeſſe:⁊ ꝑ
conſequens non eſſe meritoria: niſi habeant charitatem:
ꝙ ſi dicatur Apoſtolum locutum fuiſſe de charitate in-
creata que eſt ſpiritus ſanctus: ſine quo cetera non pro-
ſunt.iſtud ⁊ ſi proteruiter poſſet ſuſtineri:non videtur ta-
men eſſe de intētione Apoſtoli. Nam ibi loquitur de cha-
ritate quaſi de quadam virtute eius neceſſitatem et ex-
cellentiam ad alias virtutes explicando. vnde in fine ca-
pituli nunc inquit manent. fides.ſpes.charitas.tria hec.
maior autem horum eſt charitas. ¶ Item ad Col. indui Cap.3.
te inquit vos ſicut electi dei ſancti et dilecti viſcera miſe-
ricordie ⁊ alias benignitatem:virginitatem: humilitatē:
modeſtiam: patientiam ⁊c. Moxq̄ ſequitur: ſuper om-
nia autem hec charitatem habete: quod eſt vinculū per-
fectionis. vbi gloſa dicti huius reddens rationem: ait.
magis enim ſtudēdum eſt ei virtuti:que maior omnibus
eſt. vbi patet ꝙ hic loquitur de charitate que virtus eſt
eſt:⁊ hanc virtutem moralibus preponit:ſicut vt prius al
legatum eſt prepoſuerat reliquis virtutibus theologicis
ſcilicet fidei et ſpei. ¶ Et ſi dicatur ſicut dicit Magiſter:
ꝙ charitas non ideo dicitur a ſanctis virtus:quia ipſa ſit
virtus: ſed quia per eam quaſi eſſet virtus afficitur mēs
et mouetur: hec profecto gloſa nimis eſt ad placitū glo-
ſatorum:quoniam ⁊ pari ratione poſſet dici: ꝙ non eſt ali
qua virtus infuſa que ſit fides/ vel ſpes: ſed ſpiritus ſan-
ctus immediate actus credendi ⁊ ſperandi operatur. Et
ſicubi inueniatur dictum ꝙ fides eſt virtus. Reſponde-
tur ꝙ ideo ſic dicitur: quoniam per ſpiritum ſanctū qua-
ſi eſſet virtus mens mouetur ad credendum. Et eodem
modo de ſpe:nec puto ꝙ aliqua auctoritas ſcripture poſ-
ſit haberi: per quam efficacius poſſit probari eſſe ali-
quem habitum infuſum qui ſit fides/ aut aliquem qui ſit
ſpes: q̄ probari poſſet eſſe aliquem qui eſt charitas.
¶ Secundo ad idē facit Apoſtolus ad Ro. charitas dei Cap.5.
diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritū ſanctū qui da-

tus eſt nobis : que verba ⁊ ſi aliter poſſent gloſari:aptius
tamē inſinuant:ſpiritum ſanctum datū eſſe:⁊ ab illo da-
to charitatē in apoſtolorū cordibus eſſe diffuſam : quaſi
charitas ſit aliud a ſpiritu ſancto diffuſum creatū:quem
ſenſum inſinuant verba Aug.homel.6.ſuper prima cano
Cap.8. nica Joan.exponētis illud Apoſtoli ad Ro.ipſe ſpiritus
poſtulat pro nobis. Quid eſt inquit ipſe ſpiritus ſanctus
interpellat pro ſanctis:niſi ipſa charitas:que in te per ſpi-
ritū facta eſt. Ideo enim di. idē Apoſtolus. charitas dei
diffuſa eſt i cordib⁹ noſtris per ſpiritū ſanctū:qui datus
eſt nobis:charitas ipſa genuit:charitas ipſa orat ⁊c.chari
tas autem increata abſit vt aliquo modo facta dicatur.
¶ Tertio ad idem mouet auctoritas eccleſie dicētis. ex-
tra de ſumma tri.⁊ fide ca.c.dāna. que dicit tam paruu-
lis ꝙ adultis cōferri in baptiſmo informātē gratiā ⁊ vir-
tutes eſſe tanꝙ probabiliorē ⁊ dictis ſanctorū magis con
ſonā eligendā.per gratiā autē nō aliud ꝙ charitas intel
ligi debere videtur:aut ſi ſit aliud:iudiciū idē quantū ad
Cap.19. hoc de vtraqꝫ habendum eſſe apparet. ¶ Ad hoc facit ꝙ
Aug.eodē modo ꝗtū ad hoc loquitur de gratia ⁊ chari-
tate. vnde primo trac.d.ꝙ voluntas niſi gratia dei libere
tur a ſeruitute:qua facta eſt ſerua peccati:⁊ vt vitia ſupe
ret adiuuetur:recte pieqꝫ viui a mortalibus nō poteſt :et
in ſequēti capitulo idē.d.de charitate. verū eſt inquit om
nino:hoc oēs hoies poſſe ſi velint ſed preparatur volūtas
a dño:⁊ tm̄ augetur munere charitatis vt poſſint. ¶ Itē
cap.23.di.a concupiſcentie dñatu non liberet niſi gratia
dei:per ieſum xp̄m dñm noſtrū:dono ſpiritus ſancti : per
quē diffuſa charitas in cordibus noſtris vincit carnis cō
cupiſcentias. Et infra eodē capitulo oſtēdens:quomodo
credere ⁊ bonū operari ſunt a nobis:⁊ quō a deo: vtrunqꝫ
enim inquit noſtrum eſt propter arbitriū volūtatis:⁊ vtrū
ꝗ tamen datum eſt per ſpiritū ſanctuꝫ fidei ⁊ charitatis.
Nō enim ſola charitas:ſed ſicut ſcriptū eſt charitas cuꝫ
fide a deo patre cum dño ieſu xp̄o. Et ſunt verba Apoſto
Ca.vltio. li ad Ephe. Si ergo que dicuntur de charitate exponan
tur de charitate increata ⁊ non ponatur aliqua charitas
creata:ita dico ꝙ nulla eſt gratia creata neqꝫ fides:ſꝫ om
nia iſta que dicuntur faciliter potuerunt exponi de ſpiri-
tu ſancto:vt omnia ipſe immediate operetur:⁊ tamen de
gratia ⁊ fide communiter conceditur:ꝙ ſunt habitus ſu-
pernaliter infuſi. ¶ Quia ergo opinio Magiſtri non ro-
boratur aliqua neceſſaria ꝓbatiōe:⁊ oppoſita opinio ma-
gis videtur conformari dictis ſanctoruꝫ: vt patet per pre
miſſa:⁊ a Docto. communiter tenetur:ideo cum iſtis de
communi opinione conſentio. ¶ Ad auctoritates Augu.
pro Magiſtro allegatas poteſt reſponderi ſicut reſpōdet
Scotus. ¶ Reſpondeo tamen aliter:⁊ puto magis ſm in
tentionem Aug. vbi ſciendum ꝙ Aug.15. de trin. ⁊ ſuper
Cap.17. Joan.homel.82.exponens illud Joan.5.manete in dile-
ctione mea. duplicem dei dilectionem diſtinguit. vna eſt
qua ipſe nos diligit:alia qua nos diligimus euꝫ. Prima
eſt increata et deus ipſe. alia eſt quedam forma exiſtens
in nobis:que non eſt deus:ſed creatura. Et de prima. di.
intellexiſſe Saluatoreꝫ cū ait manete in dilectione mea:
vtraqꝫ autem dicitur dilectio qua diligimus fratreꝫ:ſed
ſub diuerſo ſenſu. Naꝫ dilectio creata eſt qua formaliter
diligimus:ſiue actus diligendi ideſt diligere quo fratreꝫ
diligamus. Sed dilectio increata eſt qua ideſt propter
quam cauſaliter diligimus fratrem. Quicūqꝫ enim dili
git proximum ſicut debet:diligit ipſum propter dilectio-
nem dei:qua ſcilicet deus diligit ſic diligentem. Simili-
ter vtraqꝫ dicitur dilectio fraterna creata quidem:quia
per eam diligimus fratrem. Increata vero dicitur dile-
ctio fraterna:quia propter eam diligimus fratrem. Cum
ergo Auguſti. di. qui diligit proximum diligit dilectio-
nem:non intelligit de dilectione per quem : ſed propter
quam diligit proximum. Nam quicunqꝫ diligit ſicut
debet : ſcilicet propter deum : ille vtiqꝫ diligit dilectione
propter quam diligit proximum:quia propter quod vnū-
quodqꝫ tale ⁊ illud magis:⁊ hoc innuit cū ait. cōſequens
eſt:vt ipſam precipue.i.maxime dilectionem diligat: ⁊ il-
la vtiqꝫ dilectio deus eſt. ¶ Item de eadem loquitur cū
ait. magis enim nouit dilectionem qua diligit.i. propter
quam diligit. Iſta etiam eſt fraterna dilectio.i.propter
quam frater diligitur quam dicit eſſe deum: quod etiam
innuit quod ſequitur. Cum ergo de dilectione diligimus
fratrem: de deo diligimus fratrem: de enim cauſalitateꝫ
importat : et eſt ſenſus. de dilectione.i. ex dilectione/ vel
propter dilectionem:illa autē eſt deus. Et per conſequēs
propter deum diligit fratrē. Ac per hoc precipue diligit
ipſum deum: ⁊ hec eſt principalis concluſio quam inten-
dit : vult enim probare ꝙ qui diligit proximum ſicut de-
bet:etiam diligit deum. Item quod ait diligat fratrem ⁊
diligat eandem dilectionem:ly eādem:non ſupponit/nec
refertur ad dilectionem per quam diligit: ſed ad eam ꝓ-
pter quam diligit : de qua immediate premiſerat. deus
dilectio eſt.

Quantum ad ſecundum articulum. veꝫ vtrum
per dei potentiam abſolutam ſit poſ
ſibile aliquem non habētem in ſe habitum charitatis ſu-
pernaturaliter infuſum:diligere deum meritorie. premit
to primo quid intelligo per deum diligere meritorie. Cū
enim meritum dicatur in reſpectu ad premium:⁊ premiū
ſit duplex. ſcilicet eternum et temporale: ſiue beatificum
et non beatificum. in propoſito non eſt queſtio niſi de dile
ctione meritoria premij eterni/ ſeu beatifici quod eſt vita
eterna. Secundum hoc ergo ille dicitur diligere deū me
ritorie qui pro dilectione qua diligit deum premiabitur
premio eterno : ſi finaliter ſaluabitur / ſiue premiaretur ſi
finaliter ſaluaretur. ¶ Et quia quicūqꝫ meritorie diligit
eſt deo carus / ſiue acceptus ad vitam eternam. Dico ꝙ
eſſe deo carum ⁊ acceptum ad vitam eternam dupliciter
poteſt intelligi. vno modo idē eſt quod eſſe a deo ordina-
tum ad vitam eternam finaliter obtinēdam:⁊ ſic quilibet
electorum/ſeu ſaluandorum finaliter in quocūqꝫ ſtatu ſit
gratie/ vel culpe meriti / vel demeriti eſt deo carus et ac-
ceptus:⁊ nullus reprobatorum/ ſeu dānādorum finaliter
ſi ſit in ſtatu gratie eſt deo acceptus. Alio modo idem eſt
quod eſſe in ſtatu/ vel diſpoſitione: in qua ſi perſeuraue-
rit deus illi dabit vitam eternam. In tali enim ſtatu exi-
ſtens dicitur eſſe deo acceptus:⁊ hoc modo non quilibet
ſaluandorum eſt acceptus deo:vtpote ille qui eſt in ſtatu
culpe mortalis. Nam ſi ipſe in eo ſtatu finaliter perſeue-
raret nō obtineret vitam eternam: ꝗuis eam de facta ſit
obtenturus : et aliquis damnandorum eſt carus et acce-
ptus ad vitam eternam:vtpote ille qui eſt in ſtatu gratie.
Nam ꝗuis ille non ſit obtenturus finaliter vitam eter-
nam : ſi tamen in eodem ſtatu perſeueraret finaliter vtiqꝫ
obtineret. Simili modo dicit Magiſter.3.ſenten. diſt.31.
ꝙ aliquem eſſe ſcriptum in libro vite poteſt intelligi du-
pliciter. ſm preſcientiam. ſcilicet et ſm preſentem iuſti-
tiam : et multi ſunt ſcripti ſecundo modo non primo mo-
do. Sic in propoſito poteſt dici ꝙ aliquem eſſe deo carū
et acceptum ad vitam eternam dupliciter poteſt accipi.
ſcilicet ſm eternam dei electionē:⁊ ſm preſentem diſpoſi
tionem. et eſt eadem diſtinctio ei que prius data eſt. Ex
his ſequitur ꝙ non quicunqꝫ meritorie diligit deum eſt
carus et acceptus deo primo modo. Nam multi ſic dili-
gendum damnabuntur. ſecundo autem modo quilibet
meritorie diligens deum eſt ei carus. Nam quilibet ſic
deum diligēs:etiam ſi ſic perſeueraret finaliter obtineret
vitā eternā. Patꝫ etiā ꝙ aliqs eſt car⁹ et accept⁹ pmo mō
qui non eſt acceptus ſecundo modo:⁊ aliquis eſt accept⁹

Digitized by Google

ſecundo modo qui primo modo nõ eſt acceptus. In tota autem iſta .q. intendo vti iſtis vocabulis acceptus et carus ſecundo modo: vt videlicet quis dicitur acceptus ſm preſentem diſpoſitionem.

His premiſſis pono tres cõcluſiones prima eſt ꝙ poſſibile eſt de dei potētia abſoluta aliquē eſſe deo carū ⁊ acceptū non habendo charitatē infuſam de qua ſermo preceſſit. ſecunda eſt. ꝙ poſſibile eſt aliquē habēdo huiuſmodi charitatē non eſſe deo carū ⁊ acceptū ad vitā eternā. tertia ꝙ poſſibile ē aliquē nõ habēdo charitatē diligere deū meritorie. ¶ Primā concluſionē probo primo ſic. poſſibile eſt ꝙ alicui nullum habitū charitatis vel etiā aliū ſupernaturalē hñti de⁹ det ſpiritū ſanctum: non dando eidē aliquē huiuſmodi habitum: ⁊ ꝙ velit deus eidē ſi ſic perſeuerauerit finaliter dare vitā eternā. ergo poſſibile eſt aliquē eſſe acceptum deo ad vitā eternā nõ habendo charitatis habitū infuſū. cõſequētia patet. Antecedēs ꝙtū ad primā partē patet ex precedenti queſtione. ſecūda etiā pars nõ eſt dubia. Alioquin cum anima habens ſpiritum ſanctum ⁊ charitatem creatā ſit accepta ſi habēs preciſe ſpiritū ſanctū nõ poſſet ſic acceptari: iam charitas creata ex natura ſua aliquam dignitatē in reſpectu ad vitā eternā tribueret aīe: quam nullo modo poſſet ſibi per ſeipſum tribuere ſpiritus ſanctus: quod nõ puto ſane dictū. ¶ Secūdo ſic poſſibile eſt aliquē hoīem nõ habēdo habitū charitatis nõ eſſe in ſtatu reprobationis. ergo poſſibile eſt aliquē hominē nõ habēdo habitū charitatis eſſe in ſtatu acceptationis id eſt eſſe acceptū ſm ſtatū. cõſequentia patet: qm̄ quicquid ſit verū de potētia dei abſoluta poſſet eſſe aliquis ſtatus medius inter ſtatū acceptatiõis ⁊ reprobatiõis: nõ eſt tamē neceſſe ſic eſſe: immo nunc ſm legē dei ordinatā nullus eſt ſtatus talis medius. voco autē ſtatū reprobatiõis in quo ſi quis perſeuerauerit deus illi dabit penam eternam ſenſus vel damni. Antecedens probatur. Nam poſſibile eſt aliquem hominem non habendo charitatem eſſe ſine reatu peccati originalis vel actualis: ſicut erat primus homo anteꝗ̄ reciperet gratiam: poſito ꝙ non fuerit cauſatus cum habitu gratie: vt multi dicunt: vel ſaltem ſic eſſe potuit. ¶ Item poſſibile eſſet ꝙ pueri in baptiſmo abſoluerentur a reatu peccati originalis: abſqꝫ infuſione charitatis aut alterius habit⁹ ſupernaturalis: nec eſt dubiū hoc eſſe poſſibile: immo multi doctores dixerunt ſic eſſe de facto: ꝗ̄uis eorum opiniones non teneantur: vt patet libro ſeptimo extra de ſūma tri. ¶ Tertio ſic. nõ eſt neceſſe quēlibet beatum prehabuiſſe habitū charitatis. ergo poſſibile eſt aliquem non habendo habitū charitatis eſſe deo acceptum ad habendum finaliter beatitudinem. Antecedens de facto in anima xp̄i que non prius habuit charitatem ꝗ̄ viſionem beatificam: ⁊ ſimiliter ſm Magiſtrū 2. ſententiarum di. 5. in fine. angeli boni non prius habuerunt gratiam ꝗ̄ beatitudinem: ⁊ tamen prius fuerunt ꝗ̄ eſſent beati. quicquid autem de facto fuerit: poſſibile tamen fuit ſic fuiſſe. patet etiam ratione: quoniam ſi charitas neceſſario prehaberetur: vel hoc eſſet propter meritum: vel propter iuſtificationem: vel propter immunitatē a peccato. non propter primū: quia non eſt neceſſe meritū precedere premiū: ſicut patet de anima xp̄i ⁊ angelis bonis ſm Magiſtrum: ⁊ ſimiliter de pueris baptiſatis ⁊ decedentibus: qui nullum proprium meritum habuerunt: attamen premium beatitudinis conſecuti ſunt: nec propter iuſtificationem: ſicut patet in anima xp̄i: in qua nulla iuſtificatio preceſſit beatitudinem: nec propter immunitatem a peccato: quia illa eſt poſſibilis ſine habitu charitatis: vt iam probatum eſt. conſequentia patet: quoniā ſi non eſt neceſſe beatum prehabuiſſe habitū charitatis ergo deus poteſt aliquem non habentem habitum charitatis preparare ⁊ ordinare ad dandum illi vitam eternā: ita ꝙ ſi perſeuerauerit in illa diſpõne dabit illi vitā eternā. talis enim dicitur carus deo ⁊ acceptus. vt ſupra premiſſum eſt. ¶ Et ſi dicatur ꝙ nõ ſequitur ꝙ ipſe ſit acceptus eſto ꝙ ſit in tali diſpoſitione ⁊c. et hoc ideo quia ipſe non eſt dignus vita eterna ſm ſtatum illū. Contra. quero quõ ſumis dignitatem iſtam: quia vel ipſum tantum dicis dignum: cui tantum debite conferenda eſt vita eterna: ita ꝙ ſibi ſine iniuria non poteſt non conferri: ⁊ ſic nullus eſt dignus vita eterna ꝗ̄tumcūqꝫ habens charitatē: vt poſt probabitur: ⁊ per conſequens nullus eſſet acceptus ſm ſtatum: quod eſt falſum. vel ille dicitur dignus quē deus ſua gratuita bonitate acceptat ad dandum ſibi vitā eternam: ⁊ tunc quilibet talis eſt carus ⁊ acceptus deo: ⁊ hoc poteſt eſſe ſine habitu charitatis: ſicut ille in quo eſt habitus charitatis acceptus. ⁊ dicitur dignus quia in tali diſpoſitione deus eum acceptat velut dignum id eſt dabit illi ſi perſeuerauerit vitam eternam: ac ſi ipſe ea eſſet dignus. vnde preciſa cauſa huiuſmodi dignitatis eſt voluntas diuina gratis acceptans. ¶ Quarto deus poteſt aliquem non habentem charitatem acceptare ſm ſtatum in quo eſt ad dandum ſibi charitatem ⁊ beatitudinē ſimul: ſi ſic perſeuerauerit. ergo aliquem talem poteſt acceptare ad beatitudinem conſequentia patet. antecedens probo: quia poſito ꝙ ſit aliquis homo qui nec charitatem habeat nec peccatum: nec aliquid incompoſſibile habitui vel charitati: ſicut deus facere poſſet: vt prius probatum eſt. huic ſi perſeuerauerit in hoc ſtatu: deus poterit dare ſimul charitatem ⁊ beatitudinem. certum eſt: ſicut anime xp̄i dedit vtrāqꝫ ſimul: ⁊ ſi illa prefuiſſet ſine peccato ⁊ ſine charitate non minus potuiſſet dare vtrāqꝫ ſimul. ſimiliter ⁊ huic poſſet velle dare vtrāqꝫ: ſi ſic perſeuerauerit: ⁊ per conſequens poſſet ipſum velut dignum vtriuſqꝫ acceptare: ſicut autem probatum eſt. ꝙ poſſibile eſt aliquem non informatum charitate eſſe acceptum deo ⁊ carum ad vitam eternam. vt probari poteſt aliquem nullum habitum ſupernaturalem habentem poſſe eſſe deo carum.

¶ Aduertendum tamen: ꝙ cum dico aliquem poſſe eſſe carum ſine charitate informante: ipſum accipio carum ſm denominationem extrinſecam a voluntate ſcilicet dei acceptante ipſum: vt in precedenti .q. dictum eſt. ¶ Contra iſtam concluſionem arguitur probando ꝙ anima non poteſt eſſe deo grata vel accepta loquendo de acceptatione que eſt ſm preſentem diſpoſitionem niſi ſit informata habitu charitatis ſupernaturaliter a deo ſibi infuſo.

Aureol⁹ di. 17. q. pria arti. 2.

¶ Quod primo ſic probatur. nullus actus immutabilis ⁊ eternus tranſit de nouo ſuper aliquod obiectū niſi quia eius obiectum eternum ⁊ immutabile formaliter participatur de nouo ab illo obiecto materiali ſuper quod nouiter tranſit: ſicut patet ꝙ viſio eterna alicuius coloris ſi talis poneretur non poſſet tranſire de nouo nunc ſuper lignum: nunc ſuper lapidem: niſi color ille eternaliter viſus participaretur nunc a ligno nunc a lapide formaliter et inherenter. Si autem viſio aliter tranſiret immediate ſuper lignum aut ſuper lapidem impoſſibile eſſet ꝙ actus ille eſſet eternus. Cuius ratio eſt quoniam actus non poteſt de non tranſeunte ſuper lignum fieri tranſiens ſuper lignum: niſi aliqua mutatione facta vel in ipſo actu: ⁊ ſic non erit eternus: vel in ipſo ligno: ⁊ tunc aliquid formaliter ſibi inheret quod non inherebat: ſed actus dilectionis ⁊ acceptationis diuine qui eſt immutabilis ⁊ eternus nunc acceptat vnum: nunc alium. non acceptat animam (verbi gratia quando eſt in peccato) nunc vero acceptat: vtpote quando eſt iuſtificata. ergo neceſſe eſt ꝙ in ipſa nouiter participetur formaliter ⁊ inherenter aliquod obiectum eternum ⁊ immutabile diuine dilectiõis. illud aūt nõ pōt eē eſſentia diuina: qꝛ nulli formaliter pōt īherere.

Digitized by Google

ergo erit aliqua creatura et non ſubſtantia: cum nec ſubſtantie inhereat. ergo aliqua accidentalis forma viterius prolixe: ⁊ tamen inefficaciter deducit ꝙ oportet talē formam eſſe habitualem et non ꝗcūqꝫ: ſed charitatē: ſed videat qui vult ibi. ¶ Secūdo ſic. nihil eſt oditum a deo quin diuina volūtas reperiat in eo aliquod odibile ⁊ deteſtabile ex natura rei: quod dat formaliter eſſe oditum. peccatum enī ex natura rei oditur. iuxta illud prophete. videbo qm̄ non deus volens iniquitatem tu es. ergo per oppoſitum nihil eſt carum deo/ vel ab eo dilectū: niſi quatenus in ipſo eſt aliquid qđ ex natura rei facit ipſum eſſe diligibile: et tunc viterius poteſt ad propoſitum deduci ratio ſm̄ ſic arguētem ꝙ nihil ex natura rei eſt diligibile a deo dilectione de qua loquimur: niſi charitas infuſa. ergo ⁊c̄. ¶ Tertio poteſt argui ſic. ſi aliqua propoſitio verificatur pro rebus: ⁊ ad eius verificationem due res nō ſufficiūt: neceſſe eſt ponere aliam tertiam rem: ad hoc vt ipſa ſit vera: ſed iſta propoſitio. Sortes eſt carus. ſiue acceptus deo. pro rebus verificatur: ⁊ ad eius veritatē non ſufficit deum eē: ⁊ ſortem eſſe: quoniā ipſis poſitis poteſt eſſe falſa. ergo requirit̃ aliqua alia res ab vtroqꝫ ⁊ ab ambobus diſtincta. hec autē eſt charitas/ vel alius habitus ſupernaturaliter gratum faciens: qꝛ nulla alia ſufficeret ad hoc. ¶ Quarto poteſt argui cōtra quoddā aſſumptū in probādo concluſionem. vꝫ ꝙ poſſibile eſt eſſe aliquem hoīem ſine peccato ⁊ ſine charitate ⁊ habitu ſupernaturali. Contra. carentia charitatis eſt peccatū. ergo impoſſibile eſt hominē carere charitate et non habere peccatum. conſequentia nota eſt. ꝓbatum añs. tum qꝛ quilibet tenetur habere charitatē: et per cōſequens ipſam non habere eſt peccatū. Tum qꝛ homo non poteſt ex naturalibus vitare omne peccatū. igitur priuatio alicuius forme ſupernaturalis quā homo ex ſe habere non pōt eſt peccatum. ¶ Quinto cōtra aliud aſſumptum. vꝫ ꝙ pueri poſſent abſolui a peccato ſine infuſione charitatis ⁊ alterius cuiuſlibet habitus. ¶ Contra primo. qꝛ peccatū illud pura priuatio eſt. priuatio aūt non tollitur niſi per poſitionē habitus oppoſiti: alioquin poſtꝗ̄ ablata eſſet adhuc eſſet: qꝛ ſubiectum non haberet habitum quē aptū eſſet haberet. ¶ Sexto contra eandē concluſionem per rationē in qua multi ſuſtentant̃: impoſſibile eſt cōtradictoria ſucceſſiue verificari nulla mutatiōe facta circa res pro quibꝰ verificantur: vel circa aliquā ipſam. ergo ſi prius verū eſt ꝙ aliquis nō eſt carus/ vel acceptus deo: ⁊ poſtea eſt verū eiꝰ oppoſitum: neceſſe eſt mutationē factā eſſe. vel in eo/ vel in deo. in deo aūt non eſt poſſibilis mutatio. ergo in eo: et
Riſo ad rones Aureoli vbi ſupra. Cap. 2. non apparet alia: niſi acquiſitio forme alicuius ſupernaturalis gratum ⁊ acceptū deo illū facientis. ¶ Reſpondeo ad primū. dico ad minorem ꝙ vel hoc nomē acceptatio ſumitur ſimpliciter in eadem ſignificatione ⁊ cōſignificatione: cum hoc noīe dilectio: ⁊ tūc vel dilectio ſumitur generaliter prout omne bonum inquātum bonū eſt: deus dicit̃ diligere. iuxta illud Sapientie. diligis enī oīa que ſunt: ⁊ nihil odiſti eorum que feciſti: ⁊ ſic dico ꝙ minor eſt falſa: qua dicitur ꝙ aliquādo acceptat animam: aliquādo non. Nam ſemper quālibet acceptat ⁊ diligit: etiam ſi ſit actualiter in peccato: ſicut patet ex auctoritate induc-
Cap. 9. ta ſcripture: ⁊ determinatione etiā Magiſtri ex auctoritate Augu. 3. lib. ſententiarum di. 5. vel dilectio dei ſumitur ſpecialiter: quēadmodum predeſtinatos tantūmodo dicitur diligere. iuxta illud ad Ro. Jacob dilexi: Eſau odio habui. ⁊ tunc etiam eſt falſa: quoniam nullum aliter diligit nunc ꝗ̄ ab eterno et ſemper dilexerit. Si vero nomen illud acceptatio non ſumatur ſicut in eadem ſignificatione ⁊ conſignificatione cum nomine dilectionis: ſed vltra id quod ſignificat dilectio: primo modo accepta: cōſignificat talem qui dicit̃ acceptari: eſſe in diſpoſitione in qua ſi perſeuerauerit habebit vitam eternam: in qua ſignificatione accipitur in preſenti. q. tūc ipſa vera eſt: ſed nō ſumitur ſub maiore. eſt enī maior. nullus actus eternus ⁊c̄. ſed actus inquit dilectionis diuine ⁊ acceptationis trāſit ſuper aliquem qui eſt in diſpoſitione: in qua ſi perſeuerauerit habebit vitam eternā: ⁊ prius non erat in tali diſpoſitione. Et patet ꝙ nulla eſt forma debita. ergo non concludit. ¶ Ad ſecundum dico ꝙ ſi debeat eſſe ad propoſitum oportet inferri ꝙ nihil poſſit eſſe carum: niſi in eo ſit aliquod tale formaliter: ⁊ non ſolum de ineſſe. videlicet ꝙ nullus eſt carus niſi habens aliquid tale formaliter. Ad illud autem cōcludendum oportet. ꝙ etiā antecedēs ſumatur cum hoc verbo poteſt: vt dicatur nihil poteſt eſſe oditū deo ⁊c̄. Et tunc dico ꝙ ipſum poteſt dupliciter accipi. Uno modo proprie vt ſit ſenſus: ꝙ nullus poteſt eſſe obiectum odij dei: niſi quia ⁊c̄. ⁊ tunc dico ꝙ etiam antecedens eſt falſum propter falſam implicationem virtute dictionis excluſiue. implicat enim ꝙ aliquis poſſit eſſe in hoc ſenſu oditus a deo: cuius oppoſitum dicit ſcriptura: vt habitum eſt. ⁊ cum hoc etiam non valet conſequentia: quoniam quelibet rationalis anima ſm̄ ſe quoddam bonum eſt: et per conſequens ſm̄ ſe diligitur: ſicut et quelibet entitas creata a deo: nulla autem ſm̄ ſe eſt aliquod malum/ ſeu mala. iuxta cōmune dictum ſanctorum. Et ideo non ſequit̃: ꝙ ſi nulla poteſt ſm̄ ſe odiri: ꝙ nulla poſſit ſm̄ ſe diligi. Alio modo poteſt accipi antecedens improprie: vt ſit ſenſus. nullus poteſt eſſe oditus ⁊c̄. i. nullus poteſt eſſe in ſtatu in quo ſi perſeuerauerit damnabitur: niſi voluntas diuina in eo ⁊c̄. et ſic etiam falſum eſt. Nam aliquis poteſt eſſe in tali ſtatu propter carentiam preciſe alicuius actus quē debet habere. Item quia habuit aliquē quem non debuit habere: eſto ꝙ ex illo actu nullus malus habitus aut forma aliqua ſit relicta in anima eius. ¶ Ad tertium dico ꝙ maior poteſt habere duplicem ſenſum. vnus eſt ꝙ ſi ad hoc vt propoſitio ſit vera non ſufficit eſſe aliquas duas res: requiritur tertia res: et ſic falſa eſt. Nam habet inſtantiam multiplicem. Nam ad hoc ꝙ hec ſit vera. a. erit. ſit a. nomen alicuius poſſibilis nūc non futuri: non ſufficit deum ⁊c̄. que nunc ſunt eſſe: et tamen non eſt neceſſaria res aliqua alia. poteſt enim a. eſſe futurum: et per conſequens illa propoſitio eſſe vera ſolum volente deo. aliquando illud producere ad quod res nulla alia eſt opportuna. Similiter vt iſta ſit vera. antichriſtus non erit: non ſufficit eſſe ea que ſunt: nec tamen ad eius verificationē res aliqua alia eſt opportuna. Similiter vt iſta ſit vera. Sortes habet ſpiritum ſanctum: non ſufficit vtrūqꝫ eſſe: et tamen poteſt verificari abſqꝫ re tertia. Sic etiam ad verificandū hanc. hic radius a deo ſolo conſeruatur. demōſtrato radio quem partialiter ſol conſeruat. non ſufficit ꝙ ſit deus ſol et radius: et tamen abſqꝫ re alia verificari poteſt: ſicut patet ex precedente concluſione. Alius ſenſus propoſitionis poteſt eſſe ꝙ ſi due non ſint tot quot ſufficiunt tertia requirit̃: et tunc cōcedo maiorem et nego minorem: nec valet probatio: quoniam non ſequitur poſitis duabus rebus propoſitio eſt falſa. ergo non ſufficiunt ad hoc vt ſit vera. Inſtantia patet: quia etiam poſito deo propoſitio iſta. a. erit. eſt falſa: et tamen non ſequitur ꝙ deus non ſufficit: ſed alia res requiritur vt ſit vera. Similiter eſt de iſta. Sortes habet ſpiritum ſanctum: et de aliis iam adductis. ¶ Ad quartum nego conſequentiam: quia ſi carentia charitatis ſit peccatum: poteſt tamen non eſſe peccatum: quia carentia charitatis non eſt peccatum: niſi in non habente ⁊ potente ac debente habere charitatem: et quia deus poſſet hominem abſoluere a tali debito habendi: eſto ꝙ non daret illi charitatem: poſſibile eſt aliquem non habere charitatem abſqꝫ peccato.

Digitized by Google

¶ Preterea ſecunda probatio ibi facta preter hoc etiã
aliter ſoluitur. Nam illa conſequentia nõ valet: ſed funda-
tur ſuper falſa imaginatione ſcilicet ꝙ ideo preciſe homo
non poſſit ex ſuis naturalibus vitare omne peccatũ: quia
non poteſt habere charitatem quam tenetur habere. hoc
autem falſũ eſt: quoniam eſto ꝙ deus abſolueret ipſum
a tali debito: adhuc non poſſet alia peccata vitare ex ſe: ſi-
cut nec ex ſe ⁊ a ſuis naturalibus tantũ poſſet bene agere:
vt patebit in ſecundo di. 26. ¶ Si quis autem curioſe
quereret: ſi aliquis decederet in ſtatu in quo non haberet
charitatem: neqꝫ vllum actuale vel originale peccatum.
vtrum damnaretur vel ſaluaretur. ¶ Puto responden-
dum eſſe ꝙ hoc eſſet ſm ꝙ deo placeret: quia vtrũqꝫ deus
poſſet. Dicendum tamen videtur ꝙ non damnaretur pe-
na ſenſus: quia in ipſo nihil eſſet puniendum. Et idem ſen-
tiendũ eſſet de ipſo quod de primo homine: ſi in ſtatu in-
nocentie ante infuſionem gratie fuiſſet mortuus. ¶ Ad
quintum cum dicitur ꝙ peccatũ illud eſt pura priuatio
dicendũ ꝙ illa priuatio preciſe accepta non habet ratio-
nem peccati. Sed inquantum ſupponit debitum haben-
di iuſtitiam originalem. illud autem debitum tolli poteſt
ſine poſitione alicuius habitus vel forme. ¶ Ad ſextum
dico dupliciter. Primo quidem ꝙ illud antecedens (im-
poſſibile eſt contradictoria ſucceſſiue verificari ⁊c.) eſt
falſum: tum quia ſicut dicunt aliqui ⁊ bene: talis ſucceſſiua
verificatio poteſt contingere propter mutationem in quo-
dam alio tantũ: ſicut ſi deus ordinaret dimittere offenſã
ſorti exiſtenti nunc in peccato: ſi aliquis vir ſanctus roga-
ret pro eo: illo enim rogãte fieret ſor. acceptus: ⁊ nulla mu-
tatio in eo eſſet facta neqꝫ etiam in deo: ſed in rogante tan-
tummodo: tum quia aliquando propter ſolum lapſum tẽ-
poris actualem vel potentialem. ⁊ hoc ſcilicet quando de-
terminatum tempus caderet ſub ſtatuto: ſicut quia apud
hebreos lex erat: vt quilibet ſeruus completo. 50. anno ſer-
uituti a rediret liber: abſqꝫ vlla eius mutatione ſolo tem-
poris lapſu de non libero fiebat lib. Sic deus poſſet ſta-
tuere ꝙ quilibet homo per certũ tẽpus ab eius natiuita-
te verbi gratia per triẽniũ relegatꝰ eſſet a regno vite eter-
ne propter primi parẽtis offenſam: ita ꝙ quicũqꝫ decede-
ret infra tẽpus illud dãnaretur. Et tũc autẽ nõ eſſet rele-
gatus. Sed quãdocũqꝫ poſtea decederet ante diſcretio-
nis annos ſeu anteqꝫ actualiter peccaret ſaluaretur: hoc
poſito aliquis qui infra triẽniũ ſue etatis nõ eſſet acceptꝰ
deo ſola trãſitiõe tẽporis fieret acceptus nulla in quacũ-
qꝫ re alia facta mutatiõe: tũ quia ſimpliciter (quãuis non ſi-
ne lapſu tẽporis actuali vel potẽtiali) contingit contradi-
ctoria verificari ſucceſſiue: vel lapſus tẽporis nõ eſt cau-
ſa: abſqꝫ vlla mutatione omnino cuiuſcꝫ rei: vt in precedẽ-
ti di. dictũ eſt. ¶ Secũdo dico ꝙ eſto ꝙ ſine mutatiõe nõ
cõtingeret talia ſic verificari adhuc nõ ſequitur ꝙ ꝑ mu-
tationẽ acquiſitiuã ſit neceſſariũ illud cõtingeret rurſus
eſto ꝙ per acquiſitiuã: nõ ſequitur ꝙ ꝑ acquiſitionẽ cha-
ritatis aut alterius habitus ſupernaturalis. ¶ Secũdã
cõcluſionẽ. ſcꝫ ꝙ poſſibile eſt aliquẽ habere charitatẽ ⁊
nõ eſſe deo carũ vel acceptũ ad vitã eternã. ꝓbo ſic. poſſi-
bile eſt deũ dare alicui charitatẽ ⁊ nũqꝫ velle illi dare bea-
titudinẽ. etiã ſi in charitate perſeuerauerit. ergo poſſibile
eſt aliquẽ habere charitatẽ ⁊ nõ eſſe deo carum vel acce-
ptũ ad vitã eternã. cõſequẽtia ptꝫ ex dictis ſupra. ¶ An-
tecedẽs probatur primo: quia poſſibile eſt deũ aliquẽ ha-
bentẽ charitatẽ ⁊ nõdũ beatũ ſic cõſeruare in eternum: ⁊
per conſequẽs nũqꝫ illi dare vitã eternã: quia qua ratiõe
ipſum poteſt per tẽpus ſic cõſeruare: eadẽ poteſt in eter-
nũ ⁊ ſemper. ergo poſſibile eſt deũ alicui dare charitatẽ
⁊ nunqꝫ velle illi dare vitã eternam: etiã ſi perſeuerauerit
in charitate. ¶ Secũdo quoniã poſſibile eſt deũ aliquẽ
habentẽ charitatẽ ſimul cũ charitate annihilare: ⁊ nũqꝫ
illũ recreare: ⁊ ꝑ ꝯñs nũqꝫ illi dare beatitudinẽ. ergo ⁊c.
¶ Tertio quia alicui tam beato ⁊ habenti ſimul cum beati-
tudine charitatem: beatitudinẽ poſſet deus auferre reli-
cta ei charitate: ⁊ nunqꝫ deinceps illi daturus beatitudi-
nem, nec ablaturus charitatẽ. ergo deus poſſet dare ali-
cui charitatẽ nunqꝫ daturus illi beatitudinẽ nec ablatu-
rus charitatẽ. ⁊ ſi hoc poteſt facere id poteſt velle facere:
et per ꝯñs poſſibile eſt ꝙ alicui det charitatẽ: ⁊ nunqꝫ ve-
lit ei dare beatitudinẽ. Aſſumptũ ptꝫ: quia beatitudo crea-
ta non eſt ens neceſſe eſſe: ſed contingens non eſſe: et per
conſequẽs illam poſſet deus non conſeruare in eſſe: cum
nullã rem neceſſario cõſeruet: ſed mere libere ⁊ cõtingen-
ter. ¶ Preterea. Huiuſmodi beatitudo, nec eſt habitus
charitatis, nec eius pars eſſentialis: nec econuerſo: ⁊ per
conſequens poterit annihilari cõſeruato habitu charita-
tis. Quod etiã patꝫ: quia etiam charitas habuit eſſe in via
quando nõdum erat beatitudo. ex quo ptꝫ ꝙ nõ repugnat cha-
ritati exiſtere ſine beatitudine. Rurſus: quia libere deꝰ iſtã
producit creaturas: ⁊ libere productas conſeruat: quia non
niſi volẽs quicquid facit. ⁊ dicit Aug. euch. 3. ptꝫ: ꝙ põt nunqꝫ
amplius dare illi beatitudinẽ: ⁊ ſemper conſeruare in eo
charitatẽ: ſicqꝫ ptꝫ totum antecedẽs. aſſumptũ ⁊ ꝯñs ſa-
tis patens eſt. ¶ Quarto ptꝫ idẽ antecedẽs: quia tam cha-
ritatis habitus qꝫ beatitudo ſunt producibiles imediate
a deo: ⁊ neutra eſſentialiter intrinſece depẽdet ab altera:
et per ꝯñs poteſt alteram producere: nũqꝫ alteram ꝓdu-
cturus. quicquid aũt poteſt facere põt velle facere. qua-
re ⁊c. ¶ Scdo principaliter concluſionem arguo ſic. ani-
mam charitatem habentẽ deus gratis acceptat ad vitã
eternam. ergo poſſibile eſt animã habere charitatẽ ⁊ non
eſſe deo acceptam ad vitam eternam. conſequentia no-
ta eſt: quia ſi detur oppoſitum conſequentis ſequitur ꝙ ſup-
poſita charitate in aĩa deus non poſſit illam non accepta-
re: et per ꝯñs ſuppoſita charitate in aĩa deus non gratis
illam acceptaret: cuius oppoſitũ ſumitur pro anteceden-
te. Antecedẽs vero probo primo auctoritate apoſtoli ad Cap. 6.
Ro. di. Stipendia peccati mors. gratia aũt dei vita eter-
na. vbi retributionẽ peccati que eſt mors dãnationis eter-
ne: quia pro peccato debite redditur. dicit eſſe ſtipendium
peccati. vitam autẽ eternam (quia non ex debito pro bonis
operibus reddit̃: ſed gratis donatur) vocat gratiam. Ad
hunc intellectũ exponit Aug. textum iſtum euch. vnde et
ipſam vitã eternam que certa merces eſt operũ bonorum
gratiã dei appellat Apoſtolus. Stipendiũ inquit pecca-
ti mors. gratia dei vita eterna in xpõ Jeſu dño noſtro. ſti-
pendiũ pro opere militie debitũ reddit̃ nõ donatur: ideo
dixit ſtipendiũ peccati mors: vt mortẽ peccato non imeri-
to illatam: ſed debitã demõſtraret. gratia vero niſi ſit gra-
tis data: gratia non eſt. ¶ Intelligendũ eſt ergo etiã ipſa
hoĩs bona merita eſſe dei munera: quibus cum vita eter-
na redditur: quid aliud niſi gratia pro gratia reddit̃: hec
Aug. ¶ Item Apoſtolus ad Ro. eſtimo inquit ꝙ nõ ſunt Cap. 8.
cõdigne paſſiones huius tẽporis ad futurã gloriã que re-
uelabitur in nobis. Si non ſunt cõdigne: nõ ergo ex debi-
to iuſtitie: ſed ex dono gratie gloria pro illis datur: vnde
gloſa ibidem. paſſiones hmõi tẽporis non ſunt oẽs ſimul
condigne. i. ſufficiẽtes: ſi diſtincte ageretur nobiſcum ad
promerendũ futurã gloriam. ¶ Item Saluator Luce. Cap. 17.
cum feceritis inquit oĩa que precepta ſunt vobis dicite.
ſerui inutiles ſumus. interlinearis gloſa: quia ſcilꝫ non ſunt
condigne paſſiones huius tẽporis ⁊c. et eſt aſſumpta de
expoſitione Bede ſuper Lucã. ¶ Scdo idẽ antecedens
probatur ratione. Nam cõſtat ꝙ aĩe carenti charitate ſi-
mul ⁊ gloria: deꝰ quantum ad neutrã eſt illi debitor: ⁊ ſi det
charitatẽ gratis donat. nunc aũt nullus diceret ꝙ ex eo
ꝙ deus donat aliquod munus alicui fiat ei alterius mu-
neris debitor. ergo nõ ex eo ꝙ deus gratis dat charitatẽ

Digitized by Google

charitatem debetur conſequenter ipſi anime gloria ſiue beatitudo eterna. ¶ Et ſi dicatur ꝙ nō ideo debetur alicui vita eterna: quia habet charitatem: aut quia data eſt charitas illi: ſed quia ſm acceptā charitatem operatur. ¶ Contra: qꝛ omnes operationes noſtre ſm charitatē facte et omnia merita noſtra ſunt dei dona: vt dicit Augu.
cap.13. 13. de trini. et in auctoritate eiuſdem preallegata: ⁊ ꝑ conſequens non ex illis eſt deus debitor alterius premij. ¶ Item oīa merita non ſunt condigna glorie vt eis tāꝗ̄ debita reddatur: ſed gratis tantū modo donat: ita ꝙ gratia gratie additur: ſicut dicit Augu. ¶ Ex hoc vlterius īfero ꝙ nedum vite eterne: ſed nec alicuius alterius premij eterni vel temporalis: aliquis actus hominis ex quātacunqꝫ charitate elicitus eſt de condigno meritorius apud deum: quoniā quilibet talis eſt donū dei. iuxta il-
cap.4. lud Apoſtoli prime ad Corin. Quid enim habes qđ non accepiſti: nullus actus meritori⁹ eſt alicuius pmij meritorius de condigno. ¶ Tertio ſic. omnis actus hominis etiam mediante charitate elicitus poteſt a deo ſufficienter premiari premio minore ꝗ̄ eſt vita eterna. ergo aīam pro ſuo actu meritorio deus gratis acceptat ad vitā eternam. conſequentia eſt clara. Antecedens probatur: quia nullus actus meritorius eſt tm̄ vel tam grāde bonum ꝗ̄ eſt vita eterna: et ita nō equiualens ſibi: ac per hoc nec ex debito iuſtitie ei debetur tm̄ premiū. eſto ergo ꝙ ſibi aliquod premium a deo deberetur: illud minus eſſet ꝗ̄ vita eterna. ⁊ ꝑ conſequens ſi ꝓ aliquo dat vitā eternā: gratis hoc facit. ¶ Confirmatur: quia non apparet quin ſufficienter premiaretur aliquis actus quodam actu eiuſdē rationis meliore vel etiam alterius ſpeciei perfectioris ⁊ ex maiore elicito charitate: aut etiam per infuſionē maioris gratie: aut alterius ſpiritualis boni poſſibilis citra
Scot⁹ in.ſ. beatitudinem homini a deo conferri. ¶ Contra iſtā concluſionē ſic arguitur primo. aliqua forma creata eſt deo odibilis ex natura rei. ergo aliqua forma creata eſt diligibilis a deo ex natura rei. Antecedens patet. Nam iniquitas quelibet eſt ex natura ſua odibilis deo. iuxta illud prophete. videbo: quoniam non deus volens iniquitatem tu es. ¶ Item odium dei eſt actus ſibi diſplicibilis: nec poſſibile eſt ꝙ ſit bonus vel deo acceptus. Et conſequentia ꝓbatur: quia oppoſite forme habent ex natura rei oppoſitos effect⁹ formales: vnde ſi albedo ex natura rei dat eſſe albū: etiā nigredo ex natura rei dat eſſe nigrum: non ſolum voluntarie aut ſm aliquod inſtitutum. ergo ſimiliter ſi odium dei ⁊ alia iniquitas dat ex natura ſua eſſe oditum et deteſtatum: dilectio et charitas dabit ex natura ſua non ſm voluntariam inſtitutionem eſſe dilectum et acceptum: et ꝑ conſequens impoſſibile eſt charitatem eſſe formaliter in aliquo et illum non eſſe deo acceptū. ¶ Secundo. deus eſt rationabiliſſimus dilector. non enim amat abſqꝫ rationabili inductiuo: dilectio aūt et amor amantis virtuoſi ſm rectam rationem meretur redamationem iuxta verbum ſapiētis leges amicitie deſcribētis. Ego diligētes me diligo. Prouer. 8. ergo deus
cap.8. ex natura rei diligit omnem diligentem ſe ⁊ habentē habitualem charitatem. ¶ Tertio. deus de neceſſitate diligit iuſtitiam charitatem ⁊ ceteras virtutes: cum ipſe neceſſario ⁊ immutabiliter ſit iuſtus ⁊ ꝑfectus. nullus aūt iuſtus eſt: qui iuſtitiam non diligit ſm Augu. Et philo-
cap.5. ſophus dicit. 1. ethi. ꝙ non eſt bonus: qui non gaudet bonis operationibus. ergo deus neceſſario diligit oēm animam participantem charitate ⁊ alijs virtutibus: ⁊ ꝑ conſequens habitualis dei amor ſeu charitas dat anime ex natura rei eſſe acceptā deo. ¶ Quarto. cōtra aliud dictū. vcꝫ ꝙ vita eterna nō ex debito redditur operibus fa-
cap.4. ctis in charitate. videtur eſſe Apoſtolus. 2. ad Timo. bonum inquit certamen certaui curſum conſumaui: fidem ſeruaui: in reliquo. i. in futuro repoſita eſt mihi corona iuſtitie: quam reddet mihi dn̄s in illa die iuſtus iudex. vbi patet ꝙ pmittēs bona opa ſua adiūgit ſibi reſeruari coronam iuſtitie: neqꝫ reddi niſi eſſet merces iuſte debita ſuis bonis opibus: ⁊ ꝑ ꝯ̄ñs nō tm̄ gratis donata. ¶ Ad hoc facit gloſa ibidem ſuꝑ illo iuſtus iudex. gloſa. vtiqꝫ iuſtus retribuēdo bona ꝓ bonis: qꝛ prius miſericors retribuen- cap.6.
do bona ꝓ malis. ad idē eſt alia gloſa ad Ro. ſuꝑ verbis preallegatis. d. gratia iuſtificationis omne meritū malū deleuit in debito beneficio et iugi confirmat auxilio cui gratia glorificationis iuſte redditur in premio. vbi gloſa innuit gratiā iuſtificatiōis indebitā dari: gratiā vero glorificationis iuſte ac ex debito reddi. ¶ Ad idem arguitur rationem: quia aliquis actus malus iuſte meretur penā eternā. ergo aliquis actus bonus iuſtus meretur vitā eternā. Antecedēs patet de quolibet mortali peccato. cōſequētia ꝓbat: quia nullus actus eſt tā malus quin aliquis ſit poſſibilis mediāte grā tā bonus ꝗ̄ ille eſt malus. Ad primas
¶ Ad primā rationē: ꝗ̄uis aliqua dubia aſſumat concedo ꝯſequens. vcꝫ ꝙ aliqua forma creata eſt diligibilis et acceptabilis a deo ex natura rei: ſed non ſequitur. Eſt acceptabilis. ergo acceptatione ſpeciali ad ꝯſequendā vitā eternā. vnde dico ꝙ oīs creatura ex natura ſua acceptabilis eſt acceptatione generali: qua oīs entitas actualis vel potentialis acceptatur a deo: vt ſupra dictum eſt: ſed nulla eſt acceptabilis ex natura ſua ad ꝯſequēdam vitā eternā: aut etiā aliquod aliud pmiū a deo: ſed ex mera ordinatione et volūtate diuina: nec oppoſitum ꝓbat ratio. rōne Aureoli vbi ſupra.
¶ Et eodē modo dicēdū ad ſecūdā ⁊ tertiā: nūc aūt non eſt queſtio de prima acceptatione: ſed de ſecunda. ¶ Ad quartū dicendū ꝙ cū ſit iuſtitia vnicuiqꝫ reddere qđ ſuū cap.12.
eſt. i. ſibi debitū ſm ſentētiā Augu. 1. de libe. arbi. ſic vita eterna iuſte meritorie reddit operāti. Et dicit corona iuſtitie ſicut ei debita eſt: ꝓ talibus opibus meritorijs. Eis aūt nō eſt ſimpliciter debita: nec ex natura ipſoꝝ: ſed ſolū ex gratuita ordinatiōe dei qui ex abūdātia miſericordie ſue ſtatuit tales actus vita eterna pmiare: ꝓpter quā ſtatutā grē legē ſibi debita dicit ⁊ iuſte retribuit: et ſm hanc cōſiderationē poſſet etiā dici ſtipēdiū bonoꝝ operum vita eterna. ¶ Ad quē intellectū loquit etiā Aug. in lib. de gratia et li. ar. et tamen ſimpliciter gratis donatur. et vt ibi dicit Augu. gratia ꝓ gratia redditur: vnde et gloſa ſuper allegato Apoſtoli verbo dicit. ꝙ vita eterna eſt gratia ꝓ grā. Et ideo ſicut notat Augu. ſuꝑ eiſdē ꝟbis. 1. lib. ad Simplicianū. ꝗ̄uis Apoſtolus dixerit: reddet quaſi tā ſit ex debito cū tn̄ aſcendit in altū. ſ. chriſtus captiuam duxit captiuitatem nō reddidit: ſed dedit dona hominibus non ſcriptum eſt ꝙ reddidit: ſed dedit dona hominibus. volēs ꝑ hoc Aug. innuere ꝙ cum eterna vita dat iuſtis: non tā redditur ꝗ̄ donatur. ¶ Et eodem ſenſu intelligēde ſunt gloſe adducte. Nam iuſtus dicitur retribuendo bona ꝓ bonis: ⁊ miſericors retribuendo bona pro malis. non quia nō ſit vtrobiqꝫ miſericordia: ſed quia magis apparet miſericordia in dando bona ꝓ malis: ⁊ in dādo bona ꝓ bonis generaliter loquendo videtur quedā iuſtitia ratione conformitatis meriti ad pmiū in hac generali ratione: quia vtrūqꝫ bonū eſt: in hac tamen ſpeciali retributione vtiqꝫ miſericordia eſt: vnde in gloſa prius allegata ſequitur immediate: ⁊ ipſa tamen iuſtitia qua retribuuntur bona ꝓ bonis non eſt ſine miſericordia. ¶ Huic etiā concordat cōmune dictum doctorum dicētium ꝙ deus premiat vltra condignum. ergo vita eterna non ex cōdigno debetur meritis noſtris ⁊c̄. ¶ Ad rationem que adducitur concedendum eſt antecedens et neganda conſequentia: ſicut bene docent verba Apoſtoli. Stipendium peccati mors ⁊c̄. Nec valet ꝓbatio: quia eſto ꝙ aliquis actus ſit ſm ſe eque bonus vel melior: etiā ꝗ̄ alius quis

actus eſt malus:non tamen eſt ſimilis proportio eius ad vitam eternam:qualis eſt actus mali ad penā eternā ſm mereri et demereri: q2 malus nō cōdigne punitur eterna pena:bonus vero vltra condignum premiaꝛ vita eterna. ¶ Preterea. Ut dictū eſt actus bonus nō eſt apud deū ex ſe ꝛ ꝓpria bonitate meritorius cuiuſcꝫ pmij:actus vero mal9 ex ꝓpria malitia vticꝫ demeritorius eſt. ¶ Tertiā cōcluſionē vcꝫ ꝙ poſſibile eſt aliquē nō habēdo habitū charitatis diligere deū meritorie.probo primo ſic.poſſibile eſt aliquē nō habēdo habitū charitatis deū diligere dilectione eiuſdē rōnis et equaliter exiſtēte in poteſtate ſua ꝛ eque pfecta ꝛ circūſtātionata ſimilibus oīno circūſtātijs dilectioni meritorie ꝛ mediante charitate elicite:ita ꝙ in hoc tātūmodo ſit differentia ꝙ vna eliciꝛ mediāte charitate:altera nō.ergo poſſibile eſt aliquē nō habēdo habitū charitatis diligere deū meritorie.ꝯſequētia ꝓbaꝛ:qm̄ actus vel habet ꝙ ſit meritorius ex ꝓpria bonitate naturali:vel morali: ꝛ tūc de iſtis dilectionib9 idē erit iudiciū quātū ad hoc:cū ſint eque bone vł hoc habet ex libera acceptatiōe diua.ꝛ tūc idē ſequiꝛ:q2 qua rōne deus poteſt vnam acceptare et reliquā. vel hoc habet ex vtrocꝫ ſimul.ſ.ex ꝓpria bonitate ꝛ diuina acceptatiōe: ꝛ ſequiꝛ idē ꝙ prius. Antecedēs ꝓbaꝛ:q2 cū deus poſſit immediate in oēm effectū cuiuſcūcꝫ agentis ſecūdi:poterit deus cōcurrere cū voluntate ad ꝓducēdū oīno ſimilē dilectionē ei que eliciꝛ mediāte charitate:imo eādē numero que fuiſſet elicita mediāte charitate:ſi volūtas fuiſſet informata charitate. ¶ Et ſi dicatur ꝙ actus eſt meritorius:ex hoc ꝙ eſt a volūtate informata charitate:ꝛ ꝑ conſequēs actus oīno ſimilis nō elicitus a volūtate informata charitate:nō erat meritorius. ¶ Iſtud nō valet:q2 vel hoc eſt ꝓpter aliquā bonitatē ꝓueniētē actui ex pñtia charitatis:ꝛ tūc cū a deo ꝛ volūtate poſſit abſcꝫ charitate elici actus eque bonus: et abſcꝫ charitate poterit eſſe meritorius:vel hoc eſt ex libera ordinatione dei volentis acceptare ad pmiū eternū actū elicitū a voluntate informata charitate:et tūc etiā ſequiꝛ ꝓpoſitū. Nā deus etiā poterit acceptare actū eque bonum elicitū abſcꝫ habitu charitatis. ¶ Secūdo.ſic poſſibile eſt ꝙ aliqs nō habendo habitum charitatis infuſe deo ſpecialiter iuuāte diligat deū dilectione quā deus velit pmiare pmio vite eterne.ergo poſſibile eſt ꝙ aliquis nō habendo habitū charitatis infuſe diligat deū meritorie. ꝯſequētia patet:ex eo qđ dictū eſt in pncipio huius ſcđi articuli. Añs ꝓbatur. Nā poſſibile eſt ꝙ aliqs abſcꝫ tali habitu charitatis mediāte diuino adiutorio diligat deum ꝓpter ſe dilectiōe non vitioſa:ſed laudabili recta:vtpote diligat deū ꝓpter ſe ꝛ cū oībus circūſtātijs requiſitis ad dictamē recte rationis:ita ꝙ illa dilectio erit recta et bona ſm ꝙ aliquis actus diciꝛ moraliter bonus:ſed talē dilectionem poſſet deus velle pmiare pmio vite eterne. Nam vt patet ex dictis:nullus actus noſter ſiue cū charitate ſiue abſcꝫ charitate elicitus:eſt ex natura ſua dignus aut meritorius vite eterne:ſed ex gratuita ordinatione diuina: quia non ſunt condigne paſſiones huius temporis ꝛc. ſm Apoſtolum. Et conſtat ꝙ loquitur de paſſionibus martyrū chriſti:que ſunt mediāte charitate.ergo ſicut dilectionē mediāte charitate elicitā gratis et libere vult pmiare pmio vite eterne:ita poteſt velle pmiare quācūcꝫ bonam dilectionem:ꝛ per conſequens quelibet talis poteſt dei virtute eſſe meritoria. ¶ Tertio.ſicut poteſt patere ex prima concluſione huius articuli.deus poſſet acceptare ad vitam eternā animā non habentem aliquem habitum infuſum:nec etiā aliquem actum elicitum. ergo poſſet ſi vellet acceptare animā habentem actum dilectiōis bonum modo predicto:ꝛ nullum habitum infuſum habentem: ꝛ pro illa dilectione:maiori gloria pmiare velle ipſam quā ſi non haberet huiuſmodi dilectionem:ꝛ per conſequens poſſet aliquis diligere deum meritorie abſcꝫ habitu charitatis ſi deo placeret. ¶ Contra hoc poteſt argui. nam ſi concluſio eſſet vera:aut hoc eſſet:quia homo ex ſuis naturalibus abſcꝫ aliquo bono ſupernaturali ſibi collato: poſſet elicere dilectionem meritoriam: aut propter ſpecialem aſſiſtentiam et influentiam dei, coagentis homini ad actum illum. Primum dici non poteſt:quia hoc videtur defendere errorem Pelagij:dicentis ꝙ homo ex vi proprij arbitrij poterat mereri et implere diuina precepta. Nec ſecundum etiam dici poteſt: quia aut deus coageret homini ꝓducendo immediate ipſam dilectionē: aut producendo aliquod aliud in voluntate hominis:qđ eſſet principiū elicitiuū dilectionis. Primū nō eſt poſſibile:tū q2 ſequeretur ꝙ homo nō diligeret illa dilectione formaliter:qđ eſt oppoſitum poſiti. conſequētia patet:q2 nihil diciꝛ agere formaliter aliqua actione:niſi principiū illius actionis ſit forma eius: dans illi eſſe formaliter:ſicut patet ex.2.de anima.vbi ex hoc ꝙ anima eſt pricipiū quo viuimus ꝛc.concludit philoſophus ꝙ ipſa eſt forma in nobis. Conſtat autem ꝙ deus nec eſt nec poteſt eſſe forma alicuius dans illi formaliter eſſe:tum quia talis dilectio non eſſet meritoria:ꝛ per conſequens ille non diligeret deum meritorie:vt accipitur. Aſſumptum probatur: quia nulla actio ſit meritoria:niſi ſit in poteſtate agentis: nulla quocꝫ eſt in poteſtate agentis:niſi principiuꝫ illius actionis ſit forma eius. Nam ſi ſit aliquod extrinſecum aſſiſtens non erit in poteſtate eius agere:ſicut nec aſſiſtentia illius extrinſeci eſt in poteſtate illius. Relinquitur ergo ſecundū:ꝛ per conſequens habetur propoſitum cōtra concluſionem. Nam illud tale in voluntate a deo cauſatum:eſſet aliquod donum ſupernaturale:ꝛ charitas quedam habitualis. ¶ Reſpondeo dicēdum:ꝙ ſecundo modo. Et cum arguitur:vel aſſiſtent immediate comproducendo ꝛc. Dico ꝙ immediate comproducēdo dilectionē: ꝛ mouēdo voluntatem ad producendum ſeu faciendo ipſam producere dilectionem.iuxta moduꝫ qui dicetur in ſecundo libro di.26. ¶ Et cum arguitur cōtra primum modum:quia ſequitur ꝙ homo non diligeret illa dilectione formaliter :nego conſequentiam . ¶ Ad probationem conſequentie dico ꝙ non oportet ꝙ quodlibet principiuꝫ actiōis ſit forma dans illi agenti eſſe:ſed ſufficit ꝙ vel ipſum agens ſit principium:vel aliquod principium partiale actiōis eius ſit forma eius:alioquin nec calor nec ignis diceretur calefacere:cuꝫ deus qui eſt partiale principiū calefactionis non ſit forma ignis vel caloris:ꝛ idem iudicium eſſet de omni agente creato. ¶ Ad ſecundum nego conſequentiam. Et ad probationem dico:ꝙ vt actio ſit in poteſtate agentis non oportet ꝙ quodlibet principiū eius ſit forma agentis:alioquin nullus actus volūtatis bonus vel malus meritorius vel demeritorius eſſet in poteſtate noſtra:cum deus cuiuſlibet ſit principium productiuuꝫ: vnde ſm imaginationem argumenti:ita oporteret ꝙ aliquod donum ſupernaturale daretur homini:vt poſſet elicere actum demeritorium:ſicut oportet ſm ipſum vt poſſit elicere meritorium:quod eſt abſurdum. Item ſi ratio valeret adhuc poſita charitate ſequeretur ꝙ dilectio elicita mediante ipſa non eſſet meritoria:cum deus qui eſt partiale principium dilectionis non ſit forma hominis. Nam ex hoc ꝙ charitas eſt in anima:non excluditur de9 a productione dilectionis meritorie. Dico ergo ꝙ ad hoc ꝙ actio ſit in poteſtate agentis: requiritur ꝛ ſufficit ꝙ eo volente fiat actio:et non volente non fiat:vnde Augu.primo retract.inquit.eſt in poteſtate noſtra ꝙ cuꝫ volumus facimus. Itē ibidē. In poteſtate noſtra non eſt niſi quod noſtram ſequitur voluntatem:ꝛ libro.2. Non dicimus in quit eſſe in poteſtate noſtra:niſi ꝙ cū volumus fit:ita vbi

Cōtra dicta concluſionē.

T.c.24.

cap.21.

cap. prio.

Digitized by Google

prius et maxime eſt ipſum velle. Sine vllo quippe inter-
uallo temporis preſto eſt voluntas ipſa cū volumus. Et
quia eſto ꝙ deus ſit partiale principium dilectionis me-
ritorie: quia cum tamen volumus diligimus ipſo com-
producente dilectionem ipſam: ⁊ cum non volumus non
diligimus: nec ipſe illam producit: idcirco non tollitur
quin ipſa dilectio meritoria vere ſit in poteſtate noſtra.

Ad argumentum principale queſtionis di-
co. ꝙ verum cōcludit lo-
quendo de potentia dei ordinata: ſm quā intelligendum
eſt verbum Apoſtoli. de abſoluta dei potentia loquendo
non concludit: quoniam antecedens eſt falſum: vt patet
ex dictis: nec dictum Apoſtoli probat illud: cum non in-
telligat illud eſſe poſſibile ſm potentiam abſolutam dei.
¶ Ad confirmationem concedo ꝙ ſine aliquo habitu ſu-
pernaturali poſſibile eſſet hominem eſſe deo carum: per
potentiam abſolutam dei. Et cum vlterius ifertur ꝙ ex
ſolis naturalibus poſſet eſſe dignus vita eterna. dico ꝙ
hoc non ſequitur: ſed bene ſequitur ꝙ poſſibile eſt ali-
quem in ſolis naturalibus exiſtentem eſſe deo acceptum
et carum ad vitam eternam: quod vtiqꝫ verum eſt per
abſolutam potentiam dei: ſed talis ſic acceptus non eſ-
ſet acceptus propter ſua naturalia nec ex ſuis naturali-
bus: ſed ex libera et gratuitate tm̄ acceptatiōe diuina: vt
ſupra habitum eſt.

¶ Diſtinctionis. xvij. Queſtio. ij.

SEcundo circa ſecūdā par-
tem huius diſtin.
17. in qua Magiſter tractat de
augmento charitatis: vt plenius
videatur de augmēto charitatis
et aliarū ſpiritualium qualitatū.
videndum prius eſt de augmēto
ſeu intenſione qualitatum corpo-
ralium. Ad cuius pleniorem ma-
nifeſtatiōem. Quero primo. vtrum aliqua forma corpo-
ralis augeatur ſeu intēdatur cōtinue: ſiue vtrum aliqua
augmētatio intēſiua forme corporalis ſit mot⁹ ꝯtinuus.
¶ Arguit̄ pͥmo ꝙ nō: nulla forma auget̄ vel itēdit̄. ģ nul
la forma auget̄ ꝯtinue. ꝯñia patet. añs probat̄: quia aut
forma eſt indiuiſibilis ſm eſſentiam: ⁊ ꝑ conſequens ipſa
non augetur: quia tota eius eſſentia preexiſtit augmenta
tioni: aut eſt diuiſibilis: et tunc idem ꝓbatur: q2 vel pars
preexiſtens augeretur: vel pars de nouo aduenions: vel
aggregatum ex vtraqꝫ. non preexiſtens: quia illa non eſt
maior poſt ꝙ̄ ante: ꝙ̄uis ſm hāc opinionem ſit alicui cō-
iuncta: cui primo nō erat: qđ aūt augetur in fine augmen
ti eſt maius ꝙ̄ fuit in pͥcipio vnde pars preexiſtēs ſit a.
adueniens b. aggregatum ex vtraqꝫ ſit c. a. ergo nō auge-
tur: quia nō ſit maior. nec b. auget̄: quia b. nō ꝑfuit: et ea-
dem ratiōe nec c. augetur. Nam qđ augetur oportet idē
T.c.31. numero prefuiſſe. ex primo de generatione. ¶ Secūdo
eſto ꝙ forma intenderetur probatur ꝙ nulla intendit̄ cō-
tinue ſic: in qualibet intenſione eſt dare primum intēſum
eſſe. ergo nulla intenſio eſt continua. conſequentia patet:
quoniam in motu continuo ante quodlibet motum eſſe:
T.c.59. fuit aliqđ moueri: vt patet. 6. phyſi. ergo ſi intēſio aliqua
eſſet ꝯtinua ante quodlibet intēſum eſſe: eſſet aliqđ itēdi:
⁊ ꝑ ꝯñs nullū eēt pͥmū intenſum eſſe. añs patet ꝑ pħm. 6.
phyſi. q̇ vult ꝙ in alteratione ſit dare pͥmū alteratū eſſe.
T.c.43. ¶ Tertio cuiuſlibet de nouo acquiſite per motū eſt dare
primū eſſe. ergo intēſio forme non eſt cōtinua. antecedēs
patet. 8. phy. ꝯña probatur: q2 non eſt primū inſtans tem-
T.c.63. poris mēſurantis motum continū: vt patet. 6. phy. et per
T.c.53. conſequens nulla forma poteſt acquiri et intēdi cōtinue.
Et vlterius. ergo nulla forma poteſt intēdi cōtinue. pri-
ma ꝯña probata eſt ⁊ ſcđa ſatis pꝫ: q2 ſi aliqua intēſio po-
teſt eſſe cōtinua: non eſt ratio: quare forma non poſſit ac-
quiri: ⁊ ſine quiete media: ſtante preſentia agentis intēdi.
¶ Quarto cuiuſlibet naturalis que poteſt intendi ⁊ re-
mitti eſt dare minimū. ergo nulla forma poteſt intēdi cō-
tinue. antecedēs patet ex multis locis philoſophie. cōſe-
quentia ꝓbatur: q2 tota forma intēſa integratur ex mini-
mis: ⁊ quodlibet minimum acquiritur in inſtāti: ⁊ non in
tempore: al's daretur minus minimo. ſi ergo intēſio eſſet
continua: ſequit̄ ꝙ aliquis motus cōtinuus cōponeretur
ex mutatiōis eſſe: ⁊ tp̄s mēſurans cōponeretur ex inſtanti-
bus preciſe: que īpoſſibilia ſunt: vt pꝫ. 6. phy. ¶ Oēs he A.t.c.t.ꝑ
rationes ſi bene inſpiciantur videntur probare cōmuni- longū pro
ter. ſiue ponat̄ ꝙ intēſio forme fiat ſm gradus eſſentia/ ſi- ceſſum.
ue ſm gradus in eſſe tantum.

Ad oppoſitum argitur. Si nulla intēſio eſſet
continua: nulla intenſio eſſet
motus. ꝯñs eſt falſum. Nam alteratio eſt verus motus: ⁊
hec eſt duplex ſm philoſophū. 5. phy. quedam eſt de vna T.c.19.
ſpecie qualitatis in aliam: quedā autē infra eandem ſpe-
ciem: ⁊ hec eſt intenſio/ vel remiſſio: vt ibi patet cōſequen
tia probatur: q2 ſi nulla intenſio ſit continua/ vel quelibet
intenſio fieret in inſtanti: ⁊ per ꝯñs eſſet mutatio ⁊ nō mo-
tus/ vel fieret in pluribus inſtātibus: ſic tm̄ ꝙ inter quodli
bet intēſum eſſe: ⁊ quodlibet aliud intēſum eſſe mediaret
quies: ⁊ ſic tota intēſio eſſet integrata ex mutationibus ⁊
quietibus. cōſtat autem ꝙ nullus motus eſt talis.

Reſpondeo hic videndū eſt de pͥncipali queſi-
to: ⁊ de tactis in arguendo: qm̄ ex il-
lis inſurgunt dubia circa queſitū: et veritas ſequentium
queſtionum magis declarabitur. Primo ergo vidēdum
eſt vtrum aliqua forma corporalis poſſit cōtinue intēdi?
Secundo vtrum cuiuſlibet forme que de nouo acquiri-
tur: ſit dare primum inſtans eſſe ⁊ vltimum? Tertio vtrū
cuiuſlibet talis forme ſit dare minimum? Quarto vtrū
in qualibet.

Quantum (intenſione ſit dare primum intēſum
eſſe?) ad primū dico: ꝙ poſſibile eſt
aliquā formam intendi continue quod probo primo ſic.
Suppono mediū eē bñ diſpoſitū ad lumen: ⁊ aliqđ corp⁹
luminoſum illuminare iſtud mediū ſm aliquā diſtantiā.
Et conſtat ꝙ remotiorem partem remiſſius illuminat: et
ſignet̄ in medio illuminato aliq̄ pars illuminata diſtans
a corpore luminoſo: ⁊ verſus illam moueatur corpus lu-
minoſum in aliquo tēpore: tunc caſu poſito. arguo ſic: in
quolibet inſtanti tp̄is mēſurantis approximationem cor-
poris luminoſi: pars ſignata eſt magis lucida ꝙ̄ fuerit in
aliquo inſtanti illius temporis precedente. ergo intenſio
luminis in illa parte eſt continua. conſequentia patet: q2
ſi non ſit continua. ergo fuit interrupta per quietem me-
diam: ⁊ ſi ſic cum in tempore menſurante quietem illam:
ſignari poſſint plura inſtātia: aliquod inſtans erit in quo
illa pars non erit magis lucida ꝙ̄ in aliquo precedente il-
lius temporis: quinimo in quolibet inſtanti tēporis men-
ſurantis quietem: fuit eque lucida ſicut in inſtanti eiuſ-
dem temporis quietis ſequente ſignato: quodcūqꝫ detur:
quod repugnat antecedenti: antecedens autē patet: quo-
niam in quocunqꝫ inſtanti corpus luminoſum eſt magis
proximum parti date ꝙ̄ in aliquo precedente eiuſdē tem-
poris. ergo pars data eſt magis lucida ꝙ̄ fuit in aliquo
precedente eiuſdem temporis: hoc patet. alias per appro
ximationem corporis luminoſi non fieret magis lucida:
quod eſt contra ſenſum: ſed in quolibet inſtāti illius tem-
poris corpus luminoſum eſt magis proximum parti da-
te ꝙ̄ in aliquo inſtanti precedēte eiuſdem temporis: cum
ſit poſitum ipſum moueri continue verſus eam. ergo ⁊c̄.

Digitized by Google

¶ Secundo.ſi nulla intenſio eſſet continua ſequeretur
ꝙ per aliquod tēpus agens naturale potens agere in ali-
quod paſſum eſſet approximatum ſufficienter paſſo po-
tēti ab illo pati:et in omni diſpoſitione neceſſaria ad agē-
dū et patiendū:et nullū eſſet īpediens actionē agentis in
paſſum:⁊ tamen non ageret:conſequens iſtud eſt contra
naturā et īpoſſibile naturaliter:vt patet ex primo de ge-
T.c.50. et.51. neratione.et.9.metaphyſi.et qḋ fortius eſt patet eſſe fal-
ſum ad ſenſum.et vlterius etiā:quia qua ratione hoc con
T.c.10. tingeret per aliquātulū tēpus poſſet contingere ꝑ quan-
tūcūq;:et ſic nunꝙ̄ ageret in ipſum.conſequentia proba-
tur.ponatur gratia exēpli aliquod calefactiuū approxi-
matū corpori:iā aliqualiter actu calido:⁊ potenti ab illo
magis calefieri:et ſit in omni diſpoſitione requiſita ex par-
te vtriuſq; ad actionē: et nullū ſit īpediens vt ſumitur in
antecedente:aut calefactiuū:in qualibet parte temporis
ſue preſentie:agit in partē calefactibilē ſibi proximā aut
nō.Sic ſi ergo calefactibile illud ſm illā partē ꝑ totū tē-
pus preſentie agentis ſit cōtinue magis ⁊ magis calidū:
⁊ per conſequens intenſio aliqua eſt continua:cuius op-
poſitū ſumitur in antecedente. Si non.ergo non in quali-
bet parte tēporis dati agit:⁊ patet conſequentia. ¶ For-
ſan dicetur ꝙ illud actiuū prius per aliquod tēpꝰ diſpo-
nit paſſum ad calorē:⁊ in aliquo inſtāti terminate tēpus
ſufficiētis diſpoſitiōis cauſat calorē: et ī aliq̄ tpe ſequēte
īmediate illud inſtans diſponit ad eſſe magis calidū. Et
cū diſpoſuerit ſufficienter paſſum ad eſſe magis calidū:
facit ipſum in inſtanti terminante magis calidū:et iterū
diſponit:⁊ ſic deinceps ꝙ̄diu erit preſens vel fecerit eum
ſic intenſe calidū:vt non poſſit magis:⁊ ſic agens per nul
lū tēpus eſt preſens quin agat vel ſm formā illam cuius
eſt per ſe actiuū:vel ſm diſpoſitiones illius forme:ꝙ̄uis
non ſemper ſm formā illā agat:nec hoc eſt neceſſariū: et
tamen intenſio forme non eſt continua in tēpore aliquo.
¶ Contra primo per reſponſionē in aliquo tempore hoc
actiuū continue diſponit eādē partē paſſi.ergo in quoli-
bet inſtanti illius tēporis paſſum eſt magis diſpoſitū:ꝙ̄
in aliquo inſtanti eiuſdē tēporis precedēte.Et vltra.aut
in quolibet inſtanti in quo eſt magis diſpoſitū:eſt magis
diſpoſitum diſpoſitiōe alterius rationis a qualibet qua
fuit diſpoſitū in aliquo precedente inſtanti.verbi gratia.
in inſtanti a.eſt diſpoſitū per raritatē:⁊ in inſtāti b.ſequē-
te eſt diſpoſitum per ſiccitatē:⁊ in inſtanti c.ſequente per
aliā formā:et ſic ſemper. Aut non in quolibet inſtanti eſt
magis diſpoſitū diſpoſitione alterius rōnis:ſed in aliquo
eſt magis diſpoſitū diſpoſitiōe eiuſdem rōnis:qua prius
fuit minus diſpoſitū. Primū dici non poteſt.alias opor-
teret dicere ꝙ in illo tēpore infinite forme diuerſarū ra-
tionum fuiſſent ſucceſſiue genite ⁊ corrupte in illo ſubie-
cto:ſicut in infinitū ſignari poſſunt inſtantia in quolibet
continuo tēpore:relinquitur ergo ſecundum:⁊ per conſe-
quens ꝙ intenſio aliqua.ſ.illius diſpoſitionis(quecunq;
ſit illa)ſit continua:et habetur propoſitum. ¶ Sed dice-
tur ꝙ illa diſpoſitio eſt rarefactio vel cōdenſatio:que nō
ſunt motus ſm aliquas formas:realiter ſubiecto inherē-
tes que proprie dicantur qualitates:ſed magis ſunt mo-
tus ſm ſitū vel locū.ideo cū ſubiectū eſt rarius:quia ma-
iorē locū occupat:vel quia partes eius remotius iacent:
et ideo motus talis nō eſt proprie intenſio ſm ꝙ commu-
niter queritur de intenſione. ¶ Contra hoc:quia ſicut cō-
ceditur ꝙ rarefactio eſt alteratio.et rarefieri eſt alterari
ſic magis rarefieri debet concedi eſſe intēdi ſm raritatē.
¶ Preterea. Non videtur verum ꝙ quodlibet qḋ ſit ma-
gis tale ſm aliquā qualitatē fiat magis rarū vel denſum.
verbi gratia.cū vna turris vel lapis aliquis duriſſimus
flante vento caleſit non eſt veriſimile ꝙ rareſiat ⁊ maiorē
locū occupet aut minorē ꝙ̄ prius. Itē manifeſte hoc tol-
litur in intenſione luminis in aliqua parte multū remo-
ta a cādela:quā partē cādela vel non rarefacit vel prius
ſaltē intenditur lumen in parte illa:ꝙ̄ ipſa rarefiat a can-
dela:quia candela non rarefacit partē remotā niſi prius
rarefaciendo ꝓpinquas:quas vt patet etiam ſi rareface-
ret:non ſic cito tamen ſicut illuminat. Et fortificatur:quia
poſſibile eſt ꝙ iuxta partē illā in qua intēditur lumen ſit
agens condenſans:⁊ ſic ſimul illa pars condenſabitur:et
tamen fiet per approximationē candele continue magis
lucida:nec facio vim:an rarefactio ſit diſpoſitio ad lu-
men vel condenſatio : quia ſi ponatur ꝙ condenſatio ſit
diſpoſitio ad lumen:ponatur ꝙ tūc aliquod rarefactiuū
ſit ꝓpinquū illi parti:et eodē modo probatur propoſitū.
¶ Preterea. Arguo contra primā reſponſionē et hāc ſe-
cundā ſimul:quia ſicut calefactiuo preſente in quocūq;
inſtanti ſubiectū eſt ſufficienter diſpoſitū ad calorem. Et
nullū adeſt īpedimentū:ipſum ſubiectū eſt calidū:ſic eo-
dē calefactiuo eodē modo preſente:quocūq; īſtāti ſubie-
ctū eſt magis diſpoſitū ad calorē:ꝙ̄ eſſet prius:cum non
eſſet ſufficienter diſpoſitū:eodē inq̄ inſtanti ſubiectū eſt
magis calidū ꝙ̄ eſſet prius:⁊ ꝑ conſequens non ſolum in
diſpoſitiombus calorum:ſed etiam in ipſo calore eſt intē-
tio continua. ¶ Huic etiam atteſtatur ſenſus:experitur
enim quilibet cū manū approximat igni:ꝙ poſtꝙ̄ incipit
ſentire calorē:ſi in eadē approximatione teneat manum:
ſentit continue ſe magis et intenſius calefieri. ¶ Contra Obiectio
hanc concluſionē poteſt ſic argui:ſi ſit aliqua intenſio cō- nes ꝯ̄ pdi-
tinua ſequitur ꝙ forma intenſa ſit infinita. conſequēs eſt cta.
falſum:conſequētia probatur.ponatur ꝙ albedo in a.in-
tendatur per tēpus b.c.⁊ ſit b.inſtans in quo incipit intē-
ſio.et c.ſit inſtans in quo cōpleta eſt:⁊ ſit c.inſtans preſens.
tunc ſic:in īfinitū minor albedo ſeu gradus vel pars albe-
dinis ꝙ̄ eſt hec totalis albedo : que nunc in inſtanti c.eſt
cōplete acquiſita in a.poſt inſtans b.ergo hec albedo de-
monſtrando eā totā que eſt acquiſita in tēpore b.c.preci-
ſe:eſt albedo infinita.(Et loquor hic de maioritate et mi-
noritate:⁊ ſimiliter infinitate intenſiua)conſequentia pa-
tet:quoniā quelibet albedo vel pars albedinis acquiſita
poſt inſtans b.eſt alicuius quantitatis intenſiue.nullum
autē quantū infinitū eſt minus aliquo finito.ergo tota al-
bedo eſt infinita intenſiue. ¶ Itē patet cōſequentia:quia
ſi in infinitū minor pars eſt poſt b.acquiſita ꝙ̄ eſt hec to-
ta albedo . ergo hec tota albedo eſt in īfinitū maior ꝙ̄ illa
pars ⁊ vltra.ꝙ̄ hec albedo eſt infinita. Añs autē ꝓbatᷣ:qr
plus ꝙ̄ in duplo minor albedo ꝙ̄ eſt hec tota eſt acquiſi-
ta in a.poſt b.inſtās:et ſimiliter plus ꝙ̄ in quadruplo mi-
nor:⁊ ſic in infinitū.ergo in infinitum minor albedo ꝙ̄ eſt
hec tota eſt acquiſita in a.poſt inſtans b.aſſumptū patet
ex quo intenſio ponitur continua. Nam ſm hoc tales for-
me ſunt partes proportionales infinite. ¶ Eodem modo
poteſt probari non eſſe poſſibile aliquā formā remitti cō-
tinue. Nam ſequeretur ꝙ forma remittēda eſſet infinita:
quoniā in infinitū minor pars eius corrūperetur ⁊ in infi-
nitum minor pars ꝙ̄ eſt ipſa eſſet prius in ea. ¶ Contra.
hoc idē poſſunt adduci alie rationes phyſice que tacte
ſunt ſupra in principio queſtionis. Ad hoc etiā videntur
eſſe auctoritates Philoſophi ⁊ Cōmen.ait enim Philo
ſophus.8.phyſi.ꝙ neq; augeri neq; minui poſſibile eſt cō T.c.23.
tinue:ſed eſt mediū.ſ.quies ⁊ infra. Similiter aūt eſt ⁊ in
alteratione qualibet.non enim ſic partibile in infinitum
eſt:qḋ alteratur:propter hoc ⁊ alteratio ſed velox ſit mul
totiens ſicut congelatio. vbi autē hec lra habet velox lra
cōmenti habet ſubito:et Cōmen.exponit.i.inſtanti:vide-
tur ergo mens Philoſophi eſſe ꝙ neq; augmentatio neq;
diminutio:neq; alteratio eſt continua: ſed interrūpitur ꝑ
quietē. Et ibidē innuit Cōmen.ratiōem huius: quia cu- Cō.23.
iuſlibet forme naturalis eſt dare minimā partē in actu:⁊

illa fit in inſtanti: vt ſupra arguendo tactum eſt. ideo. d. Commen. ibidem: ꝙ non eſt hic motus continuus in rei veritate: niſi motus localis qui eſt velociſſimus motuū. Et in fine cōmenti contra Alpharabiū dicentē ꝙ de diffinitione motus in vniuerſali apparet continuatio: dicit ꝙ iſte ſermo non eſt verus: ſed non apparet hoc niſi in motibus localibus de quibus dicitur hoc nomen motus principaliter. In alijs autē motibus in quibuſdā eſt poſſibile vt appareat continuo. ſ. vt partes eorum inueniātur nō diſtincte abinuicē. Et in quibuſdā nō apparet hoc: quia partes eorū non inueniuntur ſm̄ hunc modū. Idem po-
Cōm̄. 6. nit. 3. phyſi. videmus inquit ꝙ motus augmenti et diminutionis ſunt plures motus et ſequitur. Et ſimiliter eſt diſpoſitio in pluribus diſpoſitionibus. ¶ Ad rationem factā r̄ndeo negando ꝯſequētiā. ¶ Et ad probationē poſito caſu cōcedēda eſt hec: in infinitū minor pars albedinis q̄ eſt hec tota albedo cōpleta acq̄ſita in c. fuit acquiſita poſt b. iſta tamen non eſt concedenda: aliqua pars albedinis in infinitū minor q̄ eſt hec tota albedo complete acquiſita in c. fuit acquiſita poſt b. prima enim eſt vera: quia plus q̄ in duplo minor pars q̄ eſt hec tota albedo fuit ⁊c. et plus q̄ in triplo minor. et ſic in infinitum. vnde iſta eſt vniuerſalis: et iſte terminus minor pars ſupponit confuſe tm̄: ſed ſecunda eſt particularis et ly minor pars ſupponit determinate: eo ꝙ non ſequitur terminum confundētē: ſicut in prima. Et quia quelibet ſingularis eius eſt falſa. Nam quacūq; parte demōſtrata hec eſt falſa ꝓpter falſam īplicatiōem. hec pars in infinitū minor q̄ eſt hec tota albedo fuit acq̄ſita: ſicut hec eſt falſa: hec pars eſt minor in infinitū q̄ hec tota albedo: ideo illa particularis falſa eſt et ſua oppoſita eſt vera. ſ. hec: nulla pars in infinitū minor q̄ eſt hec tota albedo fuit acquiſita poſt b. exēplū habetur in ſimili: demonſtrata nāq; aliqua magnitudine: hec eſt vera. in infinitū aliqua pars huius magnitudinis: eſt minor q̄ eſt hec magnitudo: et hec eſt falſa: aliqua pars huius magnitudinis eſt in infinitū minor q̄ eſt hec magnitudo. Primum patet: quia plus q̄ in duplo aliqua pars huius eſt mīor q̄ hec magnitudo: ⁊ plus q̄ in triplo aliqua pars ⁊c. conſequentia patet. et prima pars antecedētis verificatur pro quarta parte huius magnitudinis. et ſecunda pro. 8. parte: et ſic ſemper pro alia et alia. Qꝫ autē illa indefinita ſit falſa patet: quia quelibet eius ſingularis eſt falſa: et ſua contradictoria vera. hec enim eſt vera: nulla pars huius magnitudinis eſt in infinitū minor q̄ eſt hec magnitudo. quelibet enim eius ſingularis eſt vera: vt patet inductiue: concedo ergo illā. in infinitū minor pars albedinis ⁊c. Sed dico ꝙ non ſequitur. ergo hec albedo eſt albedo infinita: ſicut nō ſequitur in īfinitū minor pars eſt huius magnitudinis q̄ hec magnitudo. ergo hec magnitudo eſt infinita. Nam antecedens eſt verū et conſequens falſum. Et probatio conſequentie procedit ac ſi daretur iſta. minor pars albedinis in infinitū fuit acquiſita poſt b. quā tamen non concedo. ¶ Ad ſecundā probationē conſequentie dicendū eſt: ꝙ ſi ly: iſta. in conſequente prime conſequentie teneatur relatiue: vlterior conſequentia non valet: qua. ſ. infertur. ergo hec albedo eſt infinita. Et ratio eſt: q2 in antecedēte eius qd̄ eſt conſequens prime conſequentie non fit cōparatio huius albedinis ad aliquā eius partē determiate. Nam extremū illius cōparationis. vcꝫ hoc totū: illa pars ſupponit confuſe tm̄: ſicut et ſuum antecedens ad qd̄ refertur. ſ. ly pars. acceptum in antecedente prime conſequentie. Si vero ly illa. ſtaret demōſtratiue: tūc quacūq; parte demonſtrata ꝯſequētia eſſet bona: ſed eiꝰ antecedēs qd̄ eſt ꝯſequēs p̄me ꝯſequētie eſſet falſum: ⁊ p̄ma ꝯſequentia nō valeret. exēplū patet in hac ꝯñtia. in infinitū aliq̄s numerus maior eſt binario. ergo binarius eſt in infinitū minor q̄ ille numerus. Nā antecedens eſt verum: quia plus q̄ in duplo aliquis numerus maior eſt binario: ⁊ plus q̄ in triplo aliquis numerus maior eſt binario: ⁊ ſic in infinitum ergo in infinitū aliquis numerus maior eſt binario. Et prima pars antecedentis verificatur pro quinario: et ſecunda pro ſeptemnario: ⁊ ſic de ſingulis: ⁊ tamen conſequens eſt falſum: ſi ly ille teneatur demonſtratiue: quicūq; numerꝰ demōſtretur per ipſū. Si autē teneretur relatiue ipſum eſſet verum. Nam ſenſus eius eſſet ꝙ binarius eſt plus q̄ in duplo aliquo numero minor: ⁊ plus q̄ in triplo eſt aliquo numero minor: ⁊ ſic in infinitum: ⁊ totum hoc eſt verum: tamen non ſequitur ꝙ binarius eſt infinite paruitatis: aut ꝙ aliquis numerus maior binario ſit infinitꝰ: quia etiam non ſequitur ꝙ aliquo numero binarius ſit in infinitum minor. ¶ Ex his patet reſponſio ad aliā rationem que fit ad probādū ꝙ impoſſibile eſt aliquā remiſſionem eſſe continuam. ¶ Ad auctoritatem philoſophi dicendum ꝙ non eſt ad propoſitum. nam intentio philoſo- 8. phy.
phi eſt oſtendere: ꝙ non omnia ſemper mouentur contra T.c.23.
quoſdā qui dicebant omnia ſemper moueri ⁊ nunq̄ quieſcere: q̄uis hoc lateret ſenſum. Et quia ipſi: vt. d. philoſophus non determinabant quo motu vel quibus motibus dicebāt entia ſemper moueri: ideo in quolibet genere motus oſtendit hoc eſſe falſum. Et primo quidē in motibus augmenti. Et. di. ꝙ neq; augeri ⁊ minui poſſibile eſt continue ideſt ſemper: ſed eſt ⁊ mediū ſcilicet quieſcere. iſtud poteſt intelligi de vtroq; ſigillatim. videlicet ꝙ nō eſt poſſibile rem aliquam ſemper augeri: ſed aliquo tempore augetur ⁊ aliquo tempore quieſcit: ⁊ iterum aliquo tempore augetur. Et ſimiliter de diminutione vel de vtroq; ſimul videlicet ꝙ non eſt poſſibile vnam rem augeri ⁊ diminui ſine quiete media: ſed neceſſe eſt inter augmentum ⁊ eius diminutionem quieſcere: ⁊ hoc modo videtur exponere
Commen. Quolibet autem predictorum modorum intel Cō.25.
ligatur: adhuc ſtat ꝙ aliquod augmentum ſit continuū ⁊ in tempore: ⁊ ſimiliter aliqua diminutio: q̄uis nulla duret ſemper: ⁊ eodem modo. di. philoſophus de alteratione. nihil enim alteratur continue ideſt ſemper: ſed aliquādo quieſcit: quod poteſt contingere tā quando alteratio eſt ſubita ⁊ inſtantanea: ſicut. d. philoſophus de congelatione: q̄ quando eſt partibilis ⁊ continua: vt ipſe ſtatim probat de ſanatione ⁊ infirmatione: neceſſe eni[illegible]ſt: vt. d. ꝙ cum quis mouetur de ſanitate in egritudinē: ⁊ poſtea econtra ꝙ in medio horum motuum ſit quies. ¶ Idē oſtēdit poſtea de motu locali. Nam quedam quieſcunt in proprijs locis: ⁊ ex illis tantum violenter mouent vt grauia deorſum: ⁊ ideo talia non mouentur cōtinue ideſt ſemper ⁊ tamen conſtat ꝙ motus localis ⁊ violentus ⁊ naturalis eſt continuus ideſt non interruptus per quietem mediā: q̄uis nō omnis ſit continuus ideſt perpetuus: ⁊ ideo qui inducunt philoſophum decipiuntur per equiuocationē
huius termini continuum vel continue. ¶ Ad Commen. Cō.27.
autem dicendum ꝙ ſatis obſcure in illo commento locutus eſt ⁊ incerte ⁊ plus q̄ expoſceret ſententia textus: nihilominus hec bona videtur fuiſſe intentio: ꝙ cōtinuitas ⁊ diuiſibilitas differenter conuenitꝰ motui locali ⁊ alijs. Nam locali conuenit vniuerſaliter: quia omnis motus localis eſt partibilis: ⁊ nullus eſt ſubitus vel inſtantaneus: alterationi vero non conuenit vniuerſaliter. Nam quedā ſunt inſtantanee ⁊ non continue: ⁊ hoc etiam innuunt expreſſe verba eius allegata: ⁊ iſtud poteſt habere veritatē: verūtamen vna ratio quam ibi adducit videtur probare vniuerſaliter ꝙ nulla augmentatio ſit continue ⁊ per idē fundamentum quo arguit. poſſet etiam argui de alteratione: ꝙ nulla ſit continua ſaltem ſm̄ extenſionem: ſed illa ratio ſoluetur in fine. q. quia ipſa tacta eſt in arguendo ad queſtionem: ⁊ ſi commentator ſic vniuerſaliter ab omni

augmento et alteratione voluiſſet negare continuitatē ꝛ partibilitatē non eſſet acceptanda auctoritas eius cū ſupra demonſtratiue ſit probatum oppoſitum.

Quantum ad ſecundū articulū ꝑmitto aliquas diſtin. Una eſt ꝙ formarū contingit quaſdā indiuiſibiliter et ſimul totas acqri ſubito: ꝛ quaſdam diuiſibiliter ſm ſe: et quālibet partē ſui: ita ꝙ ante quālibet acquiſita ſit aliqua pars eius: quaſdā etiā contingit acquiri ſm aliquā partē indiuiſibiliter: et ſm aliquā diuiſibiliter .i. quarundā aliquā partē acquiri ſimul totā: aliquā vero diuiſibiliter: ſic ꝙ nulla eius pars ſimul tota acquiraꝛ. Similitudo pōt diſtingui de ꝺꝑditiōe formarū. mēbra diſtinctionis patent. primū quidē in aīa rationali et alijs pluribus que ſiūt in inſtāti. Scđa aūt patet in illuminatione medij ſm aliā et aliā eius partē: que ſit ꝑciſe ad cōtinuā approximationē corporis luminoſi. verbi gratia. ſit corpus luminoſum quieſcēs in aliqua parte medij: et poſt quietē moueaꝛ cōtinue per aliquod tēpus verſus partes tenebroſas: quas prius ꝓpter diſtantiā nimiā nō poterat illuminare: lumē qđ ſiet in partibus ꝑus tenebroſis: ſiat totaliter partibiliter: nec aliqua erit pars medij illuminata anteꝙ̄ nō ſit aliqua pars eiꝰ illuminata ſicut nō erit aliqua pars ſpatij ꝑtrāſita a corpore luminoſo qua prius nō ſit aliqua eiꝰ pars ꝑtranſita in tali approximatione. Itē patet in latitudine intēſiua luminis in eadē parte medij ad continuā approximationē corporis luminoſi: que intētio eſt cōtinua: vt probatū eſt in ꝑcedenti queſtiōe. ❡ Tertiū patet in totali lumine cuius pars aliqua ſit facta in inſtāti: et alia in tpe. verbi gratia. ſi cauſetur ſubito in medio aliqđ corpus luminoſum in aliq̄ tpe: ſequēte inſtās ſue creationis moueaꝛ ꝓſus aliquā partē medij nō prius lucidā hoc poſito aliq̄ pars luīs cauſati a corpore luminoſo dato eſt facta tota ſimul ea. ſ. que facta eſt in inſtāti ſue creationis. nā in inſtāti nō poteſt eſſe ſucceſſio. Et alia q̄ facta eſt in tpe ſequēte: facta eſt ſm qđlibet ſui partibiliter: vt patet ex iā dictis. ꝙ autē aliqua ſit facta in inſtāti ſue creationis ꝓbaꝛ: qꝛ in illo inſtāti aliq̄ pars medij eſt tota ſimul illuminata: ergo aliqua pars luminis eſt tota ſimul cauſata. patet ꝯña: qꝛ vt dictū eſt in inſtāti nō eſt poſſibilis ſucceſſio. aña ꝓbatur: qꝛ alias pars propinquior tali corpori prius eſſet illuminata q̄ꝫ remotior: quod eſt falſum: quia eadē ratione ita cōtingeret de facto de illuminatiōe medij a ſole: et ſic aliqua pars parua. verbi gratia. digitalis immediata ſoli in aliquo certo tēpore illuminaretur primo: et ſecūda pars ei equalis illuminaretur in tpe ſequēte: et cōſtat ꝙ nō in minori: qꝛ nō plus poteſt ſol in partē remotiorē q̄ꝫ in propinquiorē: ſic ergo tota pars bidigitalis ſaltē in duplo tēpore illuminabitur: q̄ꝫ digitalis prima: et quadrigitalis in quadruplo vel maiori: et ſic cū quaſi innumerabiles partes tales ſint inter ſolē et extremā partē mundi ſibi oppoſitā tantū tēpus laberetur poſt aſcenſum ſolis ſuper orizontē anteꝙ̄ extrema pars mūdi foret illuſtata: quod ſenſibiliter perciperemus ſeu ad ſenſum videremus partē orientalē eſſe illuminatā dum adhuc occidentalis tenebroſa exiſteret cuius oppoſitū patet ſenſu. ❡ Nec poteſt dici ꝙ q̄ꝫuis totū mediū: aut aliqua pars eius ſimul tota illuminaretur: ita ꝙ non vna prius ꝛ alia poſterius: nulla tū̄ pars luminis ſimul tota cauſatur: ſed partibiliter quelibet. P. ā ſi illud corpus luminoſum cauſaretur: et per tempus ſequens īmediate quieſceret non intenſius lumen eſſet cauſatū in aliquo inſtanti illius tēporis q̄ꝫ in aliquo inſtanti precedenti: qm̄ corpus lucidū quātocūꝗ̄ tpe ſit in eadē ꝓpinquitate ad partem illuminabilem: que non varietur ſm ſe aliter: nec ipſum ſimiliter vt ſuppono ad preſens: non magis illuminat vel intendit lumen q̄ꝫ prius: et per conſequens non in tempore: ſed in inſtanti totum illud lumen in illa parte cauſatur. ergo vel in primo inſtāti: ꝛ habetur ꝓpoſitum, vel in alio ſequēte: ꝛ tūc ſequitur ꝙ per tpa actiuū ſufficiens fuit preſens paſſiuo ſufficienti ꝛc̄. ꝛ non egit: quod eſt contra naturā agētis naturaliter. ❡ Preterea. Si non in primo nō eſt ratio cur in alio poſtea cū nec agēs, nec paſſum ſint magis potētia: poſtꝙ̄ tunc ſupponiꝛ ita eſſe ꝛ cetera fore paria. Quātum etiā ad corrūpi formā ptꝫ diſtinctio facta. Primum quidem mēbrū in aliquo poſſibili ꝑ dei potētiā. ſ. in annihilatione aīe rōnalis, vel etiā corruptionē aliarū aīarū et formarū que nō poſſunt partibiliter acquiri. Scđm ptꝫ cū corpus luminoſum poſt quietē eius: in aliquo loco motu cōtinuo elongaꝛ a partibus vltimis quas illuminabat. Tertium ptꝫ ſi corpus luminoſum aliquo tpe ſic elongareꝛ ꝛ in inſtanti termināte corrūpereꝛ / vel annihilareꝛ. Nam totū lumē qđ vel in diuerſis partibus medij illuminati remotis / vel in eadē ꝓximiore tpe elongationis corruptū eſſet: eſſet corruptū partibiliter: reliqua eiꝰ pars eſſet corrupta tota ſimul in inſtāti corruptiōis corporis luminoſi: q̄ꝫuis hoc non ſemꝑ cōtingat: ſicut cū in aliquibꝰ ſubiectis poſt abſentiam luminoſi per aliqđ tp̄s: lꝫ breue valde remanet lux: vt di. 3. dictū eſt. ❡ Alia diſtinctio eſt de eo qđ diciꝛ habere principiū ꝛ vltimū inſtās eſſe ſui. Nā aliquid habere primū inſtās eſſe ſui: pōt dupliciter intelligi. vno modo ꝙ ip̄m ſit in aliquo inſtanti ꝛ ante inſtās illud nihil eiꝰ fuit. Alio modo ꝙ ſit in inſtāti aliquo et ante illud inſtās ip̄m nō fuerit: q̄ꝫuis aliquid eius fuerit. Eodē modo pōt diſtingui de vltimo inſtāti. ſ. qꝛ in inſtāti aliquo eſt: ꝛ nihil eius erit poſt illud inſtās / vel qꝛ ip̄m nō erit poſt illud inſtās: q̄ꝫuis erit aliquid eiꝰ. ❡ Item cū queriꝛ. vtrū ſit dare vltimū / vel primū inſtans ꝛc̄. hoc pōt intelligi dupliciter. ſ. an de facto hoc / vel illud contingat / ſeu naturaliter poſſint contingere: ꝛ an abſolute: ꝛ per quācūꝗ̄ potentiā naturalē / vel ſupernaturalē / ſeu diuinā. Iuxta primum ſenſum primo tractādo difficultatē iſtā dico ꝙ cū vtraꝗ̄ pars contradictionis de ineſſe circa materiā iſtā ſit poſſibilis abſolute: vt poſt patebit: ꝛ que ſit vera non plene per experientiā nobis innoteſcat: non poteſt altera ſufficiēter demōſtrari: tenendo tū̄ quod ꝓbabilius mihi videtur et magis conſonū phyſicis dictis: pono aliquas concluſiones. ❡ Quartum prima eſt ꝙ oīs forma impartibiliter ſm ſe totam acquiſita habet / vel habuit primum inſtans ſui eſſe: ante qđ nihil eius fuit. Probaꝛ qm̄ de qualibet tali forma verū eſt nunc / vel aliqñ verū fuit dicere ꝙ hoc forma acquiritur ſi nūc. ergo nunc primo eſt: ꝛ ſi aliquādo prius. ergo tunc primo fuit: quecūꝗ̄ enim impartibiliter ſiunt ſimul ſiunt ꝛ facta ſunt: ꝛ que impartibiliter acquiruntur: ſimul etiā acquiſita ſunt. ꝙ autem ante illud inſtans: nihil eiꝰ fuerit: patet. alias non impartibiliter fuiſſet acquiſita: ſed pars ante partem. Primū aſſumptum probaꝛ: qm̄ nō apparet poſſibile naturaliter ꝙ de aliqua re demonſtrata ſit verum dicere de preterito hoc nō ſemper fuit acquiſitū: ꝛ fuit niſi de preſenti aliquando fuerit verum dicere hoc acquiritur: ſicut etiam econuerſo non apparet poſſibile: vt ſit verū de aliquo dicere: hoc acquiſiuit a. ꝛ non ſemper habuit a. niſi aliquando verum fuerit dicere de preſenti hoc acquiſiuit a. alias: vt di. Philoſophus circa principium. 6. phyſico. contingeret ꝙ aliquid T.c.6.7. et.8.
tranſiuit a. non aliquando trāſiens a. et ꝙ iuit ad a. qui tū̄ nunꝗ̄ fuit iens ad a. quod non apparet naturaliter poſſibile. ❡ Secūda concluſio. omnis forma ſm ſe totam particulariter acquiſita habet / vel habuit primum inſtās ſui eſſe ante quod tamen aliquid eius: et cuiuſlibet quod eſt eius aliquid fuit. Probatur: qꝛ quelibet talis acquirebatur continue in aliquo tempore primo. ergo in inſtāti terminante illud tempus ipſa fuit primo cōplete acquiſita: ſi aliquod inſtans preteritum fuit finis illius tēporis, vel

Digitized by Google

ſi inſtans preſens:ſit finis illius: ipſa nunc primo eſt ꝯpleꝫ acquiſita:et per ꝯñs ipſa nunc primo eſt. Et ne oporteret hoc frequēter replicare deinceps:cum dicā habet primū inſtans vel vltimū: intelligitur cōiter pro habere vel habuiſſe: quia hoc non variat propoſitū: ꝙ autē aliquid eius et cuiuſlibet quod eſt eius aliquid fuerit ante illud inſtans:probatur: quia alias aliquid eius ſm ſe totum ſimul acquirebatur primo in inſtanti terminante tēpus illud:et per ꝯñs non ſm ſe totā ipſa forma partibiliter acquirebatur:cuius oppoſitū ſupponitur. ❡ Tertia cōcluſio.ꝙ oīs forma ſm ſe totam ſimul perdita habet primū inſtans ſui nō eſſe:ante quod īmediate quodlibet eius fuit: et nihil eius erit poſt illud.probatur: quia a qualibet tali ſubiectū aliquādo indiuiſibiliter trāſmutatur:ergo aliquādo ipſa primo tota non eſt:patet conſequētia: qꝛ quādocūq; aliquid ab aliquo indiuiſibiliter trāſmutatur:tūc primo ſimul ab eo tranſmutatū eſt: quādo autē ſubiectū eſt traſmutatū a forma illa non eſt:vlterius ſi indiuiſibiliter trāſmutatur ab illa non prius trāſmutabatur ab vna parte et poſterius ab alia:et per ꝯſequens īmediate ante inſtans tranſmutationis habet eam totā:et poſt nihil habet ex ea. ❡ Quarta ꝯcluſio.ꝙ oīs forma ſm ſe totū partibiliter perdita habet primum inſtans ſui non eſſe: ante quod aliqđ eius et cuiuſlibet quod fuit aliqđ eius prius non fuit. Probatur ratione facta cōſimiliter ad ſecundā concluſionē: qꝛ quelibet talis perdebatur cōtinue in aliquo tēpore primo. ergo in fine illius tēporis primo tota fuit perdita:et per ꝯñs tunc primo tota non fuit: accipiēdo tota ſyncathegoreumatice. Itē eius et cuiuſlibet qđ fuit eius aliquid fuit prius perditū:alioquin nō ſm ſe totā partibiliter perdebatur:contra poſitū.ergo aliqđ eius et cuiuſlibet eius aliquid prius nō fuit. ❡ Quinta concluſio.ꝙ nulla forma indiuiſibiliter perdita habuit vltimū inſtans:in quo ipſa aut aliquid eius fuit. Probatur quia quelibet talis habuit inſtans primū ſui nō eſſe ante quod īmediate quodlibet eius fuit:et poſt quod nihil eiꝰ fuit: vt patet ex tertia. Si ergo ipſa aut aliquid eius habuit vltimū inſtans ſui eſſe illi inſtanti fuit immediatū inſtans primū ſui non eſſe:non cōtingit autē inſtans eſſe immediatū inſtanti:vt nunc ſuppono et probabitur in ſecūdo. ❡ Sexta concluſio.ꝙ nulla forma ſm ſe totam partibiliter perdita habuit vltimū inſtans in quo ipſa aut aliquid eius fuit:et poſt quod nihil eius fuit. Probatur:qꝛ quelibet huiuſmodi habuit primum inſtans in quo nihil eius fuit:vt patet ex quarta. Si ergo ipſa aut aliqđ eius habuit vltimū in quo fuit:illi fuit immediatū inſtans: in quo primo nihil eius fuit. Rurſus:quia tota partibiliter perdebatur nihil eius fuit in aliquo inſtanti:quin poſt illud inſtans aliqua pars illius fuerit: et per conſequēs nihil forme habuit vltimū inſtans in quo fuit:et poſt nichil eius fuit. ❡ Septima concluſio. ꝙ oīs forma ſm ſe totā partibiliter perdita habuit vltimū inſtās in quo ipſa fuit et poſt quod non quodlibet eius fuit: aliquid tamē eius fuit. Probatur:quia quelibet talis forma:aut fuit per inſtans tantū:aut per tempus aliquod. Si tñ per inſtans: aut poſt illud nihil eius fuit:aut aliquid eius fuit:et non quodlibet eius fuit:non poteſt dici primū. vt patet ex ſexta concluſione: relinquitur ergo ſecundū: quod eſt propoſitū. Si vero ipſa fuit per aliquod tempus:ſumatur totum tempus in quo ipſa fuit et quodlibet eius:ꝗuis hoc non oporteret addere: quia ſi ipſa fuit quodlibet eiꝰ fuit: et ſumatur poſt illud totū tpˢ in quo non quodlibet eius fuit:conſtat ꝙ inter iſta tempora nullum eſt tempus mediū:alias in illo toto medio vtraq; harum contradictoriarū fuiſſet falſa.b.eſt: b.non eſt.ſit.b. nomen proprium ipſius forme totius cathegoreumatice ſumpto vocabulo.prima enim fuiſſet falſa: quoniā illud tēpus ſequebatur totū tempus in quo.b.fuit. ❡ Itē ſecūda fuiſſet falſa: quoniā precedebat totum tempus in quo.b. non fuit. copulabantur ergo tempora illa vno inſtanti ad communē modum loquendi: aut ergo. b. fuit in illo inſtanti:aut non.ſi non.cum ipſa in toto tempore precedente fuerit:ſequitur ꝙ in illo inſtanti aliquid eius ſit perditum: et per conſequens non tota ſincathegoreumatice partibiliter perdebatur :cuius oppoſitum ponitur. Si autem fuerit in illo inſtanti:et conſtat ꝙ ipſa non fuit poſt illud aut aliquid eius fuit poſt et habetur propoſitum:aut nihil eius fuit poſt: et hoc eſt contra ſextam concluſionē. ❡ Octaua concluſio. nulla forma eſt tantum per inſtans ſic ꝙ nihil eius ante illud fuerit nec aliquid eius poſt illud erit. aliqua tamen habet eſſe ſic per inſtans tantū ꝙ ante illud non quodlibet eius fuit: et poſt non quodlibet eius erit. ❡ Probatur prima pars: quoniam tunc haberet vltimū inſtans eſſe:poſt quod nihil eius eſſet:quod improbatum eſt in ſexta concluſione. ❡ Pars ſecunda probatur ex caſu naturaliter poſſibili dato videlicet ꝙ aliquod corpus luminoſum moueatur continue verſus vnam partē medij:et cauſando lumen ante ſe:et ei obuiet aliquod fortius motum repellens luminoſum retro verſus partem a qua mouebatur ſine quiete media: conſtat ꝙ in inſtāti cōtactus horum corporū aliqua pars medij certe quantitatis extrema ſeu maxime diſtans a corpore luminoſo fuit illuminata: que ante non fuit illuminata ſm quālibet ſui partem. Et ſimiliter aliqua alia pars fuit magis illuminata ꝙ̄ prius fuerit:quia ꝛ tunc illud corpus fuit magis propinquū:ergo in illo inſtanti in vtraq; illarum partiū fuit aliqua lux cauſata: que non ſm quodlibet ſui prius fuit. ❡ Item ſi corpus illud non fuit poſt illud inſtans eque propinquū partibus illis medij: ſed in quolibet inſtanti poſteriori fuit elongatū ab eis:ſequitur ꝙ pars remotiſſima medij prius illuminata non fuit poſt illud inſtans ſm quodlibet ſui illuminata:et per conſequens nec totum lumen quod fuit in ea in inſtāti predicto fuit poſt illud inſtans. Et ſimiliter alia pars non fuit eque intenſe illuminata poſt illud inſtans:ſicut fuit in illo inſtanti: ac per hoc nec lumen in ea tunc exiſtens fuit ſm quodlibet ſui in aliquo inſtanti vel tempore poſt illud inſtans: et ſic ex vtroq; patet propoſitum.

De potentia ſcilicet dei abſoluta

❡ In ſecundo autem ſenſu tractando difficultatē iſtam videlicet an abſolute per diuinam potentiam contingat ꝛc̄. Pono aliquas concluſiones. ❡ Prima eſt ꝙ cuiuſlibet forme et generaliter cuiuſlibet rei cauſate contingit eſſe vltimum inſtans in quo illa ſit:et poſt quod nihil eius ſit: hoc probatur: quia nulla contradictio implicatur ex eo ꝙ vna res affirmatur eſſe in vno inſtanti et negatur aliquid eius eſſe in tempore ſequente illud inſtans:ſicut clarum eſt:nec etiam ſequuntur ex hoc aliqua contradictoria.ſicut poteſt patere reſpondēdo ad rationes quibus oppoſitum quis vellet probare. Declaratur etiam hoc quia non apparet ꝙ hoc magis implicet vel neceſſario inferat contradictoria quantum eſt ex ſe:ꝙ̄ ꝙ aliqua vna res ſit in aliquo inſtanti : et non fuerit in tempore aliquo precedente. Sed iſtud ſecundum nequaq̄ implicat vel infert contradictorium: cum ſit etiam naturaliter poſſibile: vt patet ex prima concluſione precedentiū. ❡ Secunda concluſio eſt: ꝙ poſſibile eſt per diuinam potentiam aliquam rem eſſe per vnicum inſtans : ſic ꝙ nihil eius fuerit ante illud inſtans: nec aliquid eius erit poſt.probatur ſicut precedēs quia ſcilicet nulla contradictoria ponuntur ex eo: ꝙ aliquid affirmatur eſſe et negatur fuiſſe et fore. ❡ Confirmatur.hec non magis implicant circa vnam rem impartibilem qualis eſt angelus vel anima ſm commune dictū ꝙ̄ circa rem habentem partes:ſicut cuilibet rationabiliter exquirenti occurrit: ſed ſicut patet per octauam con

cluſionem precedentiū aliquam rem partibilē contingit
eſſe per vnicum inſtans. ſic ꝙ ipſa non fuit ante: nec erit
poſt. ergo non implicat contradictionē: ꝙ ita ſit de vna re
impartibili: quo poſito habetur propoſitū. Nec obuiat ꝙ
rei partibilis: de qua ponitur caſus octaue concluſionis
aliquid eius prefuit et aliquid ſit futurum: quia hoc nō
obſtante: ipſa tamen non fuit neq; erit: quod non contin-
geret ſi talia enunciabilia ſm̄ ſe eſſent incompoſſibilia:
vel incompoſſibilia inferrent. ¶ Preterea. Non plus in
cludit repugnantiā ꝙ aliquod ſubiectū ſic ſe habeat in
aliquo inſtanti vnam formam partibilem quod nihil illi-
us prehabuit aut ſit habiturum: ꝗ ꝙ aliquod corpus ſic
habeat in aliquo inſtanti vnum locum quod nihil ipſius
prehabuerit vel habiturum ſit: hec vt puto nulli debet
eſſe dubia: quoniā nulla adduci poteſt contra primum:
quin eque euidenter vel euidentius adducatur contra ſe
cundū: ſed ſecundū eſt poſſibile per diuinam potentiam.
Nam ſi aliquod corpus transferatur per diuinam poten
tiam de loco ad locum in inſtanti: ſicut eſſe poſſibile non
debet eſſe dubium confitenti infinitatē diuine potentie.
¶ Quod confirmatur etiam: quia ſi graue exiſteret ſur-
ſum: et totum mediū ſubito a deo glorificaretur dote ſub
tilitatis (quod eſſe poſſibile nullus chriſtianus negaue-
rit) illud graue eodem inſtanti eſſe tranſmutatū deorſum
ita ſicut ſm̄ philoſophū contingeret ſi totum medium in
inſtanti eſſe annihilatū: et eſt eadem ratio vtriuſq;: quia
ſcilicet in neutro caſu haberet aliquod reſiſtens vel im-
pediens: quocunq; autem iſtorum dato habetur aſſum-
ptum. Nam ſi inſtans preſens ſit inſtans in quo eſt talis
indiuiſibilis tranſmutatio corpus tranſmutatū nunc eſt
in aliquo: immo in quolibet loco ſibi equali intermedio
inter eum in quo prefuit et eum in quo remanebit. Signe
tur ergo aliquis locus medius et ſit. a. verum eſt dicere
ꝙ illud corpus habet locum. a. et nichil eius prehabuit
aut poſt habebit. ſicut patet: ergo ita poſſibile eſt de ali-
qua forma: et per conſequens ꝙ illa forma ſit per vnicum
inſtans ad ſenſum premiſſum. ¶ Preterea. Contingit
aliquas propoſitiones eſſe veras per vnum inſtans tan-
tum: ergo non implicat contradictionē aliquam rem eſ-
ſe per vnum inſtans tantū. Antecedens patet in multis.
Nam propoſitio enuncians aliquod corpus cōtinue mo-
tum. Verbi gratia. b. eſſe in aliquo loco demonſtrato. vt
puta in. c. eſt vera tantū in illo inſtanti in quo eſt in. c. vt
certum eſt: et ſemper prius ſi fuit formata fuit falſa: et ſi-
militer poſtea erit falſa: ita de ea que enunciat aliquam
lineam vel corpus eſſe rectum cum ſit curuū ad vnā par
tem et trahitur vt curuetur ad oppoſitā. ſic ꝙ prius fuit
rectū: et in multis alijs poſſet exemplū dari. cōſequentia
declaratur: quia quantum eſt de diſpoſitione et forma
propoſitionū non plus he ſunt incompoſſibiles. a. eſt. a.
non fuit: a. nō erit. ꝗ he. a. eſt vera. a. non fuit vera a non
erit vera. nec curo vtrum veritas ſit aliqua res diſtincta
a propoſitione ei inherens: vel non: quia ſolum aſpicio:
non repugnantiā propoſitionū. Niſi ergo aliunde oſten-
di poſſit talia implicare vel antecedere ad contradicto-
ria: quod mihi pro nunc non occurrit. non videtur mihi
illud eſſe ſubtrahendū a diuina potentia. ¶ Tertia con-
cluſio eſt. ꝙ poſſibile eſt aliquā rem habere eſſe per duo
tempora ſe conſequentia: et preciſe per inſtans copulans
illa tempora ad communē modum loquendi habere to-
taliter non eſſe. Probatur: quia ſicut nulla contradictio
eſt ꝙ aliqua res ſit in aliquo inſtanti et non habeat eſſe
in tempore precedente neq; in ſequente: ita nulla eſt con-
tradictio ꝙ res in aliquo inſtanti non ſit: et tamen ſit in tē-
pore toto precedente: ac etiam in toto ſequente. ¶ Con-
firmatur. quoniā ſi deus ſubtraheret per inſtans tantum
influentiā ſuā ſoli: reſpectu cauſationis radij: ſicut bene
poſſet: cum nec pro tempore nec pro inſtanti influat neceſ
ſario: ſed mere contingenter ⁊ libere. ſol in tali caſu preci-
ſe per inſtans non ageret: ⁊ medium preciſe per inſtans fo
ret tenebroſum. in toto ergo impoſſibile immediate prece
dente fuit lumen cauſatū in medio: ⁊ ſimiliter in toto im-
mediate ſequenti tempore: ꝗuis forte non idē lumen eſſet
in tēpore ſequente ⁊ precedente. Sed cōſtat: ꝙ apud deū
qui quodlibet corruptum poteſt reficere ⁊ annihilatū re-
creare non minus eſt poſſibile vt aliquod certum lumen
aut aliquam determinatam rem cauſet in vno tempore ⁊
in inſtanti terminante illud non cauſet: ⁊ iterum in tempo
re immediate ſequente cauſet eandem. ergo ⁊c. ¶ Quar
ta concluſio eſt: ꝙ poſſibile eſt per diuinā potentiam ali-
quam rem indiuiſibiliter (poſtꝗ non fuit) cauſatam: non
habere nec habuiſſe primū inſtans ſui eſſe. ¶ Probatur
primo ex caſu confirmationis precedentis concluſionis.
tale enim lumen ſecundo cauſatū eſſet indiuiſibiliter fa
ctum: quoniam ante quodlibet inſtans ſequens factū
eſſet. nec eſſet dare tempus in quo primo fieret ꝗ eſſet fa-
ctum. cum lumen ſit cauſabile indiuiſibiliter: ⁊ ſic ſol poſ
ſit cauſare: ⁊ nihil ponitus in illo caſu prohiberet: quin to-
tum ſimul factum eſſet. tale autē lumen non haberet pri-
mū inſtans ſui eſſe: cū nullum immediate ſequatur illud
inſtans: in quo ponitur lumen non eſſe. ¶ Secundo con
ſtat ꝙ angelus ſiue cū creatur ſiue cū conſeruatur: crea
tur impartibiliter ⁊ totus ſimul. ergo ſi per aliquod inſtā
tantum ipſe non eſſet: ſicut patet eſſe poſſibile ex precedē
te concluſione: ipſe poſt illud inſtans eſſet indiuiſibiliter
factus: ⁊ non haberet aliquod inſtans primum ſui eſſe
poſtꝗ non fuit: ⁊ ita poſſibile eſt de vno qui nunꝗ fuerit.
vt videlicet deus in hoc inſtanti non faciat ipſum eſſe: ⁊
faciat eum eſſe in toto ſequenti tempore. ¶ Quinta con-
cluſio eſt: ꝙ poſſibile eſt aliquam formam impartibiliter
perditam ſeu rem aliam impartibiliter corruptā vel anni
hilatam non haberet neq; habuiſſe primū inſtans ſui non
eſſe. probatur. quia poſſibile eſt aliquam formā eſſe in ali
quo inſtanti: ⁊ poſt nec ipſam nec aliquid eius fore: vt pa-
tet per primam harum concluſionū. ergo ⁊c. patet conſe-
quētia quia alias inſtans immediate ſuccederet inſtanti.
¶ Cōtra iſta multipliciter poteſt argui. Et primo quidē contra di-
cōtra vltimo dicta ſcilicet de potētia dei. vnde cōtra pri- cta argui-
mā ⁊ ſecūdā concluſionē ſimiliter arguitur. ¶ Primo ſi tur.
aliqua res eſſet per vnū inſtās tm̄: aut etiā ſi eſſet per tem-
pus. dū tn̄ haberet vltimū inſtās ſui eſſe: poſt qđ nihil eius
eſſet ipſa deſtrueretur tota ſimul ⁊ indiuiſibiliter ⁊ per cō
ſequens in inſtāti. Nō enī aliud intelligitur cū dicitur ali
quid in inſtanti generari vel corrumpi ꝗ ipſum indiuiſibi
liter ⁊ nō ſucceſſiue per partē ante partē corrumpi vel ge
nerari: aut ergo in inſtanti in quo vltimo ponitur eſſe: aut
in alio. nō in illo: q: in quocūq; iſtāti aliquid indiuiſibili-
ter deſtruitur in eodē eſt deſtructū: ⁊ per cōſequēs ipſum
nō eſt. ergo ſimul eſſet ⁊ non eſſet: nec in alio: q: nec in alio
huic in quo eſt immediato q: nō ſuccedit inſtās immedia
te inſtanti: nec in aliquo mediato: q: tūc illa res foret per
tēpus medians inter illa ⁊ per cōſequēs etiā illud nō fuit
vltimū inſtās ſui eſſe cōtra poſitionē. ¶ Secundo ſi ali-
qua forma ſic habeat vltimū inſtans ſui eſſe: ſubiectū trāſ
mutabitur ab illa tota ſimul ⁊ impartibiliter: alias ali-
quid eius eſſet poſt illud inſtans contra poſitionem. ergo
tranſmutabitur in inſtanti tanꝗ in menſura ſibi adequa-
ta: aut ergo in inſtāti eodē quod ponitur vltimū ſui eſſe: et
tunc cum omne quod indiuiſibiliter tranſmutatur ab ali
quo ſimul tranſmutetur ⁊ ſit tranſmutatū ab illo. Et rur-
ſus omne quod tranſmutatum eſt quādo primo tranſmu
tatum eſt ſit in eo ad quod eſt tranſmutatū: vt demonſtra
tur. 6. phyſi. in quolibet genere tranſmutationis. hic au T.c.40.
tem ſit tranſmutatio de eſſe in non eſſe: ſequitur ꝙ in illo

Digitized by Google


eodem inſtanti ſubiectum erit ſub non eſſe forme/ſeu non
habebit formam: ⁊ ſic forma illa ſimul erit ⁊ non erit. aut
tranſmutabitur in alio inſtanti: ⁊ ſi ſic. ergo vel in inſtanti
immediato: et hoc non. cum nullum ſit imediatum. vel in
inſtanti mediato: ⁊ tunc ſequitur ꝙ per tempus medium
erit ſub forma: et per conſequens illud non fuit vltimum
inſtans eſſe forme. ¶ Per hoc etiam poteſt argui cōtra
quintam. Impoſſibile enim eſt ꝙ ſubiectum trāſmutetur
a forma quā habuit: quin in aliqua menſura primo trāſ-
mutetur: ⁊ ſi indiuiſibiliter: quin tranſmutetur in inſtan-
ti maxime ſuppoſito continuo fluxu tēporis: illud autem
inſtans erat primum non eſſe forme: ⁊ alias ſubiectū tranſ-
mutaretur a forma: quā nec habet/ nec immediate prius
habuit: quod eſt impoſſibile. cum tranſmutatio ſit de op-
poſito in oppoſitū. ¶ Cōtra ſecūdam etiā ⁊ quartam po-
teſt argui: primo quidem qꝛ ſm vtrāqꝫ concluſionem erit
dare vltimū inſtans non eſſe illius rei que indiuiſibiliter
fit. aut ergo in illa fit in inſtanti immediato: et hoc non: vt
ſupra/ vel in inſtanti mediato: et tunc inſtans datum nō
fuit vltimū ſui nō eſſe: quoniam ⁊ per totum tempus me-
dium inter illa inſtātia res illa non fuit. nec in eodem: qꝛ
tunc ſimul eſſet ⁊ nō eſſet. ¶ Scdo: qꝛ ſm hoc ſequeretur
ꝙ duo angeli ſint factibiles a deo vnꝰ imediate poſt aliū:
et vterqꝫ in mēſura indiuiſibili: et eadem ratione: tertius
erit factibilis imediate poſt ſcdm: ⁊ quartus poſt tertiū:
et ſic de quocunqꝫ. ⁊ ſic erunt inſtantia imediata: ⁊ tēpus
cōpoſitum ex inſtantibus. ꝓbatur ꝯña: qꝛ ſit. b. vltimū in-
ſtans nō eſſe angeli producēdi: qꝛ angelus ſit. a. ⁊ ſit ita ꝙ
b. ſit initium diei craſtine: certum eſt ꝙ in inſtanti. b. pote-
rit deus ꝓducere quēdam aliū angelum. verbi gratia. d.
hoc facto ex quo. b. erit vltimū inſtans nō eſſe angeli alte-
rius: puta a. ſequiť ꝙ. a. fiet imediate poſt. d. ⁊ tñ ita indi-
uiſibiliter ſicut fiet. d. ergo ⁊ in inſtāti ſicut ⁊. d. ⁊ ſic pro-
bata eſt ꝯña. ¶ Tertio ſequitur: ꝙ talis erit immediate
poſt vltimū inſtans ſui non eſſe. vel ergo in inſtanti imme-
diate: ⁊ hoc eſt impoſſibile vt dictū eſt: ⁊ nihilominus ha-
beť ꝓpoſitū cōtra te: qꝛ illud erit primū inſtās ſui eſſe. vel
erit in tpe immediato: ⁊ hoc eſt impoſſibile: cū quodlibet
tps ſit diuiſibile ⁊ eius pars ſit prior eo: ⁊ per ꝯñs nullum
tēpus pōt eſſe imediatū in inſtāti. ¶ Ad primū cū infer-
tur ꝙ talis res deſtrueretur tota ſimul. dico ꝙ illud ꝯña
poteſt accipi ꝓprie ⁊ īproprie. Proprie acceptum deno-
tat/ vel ſaltem infert ꝙ aliqñ contingeret vere et proprie
enūtiare de preſenti ꝙ. b. deſtruiť. Sit. b. nomen ꝓprium
illius rei deſtruēde: ⁊ in hoc ſenſu nego ꝯñam. ⁊ dico ꝙ b.
nunqꝫ deſtrueť/ nec diuiſibiliter/ nec indiuiſibiliter. et ꝙ
non diuiſibiliter: ptꝫ ex poſito. Sed ꝙ nec indiuiſibiliter
ptꝫ: qꝛ quod ꝓprie loquendo indiuiſibiliter deſtruiť: tunc
primo eſt deſtructū: ⁊ non fuit prius deſtructū: ⁊ tūc pri-
mo non eſt: et imediate prius fuit: ſed. b. nunqꝫ erit primo
deſtructū/ nec vnqꝫ primo nō erit: ergo non deſtrueť. Im-
proprie aūt pōt denotare ꝙ. b. erit totū ſimul deſtructum
et cōcedo tunc ꝯñs. et vlterius etiā ꝙ erit deſtructū in in-
ſtanti: in nullo tñ inſtanti erit primo deſtructum. Et vlte-
rius ptꝫ: ꝙ eſt cōcedendum: ꝙ erit deſtructum in inſtanti
mediato: immo ⁊ in infinitis: qꝛ in quolibet inſtāti tempo-
ris ſequentis in quo non erit/ nec ſequitur quod infert: qꝛ
in nullo erit primo deſtructum. ¶ Ad ſcdm conformiter
dico ꝙ ſubiectū non trāſmutabiť ab illa: ſed erit trāſmu-
tatū ab illa: ⁊ vtiqꝫ tota ſimul: qꝛ non prius ab vna parte/
qꝫ a tota: ſed nūqꝫ primo erit trāſmutatū ab illa. Et quā-
uis non videať naturaliter cōtingere ꝙ ſit de aliquo verū
dicere hoc ē trāſmutatū ab illo aut etiā hoc fuit trāſmu-
tatū ab illo: quin aliqñ fuerit verū dicere de preſenti. hoc
tranſmutať ab illo. Et ſimiliter non cōtingit ꝙ aliquid ſit
tranſmutatum ad aliud: de quo non fuerit verum dicere
aliquādo. hoc tranſmutatur ad illud: et codē modo ſi eſt
verum aliquādo dicere: hoc eſt acquiſitum. vel genitum
aut factum aut corruptum: aliquādo fuit verum dicere.
hoc acquiritur/ hoc generatur/ hoc fit/ hoc corrumpitur:
ita vt non ſit dare mutatū eſſe/ aut factum eſſe: quod non
preceſſit moueri/ aut fieri: iuxta modum loquendi Phi-
loſophi ⁊ Cōmenta. vel ſaltem cum quo ſimul eſſet muta-
ri/ aut fieri: quātum ad ea que indiuiſibiliter fiūt. vnde
et ſuper hoc fundaui ꝓbationes precedētium concluſio-
num. per diuinam tamen potentiā oppoſitū eſt poſſibi-
le: vt pote nullā implicans contradictionē: datur propoſi-
tio de preterito vera: ſimiliter de futuro que nūqꝫ habuit
de preſenti veram de potentia dei abſoluta: et de futuro
que nunqꝫ habebit. ¶ Quod etiā declaratur ex caſu ſe-
cunde rationis facte pro ſcda concluſione de potētia dei.
Nā tale corpus erit mutatū ab hoc loco medio aliquo de
mōſtrato medio: ⁊ nūqꝫ tñ erit verū dicere ꝙ ab illo mu-
tatur: qꝛ nec in iſto inſtanti in quo eſt in eo: quia cum non
mutetur ab illo diuiſibiliter ſimul eſſet mutatum ab eo: ⁊
per cōſequens nūc non eſſet in eo: cuius oppoſitū poniť. ⁊
conſtat ꝙ in nullo alio inſtāti mutabitur ab illo: ſicut nec
in aliquo erit primo mutatum ab ipſo. ¶ Idem patet de
propoſitione vera inſtantanee: et linea etiam inſtantanee
tantūmodo recta: quia propoſitionem dicimus eſſe factā
falſam: et lineam curuam: et tamen non contingit dicere
proprie ꝙ propoſitio ſit falſa/ aut linea illa curua: et eſſet
ſimile ex toto: ſi veritas et rectitudo eſſent res diſtincte a
propoſitione et linea: eiſqꝫ inherentes: vt aliqui putant.
Simile etiam eſt aliqualiter de corpore continue moto:
quod quidem in nullo loco ſibi equali eſt ſm ſe primo
pluſqꝫ per inſtans. Nam ſi intelligamus illud corpus eſſe
mutatum ab aliquo loco ſibi equali: quando ipſum nō eſt
in eo ſm quodlibet ſui: ſic erit verum dicere ipſum eſſe
ab illo mutatum: quod non erit verū dicere ꝙ ab illo mu-
tatur: quoniam ad hunc ſenſum non poteſt mutari ab il-
lo: niſi indiuiſibiliter. cum nō ſit dare medium in quo ipſm
non ſit in eo ſm quodlibet ſui: nec non ſit in ipſo ſm quod-
libet ſui. ¶ Per hoc patet reſponſio ad illud quod con-
tra quintam concluſionem arguebatur. ¶ Ad primum
contra reliquas: patet etiā. Nam illa non fit primo in ali-
quo inſtanti: ſed ante quodlibet ſequens facta eſt. ¶ Itē
ad ſecūdum cum dicitur: ꝙ tunc duo angeli eſſent a deo
factibiles: vnus immediate poſt alium: ⁊ vterqꝫ in menſu-
ra indiuiſibili. Dicendum: ꝙ illud conſequens poteſt du-
pliciter intelligi. vno modo ꝙ vterqꝫ eſſet primo factus in
aliqua menſura indiuiſibili: ⁊ ſic nego conſequentiā: quo-
niam ſecundus angelus non erit factus primo in aliqua
mēſura indiuiſibili: ſed ante quālibet erit factus. alio mo-
do. non ſic contracte accipiendo: ſed abſolute ꝙ vnus im-
mediate eſt factus poſt aliū: ⁊ tunc diſtinguo cōſequens:
ſm ꝙ iſte terminus imediate teneri poteſt dupliciter. vno
modo mere negatiue: ⁊ tunc concedo qꝫtum ad ſecūdum
angelum reſpectu primi. Nam eſt ſenſus ꝙ angelus ſecū-
dus erit factus poſt primum: et nullum medium erit an-
teqꝫ ſit poſt eum factus. ⁊ hoc eſt verum: nec tamen ſic da-
tur inſtans immediatum inſtanti. Sed de tertio angelo
reſpectu ſecundi non concedo conſequentiam: qꝛ vel ter-
tius erit immediate factus poſt primum: ⁊ tunc ſequitur
ꝙ ſcds non erit prius factus. qꝫ tertius: ⁊ per ꝯñs nec ter-
tius erit factus poſt ſcdm: ad intellectum arguentis. vel
tertius non erit imediate factus poſt primum: et per con-
ſequens erit tempus medium poſt factionem primi ⁊ an-
teqꝫ ſit tertius: ſed in illo toto tempore erit ſecūdus: et per
conſequens ſcds erit per tēpus ante tertium. Alio modo
poteſt teneri ly immediate. non negatiue mere ſed infini-
te. vt aliqui dicunt: et tunc eſt ſenſus: ꝙ in aliqua menſu-
ra indiuiſibili immediata illi inſtanti erit factus ſecūdus
angelus: et ſic neganda eſt cōſequētia: qꝛ nulla talis eſt.

Digitized by Google

¶ Ad tertium concedo ꝙ immediate erit poſt vltimū inſtans ſui non eſſe:accipiendo ly immediate.mere negatiue.ſed ſi accipiatur infinite.dico ꝙ non erit immediate in inſtanti:quia nullum erit immediatū priori:ſed nec etiā in tempore immediato: ſi illud tantum dicatur immediatum inter quod ⁊ datum inſtans non eſt mediū aliquod:neqꝫ ꝙ ſit pars eius neqꝫ aliud vt accipit argumentum:⁊ tunc dicendum eſt ꝙ talis res non erit immediate poſt illud inſtans ſic tento ly immediate:ſed primo modo tantū ſcilicet negatiue. Si autem tempus illud dicatur immediatum inſtanti quod terminatur ad ipſum.'nec aliquid mediat quod non ſit pars eius ſm quem modum frequēter dicimus.hoc erit vel mouebitur in tempore immediato huic vel illi inſtanti:ſic poteſt concedi ꝙ illa res erit immediate in tempore:⁊ ꝙ facta erit in tempore immediate ſequente:⁊ tamen indiuiſibiliter:quia in quolibet inſtanti illius temporis erit facta:ſed quia in nullo erit primo facta:nullum ſequitur inconueniens. Et confirmatur hoc:quia etiam de facto quilibet habet concedereꝙ immediate poſt inſtans preſens filius dei indiuiſibiliter erit productus:⁊ angelus qui nūc eſt immediate indiuiſibiliter ⁊ ſimul totus cōſeruabitur.⁊ per conſequēs erit factus: nec tamē datur inſtans immediatū inſtanti.⁊ hoc ideo qꝛ in nullo inſtāti poſt hoc erit primo factus.

Cōtra cōcluſiones priores nunc arg.

¶ Deinde poteſt argui contra dicta in precedētibus prima cōcluſionibꝰ.⁊ ſpecialiter contra vnū quod eſt fundamentum quaſi ceterorum.videlicet ꝙ omnis forma indiuiſibiliter perdita habuit primū inſtans ſui non eſſe:⁊ ex hoc ſimul contra aliud ad hoc conſequens.videlicet ꝙ nulla forma impertibiliter perdita habuit vltimū inſtans ſui eſſe. Primo cōtra hoc ſic. Sit aliquod corpus verbi gratia.a.quod ſuā ſpeciem multiplicet per mediū vſqꝫ ad ſpeculū ex ſua maxima diſtantia per quā poteſt cauſare ſpeciē ſuam:ita ꝙ imaginē ſui cauſet in ſpeculo.⁊ ponatur ꝙ in inſtanti preſente incipiat elongari continue a ſpeculo:cōſtat ꝙ in iſto inſtanti imago illa eſt:aut ergo ipſa vel aliquid eius erit poſt hoc inſtans:aut non:non poteſt dici primū:quoniam cum ipſa non poſſit naturaliter exiſtere niſi actualiter eā cauſante corpore cuius eſt imago:ſequitur ꝙ illud corpꝰ cauſaret eā ex maiori diſtantia:ꝙꝫ ex maxima ex qua poteſt.quod implicat.⁊ hoc ita ſequitur ſi ponatur ꝙ ipſa remanet ſiue ꝙ aliquid eius ⁊ non ipſa ⁊ econuerſo immo ſi non ipſa:ſed aliquid eius ſequitur adhuc ſpeciale inconueniens ſcilicet ꝙ pars poterit eſſe abſqꝫ ꝙ actu conſeruetur a ſuo agente:cum tamen tota non poſſit:⁊ ſic pars minus erit dependens:ꝙꝫ totū.relinquitur ergo ꝙ nec ipſa nec aliquid eius erit poſt hoc inſtans.ergo erit indiuiſibiliter perdita:⁊ tamen habebit vltimū inſtans ſui eſſe.ſ.inſtans preſens. Rurſus ipſa nō habebit primū inſtans ſui nō eſſe.alias inſtans immediatū eſſet inſtāti:quod eſt impoſſibile. ¶ Secūdo idē poteſt argui de radio cauſato a corpore luminoſo quieſcente verbi gratia candela in medio.ſit eni ꝙ nunc incipiat cādela moueri.conſtat enim ꝙ in hoc inſtanti eſt talis radius. aut ergo ille vel aliquid eius habet eſſe poſt illud inſtans:vel nō. primū nō poteſt dari:qꝛ cū radius nō cauſetur niſi ſm lineā rectā:⁊ poſt inſtans ſue cauſationis non ſit corpus luminoſum ⁊ mediū quod eſt ſubiectū radij in directa oppoſitiōe propter motū corporis i caſu dato.vel radius ille aut aliquid eiꝰ erit ⁊ nō actualiter cauſabitur ⁊ corpore radioſo:vel ipſe erit in alia parte ſubiecti:ꝙꝫ prius fuit:videlicet in ea que poſt erit directe oppoſita corpori cauſanti lumen:⁊ vtrūqꝫ eſt impoſſibile naturaliter.reſtat ergo ſecūdū videlicet ꝙ nihil eiꝰ erit.⁊ per cōſequēs indiuiſibiliter pdet:⁊ hoc inſtās erit vltimū ſui eſſe.ex quo vltra ſequitur ꝙ nō habebit primū ſui nō eſſe. ¶ Tertio ſi ſit aliquod viſibile i ſua maxima diſtantia ex qua poteſt videri:⁊ incipiat nunc elongari continue ab oculo vidētis ipſum/aut remitti in calore/vel diminui intēſiue ſequitur ꝙ viſio qua nunc videtur eſt nunc:⁊ poſt hoc inſtans nihil eius erit: et tūc vltra:vt prius. ¶ Quarto ponatur ꝙ ante oculum ſit vnū viſibile tricubitale: cuius vnus cubitus ſit a.alius.b.alius.c.quorū duo tm̄.vtꝫ a.et.b.ſimul videantur. cōſtat ꝙ a.per aliam partem viſionis exiſtentis in alia parte oculi videtur:et per aliā.b.ſicut alteri parti oculi opponitur.a.⁊ alteri.b.⁊ vtrūqꝫ in parte ſibi oppoſita cauſat viſionem.tunc ponatur ꝙ iſtud viſibile moueatur a dextro in ſiniſtrū ante oculum:ſic ꝙ a.exeat oppoſitionē oculi:⁊ b.ſuccedat in ſitu ipſius a.



a b c

et c.quod prius nō videbat ſuccedat in loco b. et ſit iſtud viſibile per totum vniformiter coloratum:⁊ ſit nūc inſtās in quo incipit ſic moueri: tunc quero/aut poſt nunc erit aliqua pars viſionis qua nunc videtur totum a.b.aut nulla.non poteſt dici primum:qꝛ quecunqꝫ ſit illa ſequitur ꝙ ipſa erit viſio alterius partis viſibilis/ꝙꝫ nunc eſt.vel ipſa migrabit de vna parte oculi in aliā:⁊ vtrūqꝫ eſt impoſſibile. accidēs eni nō pōt naturaliter de ſubiecto in ſubiectū migrare. Nec viſio vnius rei vnqꝫ poteſt eē viſio alterius patet conſequentia: quia illa pars viſionis erit viſio alicuius partis viſibilis. aut ergo eiuſdem cuius eſt nūc viſio.verbi gratia.pars viſionis que nunc eſt viſio ipſius.b.partis:erit etiam tunc viſio ipſius.b.⁊ ſi ſic cum.b.nō opponetur poſt eidem parti oculi cui nunc opponitur:ſed ei cui opponitur.a.⁊ viſio non fiat niſi per lineam diametralem ſequitur ꝙ viſio ipſius.b. migrabit ad partem oculi in qua nunc eſt viſio ipſius.a.aut ipſa erit viſio illius.c.ſuccedentis in loco.b.⁊ tunc ſequitur ꝙ erit viſio eius cuius primum non fuit viſio. vel ſi dicatur ꝙ ipſa remanet in eadem parte oculi: et nihilominus adhuc erit viſio ipſius.b. eſto ꝙ non ſit in eadem oppoſitione: adhuc ſequitur aliud inconueniens. Nam per occultationem ipſius a.corrupta erit pars viſionis qua ipſum.a.videbatur et pars oculi ſibi oppoſita erit euacuata viſione: aut oportet dicere ꝙ.b.cauſabit in illa parte aliam partem viſionis: qua etiam ipſum videbitur: et ſic videbitur duplici viſione. Et vlterius vel.c.non videbitur: quod eſt contra ſenſum/vel videbitur eadem parte viſionis qua nunc videtur.b.et qua etiam tunc.b.videbitur: quod eſt incōueniēs ꝑpter vtrūqꝫ. vel.c.dabit nouā viſionē/ſeu in eadem parte oculi in qua nūc eſt viſio illius.b.⁊ ſic ſimul in illa parte erūt due viſiones duorū ſitu diſtinctorū:quod eſt etiā incōueniens.relinquiť ergo ꝙ nulla pars viſionis huius erit poſt nūc.et habeť ꝓpoſitū:qꝛ nūc eſt vltimum inſtās viſionis:poſt qđ nihil eiꝰ erit: ſimiliter cū ſemꝑ ꝙdiu durat oppoſitio ⁊ motus illius viſibilis ante oculum ipm videatur in quolibet inſtāti tꝑis quo videbiť: erit totaliter noua viſio: ⁊ ſic nulla durabit per aliqđ ſui pluſqꝫ per inſtās:ex quo etiā ptꝫ ꝓpoſitū. ¶ Quinto idem pōt argui ex ſeptima ꝯcluſione eſt.ꝙ oīs forma partibiliter pdita habuit vltimū inſtās in quo habuit eſſe poſt quod non quodlibet eius fuit. fuit tamen aliquid eius. ſit ergo.a.forma que vltimo ſit ſm quodlibet ſui in inſtāti.b. et poſt inſtans.b.non ſit quodlibet ipſius.a. ſit tamen aliquod eius:⁊ inſtans.b.ſit hoc inſtans preſens.ergo aliqua entitas forme.a.erit poſt hoc inſtans:⁊ aliqua entitas forme a.non erit poſt hoc inſtans. ſumatur ergo preciſe entitas forme.a.que non erit poſt hoc inſtans:et ſit illa entitas.c.tunc ſic entitas c.eſt in hoc inſtanti: et nihil ipſius.c.erit poſt hoc inſtans.ergo aliqua entitas habet vltimū inſtās


Digitized by Google

in quo eſt: ⁊ poſt quod nihil eius erit. conſequentia patet. Et prima pars antecedentis probatur: quia tota entitas forme. a. eſt in hoc inſtanti: ⁊. c. eſt pars entitatis forme. a. pars etiam altera antecedentis probatur: quia. c. eſt entitas illa preciſe de forma. a. que nõ erit poſt hoc inſtãs. Si autẽ aliquid. c. erit poſt hoc inſtans: iam. c. nõ erit preciſe entitas: que non erit poſt hoc inſtans: ſed eſt etiã entitas que non erit poſt hoc inſtans: ⁊ entitas que erit poſt hoc inſtans: quod eſt contra poſitũ. ¶ Confirmatur: quia hoc poſito conſtat ꝙ deus nouit ꝙ preciſe plus eſt de forma. a. in hoc inſtanti: ꝗ̃ erit in tempore immediato huic inſtanti: ⁊ quecunqꝫ entitas ſit illud nihil eius erit poſt hoc inſtans: ⁊ tamen ipſa tota eſt in hoc inſtanti: ⁊ ſic ſcit illud deus ꝙ nihil eius erit poſt hoc inſtans: ⁊ tamẽ ipſa tota eſt in hoc inſtanti: ⁊ ſic habetur propoſitum. ¶ Sexto idem arguitur de actu volũtatis noſtre quo volumus aliquid libere ⁊ contingenter. Nam ponatur: ꝙ in hoc inſtanti ſortes velit contingenter. a. conſtat ꝙ ſor. poteſt nõ velle. a. poſt hoc inſtans. ⁊ ponatur ꝙ tã cito poſt hoc inſtans ſor. non velit. a. quã cito poſt hoc inſtans poteſt non velle. a. ⁊ tunc quero aut poſt hoc inſtans volet. a. vel non ſi ſic ſequitur: vel ꝙ ſortes per aliquod tempus neceſſario volet. a. quod eſt falſum. vel ꝙ nõ tã cito poſt hoc inſtans ſortes non volet. a. ꝗ̃ cito poſt hoc inſtans poteſt non velle. a. quod eſt contra poſitum. Non ergo poſt hoc inſtans ſor. volet. a. per conſequens nec poſt hoc inſtans erit volitio qua ſor. nunc vult. a. ⁊ vltra ſequitur ꝙ hoc eſt vltimũ inſtans eſſe illius volitionis: poſt quod nihil eius erit.

¶ Septimo poteſt argui contra octauam concluſionem ratione illius partis qua dicitur: ꝙ aliqua forma poteſt eſſe per inſtans tantum: ſic ꝙ in illo quodlibet eius ſit: et prius immediate non quodlibet eius fuit: fuit tamen aliquid eius: ⁊ immediate poſt non quodlibet eius erit. aliquid tamen eius erit. ¶ Ex hoc autem videtur ſequi ꝙ aliquid rei illius erit per inſtans tantũ: cuius nihil fuit prius nec aliquid erit poſt: quod patet: quia ex quo nõ quodlibet eius fuit ante hoc inſtans. ergo aliquid plus eſt in hoc inſtanti de forma ꝗ̃ fuerit prius: ⁊ illud plus preciſe ſumptum ſic tunc eſt: ꝙ nihil eius prius fuit. ¶ Item ex quo non quodlibet huius rei erit poſt hoc inſtans ſequitur ꝙ aliquid plus eſt in hoc inſtanti de forma ꝗ̃ erit immediate poſt hoc: ⁊ illius ſic preciſe ſumpti nihil poſt hoc inſtans erit: ſed iſtud plus quod eſt nunc ⁊ nihil eius prius fuit ⁊ illud plus quod nunc eſt ⁊ nihil eius poſt hoc inſtans erit: eſt vnum ⁊ idem: quia quod eſt vltimũ acquiſitum eſt primum deperditum: ſicut patet etiam in exemplo poſito pro probatione dicte concluſionis. Nam id lucis quod eſt preciſe acquiſitum vltimate ſcilicet in inſtanti contactus corporis luminoſi ⁊ alterius repellentis eſt primo deperditum vel corruptũ: ſicut ⁊ illud aeris quod in inſtanti contactus eſt illuminatum ſit primo tenebroſum: ꝗ̃ aliqua alia pars aeris illuminati. ¶ Ad primũ dicẽdum: ꝙ argumentũ quãtũ ad id quod loquitur de imagine in ſpeculo eſt valde dubium. cum multi negent tales imagines: ⁊ dicunt ꝙ talia que apparent ſunt ipſemet vere res. tamen ſuppoſito ꝙ imago ſit res diſtincta a re cuius ipſa dicitur imago: dicitur ꝙ non eſt dare maximam diſtantiam in qua corpus cauſare poteſt imaginem: ſed minimã in qua non poteſt: que tamen maior eſt qualibet diſtantia in qua poteſt. Et per hoc non eſt aliqua diſtantia in qua poteſt cauſare imaginem in qua manifeſtare non poſſit: ⁊ ſic non habetur vltimum inſtans eſſe imaginis: cum corpus ſic ponatur moueri: ſm primũ iſtans ſui non eſſe: quod eſt inſtans quo primo peruenit ad minimã diſtantiam in qua non poteſt: ⁊ hanc viam proſequendo poſſet dici: ꝙ non quantumcũqꝫ intenſionis ſpecies rei in medio ſufficit cauſare imaginem in ſpeculo: ſed eſt dare

Viſiones ad obiecta.
Contra precedẽtes cõcluſiones

maximam que non poteſt. ſicut ſupra diſ. 3. q. prima in diſcuſſionem primi dubij dictũ eſt de ſpecie in organo cauſatiua viſionis in anima. Et ſm hoc conſequenter dicendum eſt: ꝙ non eſt dare minimam imaginẽ poſſibilẽ cauſari. Et ideo quacunqꝫ data poſt initium elongatiõis corporis a ſpeculo erit aliquid illius imaginis. immo ⁊ aliqua imago minor: ꝗ̃uis iſtud ſit valde mirabile conſiderata diuerſitate partium imaginis. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ poſt hoc inſtans in caſu dato remanet aliquid radij ⁊ in eadem parte ſubiecti in qua nunc eſt nec in radio eſt aliqua pars diuiſibilis vel indiuiſibilis de qua vere poſſit dici in inſtanti vltimo quietis. hoc nũc eſt. ⁊ poſt hoc inſtans immediate nihil eius erit: nec in tali motu eſt aliquid radij ſimul totum corruptum: neqꝫ primo corruptum: ſicut nec corpus motum eſt ſm aliquid ſpatij primo motum aut mutatum. argumentum autem imaginari videtur ꝙ radius ſit longus carens omni latitudine et profunditate cauſatus a punctuali parte corporis luminoſi in punctuali parte medij: quod eſt falſum. ¶ Cum vero arguitur: ꝙ pars illa remanere non poteſt: quia non remanet eius directus aſpectus ad eandem partem corporis luminoſi. ¶ Dicendum: ꝙ falſum eſt. Nam adhuc poteſt trahi linea recta ab eadem parte medij ad eandẽ partem corporis: licet non ſm angulum rectum vt prius: ⁊ iſtud ſufficit. cum radius etiam cauſari ⁊ conſeruari poſſit ſm lineas non orthogonaliter incidentes: vt patet ad ſenſum. ¶ Ad tertiũ nego maximam diſtantiam in qua aliquid poteſt videri et do minimã in qua non poteſt videri. et ſimiliter nego minimũ viſibile ⁊ do maximum non viſibile: iuxta ea que de hoc latius dicta ſunt



in tertia. d. q. prima in primo dubio. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ argumentum ſupponit viſionem eſſe extẽſam quod de viſione hominis reputo falſum. cum eius viſio ſit ſm me in ſola anima intellectiua ſubiectiue: vt dicam in ſecundo. intelligatur ergo argumentum de viſione bruti: ⁊ ſupponatur ꝙ illa ſit extenſa ſm extenſionem oculi. tunc dico ꝙ argumentum accipit ꝙ non quelibet pars rei viſe cauſet viſionem ſuã in qualibet parte oculi: quod falſum eſt. cauſat enim in qualibet: licet in propinquiorẽ cauſaret intenſiorem viſionem ſui. Tunc ad argumentũ dico. dato caſu dico ꝙ poſt nunc remanebunt infinite partes viſionis ſcilicet ille que ſunt viſiones illarum partium rei viſe que tunc ſufficienter erunt oppoſite oculo ⁊ videbuntur. Et vlterius dico: ꝙ illa pars viſionis ipſius. b. que eſt in parte oculi ſibi propinquiori erit poſt nunc viſio eiuſdem. licet remiſſior ꝗ̃ nunc eſt: ⁊ alia pars viſionis b. que nunc eſt in remotiori parte oculi: ⁊ non ſic directe oppoſita erit intenſior viſio. b. ꝗ̃ nunc eſt: propter maiorẽ oppoſitionem ⁊ propinquitatem. b. ad illam partem oculi. ¶ Unde notandum: ꝙ ſicut rei viſe ſunt infinite partes proportionales ſm extenſionem: que tamẽ ſunt equales ſm intenſionem vel poſſunt eſſe: ſic ipſius viſiõis ſunt infinite partes proportionales ſm intenſionem: ⁊ equales ſm extenſionẽ: quelibet enim pars proportionalis in toto exiſtens cauſat viſionem in toto oculo: et ideo quelibet ſm extenſionem eſt equalis cuilibet: et ſunt in eodem ſubiecto primo. Et quia plures tales partes eiuſdem rationis exiſtentes vt ſupponitur nunc de iſtis: perfectiorem conſtituunt formam ⁊ viſionem: ⁊ ideo maioris partis proportionabilis viſio perfectior ⁊ intenſior eſt ꝗ̃ minoris. Et huic etiam teſtatur ſenſus. Nam maius obiectum extenſiue vniformiter per totum exiſtens colora-

Digitized by Google

tum' clariorem cauſat viſionem: ſic etiam maior maſſa plumbi citius et velocius deſcendit ꝗ pars eius: non obſtante ꝙ quelibet pars ſit eque grauis: et ꝙ totum non ſit grauius intenſiue/ ꝗ pars: ſcilicet quantum ad omnem grauitatem. eſt tamen grauius quantum ad vigorem grauitatis. id eſt actiuius / vel vigoroſius in agendo/ vel mouendo. Et ideo poteſt dici: ꝙ grauitas totius eſt maior virtus intenſiue/ ꝗ partis: non tamen maior
T.c.71. forma. vnde ⁊ Philoſophus dicit primo celi. ſi eſſet corpus graue infinitum eſſet virtus infinita: quod probat per additionem partiū ⁊c. ⁊ tamen non eſſet intenſior forma/ ꝗ grauitas partis. ¶ Ad argumentum ergo dicendum: ꝙ ſicut ſucceſſiue pars. a. mouetur: ſic ſucceſſiue per totum oculum viſio eius corrumpitur: non ꝙ vna pars extenſiua prius / ꝗ alia corrumpatur: ſed intenſiua tantum.

¶ Et ſicut non eſt dare partem primam extenſiuam rei viſe que egreſſa ſit oculi oppoſitionem: ſic non eſt aliqua pars viſionis primo corrupta: ſimiliter in eo inſtanti in quo eſt primo verum dicere. pars. a. tota egreſſa eſt oppoſitionem oculi: in eodem eſt primo verum dicere. tota viſio ipſius. a. ſeu omnes partes ſm intenſionem viſionis ipſius. a. et partium eius ſunt primo corrupte: ita ꝙ ſemper ſm ſucceſſionem partium extēſarum in motu ipſius rei viſe eſt ſucceſſio partium intenſiuarum: vt ita loquar: in corruptione viſionis: non autem partium viſionis ſm extenſionem: vt imaginatur argumentum. ¶ Ad quintū dico: ꝙ aliqua entitas forme. a. erit poſt hoc inſtans: et aliqua entitas forme. a. non erit hoc inſtans: ſicut etiam forma. a. non erit poſt hoc inſtans: dico tamen ꝙ nulla entitas forme. a. eſt nunc: cuius nihil erit poſt hoc inſtans: ſed ſicut forme. a. aliquid erit poſt hoc inſtans: ita cuiuſlibet entitatis forme. a. nunc exiſtentis aliquid erit poſt hoc inſtans. Et cum dicitur: ſumatur preciſe ea entitas forme. a. que non erit ⁊c. Dico ꝙ impoſſibile eſt ſumere preciſe eam entitatem forme. a. que imediate poſt hoc inſtans non erit: et ſimiliter impoſſibile eſt ſumere totam entitatem forme. a. preciſe que erit imediate poſt hoc inſtans. Nam caſu poſito impoſſibile eſt ſignare maximam partē forme. a. que erit poſt hoc inſtans: et hoc: quia nulla erit maxima pars eius. Et vlterius dico: ꝙ deus non nouit ꝙ preciſe nunc plus eſt de forma. a. ꝗ erit imediate poſt hoc inſtans: quia nihil tale eſt: nec etiam nouit maximam partem forme: que erit poſt hoc inſtans: quia nulla eſt maxima que erit poſt hoc inſtās. ¶ Et ſi arguatur ſic: forma. a. nunc eſt intenſior / ꝗ erit poſt hoc inſtans: et non eſt in infinitū intenſior / ꝗ erit poſt hoc inſtans. ergo per aliquem gradum preciſe eſt nunc intenſior / ꝗ immediate erit poſt hoc inſtans. Reſpondeo: ꝙ antecedens eſt verum. ſed conſequentia non valet. vnde dico: ꝙ forma. a. eſt nunc intenſior ⁊c. ⁊ non in infinitum intenſior: ⁊ tamen per nullum gradum preciſe eſt intenſior/ ꝗ erit immediate poſt hoc inſtans: ⁊ cauſa eſt: quia nullus erit maximus gradus huius forme poſt hoc inſtās/ nec erit aliqua maxima latitudo huius forme poſt hoc inſtans. Si aūt eſſet dare maximam latitudinem / vel partē huius forme que erit poſt hoc inſtans: tunc oporteret etiam dare per quid preciſe hec forma nunc eſſet intenſior / ꝗ erit immediate poſt hoc inſtans. hec que dicta ſunt patēt in ſimili: ſit enī aliquod corpus cubitale: ſuper ſpatium ſibi equale quod ſit. a. et incipiat nunc moueri verſus aliam partem ſpatij diſtantē que ſit. b. ⁊ ſint diſtantia inter. a. et. b. duorū cubitorum. hoc poſito in hoc inſtāti in quo hoc corpus habet vltimum quietum eſſe et incipit



moueri continue verſus. b. corpus motum habet totum ſpatium. a. ⁊ imediate poſt hoc inſtans non habebit totū ſpatium. a. habebit tamen aliquid ſpatij. a. habet ergo aliquid de ſpatio. a. quod non habebit poſt hoc inſtans: ⁊ aliquid habet nunc de ſpatio. a. quod habebit etiam poſt hoc inſtans. Et dico: ꝙ nihil habet nunc de ſpatio. a. cuius nihil habebit poſt hoc inſtans: nec poteſt ſumi quid preciſe: habet nunc quod poſtea immediate non habebit nec illud tale deus nouit ſic/ nec aliquid eſt eiuſmodi: qđ probatur: quia ſi aliquod tale detur: vel eſt diuiſibile/ vel indiuiſibile/ non diuiſibile: quia ꝗtūcunqȝ paruum diuiſibile ſpatij ſit: tempus erit anteꝗ hoc corpus continue motum totum illud reliquerit: et per conſequens immediate poſt hoc inſtans aliquid eius habebit/ nec poteſt dici: ꝙ ſit aliquid indiuiſibile: quia tunc eſſet dare ſm quid ſpatij hoc corpus eſſet primo mutatū a ſuo loco / vel ſpatio a quo mouetur: et eadem ratione eſſet dare ſm aliquod ſpatij ad quod mouetur eſſet primo mutatum: que ſunt impoſſibilia: vt patet. 6. phyſicoꝝ. ¶ Similiter hoc T.c.44.
poſito illud ſpatij totum quod habebit hoc corpus poſt et.46.
hoc inſtans: erit minus toto: quod nunc habet ſine toto ſpatio. a. per indiuiſibile preciſe: ⁊ per cōſequens indiuiſibile demptum a diuiſibili redderet ipſum minus: quod eſt īpoſſibile. Similiter hoc poſito inter corpus incipiēs nunc moueri et. b. eſt medium ſpatium bicubitale: et immediate poſt hoc inter hoc corpus incipiēs moueri: et. b. non erit medium ſpatium bicubitale: erit tamen medium aliquid eius quod etiam nunc mediat: et aliquid eius nō erit medium quod tamen nunc mediat: et impoſſibile eſt ſignare quod preciſe de hoc ſpatio nunc mediat: quod immediate poſt nūc non mediabat/ ſeu per quod preciſe ſpatium nunc medians eſt maius ꝗ ſpatium quod immediate poſt hoc mediabit: quod patet: qꝛ illud non poteſt eſſe indiuiſibile: cum indiuiſibile non faciat maius: tum etiā quia tunc eſſet dare primum acquiſitum de ſpatio in motu locali continuo: quod eſt impoſſibile/ nec diuiſibile: qꝛ nullum diuiſibile erit immediate poſt hoc inſtans pertranſitum a corpore quod incipit nunc moueri: et cauſa eſt que tacta eſt prius in alijs. videlicet quia nullum erit maximum ſpatium quod mediabit poſt hoc inſtās inter hoc corpus incipiens moueri ⁊. b. ⁊ ſimiliter quia nullum eſt indiuiſibile in ſpatio: et ſimiliter nec in forma: ſed de hoc magis in ſequentibus. Et eſſet in toto ſimile de ſpatio ſuper quod eſt corpus incipiens moueri: et de forma incipiente corrumpi: ſi ſpatium ſicut continue relinquitur a mobili ſic continue corrumperetur. ¶ Ad ſextum ſi loquamur de poteſtate naturali volūtatis cum cōmuni influentia dei: ſicut oportet vt argumētum ſit contra dicta/ vel dabitur minimum tempus naturaliter perceptibile a voluntate/ vel maximum non perceptibile: quod minus tamen eſt omni perceptibili ab ea / vel neutrum dabitur: ſed ponatur ꝙ quātūlibet paruum tempus eſt ab ea perceptibile. Si detur primum tunc poteſt concedi ꝙ voluntas poteſt tam cito non velle ſicut cito poteſt. Nam poteſt in fine dati temporis non velle ⁊ citius nō poteſt. Et ſi ponatur in eſſe tunc actus primo non erit: ⁊ non dabitur vltimum inſtans ſui eſſe. Si vero detur ſecundum/ aut tertium dicendum: ꝙ voluntas non poteſt tam cito poſt nūc non velle. a. ſicut cito poteſt: ſed quantūcunqȝ cito poteſt adhuc citius poteſt: ⁊ per conſequens ipſa non poterit eſſe non habere hunc actum/ vel aliquid eius poſt nunc: ſicut nec ita cito poterit totum actum ſimul deſerere: ſicut cito poterit. Et ideo argumentum fundatur ſuper falſo. Tertium tamen membrum datum: quo ſcilicet negatur tam minimum perceptibile / ꝗ maximum non perceptibile non apparet rationabile. Sed de hoc non oportet ad preſens differere. ¶ Ad ſeptimum dicendum vt ſupra in ſimili dictum eſt. videlicet ꝙ in inſtanti eſt aliquid forme plus: nichil tamen eſt tunc cuius nichil prius

fuerit. nec eſt aliquid tunc quod preciſe tunc ſit: et nulla pars eius prius fuerit. Et eſt exemplū de corpore: quod continue mouetur localiter. Nam quando eſt primo mutatū adhuc vel illū locū ſibi equalem. verbi gratia ad locū. a. conſtat q̄ habet aliquid de loco. a. quod prius non habuit: ⁊ tamen nihil habet tūc de loco. a. cuius nullā partem prius habuerit: nec poteſt dari quid preciſe tūc plus habeat q̄ꝫ prius habuit de loco. a. ſimiliter non habet aliquid tunc cuius immediate poſt nihil habebit: vt ſupra monſtratum eſt: ita ſuo modo de forma dicendum eſt in caſu dato.

Tertio videndū eſt vtrum cuiuſlibet formarum huiuſmodi ſit dare minimū. Et quia partibilitas forme poteſt accipi tam ſm̄ intenſionē q̄ꝫ ſm̄ extenſionem. ideo minimū in forma poteſt intelligi etiā vtroqꝫ modo. ¶ Item vtroqꝫ modo poteſt intelligi dupliciter minimū forme: vno modo vt dicatur minimū: quo nihil forme eſt minus: nec poteſt eſſe minus in ſpecie illa. Alio modo illud poteſt vocari minimū quod poteſt per ſe actu ſeparatū ſubſiſtere: ⁊ nihil eiuſdē ſpeciei minus eo poſſet per ſe ſeparatū ſubſiſtere remanēs in ſpecie illa. Tūc pono aliquas concluſiones. ¶ Prima concluſio eſt q̄ nullius forme de predictis eſt aliquod minimū ſm̄ extēſionē primo modo accipiēdo minimū: ⁊ loquēdo de formis partibilibus extenſiue. Hanc probo ſic. omni forma extenſa ⁊ qualibet eius parte eſt aliqua eius pars minor. ergo nullius talis forme eſt dare aliquā partem minimā: qua nulla ſit minor: conſequentia patet ⁊ antecedens probatur ex eo: q̄ quelibet talis forma ⁊ quelibet eius pars eſt extenſa ⁊ diuiſibilis in ſemper diuiſibilia: ſicut eius primum ſubiectum: alioquin vt arguit Philoſophus in de ſenſu ⁊ ſenſato: vbi querit an qualitates ſenſibiles diuidantur in infinita: ⁊ determinat q̄ ſic: in partes inexiſtentes: quas vocat partes in potentia: ſequitur q̄ aliqua pars corporis ſenſibilis qualitate ſenſibili verbi gratia aliqua pars ignis non eſſet calida: ⁊ aliqua pars niuis non eſſet alba: ſi tam calor q̄ꝫ albedo eſſet in partes minimas ⁊ indiuiſibiles reſolubilis. ¶ Item eius primum ſubiectum non eſſet ſibi adequatum: ⁊ per conſequens nec primū ſubiectum ſm̄ partes. ¶ Preterea. Si eſſet aliqua pars forme minima ſm̄ hūc modū illa eſſet indiuiſibilis: ⁊ eius ſubiectū eſſet aliquod indiuiſibile: ſicut aliqui opinantur punctum. cōſequens eſt falſum: tum quia talia indiuiſibilia non ſunt in rerū natura. vt probabitur in ſecundo: tū quia eſto q̄ eſſent non poſſet aliquid eorum eſſe ſubiectum forme na-

T.cō.7. turalis: ſicut probatur tertio de ce. ⁊ mun. vnde punctum nec aliquod indiuiſibile poteſt eſſe durum vel molle. ⁊ ſic de alijs: vt ibi dicitur. ¶ Secunda concluſio: q̄ eodē modo loquendo de minimo: nullius forme partibilis ſm̄ intenſionem eſt dare minimū intenſiue: hoc probatur: quia ſi daretur aliquod tale minimū illud eſſet omnino indiuiſibile intenſiue: conſequens eſt falſum: tum quia ſicut indiuiſibile ſm̄ extenſionem additum alteri non facit maius: ſic nec indiuiſibile ſm̄ intenſionem additum alteri facit intenſius: ⁊ per conſequens forma non intēderetur ex additione talium minimorum: ⁊ cum tota forma ſit reſolubilis in talia minima ſi ponantur: ſequeretur q̄ nulla forma eſſet intenſior alia: tum quia quodlibet talium acquireretur ſubito ⁊ in inſtanti: ⁊ per conſequens vel nulla intenſio eſſet continua: cuius oppoſitum eſt probatum: vel aliquis motus continuus eſſet compoſitus ex muta-

T.c.ꝑ. ⁊ ꝑ
longū ꝓ
ceſſum. tionibus vel mutatis eſſe preciſe: quod eſt reprobatum. 6. phyſicorum: ⁊ ambe predicte rationes ſuo modo poſſent fieri pro precedenti concluſione. ¶ Tertia concluſio eſt de minimo ſm̄ extenſionem ſecundo modo accipiendo minimum ſcilicet ſeparabile et poſſibile naturaliter ſeorſū exiſtere. Et ē cōcluſio hec: q̄ cuiuſlibꝫ talis forme eſt dare minimum poſſibile ⁊c̄. vel maximū nō poſſibile minus omni parte ſua poſſibili ꝑ ſe exiſtere in ſpecie illa. vt in albedine: iʒ nō ſit aliqua pars minima inexiſtēs: vt pꝫ ex prima cōcluſione: nō quātālibet tñ pus pō eiꝰ poſſet diuiſa ab alijs per ſe naturaliter exiſtere: ſed eſt dare minimam que poſſet / vel earū que non poſſent eſt dare maximam: ita q̄ omnis alia maior poſſet. Et ſicut dico de eis que eſſēt diuiderentur: ſic etiam dico de generabili. videlicet q̄ non in quacūqꝫ parua quātitate materie / vel ſubiecti per ſe ſeorſum exiſtente poteſt aliqua talis forma naturaliter generari: ſed in qualibet ſpecie talium formarū eſt dare minimam quātitatem ſubiecti: in qua poteſt naturaliter recipi ⁊ exiſtere / vel maximam in qua nō poteſt et in omni maiori poteſt. Hanc concluſionem reputo probabiliorem oppoſita: ⁊ magis cōſonam dictis auctorum: q̄uis oppoſita virtute rationum non poſſit euidenter impugnari. ¶ Arguo ergo ſic. i aliquāta magnitudine ſubiecti pōt naturaliter ſaluari forma naturalis eiuſmodi: ⁊ in aliquāta minore nō poteſt. ergo eſt dare minimā in qua poteſt / vel maximā in qua non: ad ſenſum premiſſum: ꝯña probatur: quoniā ſi ſignetur ſtilo aliqua pars ſubiecti in qua ſeorſum non poſſet forma exiſtere / aut in qualibet ea maiore: ⁊ eam includente poſſit forma ſaluari: ⁊ tunc illa eſt maxima in qua non. Aut in aliqua maiore non poſſet ſaluari: et tunc vlterius trahendo ſtilum: aliquando deuentum erit ad primam in qua poterit: ⁊ illa erit minima in qua ſic / vel ad vltimā in qua non poterit: ⁊ illa erit maxima in qua non. Non poteſt autem vtrunqꝫ dari ſcilicet maxima in qua non / ⁊ minima in qua ſic: quia tunc minima in qua ſic / vel excederet maximam in qua non: aliquo exceſſu diuiſibili: ⁊ hoc non: quoniā ſecluſa aliqua poſteriore parte illius exceſſus: adhuc reſiduum includit maximam in qua non / et amplius: aut ergo in illo reſiduo poterit eſſe forma: et tunc prima data non fuit minima in qua ſic / aut non poterit: et tunc ſequitur q̄ alia non fuit maxima in qua non. non ergo excedit eam in exceſſu diuiſibili: ſed nec etiā indiuiſibili: quia indiuiſibile non reddit maius: patet ergo conſequentia: et prima pars antecedentis eſt nota ad ſenſum. ¶ Secunda vero probatur: q̄ ſicut dicit Philoſophus ſecundo de anima et experien- T.c.24.

tia docet: vnuſquiſqꝫ actus in potentia exiſtente diſpoſita ⁊ in propria materia aptus natus eſt fieri: et non quilibet indifferenter in qualibet: materia autem nulli forme in ea de nouo generabili eſt ſm̄ ſe abſolute et quomodolibet ſe habens propria potentia / ſeu proprium ſuſceptiuū: ſed taliter / vel taliter diſpoſita: et inter omnes diſpoſitiones materie ad ſuſcipiendum formas quantitas eſt prima. Unde ⁊ forme prime elementorum: etiam ſibi determinant proprias magnitudines ⁊ quātitates in materijs ſicut ex atteſtatione ſenſus probat Commenta. in de ſub- Cap.1.

iecta orbis: videmus inquit q̄ forma caliditatis quando agit in aquam incipit aqua augeri ⁊ creſcere in dimenſionibus: et vicinari dimenſionibus aeris. cum ergo peruenerit ad maximam quātitatem aque: tunc ſubiectum denudabitur a forma aque ⁊ quātitate dimenſionum aque propria: ⁊ recipiet formam aeris / et quantitatem dimenſionum propriarum forme aeris: ſed ſi forma non determinaret ſibi certam quantitatem in minimo: ſed in q̄tacunqꝫ parua ſaluari poſſet: ſuperflua eſſet actio nature in augendo dimēſiones aque propter generationem aeris. ¶ Preterea. Abſurdum eſſet dicere: q̄ forma elephantis poſſet ſeruari: in tam modica quantitate quanta eſt quantitas grani ſynapis: et tamen oporteret ⁊ hoc dicere: niſi ponatur q̄ forma determinat in minimo certam quātitatem ſubiecti: et ſicut eſt de formis perfectis ⁊ corporum etherogeneorū: ſic etiā eſt de formis quibuſlibet que de nouo in materia recipiunt: q̄uis forte nō ſit eq̄ patēs.

Digitized by Google

¶ Nec valet dicere: ꝙ hoc non eſt ſimile: cum forma ele-
phātis requirat corpus ethero geneū ideſt diſſimiliū par
tiū. Nam ſi partes homogenee quas requirit corpus ele-
phātis poſſint eſſe ſemper minores: poterūt in tā parua
ſumi q̄titate ꝙ cōſtituēt corpus etherogeneū in quanti-
tate ſynapis eiuſdē rationis cū corpore quod nūc habet
elephas: ⁊ in illo poterit ſaluari forme elephātis: ſi dicta
T.c.38. opinio vera ſit. ¶ Ad hāc intentionem eſt Philoſophus
primo phyſicorum contra Anaxa. vbi dicit ꝙ eſt dare mi
Scot⁹ li. nimā carnē. ⁊ minimā aquam: ⁊ ſic de alijs naturalibus.
2.d.2.q.9 ¶ Ad hoc dicitur: ꝙ ex dicto illo nō cogimur ponere ta-
le minimū. Naꝫ Philoſophus ſatis habet ſi per ablatio-
nem a toto minoretur totū: ⁊ ita ꝙ nō ſemper de eo poſſit
equale abſtrahi. Oportebat enim Anax. diceret ſicut
ei imponit Philoſophus ꝙ facta ſegregatiōe a carne cu
iuſcūꝗ generabilis de carne adhuc remaneret caro tan-
ta: vt ex ea poſſet vlterius ſegregari quodcūꝗ generabile
⁊ hoc eſt impoſſibile: quoniā quātūcūꝗ caro poſſet in in-
finitum diuidi ⁊ minorari: ſaltem non remaneret tanta vt
poſſet ex ea quodcūꝗ generabile generari: quia generabi
le quodcūꝗ requirit determinatā quātitatē illius ex quo
generatur: maxime ſi generatio ſit tantū ſegregatio: quod
imponitur Anaxa. ⁊ vltra quātitatē iſtā ex qua generat̃
minuetur caro per continuā ſegregationē aliorū ex ipſa.
Nō ergo propter intentionē Ariſto. ibi oportet ponere mi
nimū in naturalib⁹: etiā ſeparatū ⁊ per ſe exiſtēs. ¶ Hec
reſponſio nō eſt ſm mentē Philoſophi quod patet ex ver
bis eius apertis: ⁊ rationibus quas adducit. Ex verbis
quidē (nā ait ſic) ſi omne corpus remoto quodā: quod mi-
nus neceſſe eſt fieri: carnis autē determinata eſt q̄titas ⁊
magnitudine ⁊ paruitate: manifeſtū eſt ꝙ ex minima car
ne nullū ſegregabitur corpus: erit enim minus minimo.
Cō.38. ¶ Et Cōmen. ibi hanc rationē declarans ait. Et cum ſit
manifeſtū per ſe: ꝙ omne corpus quādo ex eo diminuitur
aliquid fit minus: ⁊ etiā eſt manifeſtū per ſe ꝙ q̄titas car
nis eſt terminata in magnitudine ⁊ paruitate. Naꝫ mani
feſtū eſt: ꝙ ex minima carne qua nulla caro eſt minor: im-
poſſibile eſt exire corpus cōſimile omnino. Nā quādo exi
tus procedit ſemper ⁊ minoratio corporis ex quo ē exit⁹
procedit ſemper: neceſſe eſt vt illud corpus a quo exeunt
hec corpora: perueniat ad minimā q̄titatē illius ſpeciei
corporis: ⁊ tūc erit impoſſibile, vt ex eo exeat aliquid: quo
niam fieret tunc minus q̄ deberet eſſe: quod eſt cōtra po-
ſitum. Hoc patet primo quia vterꝗ aperte dicit: ꝙ eſt da
re minimā carnē: ⁊ per cōſequēs ꝙ caro eſt determinata
in magnitudine ⁊ paruitate: ⁊ hiis verbis cōtradicit reſpō
ſioni. Cōtradicit etiā rationi. Nā ſi negetur tale minimuꝫ
nec ponatur minima caro potēs per ſe ſubſiſtere: vel non
ponatur maximū ꝙ nō: ratio nihil probat: q̄m ipſa ſuper
hoc ſuſtentatur ⁊ tūc deducit ꝙ erit dare minus minimo
vnde negaretur Philoſopho ⁊ Commentat. ꝙ per conti
nuū exitū corporū a carne: ⁊ cōtinuā minorationē carnis
deueniatur ad minimā carnē ex qua nihil poſſet exire: et
ſic haberēt negare qui premiſſam poſuit reſpōſionē: ⁊ tūc
ratio nihil valeret. ¶ Preterea. Hoc idē patet ex alia ra
T.c.38. tione quā premittit ibi Philoſophus ſuper eodē funda-
⁊.57. mēto fundata. Sed differt ab ea que nūc recitata eſt: q̄m
iſta accipit minimū eius ex quo ſegregatur: alia vero ac-
cipit minimū eius quod ſegregatur: ⁊ eſt ratio Philoſo-
phi ꝙ cū ſit dare minimā carnem: aut ex aqua nō poterit
ſemper ſegregari caro: quod eſt contra Anaxago. ⁊ eſt in
tentuꝫ Philoſophi: aut in aqua que eſt finite quātitatis
erunt corpora equalia infinita ſm multitudinē: quod eſt
impoſſibile. conſtat autem ꝙ hec ratio non concludit: niſi
ſupponatur: ꝙ ſit determinata quantitas carnis minima
que poteſt ſegregari: vel maxima que non poteſt. ¶ Naꝫ
neutro horum poſito dicetur ꝙ poſt quālibet ſegregatam
ſegregabitur minor in infinitum: ⁊ ſic nō ceſſabit ſegrega-
tio: nec erūt corpora equalia infinita in corpore finito: q̄m
corpora ſegregata non erunt equalia. Sed ſi detur mini-
ma caro procedit ratio: quoniam in qualibet ſegregatio-
ne ſegregabitur minima caro vel maior continens mini-
mā: ⁊ ſequitur tunc propoſitum: ⁊ in hoc fundari rationē
patet manifeſte per Commen. ibidem. vnde ponens ratio
nem Philoſophi ait: quādo ex aqua exit caro: deinde ab
ea exit alia caro: ⁊ ſic in infinitum: neceſſe eſt autem vt exi Cō.57.
tus ceſſet: aut vt in corpore finito ſint corpora infinita
equalia: quoniaꝫ non poteſt aliquis dicere ꝙ cū ex aqua
exiuit prima caro: deinde exiuit alia caro: ꝙ illa caro ſe-
cunda eſt minor prima ſm minorationem aque per exitū
carnis. Et ſimiliter tertia caro eſt minor. ſecunda ſm mi-
norationem aque per exitum ſecunde carnis: ⁊ ꝙ hic pro-
cederet in infinituꝫ ſcilicet paruitas aque ⁊ paruitas car
nis exeuntis: caro enim habet in paruitate magnitudinē
terminatam quā nō pertranſit ſcilicet ꝙ non inuenit̃ caro
habens minorē magnitudinem illa: iſta ergo magnitudo
terminata que eſt carnis quando exit ex aqua: ſemper ne
ceſſe eſt alterum iſtorum duorum: aut vt ceſſet generatio
aut in magnitudine terminata ſcilicet in aqua erunt ma-
gnitudines equales infinite: vel eſt minor magnitudo car
nis: quod eſt impoſſibile. hec Commentator. In quibus
verbis patet manifeſte quod dictum eſt: et per cōſequēs
reſponſio nulla eſt ad intentionem Philoſophi. Et quod
dicitur ꝙ ſufficit: ꝙ ſic per continuam ablationem mino-
retur corpus: vt non ſemper de eo poſſit equale abſtrahi
non eſt verum: quoniam et ſi non ſemper poſſit abſtrahi
equale: dummodo ſemper poſſit aliquod corpus eiuſdeꝫ
rationis abſtrahi: non haberet propoſituꝫ Philoſophus
contra Anaxa. non enim dicebat Anaxa. ꝙ ex grano ſy-
napis poſſit ſegregari aqua tanta quāta eſt totius occea
ni: ſed aqua alicuius quantitatis: nec dicebat ꝙ ſemper
equale poſſet abſtrahi: q̄uis ad hoc dicendum compel-
lat Philoſophum ſuppoſita minima magnitudine aque
ꝙ etiam addit reſponſio ꝙ quodcunꝗ generabile requi-
rit determinatam quantitatem illius ex quo generatur:
ſi generatio ſit ſegregatio non eſt verum niſi ipſum gene-
rabile determinet ſibi minimam ſui quantitatem: que po
teſt per ſe ſubſiſtere: vel maximam que non poteſt. Nam
ſi generabile poſſit eſſe minus: ⁊ eo aliud minus: ⁊ ſic ſem
per poterit: et ex minori et minori ſegregari aliquod gene
rabile: et ſic patet ꝙ reſponſio nulla eſt ad intentioneꝫ phi
loſophi. ¶ Huius quoꝗ ſententie eſt Commentator. 6. Cō.49.
phyſicorum. vbi ait: ꝙ minimus color eſt terminatus per
ſe quemadmodum minima forma eſt terminata ſcilicet
ꝙ minimum quod poteſt eſſe coloratum in actu: eſt termi
natum: quēadmodum minimuꝫ quod poteſt eſſe aliquid
demonſtratum eſt terminatum verbi gratia quoniam mi
nima aqua eſt terminata: ⁊ ſimiliter de alijs corporibus Cō.32.
ſimplicibus et compoſitis. Et in alio commento dixerat
ꝙ minimum de omni generato eſt terminate quantita-
tis verbi gratia minima pars ignis eſt terminata ſcilicet Cō.91.
minima pars que poteſt eſſe ignis. ¶ Item infra in alio
commento ait. omne enim generabile naturale habet ali-
quam quantitatem naturaliter in initio generationis ⁊ fi
ne. ⁊ iſta quantitas habet extremum ⁊ mediuꝫ verbi gra-
tia. quoniam quantitates embrionū ſunt terminate ſcili-
cet maximi ⁊ minimi. et ſimiliter hominum quantitates
ſunt terminate ſcilicet maximi et minimi. vnde impoſſibi
le eſt augeri in infinitum aut diminui. Nam ſi tranſiue-
rit quantitatem naturalem in diuiſione et in additione
ſtatim corrumpetur ens: actio enim cuiuſlibet entis per-
ficitur per quantitatem et qualitatem terminatam: ſi- Cō.23.
cut eſt diſpoſitio in entibus artificialibus. hec Com- ⁊.62.
mentatores. Similem ſententiam ponit. 8. phyſicorum

Digitized by Google

et pluribus alijs locis. Si queratur autem que partium
huius diſiunctiue ſit tenenda: an ſcilicet dare minimum
in quo poteſt. an maximum in quo non poteſt: videtur mi
hi: ꝙ ſecunda ſit tutior ꝗ̄uis primam magis ſonent ver-
ba Philoſophi: vt pꝫ ex allegatis. intētio tñ eius: ita ſal-
uatur per ſecundā ſicut per primā: vt patet conſideranti.
¶ Quarta concluſio eſt: ꝙ non cuiuſlibet forme que pōt
intēdi ⁊ remitti eſt dare minimū ſeparatū intēſiue. ꝓbo. ⁊
pono ꝙ aliquod lucidum illuminet aerem ſumme diſpoſi
tum ad lumen ſm̄ quātācūqꝫ diſtantiā pōt: hoc poſito ar
guo. omni parte ꝓportionabili huius luminis dati eſt ali
qua remiſſior. (Et loquor de partibus ſm̄ extēſionē ſubie
cti) ergo nō eſt dare minimū lumē intenſiue ſeparatū. pꝫ
ꝯña: qꝛ ſi detur minimum lumē eo nō erit: aliud minus in
aliqua parte medij: aña probatur: qꝛ in caſu dato: nulla
pars medij eſt per totū vniformiter lucida: ſed que remo-
tior eſt minus eſt lucida. Et qꝛ non eſt dare vltimam par-
tem ſimpliciter que ſit illuminata non eſt dare aliquā mi
nime illuminatam/ ſeu remiſſiſſime: ⁊ per conſequēs qua-
libet eſt aliqua remiſſior pars luminis ſitu diſtincta.
¶ Patet ergo ꝙ talis forme non eſt dandū aliqđ tale mi
nimū intēſiue. Et eadē ratione: vt videtur poſſet ꝓbabili
ter dici: ꝙ nullius alterius corruptibilis forme ſuſcipien-
tis intēſionem et remiſſionē neceſſe ſit tale minimū dare.
¶ Contra predicta pōt argui ⁊ maxime cōtra ꝯcluſionē
tertiā quā arguit quidā Doct. Primo ſic. ſicut eſſentiale
eſt q̄̄to poſſe diuidi in partes: ita eſt ei eſſentiale: ꝙ ſingu-
lum eoꝝ in que diuidit̄ poſſit eſſe hoc aliquid. ergo nulli
eoꝝ repugnat per ſe eſſe. conſtat aūt ꝙ oīs forma natura-
lis eſt quāta. ¶ Cōfirmat̄ hec ratio ⁊ ꝯña: tum qꝛ partes
ſunt eiuſdē rōnis quātum ad materiā ⁊ ad formā cū toto
ergo poſſunt habere ꝑ ſe exiſtētiam ſicut ⁊ totū pōt: tū qꝛ
ſi eſſent ꝑ ſe eſſent indiuidua eiꝰ ſpeciei: cuius totū eſt indi
uiduū: abſurdū aūt videt̄: ꝙ aliquid habeat in ſe naturā
illā. vnde ſit indiuiduū/ vel poſſit eſſe indiuiduū alicuius
ſpeciei: ita ꝙ ſibi nō repugnet ex natura poſſe eē īdiuiduū
huius: et repugnet poſſe eſſe ſimpliciter: et hoc ſaltē de il-
lis que nō ſunt accidētia: ſicut ſunt ſubſtantie hōgenee: q̄
non inherent eſſentialiter: tum qꝛ naturaliter partes ſunt
priores toto: ideo nō repugnat eis cōtradictorie eſſe prio-
res tpe. ¶ Scđo circūſcribatur omne ꝯtinēs ⁊ omne cor-
ruptiuū: ⁊ ſit ſola aqua in vniuerſo: quacunqꝫ aqua data
diuidat̄: ſicut poſſibile eſt: qꝛ eſt quāta: hoc facto illa in q̄
ſit diuiſio nō erūt nihila: qꝛ hoc eſt cōtra diuiſionis rōnē/
nec erūt nō aqua: ex ſola rōne diuiſionis: qꝛ tunc aqua cō-
poneret̄ ex nō aq̄s: nō repugnat etiā forme aq̄ illa paruī-
tas q̄ iam eſt in actu: qꝛ ita parua prefuit: lꝫ in toto/ nec ꝑ
ipſam diuiſionē corrūpet̄ aqua: qꝛ circūſcriptū eſt omne
corruptiuū: non ergo videt̄ aliqua ratio intrinſeca quare
forme naturali repugnet: quin ſemꝑ quocūqꝫ ꝑ ſe exiſtēte
poſſet aliqđ minus eſſe per ſe exiſtens: lꝫ forte extrinſeca
īpeditiua talis ꝑ ſe exiſtētie aſſignet̄ cōtrarietas corrūpē
tis. ¶ Tertio ſi eſſet dare tale minimum de forma ſequit̄
ꝙ eſt dare primā partē motus ad formā/ ſeu minimā par
tem forme que pōt īduci per motū: ꝯña pꝫ: qꝛ ſemꝑ prior
pars motus eſt nō ſolū natura: ſed etiā duratione: anteqꝫ
ſit aliqđ ſequentis. Sed ꝯñs ꝓbat iſte Doc. infra in eadē
queſtione eſſe falſum: qꝛ ſi ponatur talis prima pars: illa
erit facta in inſtāti: ⁊ cum agēs preſens exiſtēs poſſit ite-
rum cauſare aliam partē forme equalē ipſi prime. aut il-
lam cauſabit ſimul in eodē inſtanti cū prima: ⁊ eadē rōne
tertiā partē etiā cauſabit ī inſtāti eodē: ⁊ ſic de qualibet:
et per cōſequens totam formā cauſabit in inſtanti: quod
eſt falſum/ aut illam ſecūdam partem cauſabit in alio in-
ſtanti: ⁊ ſic quālibet aliam in alio inſtanti a priore: ⁊ tunc
vel iſte partes erūt cauſate ſine quiete media: et per cōſe-
quens totus motus erit cōpoſitus preciſe ex mutationi-

Contra p̄dicta arguit Scotus.2.ſen. diſ.2.q.9. 5.meta. T.c.18.

a principio p longū p coſum. et T.cō.88.

bus/ vel mutatis eſſe: quod eſt falſum. vt patet ex.6.phy-
ſico. vel inter cauſationē vnius partis ⁊ cauſationem alte
rius erit quies media. Et hoc etiam eſt incōueniens: tum
qꝛ tunc agēs naturale eſſet preſens per tēpus debito paſ-
ſiuo in debita diſpoſitione agendi ⁊ patiendi. Et non age
ret quod eſt inconueniens: tum quia tota inductio forme
compoſita eſſet ex mutationibus ⁊ quietibus: et ſic nulla
eſſet continua: quod eſt falſum. Aut vltimo dicetur ꝙ ſe-
cundam partem cauſat ſucceſſiue in tempore: ſed hoc eſt
valde irrationabile: qꝛ cum cum agens ſit equalis virtu-
tis et eque approximatum paſſo. ſicut primam partē pōt
ſimul inducere: ita inducta illa poteſt aliā illi equalem to
tam ſimul inducere. ¶ Quarto. omne alterans prius al-
terat partem ſubiecti ſibi propinquiorē ꝗ̄ partem remo-
tiorem ab eo. Si ergo ponatur minimum ſubiecti in quo
poſſit introduci forma ab agente/ vel ipſum erit indiuiſi-
bile ſicut punctus: quod eſt impoſſibile: vt etiam patet ſu
pra: vel ſi erit diuiſibile pars eius erit propinquior agen-
ti ꝗ̄ alia ⁊ in propinquiorem prius inducetur forma: ⁊ cū
pars ſit minor toto: ſequitur ꝙ illud non fuit minimum
in quo potuit forma induci/ vel eſt dare minus minimo:
quod eſt īpoſſibile. ¶ Quinto aliqđ ſubiectū pōt parti-
biliter et continue partibilitate extenſiua moueri ab vna
forma contraria in aliam: ⁊ ab vna forma ſubſtantiali in-
cōpoſſibilium in aliam: ſicut lignum approximatum igni
poteſt continue tranſmutari a frigiditatate in calorem: et
a forma ligni in formam ignis: hoc autem non eſſet poſſi-
bile ſi eſſet dare tale minimum ſeparatum: quoniam non
poſſet minus de forma induci ꝗ̄ minima: et nulla mini-
ma induceretur partibiliter: ſed tota ſimul. ¶ Sexto. ar-
gui poteſt cōtra aliud dictum in eodem articulo: dictum
enim eſt ꝙ non eſt dare minimū forme intenſiue: nec con-
iunctum/ ſiue inexiſtens/ ſeu exiſtens in toto/ nec per ſe
ſumptum/ ſeu ſeparatū: et probando aſſumptum eſt ꝙ in
forma nihil eſt indiuiſibile intenſiue. ¶ Contra iſtud po-
teſt argui oſtendendo: ꝙ eſt aliquid indiuiſibile intenſiue
in forma ſic: ſupponatur ꝙ Sortes ⁊ Plato non ſint albi
nunc. ⁊ nunc ambo incipiant eſſe albi: exponendo ly inci-
pit. per negationem preſentis ⁊ poſitionem futuri: ⁊ con-
tinue intendantur eorum albedines equaliter ⁊ vniformi
ter: intenſione per totum tēpus quo intenderetur: ⁊ du
ret intenſio per totum aliquod tēpus vſqꝫ ad inſtans. a. et
in inſtātia. a. Plato moriatur/ vel annihiletur: ſortes ve-
ro viuat: caſus totus poſſibilis eſt: vt patet cuilibet. hoc
poſito: quero an ſortes erit in. a. inſtanti: ita albus preciſe
ſicut Plato erit albꝰ/ aut erit Sortes: magis albus/ aut
minus albus ꝗ̄ Plato erit albus/ non poteſt dici ꝙ erit
Sortes in. a. minus albus ꝗ̄ Plato erit albus: quia poſi
tum eſt ꝙ eorum albedines per totum tempus datum
equaliter intenduntur. Item quia ſi Plato viueret in. a.
eſſet: ita albus preciſe ſicut erit Sortes in. a. ⁊ econuerſo.
Conſtat autem: ꝙ ex hoc ꝙ deſinit eſſe in. a. non erit Sor
tes in. a. minus albus ꝗ̄ Plato/ nec poteſt dici: ꝙ Sor-
tes erit in. a. ita albus preciſe ſicut Plato erit albꝰ: quia
ſi hoc eſſet: ſequeretur ꝙ Plato erit: ita albus preciſe ſi-
cut erit Sortes albus in inſtanti. a. et quia Plato deſi-
net eſſe in. a. ſequitur ꝙ Plato erit in aliquo inſtanti an-
te. a. ita albus ſicut Sortes erit albus in. a. et vltra ſequi-
tur ꝙ Sortes erit: ita albus in aliquo inſtanti ante. a. ſi-
cut ipſemet erit albus in. a. Et vltra. ergo albedo in Sor-
te non continue intendetur per totum tempus vſqꝫ ad in-
ſtans. a. quod eſt contra poſitum. Relinquitur ergo ꝙ ſor
tes erit albior in inſtanti. a. ꝗ̄ Plato erit albus: ergo al-
bedo Sortis quam habebit in. a. erit intenſior ꝗ̄ erit albe
do Platonis: aut ergo illam per aliquam latitudinem
albedinis intenſiuam/ aut preciſe per aliquod indiuiſibi-
le: non poteſt dici per aliquam latitudinem diuiſibilem:

qꝛ ſi ſic:vel illam acquiret ſortes in tempore ante.a. vel in
inſtāti:nō in tēpore ante.a.quia tūc ſortes in inſtanti me-
dio illꝰ tēporis quo acquireretur iſta latitudo exceſſus
eſſet albior ꝙ̄ erit ꝑla.⁊ per conſequens nō per totū tem
pus ante.a.cōtinue equaliter intēderentur eorum albedi
nes:nec poteſt dici:ꝙ illa latitudo exceſſus acquireretur
in inſtāti.a tū quia in motu cōtinuo nullum diuiſibile ac-
quiritur in inſtāti:tū quia cum in tota forma acquiſita a
ſorte per totū tēpus datū vſq; ad inſtans.a.incluſiue non
ſint infinite partes equales huic latitudini exceſſus:alio-
quin eſſet infinita intenſiue:ſequitur ꝙ vniformi intenſio-
ne in aliquo tempore tātū acquireretur preciſe de forma
quantū in inſtanti:⁊ ꝙ minus in aliquo tempore ꝙ̄ in ſua
medietate que ſunt impoſſibilia.Et conſequentia patet:
quoniā diuidatur tota illa forma in partes equales huic
exceſſui ⁊ ſint.10.quelibet decima erit acquiſita in.10.par
T.c.17. te tēporis.Nā tempus ⁊ motus ⁊ id ſm quod eſt motus
equaliter diuiduntur vt patet.6.phyſicoꝝ:⁊ ſic in.10.par
te temporis dati preciſe tātum acquiritur de forma quā
tum in inſtāti.a.Et quia tota intentio eſt vniformis non
plus:ſed tantūdē in quolibet inſtāti acquiritur de forma
⁊ per conſequens tantū acquiritur in.10.parte temporis
quantū in inſtāti.Et per illud quod immediate dictū eſt
cū multa inſtātia ſint in medietate vnius.10.partis tēpo-
ris ſequitur:ꝙ in mediate.10.partis tēporis plus acqui-
retur de forma ꝙ̄ in inſtanti.a.Et vltra ergo plus in me-
dietate.10.ꝙ̄ in tota.10.⁊ ſic plꝰ in parte ꝙ̄ in toto.Relin-
quitur ergo ꝙ albedo quā habebit ſor.in.a.excedit totā
albedinē ꝑla.preciſe per aliquid albedinis indiuiſibile
intenſiue:⁊ habetur propoſitum.videlicet ꝙ in forma hu-
iuſmodi eſt aliquod indiuiſibile intenſiue. ¶ Septimo ſi
non ſit dare minimū intēſiue in forma ſequitur ꝙ poſſibi-
T.c.92. le eſt aliquā formā remitti in infinitū:conſequens eſt fal-
ſum per Philoſophū.6.phy.in fine vbi.d.nulla alteratio
poteſt eſſe infinita ſeu durare in infinitū:immo vniuerſa-
liter nulla trāſmutatio preter lationē circularē. cōſequē-
tia patet pro eo:ꝙ ſi nō ſit minima forma intenſiue nulla
erit remiſſiſſima:ſed quelibet poſt quātūcūq; eius diminu
tionē vel remiſſionē poterit adhuc diminui ⁊ remitti:alio-
Gual.bu. quin deueniretur ad indiuiſibilē intenſiue:⁊ in remiſſibi-
ui trac.de lē:qua minor eſſe nō poſſet:⁊ per conſequēs ad minimā:
intenſiōe. quod eſt oppoſitū poſiti:⁊ cōcedit propoſitū. ¶ Octauo
idē probatur per rationē cuiuſdā Doc.quam dicit in tra-
ctatu de intenſione formarū.ſuppoſito ꝙ contraria diffe-
rant ſpecie:⁊ ꝙ nō poſſint ſimul miſceri demōſtratiue cō-
cludere propoſitū:⁊ eſt ratio hec.quādocūq; eſt motꝰ ab
T.c.69. vna forma ſpecifica ad aliā differētē ſpecie:eſt dare pri-
mū inſtans in quo mobile eſt ſub forma poſteriori.vt pa-
tet.8.phy.⁊ probatur ratione.Nā eſt dare vnū tēpus to-
tum in quo eſt ſub forma priori:⁊ vnū totū in quo eſt ſub
forma poſteriori:⁊ in inſtanti continuante illa duo tem-
pora mobile non poteſt eſſe ſub forma priori:vt.d.Philo
ſophus:⁊ eſt ratio:quia tunc eſſet dare vltimū inſtans rei
permanētis corrupte per alterationem:quod eſt impoſſi-
bile.vt.d.ſe ſupra probaſſe.ergo in illo inſtāti cōtinuāte:
mobile eſt ſub forma poſteriori:⁊ habetur propoſitū. tūc
vlterius queritur:aut forma ſub qua eſt mobile in primo
inſtanti ſui eſſe eſt remiſſiſſima illius forme poſterioris:
aut non?Si ſic.habetur propoſitum. Si non.tūc illa ſpe
cies habet indiuidum remiſſius medium inter formam
priorem:⁊ indiuiduum illius forme poſterioris non remi
ſſiſſimum.Et quia impoſſibile eſt tranſire de extremo ad
extremum niſi tranſeatur per medium:ſequitur ꝙ mobi-
le ante illud inſtans primum fuit ſub forma poſteriori:
quia ſub forma remiſſiori poſterioris ſpeciei:⁊ ita non eſt
dare primum inſtans forme ſpecifice poſterioris:cuius
oppoſitum probatum eſt.

¶ Si dicatur ad iſtam rationem:ꝙ non oportet tranſire
oīa media ad hoc:vt mobile ſit ſub forma poſteriori nō re
miſſa. ¶ Contra.primo:qꝛ ſequeretur:ꝙ poſſet eſſe trāſi-
tus de vna ſpecie ad intēſiſſimum gradū alterius ſpeciei
non pertranſeūdo aliquā formam remiſſam forme poſte-
rioris:qđ videtur impoſſibile.conſequentia patet:qꝛ qua
ratione non oportet tranſire vnum medium:non oportet
etiam trāſire medium aliquod eiuſdem rationis. ¶ Se-
cundo quāuis eſſet poſſibile tranſire ab vno extremo ad
aliud non pertrāſeundo medium aliquod:poſſibile eſt tū
tranſire ab extremo ad extremū:trāſeundo omnia media
eiuſdē rationis.ponaṫ ergo ꝙ mobile tranſeat a calido in
frigidiſſimum per oīa media:tunc eſt dare primū inſtans
in quo eſt ſub frigiditate:aut ergo illa frigiditas eſt remi-
ſſiſſima:⁊ habetur ꝓpoſitum.aut nō eſt remiſſiſſima:⁊ tūc
frigiditas remiſſior erit mediū per qđ trāſiuit:⁊ ſic prius
fuit ſub frigiditate remiſſiori:⁊ ita non erit dare primum
inſtās in quo ē ſub frigiditate. ¶ Tertio trāſiēs de extre-
mo in extremū motu regulari:in medietate tēporis trāſit
medietatem diſtantie inter extrema:et per cōſequens in
toto tpe pertranſit totam diſtantiam:et ita pertranſit oīa
media. ¶ Item philoſophus.2.de aīa.oīm natura con- T.c.41.
ſtantiū ⁊c. ¶ Ad iſta reſpōdeo ad primū quidē ꝙ non eſt Scotꝰ.5.
intētio philoſophi in illa notificatione quāti.ꝙ oē quātū meta.t.c.
ſit diuiſibile in partes.quarum quelibet poſſit per ſe exi- 18.
ſtere ſeparata a toto:abſurdum eñ fuiſſet apud philoſo-
phum ad celum poſſet actu ſecari in partes:⁊ abſurdius
ꝙ ille ſic ſeparate ſubſiſterēt.Sed philoſophus notificat
quātum in cōmuni ad continuū ⁊ diſcretum:ſm ꝙ ibi in-
nuit Cōmentator.⁊ ex textu etiā patet.Nam poſt illā no-
tificationem diuidit quātitatē in ſpecies ſuas. ¶ Et eſt
intentio philoſophi ꝙ omne ꝙ̄tum eſt diuiſibile/ſeu diui
ditur:vt habet trāſlatio cōmenti in ea que inſunt:ſic autē
diuiſibilium quedam ſunt quorum ea in que diuiduntur
ſimul ſumpta ſunt vnū hoc aliquid:⁊ in illo habēt poſitio
nem adinuicē:quedā quoꝝ ea in que diuiduntur nō ſunt
vnū hoc aliquid:ſed ſingulum coꝝ eſt ſm ſe vnū hoc ali-
quid:⁊ vtrolibet modo eſt diuiſibile ipſum eſt:quantum
ideo Philoſophus addit:quorum vtrūq; aut ſingulum
vnum aliquid:et hoc aliquid natum eſt,eſſe:non autē aut 5.meta.t.
vtrūq; ⁊ ſingulum:ſed vtrumq; aut ſingulum. Quod eſt c.18.
diuiſibile in res primo modo ſe habentes dicitur magni-
tudo. Quod autē ſecundo modo diuiditur dicitur mul-
titudo:ſicut dicit ibi Philoſophus ⁊ iſta diuiſio cōuenit
cum illa.ꝙ̄tum diuiditur in continuum et diſcretum.in
predicamentis. vnde vbi noua tranſlatio.5.meta:habet. T.c.18.
dicitur autem multitudo quidem diuiſibile poteſtate in
non continua:habet tranſlatio Commenta. dicitur mul
tum quod diuiditur ſm numerum in rebus diſcretis:ita
ꝙ idem ſignificat illa per diſcreta quod iſta per non con
tinua. ¶ Et notandum ꝙ Philoſophus in ſuperiori de
ſcriptione quāti non ſimpliciter ait vnum:ſed cum adiū
cto vnum aliquid:⁊ hoc ideo quia non cuiuſlibet quanti
ea in que diuiditur/vel ſingulum ipſorum eſt vnum ſim-
pliciter:quinimmo nullum continuum eſt vnum ſimplici
ter:ſed vnum aliquid:vt infra diſtin.24.oſtendetur.ad-
dit autem et hoc aliquid ad denotandum ꝙ talia ſimul/
vel ſingulum ſunt vnum hoc.i.ſingulare et indiuiduum.
¶ Ad confirmationem dicendum hanc conſequentiam
nullam eſſe:partes ſunt eiuſdem rationis ꝙ̄tum ad mate
riam ⁊ formam cum toto:et totū poteſt per ſe habere exi-
ſtentiam.ergo ⁊ partes.Nam forma in toto habet debitā
diſpoſitionem materie:non aūt quelibet pars ſi ſepararē-
tur:qꝛ non haberet determinatam ꝙ̄titatem que eſt pri-
ma diſpoſitio materie inter ceteras. Et iſtud euidēti exē
plo poteſt declarari. nam videmus aliqñ ꝙ animal ſola
diuiſione continuitatis ſue in aliqua parte.verbi gratia.

Digitized by Google

cum ſit vulnus in corde modicū viuit: et tñ poſt vulnus
ante inſtās mortis et ante vulnus eiuſdem rationis erat
quātū ad materiā et formā. Et nihilominus ſine vulnere
diu vixiſſet. ¶ Ex quo patet: ꝙ res naturales nō ſaluan-
tur in eſſe remota debita diſpoſitiōe materie quā ſua for
ma requirit. ¶ Ad aliā confirmationē cū dicit̄ ſi partes
eſſent ꝑ ſe exiſſent indiuidua ſpeciei ꝛc̄. Dicendum ꝙ ſicut
partes inexiſtētes minores minimo poſſibili ꝑ ſe exiſtere
nō poſſunt naturaliter ꝑ ſe eſſe: ita non poſſunt naturali
ter ꝑ ſe eſſe indiuidua illius ſpeciei: cuius eſt totū earū:
vtrūqꝫ ſibi repugnat ex natura ſua. ¶ Ad aliā cum dici-
tur ꝙ partes natura ſunt priores toto. dicendum ꝙ acci-
L.c.16. piendo prius natura ſm ꝙ accipit philoſophus .5. metai.
cū ait. priora ſm naturā et ſm ſubſtātiā dicunt̄ quecūqꝫ
cōtingit eſſe ſine alijs ꝛ illa nō ſine illis: vel hoc intelliget̄
ſm potentiā naturalē: ꝛ tūc dico ꝙ partes de quibus lo-
quimur nō ſunt priores natura ꝙ̄ ſuū totū: quoniā virtu-
te naturali nō poſſunt eſſe ſine toto: vel hoc intelligit̄ ſm
quācūqꝫ potētiā: ſiue naturalē: ſiue ſupernaturalē: qḋ vi
detur iſte doct. intellexiſſe: quia dicit: non repugnat eis
contradictoria eſſe priores tēpore: ꝛ tūc dico ꝙ argumen
tū non eſt ad ꝓpoſitū: quoniā cū ego dico ꝙ eſt dare mi-
nimū rei naturalis quo minus illius ſpeciei ꝑ ſe non po-
teſt exiſtere: intelligo ꝙ virtute naturali non poſſit eo mi-
nus ꝑ ſe exiſtere: nec ſequitur. non eſt dare minimum rei
naturalis ꝑ reſpectū ad potentiā dei: ergo nō eſt dare mi
nimū qḋ naturaliter poteſt ꝑ ſe ſubſiſtere. ¶ Ad ſecundā
rationē dico: ꝙ caſu illo poſito: vel materia tm̄ diuidet̄ ꝛ
forma corrūpet̄: ſicut ad abſciſſionē capitis animalis di
uidit̄ corpus ꝛ anima corrūpitur: et tunc vel aliqua alia
forma inducetur que in quantitate materie partium po-
terit reſeruari: ſicut ad mortē animalis. ſequitur in ma-
teria forma cadaueris vt multi dicunt: vel remanebit ſi-
ne forma ſubſtātiali: vel nullius ibi erit diuiſio. Sed to-
tū āmhilabit̄: ꝙ̄uis hoc nō ſit poſſibile naturaliter: ſicut
nec etiā caſus datus. ¶ Cum autē dicit̄. ꝙ nō repugnat
forme aque illa paruitas que iā eſt in actu: quia ita par-
ua fuit lꝫ in toto. dicendum ꝙ nulla conſequentia eſt. for-
ma aque eſt in hac parua quātitate coniuncta alijs et in
toto exiſtēte: ergo poteſt eſſe in tāta paruitate ſegregata:
ꝛ ſeorſum a toto exiſtēte: ſicut nō ſequit̄. mēbrū animalis
viuit ꝯiūctū corpori. ergo etiā ſectū ꝛ abſciſſum a corpo-
re viuit: vel modica caro viuit cōiūcta: ſeparata ergo vi-
uet. Et ideo nō ſolum ꝓpter īpediēs corruptiuum: vt iſte
doc. videtur innuere nō poteſt quātūcūqꝫ parua pars for-
me ꝑ ſe ſubſiſtere: ſed etiā ꝓpter naturalē ſuā conditionē
que eſt vt debitā quātitatē materie ſiue materiā tātā ha
beat. ¶ Ad tertium poſſet dici. ꝙ ſi nō det̄ minima pars
ſubiecti in qua poteſt forma ītroduci: ſed det̄ maxima in
qua nō pōt: iuxta ſenſum ſupra datū: tūc nō oportet abſo
lute dare ꝑmā partem forme cauſatā: ꝙ̄uis det̄ aliqua
pars ſubiecti cuius nulla pars prius habet formā ꝙ̄ ce-
tere. ſ. maxima in qua nō. Ex quo enim nulla eſt minima
in qua pōt: nō neceſſe eſt aliquā eſſe ꝑmā in qua introdu-
cat̄ forma. ¶ Et vlterius conſequēter diceret̄ ꝙ aliqua
pars demōſtrata forme eſt tota ſimul cauſata: que in nul
lo inſtāti primo cauſata eſt vel fuit. Nā pars informans
maximā partē in inſtāti in qua nō: aut eius aliquā partē
vtrūqꝫ ſimul tota cauſata eſt: et tñ in nullo inſtāti ꝑmo ha-
buit eſſe ſeu fuit cauſata: ꝛ hoc intelligēdū eſt de formis
nō habētibus intēſionē et remiſſionē: quales ſm multas
ſunt omnes forme ſubſtantiales. Sed q2 ſm hoc oporte-
ret dare inſtās vltimū eſſe ꝑcedentis forme poſt qḋ nihil
eius eſſet: aut vtrūqꝫ eſſe ſimul vel ꝓ aliquo inſtāti ſubie
ctum vtraqꝫ carere. Ideo rñdeo aliter ꝛ dico ꝙ quādo in
aliquo corpore carente hac vel illa forma ſm ſpeciē. ver-
bi grā. albedine ita ꝙ nec ipſum nec aliqua pars eius eſt
alba/nec eſt coniunctū alicui albo formaliter introducit̄
albedo: vtiqꝫ eſt dare primam partem albedinis introdu-
ctam totā ſimul: nō quidē per motū: ſed per mutationem
que eſt finis precedētis motus: quo ſubiectū diſponebat̄
ad albedinē: ꝛ hoc modo poſſet quis dicere ꝙ eſſet intro-
ducere per motū: q2 motus diſpoſitiōis preceſſit: ſicut ali-
qñ dicit̄ ꝙ res generatur in tp̄e: ꝙ̄uis ꝓductus forme ſub-
ſtantialis ſit in inſtanti. Et cū querit̄: an ſcḋa pars forme
equalis prime introducat̄ in tp̄e/vel in inſtāti. hoc poteſt
intelligi/vel de parte extenſiua/vel intenſiua. Et dico ꝙ
vtraqꝫ (ſi vtrāqꝫ habeat) forma introducit̄ in tp̄e imedia-
te illi inſtāti in quo eſt introducta prima pars. Dico tñ ꝙ
illa prima pars primo introducta nō eſt minima intēſiue
nec extēſiue. Et cū vlterius dr̄ hoc eſſe irrationabiliter di
ctū: q2 cū agens ſit equalis virtutis ꝛ eque approximatū
paſſo ꝛc̄. Dico ꝙ iſtud non eſt irrationabiliter: ſed veraci-
ter dictū: qḋ exēplo ſenſibili declarari pōt. Ponatur eñ
ſicut eſt poſſibile. ꝙ aliqḋ corpus luminoſum ſubito gene
retur/vel creet̄ in aere: illud illuminabit aerē vſqꝫ ad de-
terminatā diſtantiā in inſtanti. vt ſupra ꝓbatum eſt. ꝛ ſit
diſtātia illa .10. cubitoꝝ. conſtat aūt ꝙ in .10. cubito non in-
troducet lumen: ita intenſum: ſicut in primo ſibi ꝓximo:
immo multo minus: ꝛ ſit gratia exēpli ꝙ in decimo min⁹.
Et ponatur cū hoc ꝙ illud corpus luminoſum motu con
tinuo moueat̄ verſus decimū cubitum quouſqꝫ ſit ita ſibi
proximū: ꝛ tm̄ illuminet ipſm ꝙ̄tum illuminauit in inſtan
ti ſue generatiōis cubitum primū. oīa hec ſunt poſſibilia
hoc poſito poſt illud ꝑmū iſtās in .10. cubito erunt nouē
partes equales inter ſe: ꝛ illius primi luminis introducti
in ipſo: ꝛ ſic oēs erunt .10. ꝛ quelibet equalis cuilibet alia-
rū: ꝛ cū prima pars fuit introducta in inſtāti: ꝛ nulla alia
rum fuit introducta in inſtāti: ſed quelibet in tp̄e. alioqn
illa intēſio non fuiſſet cōtinua: cuius oppoſitū ꝓbatū eſt
in primo articulo. ¶ Item corp⁹ illud equalis virtutis
fuit poſt primū inſtās ꝛ nō minoris: ꝙ̄ fuerit in primo in-
ſtāti. Et nō minus: ſed plus approximatū paſſo: ꝙ̄ in pri-
mo inſtāti. Et ſicut dictū eſt de partib⁹ ſm intēſionē: ita
poteſt cōtingere ꝛ frequēter cōtingit: imo vt in pluribus
de partibus ſm extēſionē. Que aūt ſit cauſa nō eſt opus
dicere ad preſens. Sufficit enim pro nūc ſcire: q2 ita eſt.
Quāuis ꝓpter quid hoc ſit forte non ſit ſatis in prōptu.
¶ Ad quartum dicendū ꝙ nō ſemꝑ agens prius alterat
partē ſibi ꝓximiorē: ſed aliqñ aliquā alterat totā ſimul: ꝛ
hoc qñ nulla pars eſt illius ſm ſe ſuſceptiua forme intro-
ducēde per ipſm agens. Quod cōtingit qñ ſubiectum in
quo forma introduci debet caret penitus illa forma ſm
ſpeciē: nec alicui ſimilem formā habenti eſt coniunctum:
ſicut in ſequenti reſponſione magis patebit. ¶ Ad quin-
tū dicēdū ꝙ corpus in quo debet forma aliq̄ ītroduci po-
teſt tripliciter ſe habere ꝙ̄tum ad ꝓpoſitum ſpectat. Nā
aliquādo illud corpus/nec ſm totum/nec ſm aliquā par
tem eius eſt informatū forma talis ſm ſpeciem/neqꝫ con
iunctum alicui forma tali informato. ſicut verbi gratia.
cum forma ignis introducitur in ſtipulam/vel ſtupā per
radium ſolarē/vel cum aliquod corpus non actu album
proiectum in ignem fit albū. aliquando autem corpus in
quo introducenda eſt forma eſt tale ſm partem ꝛ non ſm
totum: ſicut cum in aliqua parte materie que fuit ſub for
ma ſtupe iam introducta eſt forma ignis: aliquādo vero
tale corpus/nec eſt tale ſm totum/nec ſm partem: eſt ta-
men coniunctum alicui tali. verbi gratia. cū lignum pro-
iectum eſt in ignem. In primo caſu dico ꝙ ſubiectum nō
totum mouetur partibiliter: ſed ſm aliquā partem totū
ſimul ꝛ primo tranſmutatur: ſm alias vero partes poteſt
moueri poſtea ſucceſſiue. In ſecundo caſu dico ꝙ poſſi-
bile eſt ſubiectum tranſmutari partibiliter ꝛ continue: et
tunc non eſt incōueniens ꝙ minor pars ꝙ̄ minima forme

Digitized by Google

introducatur: quoniam non ipſa ſeorſum: ſed coniuncta priori et preexiſtēti habet eſſe. In tertio autem caſu propter eādem rationem dici poteſt ꝙ aliquādo totū ſubiectum trāſmutetur partibiliter etiā continue: ita ꝙ non ſit dare primā partē forme introducte. Nam tunc pars de nouo generata eiuſdem eſt nature cū generāte ꝛ ſibi continua: ꝛ cum eo conſtituens aliquod totum vnum numero: ꝛ per conſequens non ſeorſum actu ſeparata exiſtens. ¶ Iſtud patet in ſimili quantum ad hoc in nutritione et augmento animatorum. Nam humiditas cibalis diuiſa et miſſa ad ſingulas partes minimas ſm formā aliti: minoris eſt quātitatis ꝙ̄ partes ille minime quibus coniuncta eſt ſiue ſint partes minime carnis ſiue ſanguinis aut aliorum alicuius. alioquin ſi eſſet quelibet pars humiditatis cibalis ſic miſſe equalis quātitatis cum parte aliti cui iūgitur quādo illa eſſet cōuerſa alitum eſſet auctum in duplo ſiue maius eſſet in duplo: ꝙ̄ ante cōuerſionem. qḋ ad ſenſum patet falſum: ꝛ tamen non obſtāte ꝙ ſit minoris quātitatis ea minima cui coniūgitur. verbi gratia. minima parte carnis: ſuſcipit tamen in ſe materia illa formā carnis in qua ſi ſeorſum per ſe exiſteret non poſſet forma carnis per ſe introduci: ꝛ ita poteſt contingere in partibus pluribus. ¶ Ad ſextū dico ꝙ in caſu illo Sor. erit albior in a. ꝙ̄ Plato erit albus per nihil tamē albedinis preciſe erit albior in a. ꝙ̄ Plato erit albꝰ: nec per aliquē exceſſum albedinis determinatum diuiſibilem vel indiuiſibilem erit albior ꝙ̄ Plato erit albꝰ: et cauſa eſt: quia non erit aliquis maximus gradus albedinis vel maxima latitudo ſeu maxima albedo per quā Plato erit albus: ꝛ ꝙ in nullo inſtanti Plato erit tm̄ albus quin poſt illud erit albior: qꝛ ſm caſum nullum vltimum inſtans erit in quo erit albus: ꝛ per conſequēs in nullo inſtāti erit maxima albedo Platonis vel ſumma vt dicebatur. Idcirco cum comparatur albedo Sor. quā habebit in inſtanti a. ad albedinem platoni: nullus eſt determinatus exceſſus quo illum excedat ꝑciſe. Si autem compararetur albedo quā Sor. habebit in a. ad albedinē vel partem aliquā determinatā albedinis quā habebit Plato in aliquo inſtāti demonſtrato hoc vel illo ſingulariter qḋ ſit b. vel d. tunc aliquis vtiqꝫ daretur determinatus exceſſus albedinis Sortis ad albedinē Platonis: et ille exceſſus eſſet aliqua latitudo diuiſibilis albedinis que acquireretur in tempore ante a. ꝛ in inſtanti a. erit complete acquiſita. ¶ Et ſi dicatur Sor. erit albior in a. ꝙ̄ Plato erit albus vt cōcedit. ergo Sor. erit per aliquod albedinis albior in a. ꝙ̄ Plato erit albus: ꝛ vltra. ergo ꝑ aliquid Sor. erit albior in a. ꝙ̄ Plato erit albus. Aliqui cōcedūt primā conſequētiā ꝛ negāt ſecūdā. Et ratio quare ſecūda cōſequētia nō valet eſt: qꝛ ly. aliquid. in antecedente ſupponit cōfuſe tm̄: in ꝯſequēte vero determiate. ¶ Poſſet tamē rationabiliter concedi ſm vnum intellectū ꝙ ꝑ aliquid erit Sor. albior in a. ꝙ̄ Pla. erit albus. qꝛ ꝑ totā albedinē ca thegoreumatice quā habebit in a. erit albior ꝙ̄ Pla. erit albus. Sed ſi ly. aliquid. ſtaret ꝓ exceſſu tm̄ quo. ſ. ꝑciſe albedo Sor. diceretur excedere albedinem Pla. tunc illa negāda eſſet ꝛ ſimiliter ſecūda cōſequētia. ¶ Notādū tm̄ ꝙ id qḋ dixi de cōparatione albedinis Sor. ad albedinem Platonis verum eſt ſuppoſito ꝙ in inſtāti a. albedo Platonis nō ſit: ſicut etiam ipſe Plato ponitur non eſſe. Si autem in inſtāti a. Plato nō eſſet: albedo autem que acquirebatur a Platone in tempore immediato eſſet: illa eſſet equalis albedini Sortis. Sed tamen adhuc concedi debet ꝙ Sor. erit albior: ꝙ̄ Plato erit albus: per nihil tamen albedinis preciſe erit albior: ꝙ̄ Plato erit albus: qꝛ in nullo inſtanti Pla. erit maxime albus: ſicut dictum eſt. Exemplum horum poteſt poni in motu locali: ponatur enim ꝙ Sor. et Plato nunc non moueantur: ſed incipiāt moueri a puncto a. ſpatij et eque velociter moueātur ꝛ regulariter ꝑ aliquod tempus vſqꝫ ad inſtās b. et in inſtāti b. annihiletur Plato: non autem Sor. hoc poſito verum eſt dicere ꝙ Sor. magis diſtabit a puncto a. ſpatij in inſtāti b. ꝙ̄ diſtabit Plato: et ꝑ cōſequens Sor. diſtabit per maiorem diſtātiā vel maius ſpatium: ꝛ tamē ſi queratur ꝑ quid ſpatij preciſe: ſpatium quo diſtabit Sor. ab a. in inſtāti b. erit maius ꝙ̄ ſpatiū quo diſtabit Plato: dari non poteſt: quia non per aliquod indiuiſibile. Nam per indiuiſibile preciſe vnum ſpatium non eſt maius alio: nec per ſpatiū diuiſibile: qḋ poteſt ſimili modo probari: ſicut ꝓbatur in argumēto ꝙ per nullā latitudinem albedinis albedo Sor. quā habebit in a. excedet albedinem quā habebit Pla. Et ratio huius eſt: qꝛ nulla erit maxima diſtantia ſiue maximum ſpatium in quo Plato diſtabit a pūcto a. ¶ Ad ſeptimum cum dicitur ꝙ eſſet poſſibile aliquā formā in infinitū remitti. Reſpondeo concedendo conſequens ſic ſimpliciter ſumptum. Nam deus poſſet deſtruere medietatem latitudinis intenſiue ipſius forme in vna hora continua: et in alia hora immediate ſequente deſtruere medietatem medietatis remanentis: ꝛ in tertia hora medietatem reſidui: ꝛ ſic ſemp continue tardādo in duplo deſtructionem: conſtat autem ꝙ ſi ſic faceret: ſicut eſt ſibi poſſibile talis remiſſio perpetua duraret: nec dictum Ariſto. acceptari debet contra potētiam dei. Si tamen intelligatur ꝙ poſſibile eſſet formam remitti in infinitum per agens naturale. nego conſequentiam. Et eſt ratio quia ſi agens naturale remittat formā: aliquā partē illius forme remitti in aliqua parte tꝑis ꝛ in alia parte tꝑis equali imediate ſequente remittit equalē vl' maiorē partē forme: cū magis vel ſaltē eque poſſit ſuper paſſum et formā illā in ſecunda parte temporis ꝙ̄ in prima: et cum in forma non ſint infinite partes equales tales remiſſio non durat perpetuo: nec probatio conſequentie valet. Concedo enim ꝙ ſi remiſſio forme duret quouſqꝫ forma totaliter corrumpatur nunqꝫ deuenitur ad remiſſiſſimā neqꝫ ad īdiuiſibilem: quinimmo poſt quālibet remiſſam eſt remiſſior: ꝛ poſt quodlibet iſtās in quo eſt forma remiſſa adhuc eſt remiſſio: nec eſt dare inſtās in quo ſit remiſſiſſima. Sed ex hoc non ſequitur ꝙ remiſſio duret in īfinitum. i. eternaliter: ſed ſatis cito finietur. ſ. in inſtanti in quo primo nihil forme erit: ſeu in quo primo erit quelibet pars forme corrupta. Et eſt ſimile in motu locali. Nam ſicut in forma non eſt minimum intenſiue: ſic nec in ſpatio eſt minimum extenſiue: nec tamen receſſus corporis a ſuo loco eſt perpetuus: quis in nullo inſtāti ipſum retineat minimā partem loci in quo erat: nec eſt aliquod inſtans vltimū in quo ipſum habeat ſm aliquod ſui aliquam partem prioris loci: quia tamen eſt aliquod inſtās primum in quo nullam partem habet eius: adeo receſſus ab illo non eſt perpetuus. ¶ Ad octauam rationem dico primo. ꝙ etiam ſuppoſitis illis duobus fundamentis illa propoſitio aſſumpta non eſt vera: cum enim forma aliqua partibiliter et continue acquiritur non eſt dare primum inſtans in quo aliquid eius vel ipſa eſt: ſic ꝙ ante nihil eius fuerit: ſm quem ſenſum videtur ratio iſta procederet. Sed ſi ſit motus ex forma contraria in formam contrariam et illa partibiliter et continue corrumpatur: hec autem etiam partibiliter et continue generetur erit dare vltimum inſtans prioris forme in quo. ſ. ipſa erit tota: et immediate poſt non erit tota: ꝛ illud inſtans vltimū in quo corrumpenda forma eſt tota: eſt vltimum inſtans non eſſe forme generāde: in quo. ſ. nihil eius eſt: et poſt qḋ immediate aliquid eius erit: ꝛ ſicut prioris forme non eſt dare primum inſtans in quo ipſa non eſt tota: ſic ſequentis non eſt dare primum in quo eſt aliquid eius. Et tunc ad rationem factam ad probandum illam propoſitio-

Digitized by Google

nem. Dicendum ꝙ tempora iſtarum formarum poſſunt dupliciter accipi. vno modo vt ſumatur totum tempus in quo ſubiectum ſm quālibet partem ſuam eſt ſub forma priore: et ſumatur totum tempus quo ſubiectum ſm quamlibet partem ſuam eſt ſub forma poſteriore: ⁊ tunc dico ꝙ iſta tempora non conſequēter ſe habent: ſed inter illa eſt tempus medium in quo. ſ. ſubiectum ſm aliquam partem ſuam eſt ſub priori forma ⁊ ſm aliquā ſub poſteriori: et illud eſt tempus in quo fit tranſmutatio ab vna forma in aliam. Primum autem tempus ſumptum eſt tempus precedens tranſmutationem: et ſecundum tempus ſumptum eſt tempus qđ ſequitur trāſmutationem. Alio modo poſſunt ſumi iſta tempora ſic: vt ſumatur totum tempus in quo ſubiectum eſt ſm totum vel ſm aliquam eius partem ſub priori forma: et totum tempus in quo ſubiectum eſt ſm totum vel ſm aliquam eius partē ſub forma poſteriori. Et dico tunc ꝙ iſta tempora non totaliter ſe excludunt: ſed partialiter includunt. Nam tempus ſic ſumptum prioris forme eſt tempus aliquod cuius pars fuit anteq̃ inciperet tranſmutatio: et alia pars eſt tempus in quo fit tranſmutatio. Nam in toto tempore tranſmutationis ſubiectum ſm aliquā partem eſt ſub forma priori: ipſum vero tempus poſterioris forme ſic ſumptum includit tēpus in quo fit tranſmutatio et tempus immediate ſequens tranſmutationem. Et ſi tunc dicatur: ꝙ tunc ſubiectum ſimul eſſet ſub formis cōtrarijs. dicendum ꝙ verum eſt ſm aliam et aliam eius partem: qđ nunq̃ apud aliquem nec apud doctorem: cuius eſt ratio facta: fuit reputatum inconueniens. Et ſic patet: ꝙ iſta propoſitio non eſt vniuerſaliter vera: ſed tunc habet veritatem quando ſubiectum ſimul ſm quālibet partem ſuam: et non prius ſm vnā q̃ aliam tranſmutatur ad formam in quo caſu ſuppoſito ꝙ ille forme nō poſſunt ſe cōpati in eodem ſubiecto primo: verum eſt dictum eius: et eſt ratio: quia tunc tempus in quo ſubiectum eſt ſub forma priore non eſt idem cum tempore in quo eſt ſub poſteriore: propter incompoſſibilitatem formarum: neq̃ inter illa tempora eſt tempus medium in quo. ſ. ſub neutra ſit: cum ponatur ſubiectū immediate ex vna in aliā trāſmutari. idem ergo continuat vtraq̃ tempora: ſed in illo inſtāti non poteſt ſub priori forma: quia tūc daretur vltimum inſtans forme in quo ipſa vel aliquid eius eſt et poſt immediate nihil eius eſt: qđ non eſt poſſibile naturaliter: vt ſupra probatum eſt. ergo in illo inſtanti eſt ſub forma poſteriori et habetur propoſitum: et ſic intelligēdus eſt philoſophus. 8. phyſi. Uerūtamen in hoc caſu adhuc ſtat ratio contra hoc: cum poſuerint ꝙ eſt dare minimum extenſiue in quo forma poteſt ſeorſum ſaluari: ⁊ ideo adhuc eſt aliter reſpondendum. Sed ideo iſta dixi vt intelligatur quomodo illud dictum habeat veritatem: et quomodo. Secundo ergo conceſſo ꝙ talis forma habeat primum inſtans ſui eſſe. Dico ꝙ illa forma non eſt remiſſiſſima: ſed eſt in illa ſpecie vel eſſe poteſt aliqua remiſſior. ¶ Et vlterius dico ꝙ non eſt neceſſe ꝙ ſemper ſubiectū ſit prius ſub medio q̃ ſub extremo: nec in qualibet tranſmutatione qđ trāſmutatur prius perueniat ad medium q̃ ad extremum: q̃uis hoc ſit vniuerſaliter verum cum corpus tranſmutetur ſm locum: et ſic intelligendum eſt dictum philoſophi et patet inſtantia. Nam cum lux generatur in inſtanti generationis corporis luminoſi: illa lux non eſt minima: qđ patet: quia poteſt remitti per remotionē corporis luminoſi a parte medij in quo eſt lux qđ euidenter verum eſt: ſaltem de luce que eſt genita in parte proxima corpori luminoſo: et tamen illud ſubiectū non primo fuit ſub luce minori. ¶ Confirmatur. quia quanto corpus luminoſius eſt: tanto in inſtanti lumen intenſius cauſat. ¶ Preterea. Uidemus ꝙ ſubiectum tranſmutatur de vna ſpecie in aliam extremam: et tamen non prius tranſit per omnes medias ſpecies q̃ veniat ad extremam: immo aliquando per nullam: ſicut patet: quando capilli magis caneſcunt: vnde nō prius fiunt virides ⁊ rubei q̃ fiāt albi. ergo multo magis videtur poſſibile vel ſaltem non minus ꝙ in eadem ſpecie non ſit neceſſarium ſubiectum prius eſſe ſub quolibet medio: q̃ ſub extremo. ¶ Ad illud quod contra hanc reſponſionem arguitur. dico ꝙ ſi ſit dare intenſiſſimum gradum forme non eſt impoſſibile aliquando fieri tranſitum ad intenſiſſimum non tranſeundo prius per aliquod remiſſius. vñ ſi aliquod corpus poteſt inducere in mediū lumē intēſiſſimū: ita in inſtāti introducet: ſicut aliud corpus minoris virtutis illū inando introducit in inſtāti lumē ſibi ꝓportionatū. ¶ Et ſimiliter dico ꝙ ſi aliquod ſubiectū eſſet diſpoſitū ad ſummū calorē agens potens ſummū calorem inducere ipſum cauſaret non cauſando prius minorem. ¶ Ad ſecundum cum dicitur ꝙ ſaltem eſt poſſibile ꝙ ſubiectū tranſeat per omnia media. dico ꝙ verū eſt: ſed tunc forma nō habebit primū iſtans eſſe: nec erit dare partem primā forme introductam: ſicut mobile in motu locali trāſit ſucceſſiue per omnia media: ⁊ tamen non eſt aliquod minimū ſpatiū ab eo tranſitū: neq̃ aliquod etiā primo tranſitū: quia etiam non eſt primū inſtans in quo ſit acquiſitū aliquid ſpatij. ¶ Et ꝙ hoc ſit poſſibile de forma: patet in ratione quarte concluſionis tertij articuli. Ubi ergo datur primū inſtans in quo eſt aliquid forme: ſic ꝙ ante nihil eius fuit non tranſit ſubiectū ſucceſſiue per oīa media: quia hec non ſunt cōpoſſibilia: q̃uis vtrunq̃ ſit poſſibile ſm ſe: ſicut ſi deus aliquod corpus transferret ſubito de loco. a ad locum. b. tunc daretur primū inſtans in quo eſſet in loco b. ſed tunc non eſſet verū ꝙ prius transferret per omnia media inter a. et. b quia in inſtanti non eſt prius ⁊ poſterius: nec tunc in illo inſtanti eſſet mutatū ad primū medium ſeu minimū ſpatiū: cū nullū huiuſmodi ſit: ſic in propoſito de forma. ¶ Ad tertiū reſpondeo eodem modo: ꝙ tunc tranſit omnia media: ſed tamen non ſequitur ꝙ ſit dare primum vel minimū medium: ſicut patet de localiter moto quod tranſit omnia media ſpatia: ⁊ tamen nullū eſt primū vel minimū ſpatiū: nec eſt primū aliquod inſtans in quo primo peruenit ad aliquod mediū: ſic in propoſito de forma quā dico diuiſibilē eſſe in infinitū intenſiue: ſicut ſpatiū extenſiue. ¶ Dictū etiā philoſophi quod inducunt nullo modo eſt ad propoſitū: tū quia non loquitur de augmē- 2. a. tex.
to intenſiuo: ſed extenſiuo tantū: vt ibi patet: tū quia nec Cō. 41.
de tali augmento loquitur vniuerſaliter in omnibus augmentationibus: ſed ſolū in ſubſtantijs animatis que in ſeipſis habent principium nutritionis ⁊ augmenti. Et tales dicit habere tm̄ terminū naturalē augmēti ⁊ ꝓpterea negat ignē eſſe pricipium augmenti in talibus rebus: q̃ ignis ſi cōbuſtibile haberet creſceret vltra omnē quantitatē taliū rerū. vnde dicit ꝙ creſceret in infinitū ideſt indeterminatū: per reſpectū ſcilicet ad quēlibet ſpeciē vegetabiliū ⁊ augmentabiliū naturaliter. Utrū autē ignis quantū ad ſuā ſpeciē habeat terminū naturalē ſui augmenti vltra quem creſcere non poſſet etiam habito combuſtibili non eſt preſentis propoſiti perſcrutari.

Quantum ad quartū articulū. An ſcilicet i qualibet intenſione ſit dare primū intenſum eſſe. Pono tres concluſiones prima eſt. ꝙ non in qualibet intenſione eſt dare primū intenſum eſſe ſecunda ꝙ nec in qualibet remiſſione eſt dare primū remiſſū eſſe tertia eſt. ꝙ in aliqua intenſione contingit dare primū intenſum eſſe: ⁊ in aliqua remiſſione primum remiſſum eſſe.

¶ Prima concluſio patet: ſtatim ex eo: quia videmus ꝙ aliqua pars aeris remiſſe lucida continue fit magis lucida ad continuam approximationem corporis luminoſi:

Te.c.69.

in tali autem intenſione continua impoſſibile eſt dare pri
mum intenſum eſſe: ſiue quod idem eſt: impoſſibile eſt in
aliquo inſtanti dicere: nunc primo lumen eſt intenſum in
hoc ſubiecto: aut ſubiectum hoc nunc primo eſt factum
magis lucidum: ſicut impoſſibile eſt dicere nunc primo
corpus luminoſum eſt factum magis propinquum huic
parti aeris: aut nunc primo eſt mutatum verſus eam: vt
iam declaratum eſt. ¶ Secunda etiam patet: ex eo ꝙ vi
demus aliquam partem lucidam per continuam elonga
tionem corporis illuminantis continue fieri minus luci-
dam. in qua remiſſione impoſſibile eſt dare primum re-
miſſum eſſe: ſicut in motu corporis illuminantis impoſſi-
bile eſt dare primum mutatum eſſe. ¶ Secunda conclu
ſio probatur: quoniam in ſubiecto habente aliquam for-
mam non in ſummo poſſet deus in inſtanti creare aliquã
partem forme eiuſdem ſpeciei: ⁊ in tempore ſequente im-
mediate partibiliter et cõtinue creare in eodem ſubiecto
aliquam partem: quo poſito totalis intenſio huius forme
comprehendens illam ſubitam et ſucceſſiuã haberet pri
mum intenſum eſſe: in inſtanti enim dato illa forma pri-
mo eſſet intenſa ꝗuis illa partialis intenſio que ponitur
tota continua non haberet tale primũ intenſum eſſe. vtrũ
autem he poſſint dici ⁊ debeant vna intenſio vel due non
curo pro nũc. ¶ Similiter poſſet deus aliquam partem
forme corrumpere in inſtanti: et in tempore immediato
reliquam ſucceſſiue corrumpere: et tunc ſm intellectum
premiſſum in inſtãti dato illa forma eſſet primo remiſſa.
¶ Contra dicta huius articuli dubitationes fieri poſ-
ſent: ſed earum ſolutiones patebunt ex ſolutionibus prin-
Ad pͥmas rõnes pͥn. in pͥnci- pio. q. cipalium rationum queſtionis. ¶ Ad primam ergo ra-
tionem principalem dicendum ſm proprietatem ſermo-
nis loquendo: nulla forma augmẽtatur: nec intenſiue nec
extenſiue: ſicut ſatis bene probat ratio: nec etiam ſuſcipit
magis et minus: ſiue hoc intelligatur de ſuſceptione rea-
li: ſicut accidens ſubiectum ſuſcipit. Nam cõſtat ꝙ pars
forme preexiſtens non ſuſcipit hoc modo partem adue-
nientem: nec de ſuſceptione logicali ſm predicationem:
quoniam forma. verbi gratia. albedo non fit magis albe-
do: ꝗ fuit prius: nec eſt magis albedo ꝗ alia: nec eadem
vno tempore eſt magis albedo ꝗ alio: ꝗuis hoc modo
poſſet concedi ꝙ ſuſcipit magis et minus: quia vna albe-
do eſt maior intẽſiue ſiue perfectior ꝗ alia: et albedo que
nunc eſt in ſubiecto maior eſt: ꝗ albedo que prefuit: non
tamen eadem albedo numero nũc eſt maior et prius fuit
minor: ꝗuis albedo que prefuit nunc ſit minor ꝗ ea que
nunc eſt: ſicut pars minor eſt ſuo toto: ſed loquẽdo ſm in-
tellectum recte ſentientium in propoſito cum dicitur ꝙ
forma augmentatur vel intenditur aut ſuſcipit magis:
non eſt aliud intelligendum: ꝗ ꝙ forme exiſtenti in ſubie
cto additur aliqua forma ſimilis cum ea faciens per ſe
vnum et conſtituẽs vnam formam eiuſdem rationis ma-
iorem intẽſiue ſeu perfectiorem: ꝗ eius pars preciſe que
prefuit: et per quam ſubiectum eſt magis tale ꝗ erat per
eam quam prehabebat. ¶ Similiter cum dicitur ꝙ for-
ma remittitur vel minuitur aut ſuſcipit minus: intelligi
debet ꝙ aliqua pars forme tollitur propter quam forma
remanens eſt minor ſeu imperfectior et ſubiectũ eſt poſt
minus tale ꝗ fuit: et ſimili modo intelligendum eſt cum
dicitur formam augeri extenſiue ſeu extendi. Nam ad-
ditur in illa parte ſubiecti forma eiuſdẽ rationis faciens
cum priori vnam formam continuam que eſt maior et
extẽſior ꝗ prior. Et ſubiectum eius eſt magis tale. ſic ſuo
modo de diminutione dicendum. ¶ Ad ſecũdam ratio-
nem reſpondeo negãdo antecedens: qđ eſt: ꝙ in qualibet
intenſione eſt dare primum intenſum eſſe. ⁊ cum hoc pro-
Te.c.49. batur per Philoſophum. 6. phyſi. qui vult vt arguitur ꝙ
in alteratione eſt dare primũ alteratum eſſe: dicẽdum ꝙ
iſtud non eſt verum: immo potius oppoſitum poteſt ha-
beri ibidem proximo cap. vbi vult ꝙ in omni motu ⁊ loca T.c.59.
li ⁊ augmẽtationis ⁊ alterationis ⁊ generationis quod-
libet mutatum eſſe precedit moueri: et etiam mutatum
eſſe. i. ante quodlibet inſtans in quo vere dicitur hoc eſt
mutatum: verũ fuit dicere hoc mouetur: et ſimiliter fuit
verum dicere hoc eſt mutatũ: ꝗuis non ſemper ſm ean-
dem ſpeciem tranſmutationis: vti ibi declarat Cõmen- Coñ.59.
ta. Eſt tamen intentio philoſophi in illa parte vbi allega-
tur ꝙ ex eo ad quod eſt motus localis vel augmenti non
eſt aliquid primo acquiſitũ mobili: ex eo autem ad quod
eſt alteratio: vt albedo vel alia qualitas eſt per ſe pri-
mum dare acquiſitũ mobili: quod eſt intelligendum quã-
do mobile primum nec ſm totum nec ſm partem erat in
forma cum tali ſpecie qualitatis: nec alicui tali coniun-
ctum: vt ſupra dictum eſt: ⁊ hoc verum eſt ſi quelibet for-
ma talis naturalis ſibi determinet minimam quãtitatem
ſubiecti: in qua poteſt ſeorſum per ſe exiſtere: vt ſenſit phi
loſophus: quoniam tunc in tanta parte ſubiecti ſimul for
ma introducitur: ⁊ per conſequens ex forma ad quam eſt
motus habetur prima pars ſm extenſionem: quia de ta-
li parte loquitur: ibi Philoſophus et ſimiliter Commen- T.et cõ.
ta. vt expreſſe ibi patet. Huius autem prime partis gene 49.
rationem precedit tranſmutatio ſui primi ſubiecti ſm for
mam oppoſitam. verbi gratia. nigredinem vel rubedinẽ.
Nam ſubiectum debens albefieri aliquo colore contra- T.et c.6.
rio extremo vel medio informatum eſt: vt patet. 5. phyſi.
et prius ille color remittitur donec corrũpatur totaliter ⁊
in inſtanti quo primo color ille cõplete corruptus eſt in-
ducitur albedo in illo ſubiecto. Ex quo patet: ꝙ non quã-
do prima pars albedinis generatur ſubiectũ eius eſt pri-
mo alteratum: ſed prius alterabatur: ⁊ prius fuit altera-
tum: ꝗuis ſm aliam ſpeciem qualitatis. Si autem ſuma
tur alteratio ſm aliquam qualitatem ſolum pro ipſa ge-
neratione vel introductione dicte qualitatis: ſicut eſt da-
re inſtãs in quo eſt introducta prima pars qualitatis pre-
dicte: ſic concedi debet ꝙ eſt dare inſtans in quo ſubiectũ
eſt primo alteratũ ſm eſſentiam talis qualitatis. Ex hoc
tamen non probatur antecedens illud: tum quia non in
qualibet alteratione hoc accidit. Nam frequenter gene-
ratur forma in aliqua parte ſubiecti ⁊ non eſt dare primã
partem illius forme genitã: quod eſt verum: tam ſm par-
tes intenſiuas ꝗ ſm extenſiuas: ſicut ſupra declaratum
eſt: tum quia eſto ꝙ detur inſtans in quo aliquod ſubie-
ctum primo factum eſt album: non tamen ſequitur ꝙ de-
tur inſtans in quo ipſum primo factum ſit magis album
intenſiue aut maius album extenſiue. Nam poſſibile eſt
ꝙ aliqua forma introducatur in inſtanti: ⁊ in tempore in-
tendatur vel extendatur ſm verum intellectum horum
terminorum qui premiſſus eſt. Et hoc ſiue tempus inten-
ſionis vel extenſionis ſit immediatum illi inſtanti ſiue
non: et ideo illa prima generatio ſubita prime partis for-
me nec eſt intenſio nec pars intenſionis: ſed potius que-
dam mutatio que eſt finis ⁊ terminus precedentis muta-
tionis ſm mentem Cõmentato. 6. phyſic. aut ſi aliqua ta- Cõ.59.et
lis ſit que non ſequatur alium motum precedentem ipſa 32.
erit quedam generatio tantum ⁊ non augmentatio inten-
ſiue vel extenſiue: ⁊ in illo inſtanti ſic erit genita ꝙ non in-
tenſa nec extenſa: et ſubiectum ſic tunc erit album et fa-
ctum album: ꝙ non magis vel minus album: vt dictum
eſt. Ex quo patet ꝙ illa vniuerſalis propoſitio que eſt an-
tecedens non probatur ſufficienter. ¶ Ad tertiam cũ di-
cit. ꝙ cuiuſcunqꝫ forme acquiſite de nouo ꝑ motũ eſt da-
re primum inſtans eſſe. Reſpondeo ſm diſtinctionem ſu-
pra datam de primo inſtanti eſſe forme. Nam ſi illud in-
telligatur primum inſtans forme: in quo ipſa eſt primo to
ta: ſiue etiam in quo ipſa eſt ⁊ immediate ante non quodli

ber eius fuit:concedo propoſitionem : ſed tunc nego con-
ſequentiam qua dicitur.ergo intenſio forme non eſt con-
tinua . Nam aliquando licet forma in aliquo inſtanti ſit
primo tota et perfecte acquiſita: ipſa tamen prius parti-
biliter et continue acquirebatur :ſicut licet in aliquo in-
ſtāti locus aliquis ſit primo perfecte ⁊ totus acquiſitus:
eius tamen acquiſitio fuit ſucceſſiua et cōtinua:nec pro-
batio conſequentie vadit contra hoc vt patet. Si vero il-
lud dicatur primum inſtans forme in quo ſcilicet ipſa
vel aliquid eius eſt et immediate prius nichil eius fuit:
tūc diſtinguo de forma que dicitur acquiri per motum.
Nam quedam ideo dicitur acquiri per motum :quia
ipſa tota acquiritur partibiliter et continue: quedam ve-
ro:quia eius acquiſitio eſt finis precedētis motus: ꝗ̃uis
ipſa non ſit partibilis vel ſucceſſiua:ſicut quis diceret ꝙ
forma ſubſtantialis impartibiliter acquiſibilis acquiri-
tur per motum precedentem. Quedam quoqꝫ poſſet di-
ci acquiri per motum ratiōe cuiuſdam ſue partis primo
modo:et ratione alterius ſecūdo modo:vel ratione par-
tis altero modo tm̄:ſicut ſi alicuius forme pars quedam
ſit facta in inſtanti:poſt motum tamen aliquem precedē-
tem quem ſequitur:vel etiam nullo motu per ſe preceden-
te:et aliqua alia pars ſit ſucceſſiue et continue acquiſita
in tempore poſt illud inſtans:ſiue immediato illi inſtan-
ti:ſiue non. Si ergo propoſitio aſſumpta intelligatur de
forma que acquiritur per motum primo modo dicto:et
de primo inſtanti eſſe accepto ſecūdo modo. dico ꝙ ipſa
eſt in toto falſa:quoniam nullius forme ſic acquiſite per
motum eſt dare primum inſtans eſſe ſub intellectu dato:
quinimmo ante quodlibet inſtans in quo aliquid eius eſt
acquiſitum fuit aliquid eius prius acquiſitum : nec ad
T.c.63. hunc intellectum loquitur Philoſophus.8.phyſi.ſicut
ſupra dictum eſt in reſponſione ad tertiam rationem fa-
ctam contra dicta in tertio articulo . Si vero itelligatur
potopoſitio de forma que acquiritur per motum ſecūdo
modo propoſitio poteſt concedi : ſed tūc conſequentia nō
valet:quia acquiſitio forme non eſt intēſio vt in precedē-
te ſolutione dictū eſt. ¶ Denıqꝫ ſi de forma que dici poſ-
ſet acquiri per motum tertio modo intelligatur propoſi-
tio:poteſt concedi propoſitio illa ratione partis eius ſi-
mul et indiuiſibiliter acquiſite:ſed tunc conſequentia ne-
ganda eſt. Nam eſto ꝙ vnius partis forme acquiſitio ſit
ſubita:intēſio tamen illius forme ſeu acquiſitio illorum
partium:per quas forma dicitur intendi poteſt eſſe tota
continua et in tempore immediato illi inſtanti : et in hoc
ſenſu dico ꝙ non eſt impoſſibile ꝙ aliqua forma acquira-
tur ſubito et continue.i.ſine quiete media intēdatur ſuc-
ceſſiue intenſione cōtinua:ſicut in primo arti. dictum eſt.
Et cum cōtra hoc dicitur ꝙ non eſt dare primum inſtās
temporis menſurantis motum continuum: dicendum ꝙ
accipiendo proprie et preciſe motum continuum:qui.ſ.
eſt in infinitum partibilis:non eſt dare primum inſtās:in
quo.ſ.ſubiectum qḋ mouetur ſit mutatum vel moueatur
ſm̄ illud:vel aliquid eius ſm̄ qḋ eſt motus:eſt tamen da-
re primum inſtans in quo nec mouetur nec eſt mutatum:
ſed incipit moueri exponendo ly.incipit per negationem
preſentis et poſitionem futuri:et hoc inſtans aliquando
eſt vltimum inſtans:in quo mobile habet quietum eſſe et
non eſt mutatum ſm̄ aliquid:aliquando vero eſt vel po-
teſt eſſe inſtans in quo ſubiectum mutatur indiuiſibili-
ter:vel eſt primo mutatum ſm̄ aliquam formam:que ta-
men mutatio non eſt aliquod ptinens ad motū ſequentē:
ſed potius ad precedentē tanꝗ̃ finis eius:ſicut gn̄atio di-
citur finis alterationis precedētis: et ſic alique mutatio-
nes indiuiſibiles dicuntur finis precedentium motuum
Cōmē.32 ſm̄ Commen.6.phyſicorū.vel ad nullum pertinet motū
ſi nullum per ſe ſequatur:⁊ ideo ſi ſumatur preciſe intēſio
forme in caſu dato. dico ꝙ non eſt dare primum inſtans
in quo forma intendatur:aut ſi intenſa:ꝗ̃uis detur pri-
mum inſtans in quo eſt acquiſita :et in quo incipit inten-
di :exponendo ly.incipit vt dictum eſt :et ex hoc non tol-
litur quin intenſio ſit vere continua: ſicut nō tollitur quin
motus localis ſit vere continuus:ꝗ̃uis temporis menſu-
rantis ipſum ſit dare primum inſtans in quo mobile nec
mouetur nec eſt motum:ſed incipit moueri:ſi tamen im-
ꝓprie ſumatur motus cōtinuus pro aggregato ex muta-
tione prima indiuiſibili et motu immediate ſequente ve-
re diuiſibili et continuo:non eſt inconueniens concedere
ꝙ ſit dare primum inſtans temporis menſurantis ipſum
aggregatum:ſicut ſi deus aliquod corpus transferret de
loco a.ad locum b.in inſtanti: et immediate ſucceſſiue et
continue trāſferret idem de loco b.ad locum c.in tempo-
re totius iſtius aggregati:ex prima mutatione indiuiſibi
li et motu immediate ſequēte diuiſibili eſſet dare primū
inſtās in quo mobile eſſet mutatum:ſed ſic nimis impro-
prie ſumitur motus cōtinuus . Solum enim ille proprie
dicitur cōtinuus:qui ſm̄ quālibet ſui partem eſt in infini-
tum diuiſibilis:qḋ non conuenit huiuſmodi aggregato.
¶ Ad quartum cum dicitur.cuiuſlibet forme ⁊ natura-
lis que poteſt intēdi et remitti eſt dare minimum. ¶ Re-
ſpondeo ꝙ ſi itelligitur de minimo ſimpliciter propoſitio
eſt falſa. Si vero de minimo quod poteſt ſeparatum per
ſe exiſtere ſm̄ ſenſum ſupra datum diſtinguendum eſt:
quia vel intelligitur de minimo extenſiue vel intenſiue:
ſecundo modo propoſitio eſt falſa:vt patet ſupra. Si pri-
mo modo poteſt concedi de minimo vel maximo ꝙ non:
ſed tunc conſequentia non valet cum infertur. ergo nul-
la forma poteſt intendi continue: magis autē conſequen-
tia haberet apparentiam ſi diceretur. ergo nulla forma
poteſt augmentari continue ſm̄ extenſionē. Sed tamen
nec ſic conſequentia bona eſt: nec etiam ſi daretur mini-
mum intenſiue quod ſeparatum a reliquis partibus ſm̄
intenſionem poſſet exiſtere : valeret conſequentia. ergo
nulla intenſio poteſt eſſe cōtinua:et ratio eſt:quia licet ſit
dare tale minimū extenſiue quod ſeparatū ⁊c. non tamē
eſt dare minimū inexiſtens et coniunctū: vt ſupra dictū
eſt: et ideo id quod poſt minimū potens ſeparatū exiſte-
re generabitur poterit vtiqꝫ eſſe minus tali minimo:ſicut
ſupra de nutritione et augmentatione animatorū eſt di-
ctū:et ſic talis augmentatio poterit eſſe continua in qua
nulla pars erit primo genita: ſed ante quamlibet genita
erit aliqua minor. ¶ Et per hoc poteſt reſponderi ad ra-
tionē Cōmen.8.phyſi.que contra hoc videtur procedere Cōmē.23
vbi ait ꝙ quia minima partium magnitudinis factarum
eſt determinata in intellectu: in actu: et quelibet earum
fit in inſtanti cum ſit indiuiſibilis in factione : neceſſe eſt
vt iſte partes non continentur in motu niſi continuarē-
tur inſtātis adinuicē.dicendū enim eſt ꝙ quelibet pars
minima potens per ſe exiſtere ſeparata: ſi detur minima:
et non maxima nō potens: vtiqꝫ determinata eſt:non autē
quelibet pars potens alteri inexiſtere ſeu alteri coniun-
cta exiſtere eſt determinata ad minimū: immo nulla: ſi-
militer quelibet minima potēs per ſe exiſtere ſi per ſe fiat
et generetur:et non inſiat vel adgeneretur(ſi ſic liceat lo-
qui).ſ.non generetur nec fiat coniuncta alteri: indiuiſibi-
lis eſt in factione et tota ſimul fit: nec poteſt fieri ſucceſſi-
ue : ſed ſi alteri coniuncta generetur vtiqꝫ diuiſibilis eſt
in factione:id eſt poteſt fieri partibiliter:et prius ſm̄ vnā
partem ꝗ̃ ſm̄ aliam:et tunc fiet prius pars coniūcta mi-
nor minima que per ſe poteſt ſeparata fieri : vel per ſe ſe-
parata ſeorſum exiſtere alioquin nunꝗ̃ res aliqua tam
modice poſſet augeri loquendo de augmento animato-
rum quin in quolibet inſtanti quo eſſet aucta eſſet in du-
plo maior ꝗ̃ prius vt ſupra dicebatur: quod tamē eſt fal

Digitized by Google

ſum vt ſenſui notum eſt:ſic ſuo modo poſſet dici de inten‑ſione eſto ꝙ daretur minimū intenſiue potens per ſe ſeor‑ſum exiſtere.

¶ Diſtinctionis.xvij. Queſtio.iij

Tertio quero. vtrum forma corporalis intendatur per depurationem a contrario: et remittatur per admixtionem contrarij. ¶ Et arguitur ꝙ ſic:primo aucto‑ritate philoſophi tertio topico.dicēs ꝙ que contrarijs ſunt impermixtiora: ſunt magis talia vt albi‑us quod nigro impermixtius. Ex quo videtur ꝙ inten‑ſior albedo minus eſt permixta nigredini:et remiſſior ma‑gis:immo ꝙ non ſit aliud albedinem eſſe intenſiorem. ꝙ̄ minus eſſe nigredini mixtam. ¶ Secundo Commen.5.

Cō.19. phyſi. ait ꝙ album non fit minus album niſi ex mixtione

Cō.45. contrarij:et in alio Cōmen.eiuſdem libri dicit ꝙ diminu‑tum in omni genere eſt diminutū per mixtionē contrarij ¶ Tertio id em Cōmen. ſecundo de generatione volens probare quatuor elementa eſſe in mixto dicens ꝙ ſi cali‑dum non eſſet in compoſito non eſſet in eo frigidū niſi in fine.i.in ſummo: ex quo videtur ſm ipſum ꝙ purum fri‑gidum eſt frigidum in ſummo:et purā frigiditas eſt ſum‑ma:et per conſequens frigiditas non ſumma ſed remiſſa eſt frigiditas mixta caliditati: immo videtur ꝙ non ſit aliud frigiditatem eſſe ſummam: ꝙ̄ eſſe puram et im‑mixtam.

In oppoſitum arguitur:quia forme contra‑rie nō poſſunt eſſe ſimul in eo‑dem ſubiecto primo :ſiue in eadem parte ſubiecti : ergo nulla forma intenditur per mixtionem contrarij. Ante‑cedens patet:ex diffinitione contrariorum:et conſequen‑tia nota eſt.

In hac queſtione Duo erunt articuli. In quorum primo videbitur de queſito. In ſecundo vero inquiretur: an forme contra‑rie poſſint ſimul eſſe in eodem ſubiecto primo: ita ꝙ idem ſm idem vel eandem partem ſit ſubiectum vtriuſq; for‑me contrarie.

Quantum ad primū dixerunt aliqui: et ſimpli‑cius dicitur fuiſſe huius opinionis ꝙ forma non ſuſcipit magis et minus neq; intenditur et remittitur: niſi per hoc preciſe:quia magis vel minus mi‑ſcetur forme contrarie: vnde quāto forma eſt permixtior forme contrarie tanto eſt remiſſior: quanto autem eſt pu‑rior vel minus permixta contrarie tanto eſt intenſior:nec eſt aliud formā intendi ꝙ̄ contrario minus miſceri:et eā remitti non eſt aliud ꝙ̄ contrarie forme magis miſceri:q̄ opinio ſolum auctoritate probatur ſuperius arguendo inductis. ¶ Hec opinio falſa eſt. vnde contra eā argui‑tur: primo quoniā alique forme intendūtur et remittun‑tur quibus nulla forma eſt contraria:⁊ hoc eſt verum de formis corporalibus:et ſimiliter de ſpiritualibus: de cor‑poralibus quidē vt de lumine cui nulla forma eſt cōtra‑ria:et tamen intenditur aliquando:et quādoq; remittiꝛ. ¶ Similiter viſioni nulla forma eſt contraria:intēditur tamen et remittitur. Nam aliquando eſt perfectior ⁊ cla‑rior:et aliquando minus: ſicut cum corpus viſum prius videtur de propinquo et poſt a remotis vel ecōtra. ¶ Si‑militer in formis ſpūalibus quales ſunt que ſunt in intel‑lectu et voluntate. vnde delectationi que eſt in ſciēdo nō eſt aliquod contrariū ſm philoſophum et tamen ſuſcipit magis et minꝰ. ¶ Preterea. Alique forme ſpūales eſto ꝙ habeant contrariū: adhuc intendūtur et remittuntur ſine illius admixtione: quod probatur:quia alioquin ſeq̄‑retur ꝙ aliquis carens virtute et vitio ſibi contrario non poſſet acquirere virtutē illā qua caret:aut vitium oppo‑ſitum:niſi ſimul acquireret vtrūq;:aut alterū in ſummo:⁊ cōſequēs patet falſum.cōſequētia vero declaratur:q: po‑natur ꝙ acquirat vitiū:ſi illud nō erit ſummū vel intenſiſſi‑mū.ergo erit remiſſum ⁊ poterit intēdi:⁊ ſi iſte non acqui‑rat virtutē.ergo vitiū erit remiſſum:⁊ tamē nō erit mixtū virtuti cōtrarie:quod repugnat antecedēti. Eodē modo poſſet argui de ſciētia ⁊ errore oppoſitis. videlicet ꝙ quis carens errore alicuius complexi:⁊ ſimiliter carens ſcien‑tia non poſſet acquirere errores circa illud:niſi vel acqui‑reret intenſiſſimū errorem:vel ſimul acquireret errorem ⁊ ſcientiam oppoſitam:⁊ hoc dico ſuppoſito ꝙ tales forme ſuſcipiant magis ⁊ minus. ¶ Itē nullus poſſet velle ali‑quam rem quin vellet eam intenſiſſime quantū poſſet:vel ſimul eam vellet ⁊ nollet. Similiter nullus poſſet aliquid credere niſi ſimul diſcrederet illud:aut intenſiſſime crede‑ret:que certiſſime vt docet experientia falſa ſunt. ¶ Itē poſſet argui de charitate que nulli ſuo contrario poteſt miſceri:⁊ tamen aliquando augetur ſm Augu. ⁊ ſanctos alios ¶ Preterea. Arguitur.quia ſm hanc opinionē ſe‑quitur ꝙ nulla ſit vera augmentatio forme:ſed ſm appa‑rentiam tantū:quia in rei veritate forma que dicitur au‑cta:non eſt maior neq; perfectior ꝙ̄ prius:ſed ſolū appa‑ret maior propter abſentiā ſui contrarij quod impedit ap‑parentiam ipſius:ſicut cum pānus lineus aqua madefa‑ctus exponitur ad ſolē per abſtractionē vel corruptionem aque ⁊ humorum apparet albior:q̄uis ſm veritatem non ſit albior in ſe. ¶ Item arguitur quod ſequitur ꝙ nunq̄ forma augetur in aliquo ſubiecto quin ſimul in eodē ſub‑iecto augeatur forma contraria:⁊ ſic impoſſibile eſſet ali‑quod ſubiectum fieri magis album niſi ipſum ſimul fieret magis nigrum:quod eſt abſonum.conſequentia probatur. Nam ſequitur ſm opinionē:albedo augetur .ergo minus permiſcetur nigredini. Et vltra .ergo nigredo minus mi‑ſcetur albedini:⁊ hec ſecūda conſequentia patet:quia im‑poſſibile eſt aliquid magis permiſceri alicui quod nō ma‑gis permiſcetur ſibi:ſicut impoſſibile eſt ꝙ aliquid ſit mix‑tum alicui quod econuerſo non ſit permixtum ſibi. ſequi‑tur ergo albedo minus miſcetur nigredini. ergo nigredo illa minus miſcetur albedini:⁊ vltra.ergo nigredo illa au‑getur.ergo de primo ad vltimum ſequitur.albedo in hoc ſubiecto augetur. ergo nigredo in hoc ſubiecto augetur ⁊ ſequitur.in hoc ſubiecto augetur albedo ⁊ nigredo.er‑go hoc ſubiectū ſit magis albū ⁊ magis nigrū. ¶ Addu‑co etiā aliā rationē:cū enī forma remittitur:aut ideo dici‑tur magis miſceri contrarie forme:quia illi magis coniū‑gitur ⁊ vnitur ⁊ hoc eſt falſum:quia ſm opinionē vtra‑q; eſt in eodem ſubiecto adequato. Et ſm veritatē:ſi vtra‑q; eſt ſimul in eodem ſubiecto adequato vtraq; totam ma‑teriam ſibi ſubiectam immediate informat:vt patebit in ſecundo:⁊ per conſequens non ſunt aliquādo minus con‑iuncte ⁊ aliquando magis. ¶ Itē ſi ita eſſet vna nō dice‑retur magis remitti ꝙ̄ altera:nec econtra:quia ſi vna alte‑ri magis vnitur:neceſſe eſt ꝙ reliqua illi etiā magis vnia‑tur. Vel ideo dicitur magis miſceri forme cōtrarie:quia forma illa cui miſcetur eſt in ſe maior ꝙ̄ ea cui primo miſcebatur:vel econuerſo ipſa eſt minor ⁊ forma cōtraria cui miſcetur eſt equalis vt prius vel maior verbi gratia ſi calidū aliquod fiat minus calidū:⁊ per conſequēs remit‑titur calor eius:ſi ideo remittitur vel minuitur calor eiꝰ: quia miſcetur maiori frigiditati:hoc non poteſt eſſe:niſi vel quia frigiditas augetur ⁊ calor remanet in ſe vnifor‑mis:nec maior nec minor ꝙ̄ prius:aut quia frigiditas in ſe remanet tanta:⁊ calor minuitur:aut vtroq; modo ſcili‑cet quia calor minuitur ⁊ frigiditas augetur: ⁊ quodcū‑q; horum detur:ſequitur ꝙ forma minuatur in ſe.⁊ etiam ſm ſe ⁊ augeatur:immo dicere ꝙ forma non augetur per additionem alicuius ſimilis:nec minuitur per ſubtractio‑

nem alicuius partis: ſeu corruptionē: et dicere cum hoc ꝙ remittitur per maiorem mixtionē contrarij ſm intellectum datum eſt implicare contradictoria. ¶ Primus etiam modus ſm ſe dari non poteſt: quia ſi calor non minuitur, dato ꝙ frigiditas augeatur non erit calor remiſſior: ſed tantū frigiditas erit intenſior: nec ſubiectum erit minus calidum ꝗ̄ fuit prius: ſed ſolūmodo erit frigidius ꝗ̄ fuit ante: ſicut ſi dulcedo pomi maneat i equali gradu et rubedo augeatur non ex hoc erit eius dulcedo minor: aut illud minus dulce ꝗ̄ prius: ſed erit tantūmodo magis rubeū ꝗ̄ fuit: et per conſequēs ſi hoc modo calor remittit̄ calor non remittit̄. ¶ Si vero dicat̄ ſecundū. ſ. ꝙ frigiditas manet in eodem gradu: ſed calor minuitur. ¶ Contra primo: quia ſm hoc frigiditas non intenditur et tamen miſcetur minori contrario: quod eſt contra opinionem. ¶ Secundo: quia ſm hoc poſito ꝙ ſicut minuitur calor: minueretur frigiditas quod vtiq̄ deus poſſet facere: tunc nec calor minueretur nec frigus: et ſic vtrūq̄ minueretur et neutrū minueretur: quod eſt impoſſibile: conſequentia patet: minueretur enim per poſitum: ⁊ non minueretur: quia non eſſet minor mixtio contrarij ꝗ̄ erat prius: vnde ſi ſit calor. 10. graduū mixtus frigiditati. 8. graduum: non erit minor mixtio contrariorum: ꝗ̄ ſi miſceatur calor. 9. graduum cum frigore. 7. graduū: aut ſi erit minor mixtio contrariorū: calor erit intenſior et ſimiliter frigus: quia ſm opinionē calor ille eſt intenſior qui frigori eſt impermixtior: et econuerſo de frigore: et per conſequens in hoc caſu vtraq̄ forma augetur et minuitur: et ſi augetur non minuitur: minuitur ergo et non minuitur. ¶ Preterea. Si ideo calor minuitur: quia frigiditati magis miſcetur: et ideo preciſe magis miſcetur: quia minuitur: ſequitur ꝙ ideo calor minuitur: quia minuitur et ideo eſto ꝙ contraria ſimul miſcerentur in forma remiſſa: et ꝙ ad intenſionē vel remiſſionem forme ſequitur maior vel minor mixtio cum contrario: non tamen hoc quod eſt formā intendi vel remitti: eſt idipſum quod eam magis vel minus miſceri contrario: quinimo talis maior vel minor mixtio preſupponit cauſaliter intenſionem vel remiſſionem forme ſm ſuas partes intrinſecas. ¶ Preterea. Conſtat ꝙ deus poſſit annihilare frigiditatē totā que eſt in ſubiecto remiſſe calido: et calorem remanentē minuere eodem modo quo dicitur minui exiſtente ſimul cum eo frigiditate: hoc poſito patet: ꝙ calor remitteretur et ſubiectum fieret minus calidum: et tamen non magis miſceretur contrario: et per conſequens non idipſm eſt formā remitti et eam magis miſceri cōtrario. ¶ Preterea. Si deus annihilaret totam frigiditatē exiſtentem ſm te in corpore remiſſe calido: et illud corpus approximaret alteri corpori calidiori: quod prius poterat intendere calorem in iſto: aut intenderetur calor illius remiſſe calidi: et habetur propoſitū: q2 tunc erit intēſio ſine minori mixtione cōtrarij: aut nō intēdetur: ⁊ tūc ſequitur ꝙ forma cōtraria per ſe iuuaret et nō impediret actionem agentis: quod eſt cōtra naturā. ¶ Preterea. Si forma non eſt remiſſa niſi per mixtionem contrarij. ergo in quocūq̄ eſt forma ſine huius mixtione ipſum eſt ſumme tale: et forma illa intenſiſſima: conſequens eſt falſum: quia cum in aere puro non ſit frigiditas aliqua: nec etiam aliqua qualitas media inter calorem et frigus: ſed caliditas pura: ſequitur ꝙ calor in aere puro eſſet intenſiſſimus: et aer eſſet calidiſſimus: et ignis non eſſet calidior eo. ¶ Item aer poteſt fieri magis calidus: et iterum fieri minus calidus redeundo ad gradum caloris naturaliter ſibi conuenientem: et tamen nec primo modo nec ſecundo modo plus miſcebitur calor ſuus frigiditati: quia vt dictum eſt: in eo nulla eſt frigiditas.

¶ Nam forme elementorum in ſua ſimplicitate exiſtentiū ſunt ſimplices: nulli forme contrarie mixte: quicquid ſit de qualitatibus corporum mixtorum. ¶ Hoc etiā eſt de intentione Anſel. in lib. de concor. preſcientie prede: et gratie et liberi arbi. vbi vult ꝙ aliquis calor eſt minor et Cap. 15. aliquis maior: et tamen in minore nihil eſt frigoris. vnde volens oſtendere ꝙ beatitudo angelica potuit eſſe maior ꝗ̄ batitudo hominis exiſtentis in paradiſo: et tñ beatitudo hominis fuit ſine omni indigentia: exēplo predicto vtitur: ſic dicens. Sicut nāq̄ calor magnus eſt ſine omni frigore: ⁊ tñ poteſt alius eſſe maior calor: ⁊ quemadmodum frigus eſt ſine omni calore: cum tamen maius valeat eſſe frigus. Ita nihil prohibet Adam beatum fuiſſe in paradiſo ſine omni indigentia: licet maior eſſet angelica beatitudo. dico ergo ꝗ̄tum ad hunc articulū ꝙ forma non intenditur per maiorem depurationem a contrario/ nec remittitur per maiorem mixtionem cum contrario.

Quantum ad ſecundum articulum dico ꝙ impoſſibile eſt naturaliter ſine virtute agentiū ſecundariorum contraria in aliquo gradu intenſo/ vel remiſſo: ſimul eſſe in eodē ſubiecto primo. ¶ Hanc concluſionem probo primo ſic: ſi eſſet poſſibile aliqua cōtraria in aliquo gradu ſimul eſſe in eodē ſubiecto primo: hoc eſſet poſſibile de primis contrarijs: ſcilicet caliditate ⁊ frigiditate ⁊ alijs actiuis adinuicem ⁊ paſſiuis: conſequens eſt falſum. vt ꝓbabo. ergo ⁊ antecedēs: ꝯña patꝫ: quoniam eadem eſt ratio in omnibus: patet etiam ex conceſſione omnium cōtrarie opinantium: ⁊ ex omnibus argumentationibus quas inducūt ad concluſionem oppoſitam. falſitatem vero conſequentis probo primo: ſic impoſſibile eſt naturaliter aliqua duo cōtraria talia eſſe in diuerſis ſubiectis approximatis: ſm ꝙ requirit̄ ad agendum et ad patiendum omni impedimento remoto: quin vnum agat in aliud et expellat. ergo īpoſſibile eſt aliqua talia ſimul eſſe in eodem ſubiecto primo. antecedens eſt cōmuniter conceſſum: ⁊ per experientiam notum: et conſequentia tenet per locum a maiori: magis enim videtur poſſibile ꝙ contraria talia cōpaterentur ſe in ſitibus propinquis ⁊ diuerſis ſubiectis ꝗ̄ in eodem ſubiecto primo: et ideo ſic arguendo conſequentia eſt euidens. Licet non econuerſo ſequatur: aliqua cōtraria non cōpatiūtur ſe in eodem ſubiecto primo. ergo nec in diuerſis ſubiectis approximatis. Inſtantia enī habetur in contrarijs non actiuis ⁊ paſſiuis adinuicem. verbi gratia. albedine et nigredine que ſm veritatem in nullo gradu compatiūtur ſe in eodem ſubiecto: ⁊ ſm cōmunem conceſſionem non cōpatiuntur ſe in gradibus intenſiſſimis. vnde cōmuniter etiā aduerſarij concedunt impoſſibiles eſſe naturaliter ꝙ albedo intenſiſſima et nigredo intenſiſſima ſimul ſint in eodem ſubiecto adequato: ⁊ tñ in diuerſis ſubiectis ꝓpinquis ſm ſitū ſe cōpatiuntur in gradibꝰ quibuſcūq̄: vt experientia docet. ¶ Preterea. Aut contraria cōpoſcibilia ſunt in eodem ſubiecto in quātiſcunq̄ gradibus / aut non in quātiſcūq̄: ſed in aliquātis ſic ⁊ in aliquātis non. primum non poteſt dici: quia tunc cōtraria in ſuis excellentijs/ ſiue in ſummo eſſent cōpoſcibilia: quod nullus. d. nec dicere poteſt: quia tunc talia non magis eſſent cōtraria ꝗ̄ ſiccitas ⁊ caliditas: et albedo et dulcedo. ¶ Si dicatur ꝙ in aliquantis ſic ⁊ in aliquātis non: tunc ſumantur aliqua duo talia ſimul exiſtentia in eodem ſubiecto primo: ⁊ ſint calor ⁊ frigus: ⁊ ſit calor ille a. ⁊ frigus b. tūc quero/ aut a. calor poteſt ſecum compati preciſe frigus b et non maius frigus intenſiue: nec minus/ ꝗ̄ eſt b. aut poteſt ſecum compati maius frigus ꝗ̄ b. nō autem minus. Aut minus tantum: ⁊ non maius. Aut tam maius/ ꝗ̄ minus. Si dicatur primum: contra ſic: calor a. non poteſt cōpati ſecū in eodem ſubiecto minus frigus ꝗ̄ eſt frigus b. ergo maior calor ꝗ̄ eſt a. non poteſt ſecum compati mi-

Digitized by Google

mus frigus ꝙ eſt.b.et vltra:ergo ſi intendatur calor.a.nõ minuetur frigus.b.quod eſt contra opinantes:qui dicũt ꝙ quando vnum contrariũ intenditur:reliquum remittitur.prima conſequentia patet:quoniã quanto vnum contrarium plus excedit aliud:tanto minus compatitur illum ſecum:et patet hoc ſi accipiantur contraria in diuerſis ſubiectis propinquis ſm ſitum vt ſupra dicebatur. Secunda etiam conſequentia patet:quia alioquin poſt intenſionem caloris.a.⁊ remiſſionẽ frigoris b. in eodem ſubiecto ſimul eſſent maior calor ꝙ a.et minus frigus ꝙ b.quod repugnat antecedenti. ❡ Item ſi calor a.non poteſt ſecum cõpati minus frigus ꝙ frigus b.ergo nec maior calor ꝙ a. poteſt ſecum compati frigus b. et vltra.ergo ſi intendatur calor. a.neceſſario ſimul intendetur frigus b. et per conſequens quando aliquod calefactiuum intendet calorẽ alicuius remiſſe calidi intendet etiam ſimul frigus exiſtens in eo:⁊ ſimul faciet ipſum magis calidum et magis frigidum ꝙ erat prius:quod eſt contra omnẽ experientiã et contra omnes opinantes.conſequẽtia autem probatur primo:quia ſi detur oppoſitũ conſequentis:non erit neceſſe quando intendetur calor.a.remitti frigus b.quia nunꝙ agens naturale per ſe corrumpit aliquam formam:nec in toto nec ſm partem:niſi propter incompoſſibilitatẽ forme inducẽde vt ſupra:ſic etiã opinantes concedunt.ſi ergo maior calor ꝙ.a.eſt compoſſibilis toti frigori b. non oportebit aliquã partem frigoris b.corrumpi:vt maior calor ꝙ a.generetur:⁊ ſic erit intenſio vnius contrarij ſine remiſſione alterius ſecũ exiſtentis:quod ipſi negant. ❡ Secundo probatur eadem conſequentia. quia ſi maior calor ꝙ a. compati poteſt ſecum totum frigus b. eadem ratione calor a. compati ſecum poterit aliquod frigus minus ꝙ b. quod in eadem proportione ſe habeat ad calorem a. in qua proportione ſe habet totum frigus b.ad illum maiorem calorem ꝙ a. cui dicitur compoſſibilis. ❡ Item ex alia parte:ſi calor a.non poteſt ſecum compati maius frigus ꝙ eſt frigus b ergo nec minor calor ꝙ a. poterit ſtare cum toto frigore b.et multo minus cum maiori frigore ꝙ eſt b.Et ſic vlterius ſequitur ꝙ ſi remittatur calor oportebit ſimul remitti frigus:⁊ ſi frigus intendatur:nõ remittetur calor quin potius neceſſario ſimul intendetur:que omnia ſunt contra naturam et contra opinantes:et conſequentie patent ex dictis. ❡ Si vero dicatur ſecundũ ſcilicet ꝙ calor.a. poteſt ſecum compati maius frigus ꝙ eſt frigus. b. non autem minus. ❡ Contra.primo:quia ſi non poteſt compati ſecum minus.ergo frigus ſecum exiſtens non poterit remitti:niſi ſimul remittatur et ipſe calor a. ❡ Item nec maior calor ꝙ eſt. a. compatietur ſecum minus frigus ꝙ b.nec etiam ipſum:et per conſequens non erit poſſibile calorem a.intendi quin ſimul intendatur frigus exiſtens cum eo. ❡ Secundo ſi calor a.poteſt compati ſecũ maius frigus ꝙ eſt b. ergo frigus b. poterit intendi ſine remiſſione caloris a.quod eſt contra opinantes:et conſequentia patet ex dictis. ❡ Item ſequitur ꝙ maior calor ꝙ eſt a.poterit ſtare cum maiore frigore ꝙ eſt b.vt ex dictis probari poteſt:et per ꝯſequens poterit intendi abſꝙ ꝙ frigus remittatur:immo etiam eſto ꝙ ſimul frigus intenderetur. ❡ Si vero dicatur ꝙ calor a.poteſt ſecum compati minus frigus ꝙ eſt b.non autem maius:poteſt primo argui contra hoc quod dicitur ꝙ non poteſt compati ſecum maius:ſicut contra vnam partem primi membri que erat eadem cum iſta eſt argutum. ❡ Secundo cõtra illud quod dicitur ꝙ poteſt ſecum compati minus frigus. Nam ex hoc ſequitur:ꝙ totum frigus b. poterit ſtare cum aliquo calore maiore ꝙ eſt. a. ad quem ſe habeat in aliqua proportione in qua ſe habebit frigus minus ꝙ eſt b. quod dicitur poſſe ſtare cum toto calore.a. ad ipſum.a.ex quo vltra ſequitur:non erit neceſſe ad intenſionem caloris a. remitti frigus b. vt ſupra argutum eſt. ❡ Si vero dicatur quartũ ſcilicet ꝙ calor a.poteſt ſecum cõpati maius frigus ꝙ eſt b. ❡ Contra primo:quia vtraꝙ pars poteſt reprobari ex dictis:nam prima reprobata eſt contra ſecundũ membrum diuiſionis et etiã contra tertium. ❡ Secundo.ſi calor a.poteſt ſecum compati maius frigus ꝙ b. aut poteſt ſecum compati quãtumcũꝙ maius:et per conſequens ſummam frigiditatẽ naturaliter poſſibilem:et ſic cum tanta frigiditate quanta eſt frigiditas aque ſtaret tantus calor quantus eſt a.⁊ eadem ratione cum tanto calore quãtus eſt calor ignis:ſtaret naturaliter aliqua ſatis magna latitudo frigiditatis:quod eſt omnino falſum:aut non quantũcũꝙ maius frigus:ſed vſꝙ ad determinatã latitudinem. Et tunc ponatur ꝙ calor a.ſit in ſubiecto ſimul cum tota illa latitudine frigoris qua maiorem ſecum non poteſt compati:et huic ſubiecto approximetur aliquod frigefactiuum potens intendere frigus illud:non tamen vſꝙ ad ſummam latitudinẽ graduum frigiditatis poſſibilem naturaliter et totum hoc eſt poſſibile:et tunc certum eſt ꝙ illud frigefactiuũ intendet illud frigus. aut ergo remanebit calor a. non remiſſus poſt intenſionem illius frigoris:et ſic illud frigus ante intenſionẽ eius non fuit maximũ quod ſecum poterit compati calor a.quod eſt contra poſitum:aut remittetur ſimul calor a. et aliqua pars eius remanebit. ❡ Et tunc contra primo:quoniã ſi totus calor a.non poteſt ſimul ſtare cum maiore frigore:multo minus eius pars poterit:vt ſupra arguebatur. ❡ Secundo:quia ſi minor calor ꝙ eſt:a.poteſt ſtare cum maiore frigore ꝙ eſt illud datum:ergo et calor a. poterit ſtare cum aliquo frigore adhuc maiore ꝙ ſit illud datum:quod in eadem proportione ſe habeat ad ipſum in qua ad ipſum calorem minorem ſe habet illud frigus maius:quod ponitur cum ipſo ſtare:et per conſequens illud non fuit maximum potens ſtare cum calore a.vt ponebatur:aut in tali intenſione totaliter corrumpebatur calor. a. et cum frigus iſtud non fiat ſummũ per illud agens per poſitum erit adhuc remiſſum:et poterit vlterius intendi:et ſimiliter aliud corpus frigidiſſimum poterit remitti in frigiditate ad equalitatem illius et ſic poterit eſſe aliquod frigidum remiſſum ſine mixtione caloris:et poterit eſſe intenſio et remiſſio in vno contrario ſine alterius mixtione:et per conſequens non eſt neceſſe ponere in aliquo gradu contraria ſimul. ❡ Simili modo contra aliam partem poteſt argui:quia aut calor a. poteſt ſecum compati quantumcunꝙ minus frigus ꝙ eſt b.in infinitum aut non:ſed vſꝙ ad certam paruitatem frigoris:primum dici non poteſt:quia tunc cum toto frigore b. poſſet ſtare ſumma caliditas:quod reprobatum eſt:patet conſequentia:quia ſumma caliditas naturaliter poſſibilis non tantum excedit frigus. b. quantum calor. a. excedit aliquod frigus ſibi compoſſibile:ſi in infinitũ minus poteſt ſecum compati. Si vero compatiatur minus frigus ſecum vſꝙ ad determinatam paruitatem frigoris et non vltra:tunc ponatur cum huiuſmodi paruo frigore:et approximetur aliquod calefactiuum intendens calorem vt prius dicebatur de frigefactiuo intendente frigus:et procedit argumentum penitus eodem modo:et ad eaſdẽ deducit concluſiones ❡ Tertia ratio principalis ad concluſionẽ eſt:ꝙ ſi cõtraria poſſint ſe ꝯpati in aliquibus gradibus.ergo durities et mollities poterunt ſimul eſſe in eodẽ ſubiecto primo:⁊ cũ omne in quo ſubiectiue eſt durities ſit durũ:et in quo ſit mollities ſit molle idem poterit eſſe durũ et molle:hoc autem falſum eſt:quia tunc contradictoria poſſunt ſimul

eſſe vera:quod patet ex diffinitionibus eorum:vt patet.
T.c.19. 4.metau. Durũ eſt quod non cedit in ſeipſum ſm ſuperfi=
ciem:molle autem quod cedit non econtra circunſtando:
T.c.11. idem ponitur tertio celi. Et intelligendum eſt ꝙ niſi preter
ſolitũ cõmunẽ nature curſum deus ſpecialiter operetur.
Si ergo idẽ eſſet durũ ⁊ molle idẽ crederet in ſeipſum ⁊c.
ſm ſuperficiẽ nõ ecõtra circũſtãdo:⁊ non cederet in ſeip=
ſum. ¶ Similis ratio poſſet fieri de rectitudine ⁊ curui=
tate ſi ponerentur eſſe qualitates alique ſm ſe diſtincte et
alijs inherentes. Si enim idẽ eſſet rectũ ⁊ curuum contra
dictoria eſſent ſimul vera vt probatur ex diffinitionibus
eorũ. Eſt enim rectũ cuius mediũ nõ exit extrema :curuũ
autem cuius medium exit extrema. ¶ Quarta ratio po=
teſt fieri de formis cõtrarijs que ſunt nate fieri circa ani=
mã:vt error ⁊ ſcientia circa eandẽ concluſionem:virtus ⁊
vitium oppoſitũ illi:ſimul enim poſſent eſſe in anima:⁊ ſi=
mul poſſet aliquis ſcire aliquam veritatem ⁊ errare circa
illã:⁊ ſimul aſſentire illi firmiter ⁊ diſſentire:⁊ eandẽ rem
velle ſimiliter ⁊ nolle:⁊ de eodem delectari ſimul ⁊ triſta=
ri:que cõtra humanam experientiam penitus ſunt. ¶ De
mũ non video quin eodem modo quelibet due forme ſub=
ſtantiales vel accidentales poſſint naturaliter informare
eandem materiam:cum nulle videantur incompoſſibiles
plus ꝗ̃ contrarie:⁊ ſic in eadem materia potuerunt ſimul
eſſe forma palee ⁊ forma lapidis vel ferri ⁊ forma vini et
Auguſti. aceti oſſis ⁊ olei ⁊ alie quelibet:quod eſt abſurdũ. ¶ Pro
cap.7. hac concluſione eſt Augu. in ench. Nullus inquit cibus
aut potus ſimul dulcis eſt ⁊ amarus:nullũ corpus ſimul
vbi albũ ibi ⁊ nigrũ: nullũ ſimul vbi deforme ibi formoſũ:
⁊ hoc i multis ⁊ pene in oĩbus cõtrarijs reperitur vt i vna
re ſimul eſſe non poſſint. ¶ Item philoſophus in predica
mentis capitulo de quantitate .nihil eſt inquit quod vi=
deatur ſimul contraria ſuſcipere vt ſubſtantia quedam ſu
ſceptibilis contrariorum videtur:ſed non ſuſcipit vno eo=
démque tempo. Nam nullus ſanus eſt ⁊ eger neque albus ⁊ ni
ger ſimul:nihilque aliud ſimul ꝯtraria ſuſcipiet. Et ex hoc
probat ꝙ magnum ⁊ paruũ non ſunt contraria:quia idem
ſimul eſt magnum ⁊ paruum:ad aliud tamen ⁊ ad aliud
comparatum. ¶ Item. 4 .meta. probat ꝙ impoſſibile
T.c.9.27 eſt aliquem opinari contradictoria ſimul eſſe vera : per
hoc quoniam impoſſibile eſt eundem ſimul habere con=
trarias opiniones:⁊ opiniones de contradictorijs ſunt
contrarie:que tota probatio ſuper hoc ſuſtentatur ꝙ con=
traria non poſſunt ſimul eidem ineſſe. ¶ Item infra con=
T.c.20. tra Anaxa. ponentem cõtraria ſimul eſſe:propterea quia
videbat ex eodem generari contraria : ⁊ nihil generatur
Cõ.20. ex eo quod non eſt dicit philoſophus ꝙ poteſtate contin=
Cõ.15. git ſimul ineſſe contraria:actu autem non. Et Commen.
ibidem dicere inquit:ꝙ contraria exiſtunt in ſimul in eo=
dem potentia eſt verum:actu autem eſt falſum. ¶ Et ad
idem propoſitum antea. di. ꝙ omnia contraria non ſunt
exiſtentia in ſimul actu:ſed potentia:et quod non eſt actu
non ẽ ens. Demum hoc eſſe de eius intentione nullus am
bigere poteſt qui videat et intelligat litteram eius. 4.me=
T.c.27. ta. Nam ibi ex intentione conatur probare:ꝙ ſi contraria
poſſent eſſe ſimul:contradictoria ſimul eſſe vera poſſunt:
ait enim ſic. Quoniam autem impoſſibile contradictio=
nem ſimul eſſe veram de eodem ,palam:quia nec cõtraria
ſimul ineſſe contingit eidem:et mox ſequitur probatio:quia
vt dicit. vnum contrariorum eſt priuatio alterius : quod
non eſt intelligendum eſſentialiter : cum vtrumque ſit ve=
rum ens: ſed antecedenter et illatiue. Nam ad poſitio=
nem vnius ſequitur negatio alterius circa idem ſub=
iectum: et hoc ideo : quia eſſentia vnius incompoſſibi=
lis ſcilicet naturaliter eſt eſſentie alterius in eodem ſub=

iecto. Unde ex hoc preciſe dicuntur eſſe contrarie:nega=
tio autem circa determinatum ſubiectum eſt priuatio:vt
patet. 10. meta. Si ergo in eodem ſint ſimul contraria.
verbi gratia. albedo ⁊ nigredo : ſequitur in hoc ſubiecto
eſt albedo . ergo in hoc ſubiecto eodem demonſtrato non
eſt nigredo. Et ſimiliter ſequitur in hoc eſt nigredo.ergo
in hoc nõ eſt albedo:⁊ vltra .ergo in hoc ſubiecto eſt albe=
do ⁊ in hoc ſubiecto non eſt albedo:que ſunt contradicto=
rie. Et ſimiliter ſequitur in hoc ſubiecto eſt nigredo : et ſi=
militer in hoc ſubiecto non eſt nigredo : accipiendo.ſ.eſſe
ſm actum quomodo aliquid dicitur ſimpliciter eſſe : non
aũt eſſe in potẽtia .quod eſt eſſe ſm quid. Nam quod tan=
tum eſt in potentia tale non ſimpliciter et ſine determina=
tione dicitur tale:ſed potius negatur eſſe tale: vt. d. Com Cõ.19.
menta.4.meta. Et propterea concludit Philoſophus. T.c.27.
Si ergo eſt impoſſibile affirmare ⁊ negare ſimul: vere im
poſſibile eſt ⁊ contraria ſimul eſſe: ſed aut quo.i.ſm quid
ambo / aut alterum quo : alterum vero ſimpliciter.i.aut
ambo ſunt ſimul in eodem in potentia tantũ:quia ſcꝫ neutrũ
eſt in actu:ſed vtrũque poteſt ineſſe:ſicut contingit quando
contraria ſunt mediata/aut vnum in actu : et aliud tñ in
potentia:quia quãdo alterum eſt in actu in re:ita ꝙ ſimplici
ter ⁊ ſine adiuncto vere dicitur eſſe in illa reliquũ non in=
uenietur in ea niſi in tẽporibus diuerſis:vt ibi. d. Cõmẽ.⁊ Cõ.27.
allegat Cõmenta. ibi quãdam tranſlationem que manife
ſtior eſt ꝗ̃ ſua ⁊ ꝗ̃ noſtra. d. et in alia tranſlatione in loco
totius illius eſt aliud manifeſtius ſic. ⁊ ſi impoſſibile eſt:
vt inſimul negetur ⁊ affirmetur impoſſibile eſt : vt cõtra=
ria ſunt inſimul : ſed quandoque hoc / et quandoque hoc.
¶ Ex his ex cuiuſlibet mẽte debet eſſe alienum ꝙ Phi=
loſophus opinatus fuerit poſſibile eſſe:vt cõtraria ſimul
inſint eidem ſubiecto primo/nec in gradu remiſſo plus ꝗ̃
in ſummo:ſi eius ratio attendatur. ¶ Sed quid de potẽ= De poten
tia abſoluta dei:ſi aliquid poſſunt per diuinam potentiam tia dei ab
eſſe ſimul:dubium pro certo grande eſt : quoniam ſi dice= ſoluta.
tur ꝙ ſic : videtur ſtatim ſequi:ꝙ quelibet alie due forme
eãdem materiam numero informare:⁊ ſic anima ⁊ forma
lapidis ſimul informare poſſent vnam materiam : et ani=
ma hominis/⁊ anima aſini:⁊ ſic idem videretur ſimul eſſe
poſſe aſinum ⁊ hominem et lapidem. Sed iſtud vt appa=
ret non ſequitur : ſed ſequitur ꝙ eadem eſſet materia ho=
minis ⁊ aſini/vel hominis ⁊ lapidis. Quicquid tamen ſit
de hoc vltimo illato:videtur tamen vitari non poſſe:quia
deus poſſet quaſlibet duas formas cauſare et ponere in
eadem materia:ita ꝙ illam informarent:cũ nulle videan=
tur magis incompoſſibiles ꝗ̃ forme contrarie. ¶ Item
quia quecunque ratio probaret ꝙ poſſet de contrarijs : pa=
riter/vel fortius probaret de ceteris:⁊ ſic deus poſſet plu
res animas in vna facere materia. ¶ Contra hoc autem
videtur eſſe articulus Pariſienſi. 27.qui eſt talis.ꝙ de⁹
poſſet plures animas in vno producere error. ¶ Ad idem
etiam valet ratio Philoſophi adducta que infert ꝙ con= 5.me.27.
tradictoria eſſent ſimul vera : ſi contraria eſſent ſimul.
¶ Tertio.quia forme contrarie ſunt ex ſuis naturis pro=
prijs incompoſſibiles: et ideo per nullam potentiam poſ
ſunt ſimul eſſe:alias non eſſent incõpoſſibiles. ¶ Ex alia
parte. cum dicit contrarias formas eidem ineſſe non
dicit formaliter contradictoria / nec euidenter ex ſuo di=
cto ſequantur contradictoria : eo ꝙ non ſit magis euidẽs
vnam formam contrariam non cõpati ſecum aliam con=
trariam in eodem ſubiecto: ꝗ̃ vnum corpus nõ cõpati ſe=
cum aliud corpus in eodem loco:immo manifeſtius ſit il
ludque hoc:ſicut patꝫ. ¶ Quod etiam confirmatur:quo=
niam aliqui et multi ponunt ꝙ cõtraria ſunt naturaliter
et de facto ſimul:licet remiſſa. Nullus autẽ adhuc dixit:ꝙ

naturaliter duo corpora ſeu magna ſeu parua poſſent ſe
cōpati in eodē loco: ⁊ ex ſimultate duorū corporū in eodē
loco nulla ſequantur cōtradictoria: cum per dei potētiā
oppoſitū de facto fiat. oppoſitū nō videt̄ denegādū eē di-
uine omnipotētie. cū communiter dicant doctores: deū
Cap. pmo poſſe quecūq; contradictionē nō implicant. Et luce pri-
Cap. 19. mo dicitur per angelū nō eſſe impoſſibile apud deū om-
ne verbū. ⁊ per primā veritatē que eſt xp̄s Matthei. 19. di
ctū ſit. Apud deū omnia ſunt poſſibilia. ¶ Hanc partē
ſi quis vellet tenere poſſet dicere ad articulū ꝙ articulus
non negat deum poſſe facere plures animas in vna mate
ria: ſed in vno ſcilicet homine vel ſuppoſito. Nam ſi due
anime idem corpus informarent non conſtituerent vnum
hominem tantū: ſed vna anima cum materia cōſtitueret
vnū hominem: ⁊ alia cū eadē materia aliū: ⁊ ſic non eſſet
vnus homo ex vtraq;: q̄uis vtriuſq; eadē eſſet pars: vel
ſi hoc non placet oporteret negari conſequētiā ſcilicet ꝙ
ſi contraria ſunt cōpoſſibilia. ergo ⁊ quelibet forme alie:
⁊ reddere aliquā negatiōis rationabilē cauſam: quod for
5. meta. te eſſet difficile. ¶ Ad rationē Philoſophi dicendū eſſet
T. c. 27. conſequētiam nō tenere q̄uis ipſe putauit eam ſimplici-
ter neceſſariā: quia certū eſt ꝙ ita putaſſet neceſſario ſe-
qui. in loco. a. eſt corpus. b. ergo in loco. a. non eſt corpus.
. c. ⁊ abſolute. ergo in loco. a. nō eſt aliud corp⁹ p̄ter. b. ſicut
putauit ſequi. in hoc ſubiecto eſt albedo. ergo ī hoc nō eſt
nigredo. ⁊ tñ p̄ria nō eſt ſimpliciter neceſſaria. ¶ Ad ter-
tiā diceret̄ ꝙ quarūlibet rerū nature ſūt nutui dei: q̄ oīm
eſt ordinator ⁊ actor ſubiecte: vt cuicūq; ſit naturale ꝙ fa
cere de illa voluerit deus etiā ſi faciat de ipſa qđ virtute
create nature fieri nō poteſt: ⁊ ꝙ ſit contra cōſuetum cur-
ſū nature: ac per hoc poſſet dici aliquo modo contra na-
turā. ⁊ ideo Aug. 26. contra Fauſtū. deus creator ⁊ con-
ditor omniū naturarū nihil cōtra naturā facit. id eñ erit
cuilibet rei naturale: quod ille fecerit: a quo eſt omnis mo
dus numerus ⁊ ordo nature. Et ſubdit. ſed contra natu-
ram nō incongrue dicimus. aliquid deū facere: quod fa-
cit contra id quod nouimus in natura. hāc eñ etiā appel
lamus naturam: cognitū nobis curſum ſolitūq; nature:
contra quē deus cum aliquid facit: magnalia vel mirabi
lia nominātur. Ideo autē dicit cuiq; rei eſſe naturale: ꝙ
de illa deus fecerit: quia quālibet naturā ita deus inſti-
tuit: vt eſſet apta nata ꝙ ex ea fieret quicquid ex illa face
Cap. 29. re ille poſſet. vnde. 9. ſuper Gen. ad litteram. ſuper motū
inquit curſumq; rerū naturalē poteſtas creatoris habet
apud ſe poſſe de his omnibus facere aliud q̄ eorum qua
ſi ſeminales rationes habent: nō tamen illud quod non in
eis poſuit vt de eis fieri vel ab ipſis poſſit. neq; eñ poten-
tia temeraria: ſed ſapientie virtute omnipotens eſt. ⁊ hoc
de vnaquaq; re in ſuo tempore facit ꝙ ante in ea fecit vt
poſſit. ¶ Deinde exemplificans de his que naturali cur-
ſu res create poſſunt ⁊ de his que poteſt ſolus deus: ſicut
ꝙ femina ſterilis in iuuētute pariat in ſenectute. ꝙ aſina
loquatur. ⁊ alia mirabilia plura ſubdit de iſtis mirabili-
bus: dedit quidē naturis quas creauit vt ex eis ⁊ hec fie-
ri poſſent. Neq; enim ex eis nihil ille faceret quod non ex
eis poſſe fieri prefigeret: quoniam ſeipſo non eſt ipſe potē
tior: verūtamen alio modo dedit vt non haberent in mo-
tu naturali: ſed in eo quo ita creata eſſent vt eorum natu-
ra voluntati potentiori amplius ſubiacetur. ¶ Ex his
poſſet dici ꝙ contraria vtiq; habēt ex ſuis naturis vt ſint
incompoſſibilia ſm curſum naturalem ⁊ ſolitum: ſed cū
hoc etiam habent ex ſuis naturis vt poſſint ſimul eſſe ad
dei nutū. ⁊ huic ſimile eſt: ſi dicatur ꝙ corporales dimen
ſiones ex ſuis habent naturis vt ſibi mutuo reſiſtant ⁊ in
compoſſibiles ſint in eodem loco: ⁊ tamē ſic inſtitute ſunt
in ſuis naturis vt cum deus voluerit ſimul eſſe poſſint.
¶ Qui vero primam viam tenere vellet haberet ſe fige-
re ſuper hoc ꝙ contraria ſint ex ſuis naturis ſimpliciter
incompoſſibilia. ⁊ ꝙ vt tales eſſent deus inſtituit: nec op-
poſitum deus poſſet facere: niſi eorum mutet naturas.
¶ Quod vtrum ſit verum an eius oppoſitum oſtendat
qui poteſt ⁊ ex predictis duabus vijs eligat que plus pla
cet. Sed pertinaciam ⁊ temeritatem in re tanta deuitet.
ego autem pro nunc ad neutram partem determinate de
clino: omnipotentem tamen deum eſſe nō dubito. ¶ Sed Cōtra cō-
contra concluſionē huius articuli a multis arguitur mul cluſiones.
tipliciter. Et primo contra primā arguunt aliqui primo Sco. ſcdo
ſic. ſi contraria non poſſent naturaliter eidem ſimul ineſſe ſen. diſ. 2.
ſequitur ꝙ quando ſubiectū aliquod tranſmutatur conti q. 4.
nue de vna forma contraria in aliā vel forma corrumpen
da haberet vltimū inſtans ſui eſſe: vel generanda haberet
primū ſui eſſe. conſequentia ſatis eſt patens. Nam inſtās
copulans totum tempus in quo ſubiectum eſt ſub forma
expellenda ⁊ totum in quo eſt ſub generanda: vel erit vl-
timū precedentis vel primū ſequentis: totum enim tēpus
hoc ⁊ tempus illud totaliter ſe excludunt ſi contraria nō
ponantur ſimul. Et tunc nullum medium tempus eſt in-
ter illa: alias ſubiectum per aliquod tempus careret vtra
q; forma: ⁊ per conſequens idem inſtans copulat vtrūq;.
ſed conſequens falſum eſt q̄tum ad primam partē. vt pa T. c. 69.
tet. 8. phyſi. Et ſimiliter q̄tum ad ſecūdam alioquin eſſet
dare primā mutationē ⁊ primam partē motus qui eſt ſm
formā poſteriorē verbi gratia frigefactionis ſi ſubiectū
moueatur a calido in frigidum: quod eſt inconueniens.
¶ Confirmatur. quia ſicut in motu tali non eſt dare pri-
mā remiſſionē forme abijciende. ſic non eſt dare primam
generationē forme inducende. ¶ Secundo agens natu-
rale non remittit vnam formā: niſi cauſando in eius ſub-
iecto aliquid incompoſſibile illi forme ſm aliquē gradū:
⁊ ſm ꝙ cauſat in illud in maiori ⁊ maiori gradu corrum-
pit gradum maiorē vel minorē exiſtentis forme. ¶ Ter
tio Philoſophus. 6. phy. dicit ꝙ omne quod mouet̄ ha- T. c. 32.
bet aliquid vtriuſq; extremi: ⁊ per cōſequens omne quod Cōm. 12.
mouetur ex contrario in contrariū habet aliquid vtriuſ- ⁊ 54.
q; contrarij: quod etiā habetur ex Cōmentatore. 5. phy.
⁊ manifeſtum videtur ad ſenſum: vt aiunt ꝙ aque ſucceſ-
ſiue calefactibili aliquid caloris ineſt manente adhuc fri
giditate: nec totaliter corrupta. vnde dicunt iſti ꝙ ab in-
ſtanti in quo incipit motus currūt ſimul duo motus eiuſ-
dem ſubiecti ſcilicet remiſſionis forme abijciende ⁊ inten
ſionis forme que inducitur ⁊ neutrius motus eſt dare pri-
mam partem. ¶ Quarto ab alijs ſic. conſtat ꝙ quando
agens agit in ſubiectum habens formā contrariā non ſu
bito introducit totam formā intenſiue: ſed in tempore: et
partē ante partē. aut ergo hoc prouenit ex incompoſſibi-
litate partiū forme: ⁊ hoc non: quia omnes ſunt eiuſdē ra
tionis ⁊ nate componere vnam formā perfectiorē: aut ex
inſufficiētia agētis: ⁊ hoc etiā nō eſt verū. Tū quia agens
naturale in ſuſceptiuo diſpoſito poteſt ſimul inducere effe
ctum ſue actiuitati proportionatū: niſi aliud obſtet. Tū
quia hoc vel tollitur ponendo ſufficientiſſimum. aut ter-
tio prouenit: quia ſubiectum non poteſt ſimul eas recipe
re: quod etiā non eſt verū: quia in fine motus oēs ſimul in
uicē ſibi inerunt: aut vltimo p̄pter qualitates vel diſpoſi
tiones contrarias in paſſo repugnantes forme introducē
de: ⁊ habetur propoſitū: quia ſimul cū parte forme intro-
ducta eſt pars prioris repugnās parti introducēde: ⁊ ſic
ſunt contraria ſimul in gradibus remiſſis. ¶ Quinto ab
alijs. ⁊ eſt quaſi eadē rō. oē qđ ſtat cū motu ad aliquā for
mā ſtat cū termino motus: hoc patet: q2 talis motus non
eſt niſi forma fluens ⁊ incompleta. 3. phy. Sed forma con Cō. 6.
traria ex qua ſubiectum trāſmutatur ſtat cū motu: quia
ipſa eſt cauſa ſucceſſionis motus predicti. nam ſm Com
mentatorem. 4. phyſicorū. cauſa ſucceſſionis in motu eſt T. c. 71.

Digitized by Google

reſiſtentia: in motu aūt ad formam nō poteſt eſſe reſiſtentia: niſi ratione forme contrarie exiſtentis in ſubiecto.
¶ Sexto cōſtat q in mixto manēt qualitates elementorū remiſſe quicquid ſit de formis ſubſtantialibus eorum: alioquin nō aliter diſponeret materia ad formā mixti / q̄ ad formā elemēti. ergo cū quelibet pars mixti ſit mixta ⁊ qualitates elementoꝝ ſint cōtrarie: ſequit q in eadē parte materie ſint qualitates cōtrarie in eſſe remiſſo. ¶ Septimo ſi ſint aliqua agētia cōtraria apta agere mutuo approximata in diſpoſitione debita ad agendū ⁊ patiendū: ⁊ inter illa ſit minimū naturale. verbi gratia. minimᵘ aer. et ſint illa agentia calidū ⁊ frigidū ſub talibus gradibus q vtrūqꝫ poſſit agere in reliquum per tale medium minimum: quod totū eſt poſſibile: tunc cum diſtans non poſſit
T.c.74. agere in diſtans: niſi agendo in medium: vt patet in.2. de aīa. ⁊ vtrūqꝫ iſtorum agat in reliquum. ſequitur q vtrūqꝫ agat in medium: ⁊ cum actiones iſtorum ſint contrarie: illud minimum ſimul totū mouebitur motibus contrarijs: et per conſequens motus contrarij ſunt ſimul in eodem: et ſimul etiam forme permanentes cōtrarie erunt in eodē ſcilꝫ caliditas ⁊ frigiditas. ¶ Octauo motus ſurſum et
T.c.50. motus deorſum ſunt cōtrarij. ptꝫ.5.phy. ſed hi poſſunt ſimul eſſe. ergo ⁊c̄. Minor probatur. qꝛ ſi lancea moueatur ſurſum ⁊ muſca moueatur ſuper lanceā verſus deorſum motu proprio: illa muſca ſimul mouetur ſurſum et deorſum. ¶ Item poteſt probari: qꝛ anima humana (licet per accidens) realiter tñ ⁊ vere ſimul mouetur ſurſum ⁊ deorſum. verbi gratia. cum quis manus coniunctas ſeparat eleuando vnam ſurſum ⁊ deprimendo alteram deorſum.
¶ Nono differentie diuidentes idem genus ex oppoſito
T.c.12.13. & 14. ſunt cōtrarie: ptꝫ.10.met. ⁊ ille ſunt ſimul in eodē ſubiecto qꝛ due ſpecies. verbi gratia. calor ⁊ ſiccitas ſunt i eodem ſubiecto: ⁊ iſta conſtituūtur differentijs diuiſiuis eiuſdem generis ex oppoſito. ergo ⁊ tales differentie oppoſite ſunt in eodem ſubiecto. aſſumptum ꝓbatur: qꝛ vel iſte due ſpecies cū ſint eiuſdē generis / vel imediate continentur ſub oppoſitis differentijs illius: ⁊ habetur propoſitū / vel ambe continentur ſub altera differentia: ⁊ tunc cum differētia addita generi conſtituat ſpeciem calor ⁊ ſiccitas erūt eiuſdem ſpeciei ſubalterne: ⁊ tunc quero. aut calor ⁊ ſiccitas continentur in diuerſis oppoſitis differentijs illius ſpeciei ſubalterne: et habetur propoſitum / vel continētur ſub altera: et tunc ſequitur q erunt ſub altera vna ſpecie inferiori ſubalterna: et tunc vt prius queratur an contineantur ſub oppoſitis differentijs ipſius ſpeciei ſubalterne / vel ſubaltera: ⁊ ſic vel proceditur in infinitū / vel erunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime / vel deuenietur ad aliqđ genus ſub cuius differentijs oppoſitis calor ⁊ ſiccitas continētur: et duo prima ſunt falſa. ergo relinquitur tertium quod eſt ꝓpoſitum. ¶ Decimo cum habitu virtutis ſtat aliquis gradus vitij / vel diſpoſitionis ad vitium: que tñ aucta ſit habitus: ⁊ per conſequens eſt habitus eiuſdem rationis cum habitu vitij. ergo cōtraria ſtant ſimul. cōſequētia ptꝫ. Antecedēs ꝓbatur: quia ſi tēperatus eliciat actū oppoſitū: aliquid cauſabit per illū: alias per nullum aliū ſimili rōne aliquid cauſaret: ⁊ ſic nūqꝫ poſſet oppoſitum vitiū generari. illud aūt quod cauſabit / vel erit vitiū vel diſpoſitio ad vitiū: ⁊ illud ſtabit ad cū virtute tēperātie: cū virtᵘ nō corrūpat p vnū actū oppoſitū. ¶ Ad hoc ſunt auctoritates Aug. de natura ⁊ gratia ſatis vltra mediū. ait. poſſunt eni cōtraria nō inuicē aduerſari: ſed ex alterutro tēperari ⁊ bonā valitudinem reddere: ſicut in corpore ſiccitas ⁊ humiditas frigus ⁊ calor: quoꝝ oīm tēpe-
T.c.52. ratione bona corporalis valitudo cōſiſtit. ¶ Itē Ph's.5. phy. dicit q motus qui ſunt ex extremis in medium ſunt ponēdi inter motus contrarios. Et ratio eſt vt ſubdit: qꝛ mediū ad vtrūqꝫ dicit quodāmodo: vbi Cōmen. dicit q

Philoſophus ideo dixit quodāmodo: qꝛ mediū eſt contrariū vtriqꝫ extremo: nō ſimpliciter ſicut alterū extremū Cō.52.
eſt cōtrariū reliquo: ſed mediū eſt contrariū vtriqꝫ extremo per illud qđ eſt in eo de reliquo extremo: ⁊ contrarietas eius differt a cōtrarietate extremi in hoc: qꝛ ſi ꝯtrariū in eo predicto extremo. ſ. vnū extremū nō eſt i ſua vltima perfectione: ſicut eſt in ipſo extremo. Et ſubdit q vtrūqꝫ extremū inuenitur in medio nō perfecte. vnde in trāſmutatione que ſit de viridi ad albū: viride eſt quaſi nigrum. viride eni nō trāſmutatur ad album: niſi ſm q eſt in eo de nigro: non ſm q eſt in eo de albo: ⁊ qñ viride trāſmutatur in nigrū: tranſmutat ſm q eſt in eo de albo: ⁊ ſimiliter qñ album tranſmutatur in viride: tranſmutat in nigrum qđ eſt in viridi: hec Cōmentator. In quibus verbis manifeſte ptꝫ eū ſenſiſſe q in colore medio ſit vtrūqꝫ extremum contrarium: licet nō in ſua vltima perfectione: ſed in eſſe imperfecto ⁊ remiſſo. ¶ Hoc idē expreſſe valde.1.phyſi. Cō.56.
ſuper illo verbo Philoſophi. Si aūt quattuor exiſtentibᵘ ſcꝫ cōtrarijs due erunt contrarietates: oportebit ſeorſum vtriſqꝫ eſſe alterā quādam naturā mediā dicit. Cōmētator q per naturam mediam intelligit ſubiectum cōmune qđ eſt medium inter cōtraria. ⁊ addit Cōmentator: ⁊ ipſe Cō.56.
ſcꝫ Philoſophus dixit: q ſubiectum inter cōtraria ad ſimilitudinē medij: eſt eni ſimile ei quoquo modo: qꝛ in potentia vtrūqꝫ extremum. Sed tñ ſubiectum eſt vtrūqꝫ extremum in pura potentia. mediū vero eſt vtrūqꝫ extremū non potētia pura: ſed aliqua potentia. In medio enim eſt vtrūqꝫ extremum in actu: ſed tñ non in vltima perfectione. ergo eſt in potentia vtrūqꝫ extremum. quodāmodo et in actu alio modo. ſubiectum vero eſt vtrūqꝫ extremum potentia vero. hoc ipſe. ¶ Item philoſophus.10.meta. ⁊ T.8.c.23.
Cōmentator ibidē. expreſſe dicunt q oīa media inter contraria ſunt cōpoſita ex contrarijs. et in pluribus alijs locis eādem ſententiā ponere vidētur. Ex quibus ſequitur ſm intentionem eoꝝ q cōtraria in gradibus remiſſis ſint ſimul in eodē ſubiecto primo. ¶ Ad iſta reſpōdeo. ad primū primo poteſt dici q ꝯña non valet vniuerſaliter. ſicut
ptꝫ in precedenti. q. arti.3. in reſponſionibus ad.3.⁊.5.⁊.8. Scotus.
argumēta facta contra dicta. conceſſa tñ ꝯña illa. vbi vꝫ vbi ſupra.
dico ad ꝯñs q non eſt incōueniens. imo aliqñ neceſſariū q ſit dare primū inſtās poſterioris forme. ⁊ hoc vult etiā
Philoſophus.8.phyſi. ¶ Ad cōfirmationem dicendum T.c.69.
q accipiendo ꝓprie remiſſionem pro partiali. ſcꝫ corruptione forme ſm partes intēſiuas: quomodo accipere debet ratio vt ſit ad propoſitum: illa ſimilitudo nulla eſt.
¶ Ad ſecundam rationem que videtur quaſi probatio huius confirmationis. dicendū q falſum aſſumit ſcilꝫ q agēs non remittit formā: niſi cauſando aliquid incōpoſſibile forme in eadem parte ſubiecti: quinimo nunqꝫ dum eſt aliqua pars forme in aliqua parte ſubiecti eſt ab agēte inductum aliquid de forma oppoſita in eadem parte.
¶ Ad tertium dico q aliquid moueri ex contrario in cōtrariū: ſiue aliquid exiſtens ſub vna forma cōtraria traſmutari in aliā pōt dupliciter intelligi. Uno modo qꝛ continue magis perficitur per formam cōtrariam acquirendo partem poſt partem eſſentie forme contrarie. Alio modo dici poteſt moueri ad formā contrariā nō ſic: ſed qꝛ cōtinue magis diſponitur ad formā contrariam. tunc dico q mouetur de contrario in contrariū primo modo habet aliquid vtriuſqꝫ cōtrarij. non tñ ſm eādem partē ſui: ſed. vna pars moti eſt ſub vna forma cōtraria: ⁊ alia ſub alia et continue ſm aliam ⁊ aliam ſui partem acquirit aliā et aliam partem forme cōtrarie ⁊ perdit priorem: ſicut motum localiter non ſm eandem ſui partem habet vtrūqꝫ loci. ſcilicet a quo mouetur: et ad quem mouetur partem: ſed vna pars eius eſt in loco a quo et alia in loco ad quem mouetur: et ſicut nunqꝫ vna pars eſt tota

in vtroqꝫ loco:ſic nec in tali motu ad formā vnqꝫ vna pars
ſubiecti eſt tota ſub vtroqꝫ contrario. Et hec eſt intentio
T.c.32. Philoſophi ex toto in.6. phy. vbi allegatur: qm̄ ibi vult
Cō.32. probare ꝙ omne mobile eſt diuiſibile:⁊ ſm ꝙ Cōmē.expo
nit ibidē Philoſophus intelligit de diuiſibilitate ſm vi-
tima ideſt ſm partes mobilis:quarū vna eſt extra aliā ſm
ſitū ⁊ hoc probat Philoſophus aſſumēs hanc propoſitio
nē.omne quod mouetur partim eſt in eo ex quo mouetur
⁊ partim in eo ad quod mouetur. Ex quo vlterius ſequi-
tur:ꝙ omne quod mouetur vtriuſqꝫ extremi ſeu termini
motus partē habet. Sic etiā intelligi debere patet per eū
ſideꝫ circa ſinē.5.phy. vbi determinās ꝙ quies in termino
T.c.62. a quo contraria eſt motui:nō autem quies in termino ad
quē mouet contra ſe dubiū:quia cū mobile duꝫ mouetur
partim habeat de termino a quo.ſequitur ꝙ contraria in
ſint eidē ſcilicet motus a termino a quo ⁊ quies in eōdeꝫ.
¶ Et reſpondit ꝙ ſm aliā partē ſui mobile quieſcit in ter
Cō.62. mino a quo:⁊ ſm aliā eſt in termino ad queꝫ:vbi Cōmen.
ait.Et cū omne motū eſt diuiſibile vt poſt declarabiť:tūc
motū non eſt quieſcens in eo ex quo mouetur:niſi ſm par-
tem nō ſm totū ideſt ſimpliciter:qm̄ dū mouetur: quedaꝫ
pars eius eſt in eo quo mouetur:⁊ quedam pars in eo ad
quod mouetur:⁊ ſic non ſequitur vt duo contraria inue-
niantur in eodem:hec Commentator. Et nota ꝙ iſta que-
ſtio et ſolutio eius magis eſt propria de motu ad formaꝫ:
ꝗ̄ de motu locali:quoniaꝫ nulla pars moti localiter quie
T.c.2. ſcit in actu. vt probatur.7.phy.⁊ hoc vbi proximo notat
Cō.62. etiam Commenta. cuius reſponſionem ꝗ̄tum ad motum
Cō.70. localē nota ibidem in fine commenti. ¶ Item .8.phy.ex
preſſe dicit ꝙ mobile dum mouetur adimittit ſucceſſiue
partem poſt partem illius a quo tranſmutatur:⁊ ſucceſſi-
ue acquirit partem illius ad quod tranſmutatur. ⁊ illud
a quo tranſmutatur. ⁊ illud ad quod ſunt oppoſita:⁊ vtrū
qꝫ eſt in parte tranſmutati alia a parte in qua eſt reliquū:
ſed ſunt non determinata in ſe neqꝫ apud nos. ⁊ hoc vni-
uerſale ⁊ commune eſt cuilibet tranſmutato. ¶ Sed con
tra illud poteſt argui: ponendo ſubiectum tranſmutatuꝫ
eſſe minimū quod poteſt eſſe motum in actu ſm illas for-
mas:tunc enim neceſſario in eadem parte ſubiecti erunt
ille partes formarum contrariarum:cum per poſitū neu-
tra poſſit ſaluari in parte illius moti. Similiter idem po-
teſt dici de intellectu ⁊ voluntate que ſunt indiuiſibilia:
et tamen poſſunt tranſmutari de contrario in contrariuꝫ
verbi gratia de ſcientia in erroreꝫ ⁊ econtra:⁊ de vna opi-
nione contraria in aliam. Similiter voluntas de vitio in
virtutem ⁊ econuerſo. ¶ Reſpondeo ꝙ quando mobile
eſt indiuiſibile vel minimū motum ſm ſe ſeparatum. vt ſu
pra dictum eſt.impoſſibile eſt ipſuꝫ motu continuo tranſ-
mutari de contrario in contrarium ſm modum predictū:
ſed ſolum ſecundo modo ſcilicet quia continue magis di-
ſponitur ad contrarium inducendum. vnde ſi ſit aliquid
minimum frigidum ⁊ iſtud ſuſceptiuuꝫ caloris:debeatqꝫ
tranſmutari in calidum motu continuo: prius continue
remittetur ⁊ fiet minus frigidum ⁊ in inſtanti in quo erit
primo cōpleta eius remiſſio ſeu ſucceſſiua corruptio ſm
partes intēſiuas frigiditatis:introduceretur primo in eo
tota forma caloris:⁊ ita etiam dico de intellectu ⁊ volun-
tate. Hoc autem modo non ſequitur cōtrarias formas ſi-
mul eſſe in eodem ſubiecto primo. non dico tamen ꝙ oīs
trāſmutatio a cōtrario in cōtrariū ſit ſucceſſiua:qm̄ nihil
prohibet aliquā eſſe ſubitā:ſꝫ nec tūc ſunt cōtraria ſimul:
quinimmo eodē inſtāti primo vnū nō eſt ⁊ aliud eſt. quo-
modo autem in tali motu remiſſionis:motum vtriuſqꝫ ex
tremi habeat partem:⁊ qui ſint termini talis motus: ma-
gis patebit in ſequenti.q. In propoſito autem ſufficit ſci-
re ꝙ non ſunt ſimul forme contrarie:quod ex ſupradictis
ſatis eſt manifeſtum.

¶ Quod vero addunt iſti hoc eſſe manifeſtum in aqua
que calefit dicēdum ꝙ nunqꝫ in aliqua parte aque indu-
citur aliquid caloris.i.aliquis calor ꝗ̄diu manet ibi in-
corrupta forma frigiditatis:ꝗ̄uis cōtinue fiat minus fri
gida quouſqꝫ frigiditas tota ſit corrupta ⁊ inducatur for
ma caloris: ſm diuerſas tñ partes aque hoc poteſt cōtin
gere:ꝙ in vna ſit forma caloris: ⁊ in alia ſit forma frigidi-
tatis/nec aliquid prohibet: quin etiam talis trāſmutatio
extenſiua de contrario in contrarium ſit continua. vt pa-
tet in precedenti queſtione. ¶ Ad quartum dicendum ſi-
cut dicunt aliqui ꝙ hoc prouenit propter repugnantem
diſpoſitionem in paſſo: que diſpoſitio eſt virtualiter con-
traria non formaliter forme que inducitur:⁊ hec eſt cau-
ſa talis ſucceſſionis in eadem parte ſubiecti. Exemplum
in aqua calefactibili:cuius forma ſubſtantialis virtuali-
ter repugnat calori: ideo per eam aqua naturaliter incli-
nať contra calorem violenter inducendum/ vel inducibi-
lem/ac per hoc non ſimul: ſed ſucceſſiue calor in ea indu-
citur ab agente. ⁊ hinc eſt vt dicūt ꝙ ſi deus ſubito anni-
hilaret frigus aque:⁊ approximaretur igni non ſubito ca
le fieret.oportet autem ad iſtū caſum addere ꝙ deus con-
ſeruaret etiam miraculoſe formam ſubſtantialem aque.
¶ Poteſt etiam dici ꝙ hoc prouenit aliqñ ꝓpter diſpoſi
tionē forme que in principio non eſt tam perfecta:vt tota
forma poſſit ſimul induci:⁊ ideo ſicut continue magis diſ
ponitur ſubiectum/ſeu diſpoſitio illa magis augetur: ſic
plus de forma inducitur. Non eſt enī eſtimandum ꝙ ſub-
iectum ſufficiēter diſponatur ad formam propter ſolam
remotionem forme contrarie/ vel diſpoſitionum propria-
rum ad formam cōtrariam: alioquin nuda eſſentia mate-
rie eſſet propinqua materia ⁊ proprium ſuſceptiuum cu-
iuſlibet forme:quod tñ falſum eſt. vt patet.9.meta.ſed vl- T.c.12.
tra remotionem contrarie diſpoſitionis oportet propriā ⁊
conuenientem inducere ſi non eſt/aut ſi eſt:ſed imperfecta
illā augere: ⁊ ſicut ad hoc vt forma inducatur requiritur
debita diſpoſitio in materia: ſic vt perfectior inducať re-
quiritur diſpoſitio maior. hinc eſt ꝙ cū lumen a ſole cau-
ſatur in nube terra ⁊ groſſa:non ita intenſum eſt in princi-
pio:ſicut poſtea qñ nubes illa ſubtilior et rarior facta eſt
per actionē ſolis in ipſam:⁊ ſicut ipſa continue ſubtiliať:
ſic continue lumen eius intenditur: ſic etiā cū aer magis
calefit non obſtante ꝙ nullā diſpoſitionē contrariam ha-
bet ad calorem:qꝛ tñ non habet diſpoſitionem ad ſummū
calorē:ideo non ſubito ſumme calefit:ſed ſicut ſucceſſiue
fit rarior:ſic etiam ſucceſſiue fit calidior:⁊ ſic patet ꝙ illa
ratio ab inſufficienti procedit. Nam alia cauſa eſt preter
illas in ea tactas. ¶ Ad quintū ptꝫ per idem:qꝛ non ſemꝑ
cauſa ſucceſſionis eſt reſiſtētia forme ꝓprie ⁊ formaliter
contrarie:vt aſſumit argumentū:ſed aliqñ reſiſtentia for-
me cōtrarie virtualiter/ſeu denoīatiue quomodo dicunť
cōtraria etiā que ſunt effectiua cōtrarioꝝ: ⁊ que ſunt ſu-
ſceptiua ⁊ diſpoſitiones cōtrariorū. vt ptꝫ.10.meta.aliqñ T.c.12.et
etiā inſufficiēs et imperfecta diſpoſitio ꝓpria que pōt dici 14.
cōtraria nō ſimpliciter: ſed quodāmodo diſpoſitioni ꝑfe-
cte:ſicut minus albū dicitť cōtrariū quodāmodo ad ma-
gis albū. ¶ Ad ſextū dicēdū ꝙ de mixto poſſum⁹ dupli-
citer loqui. vno modo pro tpe quo miſcibilia in minutiſſi-
mas ptes diuiſa ⁊ abinuicē alterata:nec tñ ſubſtātialiter
corrupta ſunt vnita. ita ꝙ nōdū ſequuta eſt aliqua ſubſtā
tia/ vel gñatio:nec aliqua forma ſubſtantialis nouiter in-
ducta: et per ꝯñs nec aliqua noua ſubſtantia gñata:ſicut
nec ſubſtantie ſic mixte adhuc ſunt corrupte. Alio modo
poſſumus loqui de mixto ꝓ tpe.ſ.quo poſt talē mixtionē
ſequuta eſt ſubſtātialis corruptio miſcibiliū:⁊ gñatio no
ue forme/ſeu noue ſubſtantie. in primo ſenſu accipiendo
mixtū:concedo cōtrarias qualitates miſcibiliū poſſe eſſe
in eadē parte mixta: nec tñ ſic ſunt in eodem ſubiecto pri-

Digitized by Google

mo:quoniā quelibet pars mixta cōgregat in ſe diuerſas
partes miſcibiles:que ſunt diuerſa corpora miſcibilia et
in diuerſo ſitu exiſtentia:cū naturaliter non fiat penetra-
tio corporū:⁊ in vna taliū partiū eſt vna qualitas contra
ria:⁊ in alia eſt reliqua. Si vero loquamur de mixto ſecū
do modo. adhuc dico ꝙ in nulla eius parte ſunt qualita-
tes contrarie:ſic ꝙ earū ſunt idē ſubiectū adequatū:⁊ ta
men qualitates medie ſunt inter cōtraria:nō quidem per
cōpoſitionē:ſed per acceſſum vel conueniētiā:qm̄ quali-
tates mixtorum:vel ſunt alterius rationis a qualitatibus
elemētorū naturalibus:vel ſunt eiuſdē ⁊ vtroqꝫ magis cō
ueniūt cū qualitate vtriuſqꝫ elemēti cōtrarij:ꝗ qualitas
vnius elemēti cū qualitate alterius:propter quā maiorē
conuenientiā vocantur medie:nō autē propter cōpoſitio
nē ex eis:cū ſint eque ſimplices eſſentialiter ſicut ipſe qua
litates elementorū. ſicut ergo nec ante generationem nec
poſt forme ſubſtantiales elementorū ſunt in eadem parte
materie ⁊ adequate:ſic nec eorum contrarie qualitates.
Quod vero aſſumitur ꝙ niſi qualitates cōtrarie elemē-
torū ſint in eadē parte mixti adequate:nō aliter diſpone-
retur materia ad formā mixti:ꝗ ad formā elementi:fal-
ſum eſt. Nā aliter adhuc diſponitur in fieri:quia ad ge-
nerationē mixti quando immediate generatur ex elemē-
tis congregantur elemēta ⁊ diuiduntur ⁊ remittuntur in
ſuis qualitatibus:⁊ tandē forme ſubſtātiales eorū ⁊ qua
litates contrarie aut omnes aut alique corrūpuntur: hec
autem nō cōcurrunt ad generationē elementi. Itē aliter
diſponitur materia in eſſe ad formā mixti:ꝗ ad formam
elemēti:quoniā per aliū gradū raritatis vel denſitatis et
per qualitates medias:vt dictum eſt de his:tamē erit ſer
mo prolixior in ſecūdo. ❡ Ad ſeptimū dico ꝙ poſito tali
minimo inter calidū ⁊ frigidū verbi gratia ignē ⁊ aquā:
adhuc poſſibile eſſet ꝙ vtrūqꝫ ageret in partē minimi:nō
ſolū tranſmutando ſm qualitatē:ſed etiā ſm ſubſtantiā:
ita ꝙ vna pars eius cōuertetur in ignē ⁊ reliqua in aquā:
eſto ꝙ in neutra illarū partiuum ſeorſum ſumpta poſſet
talis forma ſubſtantialis induci:nec hoc eſt incōueniens
ꝙ detur pars cōiuncta minor minimo:quod per ſe poteſt
exiſtere:ſicut dictū eſt in precedēti.q. poſito tamē ꝙ eſſet
illud minimū talis nature ꝙ in neutrū contrariorū poſſet
niſi forſitan in valde magno tempore tranſmutari ſubſtan
tialiter. verbi gratia. aliquis lapis vel aliquid aliud tale
adhuc poſſibile eſſet ꝙ pars eius calefieret ⁊ pars frige-
fieret:eſto etiam ꝙ illud totū eſſet minimū frigefactibile
vel calefactibile vel vtrūqꝫ per ſe ſumptū:⁊ hoc ideo:quia
eſſet coniuncta vtraqꝫ pars eius alicui formaliter tali:ſi-
cut in precedenti.q. tactum eſt. Quia tamen difficultas
argumēti non requirit iſta. ponamus ꝙ vna pars eius nō
poſſit trāſmutari in aliquā qualitatē in qua non tranſmu
tetur ⁊ altera:tunc dico ꝙ ſupponēdum eſt pro conſtanti
vnū iſtorū agētiū eſſe maioris virtutis ad agendū: ꝗ reli
quum:cū ipſa ſint agētia diuerſarū rationū ⁊ contraria.
Nā ſicut duo entia diuerſarū rationum non poſſunt eſſe
equalia in perfectiōe:ſicut poteſt haberi a beato. Aug.3.
Cap.15. de lib.ar. vbi dicit:ꝙ ſi luna eſſet equalis perfectionis cū
ſole nō eſſent ſol ⁊ luna:ſed duo ſoles:⁊ per conſequēs nō
eſſent diuerſarū ſpecierū:ſed eiuſdē:ſic nec duo agētia di
uerſarū rationum poſſunt eſſe equalia in actiua virtute:
quod etiā ſpecialiter verum eſt de cōtrarijs:qm̄ ſi aliqua
equalia eſſent approximata nō mutuo agerent:⁊ ideo qd̄
dicūt aliqui duo actiua vnū frigidiſſimū ⁊ alterū calidiſ
ſimū eſſe equalia in agendo falſum eſt penitus. hoc ergo
ſuppoſito ſupponēdū eſt etiā illud minimū nō eſſe equali
ter diſpoſitum ad illas formas contrarias que ſuppoſitio
etiam eſt neceſſaria:qm̄ formarū diuerſarū rationū ⁊ ne-
ceſſario diuerſe ſunt propria ſuſceptiua:⁊ ſi idē ſit vtriuſ-
qꝫ ſuſceptiuū:nō tamen eque propriū:aut ergo illud me-
diū minimū eſt magis diſpoſitū vel minus diſpoſitum ad
ſuſcipiēdū effectū virtuoſioris agentis aut eque. ſi ſic: di-
co ꝙ agens maioris virtutis aget in totū illud minimū:et
aliud agēs non aget in illud minimū: ſed tantū impediet
actionē agentis virtuoſioris:nō quidē vt non agat:ſed ne
ita intenſe agat ſicut ageret illo non preſente:nec hoc de-
bet videri incōueniēs cū per experientiā videamus ꝙ qm̄
vnū contrariū propinquū eſt in ſitu alteri cōtrario:⁊ vtrū
qꝫ eſt actiuū vtrūqꝫ debilius agit propter preſentiā alte-
rius in paſſum ſibi approximatū:ſicut patet in hyeme ꝙ
aqua appoſita igni non ſic cito caleſit propter aerē frigi-
dū propinquū:ſicut in eſtate quādo aer nō eſt ſic frigidus
⁊ ſicut tunc contrariū debilius non aget in medium illud
minimū:ſic dico ꝙ etiā non aget in reliquū contrariū: ꝗ-
uis econuerſo agens fortius agat in ipſum remittēdo ei9
contrariā qualitatē. Si vero iſtud mediū minimū magis
ſit diſpoſitū ad actionē debilioris contrarij:tunc eſſet con
ſiderandū an tanto eſſet magis diſpoſitū ad eius actionē
ꝙ cōſiderata proportione virtutis actiue virtuoſioris cō
trarij ad virtutē debilioris ⁊ vtriuſqꝫ ad diſpoſitionē illi9
medij potius eius defectus deberet induci vel econtra:⁊
ſm hoc vel illud eſſet reſpondendū. ❡ Ad octauū dicen-
dū ꝙ hoc nomē contrariū vel contraria dupliciter accipi
tur ꝗtū ad propoſitū ſufficit. Nā vno modo dicuntur cō
trarie alique forme extra animā exiſtētes potētes ſucceſ
ſiue eidē ineſſe ⁊ nunꝗ ſimul. ſicut dicimus ꝙ caliditas
⁊ frigiditas ſunt forme contrarie. Alio modo dicuntur
contraria quidam termini qui ſignificatiue ſumpti poſ-
ſunt ſucceſſiue de eodem pro eodem verificari ⁊ nunꝗ ſi-
mul. ⁊ iſti ſunt in duplici differentia:quia quidam ſignifi
cant res contrarias primo modo:quales ſunt iſti termini
calidum frigidum ſiccum ⁊ humidum: quidam vero nō
ſignificant res contrarias primo modo. ⁊ in hoc gradu ſunt
moueri ſurſum ⁊ deorſum eo modo ſumpti quo poſſunt
dici contrarij:vt infra dicetur:⁊ quia iſti termini motus
ſurſum ⁊ motus deorſum : ſiue moueri ſurſum ⁊ moueri
deorſum non ſignificant talia contraria extra animam:de
quibus ſupra ſermo eſt habitus. ideo argumēta que ſūt
de talibus contrarijs non ſunt directe ad propoſitum. Ne
tamen hec fuga quedam videatur. dico ad argumētū:ꝙ
nec etiam hoc modo ſumēdo contraria cōcludit argumē
tum contraria iſta ſimul de eodē pro eodē verificari. vn-
de ſciendū ꝙ aliquid moueri ſurſum vel deorſum poteſt
dupliciter intelligi ſcilicet ſimpliciter ⁊ in reſpectu. Sim
pliciter moueri ſurſum dicitur illud quod dū mouetur fit
propinquius loco ſimpliciter ſurſum. Et illud dicitur mo
ueri deorſum ſimpliciter quod fit propinquius loco ſim-
pliciter deorſum ſiue cētro mūdi. Sed moueri ſurſum in
reſpectu dicitur illud quod fit propinquius extremitati ali
cuius corporis verſus ſurſum. Et ſimiliter illud quod fit
propinquius extremitati inferiori dr̄ moueri deorſum in re
ſpectu ad corpus illud. Nūc autē motus ſimpliciter ſur-
ſum non eſt contrarius motui deorſum in reſpectu:ſeu ſic
moueri ſurſum ⁊ deorſum:ſed moueri ſurſum ſimpliciter
⁊ moueri deorſum ſimpliciter eodē modo quo infra decla
rabitur poſſunt concedi eſſe contraria. ❡ Tunc ad illud
qd̄ aſſumitur eſt dicēdū:ꝙ vel motus lācee eſt velocior ver
ſus ſurſum ꝗ motus muſce ſuper lanceā verſus deorſum
vel eſt tardior vel equalis illi in velocitate. Si primo mo
do:tunc dico ꝙ muſca mouetur ſimpliciter ſurſum:quia
per motū lācee fit propinquior loco ſimpliciter ſurſum ꝗ
erat prius:non autē mouetur deorſum ſimpliciter: ſed tan-
tum in reſpectu:quia nō fit propinquior loco ſimpliciter
deorſum:ꝗ erat prius:ꝗuis fiat propinquior extremita
ti lancee que eſt verſus centrum. Si ſecundo modo dico
ꝙ muſca mouetur ſimpliciter deorſum et mouetur ſur-
ſum in reſpectu : quoniam ipſa fit propinquior centro;

Digitized by Google

non autem loco ſimpliciter ſurſum: Quis ſiat ꝓpinquior
ſuperiori extremitate lancee. ¶ Si vero tertio modo mo
ueatur .ſ. eque velociter. tunc dicendum ꝙ muſca nõ mo-
uetur ſimpliciter ſurſum/ nec ſimpliciter debet dici moue
ri deorſum: eo ꝙ ſemper equaliter diſtet a loco ſurſum et
a loco deorſum : ſed ſolũ mouetur deorſum ſm quid. ſiue
in reſpectu : eo ꝙ reſpectu lancee: cuius extremitati infe-
riori muſca ſit propinquior muſca mouetur deorſum: et
ſic patet ꝙ cõtraria non ſimul verificãtur de ea. ¶ Ad id
quod additur de anima humana dicendum ꝙ iſti termi-
ni moueri ſurſum ⁊ moueri deorſum non ſunt cõtrarij re-
ſpectu eius quod mouetur tñ per accidens. aĩa vero hu-
mana tñ per accidens mouetur ſurſum ⁊ deorſum dum
eſt corpori coniuncta: ideo argumẽtũ non eſt ad ꝓpoſitũ.
¶ Ad nonũ dicẽdũ ꝙ aliq̃ termini dicuntur contrarij re-
ſpectu generis predicabilis qua les ſunt differentie diui-
dentes ex oppoſito idẽ genus. Quidã vero dicuntur con
trarij reſpectu generis ſubijcibilis ſiue reſpectu ſubiecti.
Et iſti ſunt qui ſucceſſiue et non ſimul poſſunt de eodem
pro eodẽ verificari: vt proxime dictum eſt. termini primo
modo contrarij dicuntur cõtrarij reſpectu cuiuſlibet ſpe
ciei illius generis eo ꝙ non ambe tales differẽtie intrare
poſſunt diffinitionẽ eiuſdem ſpeciei. Sed non dicuntur
contrarij: qꝛ nõ poſſunt verificari de ſpeciebus ſupponẽ-
tibus pro aliquibus rebꝰ exiſtẽtibus ſimul in eodẽ ſubie-
cto. nunc aũt argumentũ ꝓbat hoc ſcðm et non primum.
¶ Ad decimũ nego añs. Ad ꝓbationẽ dico ꝙ ſi tẽperatꝰ
eliciat actũ malũ oppoſitũ actui tẽperãtie ꝑ illũ actũ nul
la forma inducetᷣ: ſꝫ tñ virtꝰ ꝑexiſtẽs ſm aliquẽ gradũ re-
mittitᷣ. Si tñ actꝰ iſte fuerit tã fortis vt illã poſſit remit-
tere. Nã poſſet eẽ ſic debilis et remiſſus: vt nec etiã ipſam
remitteret. Quod vero cõtra hoc dicitur .ſ. ꝙ tũc nullus
actus alius aliquid induceret: dicendum ꝙ nullus alius
actus inducit aliquid dum virtus manet: ſed ꝙ corrupta
virtute nullus alius actus aliquid vitij inducat: nõ ſequi
tur. Si ergo debeat induci vitiũ: oportebit prius remitti
virtutẽ: ⁊ tandẽ corrũpi: ⁊ in inſtãti quo virtus primo erit
totaliter corrupta: aliquid vitij/ vel diſpoſitionis que ſiet
vitiũ erit inductũ. nec eſt ꝯña aliqua: ꝙ ſi ſtante qualitate
cõtraria in ſubiecto nõ inducitᷣ aliquid cõtrariũ: ꝙ etiam
ipſa non ſtãte non inducatᷣ cõtrariũ. Si tñ primus actus
malus tam vehemẽs ⁊ intenſus eſſet : vt totã virtutẽ cor-
rũperet: dicendũ eſſet: ꝙ etiã tunc induceret oppoſitã for
mam: ſed nec ſi contraria forent ſimul. ¶ Ad auctoritatẽ
Aug. dicendũ ꝙ ille non loquitur de contrarijs in eodem
ſubiecto primo: ſed de ꝯtrarijs in diuerſis partibꝰ eiuſdẽ
totius. vtputa in diuerſis mẽbris in corpore aĩalis quali-
tatibus inuicẽ cõtrarijs bene tẽperatis bona corporalis
valitudo cõſiſtit : ⁊ iſtud ſatis poteſt trahi ex precedenti-
bus verbis. ¶ Ad alias auctoritates ꝓbantes ꝙ in colo-
re medio ſunt cõtraria. Dicendũ ꝙ color medius duplici
ter poteſt accipi .ſ. ſm veritatẽ ⁊ exiſtentiã: ⁊ ſm apparẽ-
tiam ſolũ. primo modo color medius eſt color ſm eſſentiã
per ſe vnus : cuius quelibet particula cuilibet alteri par-
ticule eiuſdẽ/ ac ipſi toti eſt vnigena ⁊ eſt alterius ſpeciei
Cõ.32. ab vtroqꝫ extremoꝝ: vt. d. Cõmen. 6. phyſi. ⁊ hic color eſt
medius non quidẽ per cõpoſitionẽ ex ſimplicibus colori-
bus extremis: qm̃ ſic non eſſet in per ſe vnus : qꝛ ex pluri-
bus actibus diuerſarũ rationũ : quorum neuter alterum
informet: non cõſtituitur eſſentia per ſe vna. vnde ſi rube-
do eſſet ſic medius color non eſſet vnus color per ſe: immo
nec eſſet color: ſed colores extremi/ nec eſſet in aliqua ſpe-
cie diſtincta ab vtroqꝫ: ſed pars eius eſſet albedo: ⁊ de ſpe
cie albedinis: et alia nigredo: et de ſpecie nigredinis: non
ergo eſt ſic eſſentialiter cõpoſitus: vt aliqui opinari videñ-
tur: ſed ita vere in ſe ſimplex ſicut aliquis extremorum: et
per conſequens non eſt medius per cõpoſitionem: ſed per

abnegationem; qꝛ non eſt alter eorum/ nec vterqꝫ ſimul: ⁊
eſt medium per conueniẽtiam: ⁊ ſm cõparationem: quo-
niam ipſe magis conuenit cũ vtroqꝫ extremorum ſm ſe q̃
vnum extremorum cum altero: ⁊ ad vnum cõparatũ dici
tur habere rationem alterius extremi ꝓpter cauſam pre-
dictam: Quis non ſimpliciter dicatur/ nec ſit alterum ex-
tremoꝝ: ſed vterqꝫ ſit contrariũ: ſed non perfecta ⁊ vltima
contrarietate que eſt ſolũ inter maxime diſtantia. vt dici-
tur. 10. meta. et ideo eſt cõtrariũ nõ ſimpliciter: ſed quodã
modo: vt. d. Phẽs: ⁊ hoc intẽdit Phs. 5. phy. vbi allegatᷣ: T.c.14.
Cõmẽ. ſitr. Et cũ Cõmẽ. d. ꝙ in medio eſt vtrũqꝫ extremo T.c.32.
rum non perfecte: nõ intelligitᷣ ꝙ vtrũqꝫ extremoꝝ ſit ſm
ſuam eſſentiam in eo imperfecte. i. in gradu remiſſo: ſicut
ſic arguentes putant: ſed intelligit ꝙ ipſum medium in ſe
forma vna exiſtens ſimplex eſt quodã modo : non abſolu-
te ⁊ ſimpliciter extremum vtrũqꝫ. vnde rubedo non eſt al-
bedo / nec nigredo ſimpliciter loquendo : ſed comparata
nigredini dicitur eſſe quodãmodo albedo: ⁊ cõparata al-
bedini eſt quodãmodo vel quaſi nigredo: per quas locu-
tiones nihil aliud volunt exprimere: niſi ꝙ mediũ minus
diſtat ab vtroqꝫ extremorũ. q̃ extrema inter ſe: ⁊ ꝙ vtrũqꝫ
eſt ꝯtrariũ: licet nõ ſimpliciter ſine vltima ⁊ maxima con-
trarietate. Similiter cum Commenta. d. ꝙ cum album
transmutatur in viride : trãſmutatur in nigrum quod eſt
in viridi : non intelligit per nigrũ in viridi eſſentiam ali-
quã que ſit vere nigredo que eſt extremum: quia tũc non
eſſet trãſmutatio extremi ad medium : ſed extremi ad ex-
tremũ licet remiſſum: quod tamen non intendit. ¶ Item
ſm hoc in tali transmutatione ſubiectum per ſe tranſmu-
taretur ad duas qualitates contrarias: ſcilicet ad albedi
nem ⁊ ad nigredinẽ que dicuntur eſſe in viridi / vel ſi non
tranſmutaretur per ſe niſi ad alterũ: tunc nec tranſmuta-
retur per ſe ad viriditatẽ: ſed ad partẽ eius tñ : ⁊ ſic cum
aliquid ſit de albo viride: non tranſmutatur niſi acquirẽ-
do nigredinẽ precise : ⁊ forſan perdendo aliquã partẽ al-
bedinis: ⁊ vlterius ſm ſic arguentes eadem erit tranſmu-
tatio que tranſmutatur a magis albo in minus album: et
qua tranſmutatur ab albo in viride : quoniam etiã in pri-
ma trãſmutatione ſm ipſos acquirit aliquid nigredinis:
et perdit partem albedinis. Conſtat autem ꝙ hec omnia
ſunt contra intentionem eorum et omnium recte ſentien-
tium: ⁊ ideo dicendũ ꝙ per nigrum in viridi ⁊ per album
in viridi: non intelligit niſi ſimplicem eſſentiã viriditatis:
que cõparat albedini dicitur quodãmodo nigredo: ⁊ cõ-
parata nigredini eſt albedo nõ ſimpliciter: ſed quodãmo-
do ſm intellectum premiſſum: color vero medius ſm ap-
parentiam ſolum: non eſt vnus color ſm ſpeciem : ſed ve-
re ſunt plures colores ſubiecto diſtincti qui propter ſuam
paruitatem non ſunt ſm ſe diſtincte perceptibiles : ſed
iuxta poſiti videtur quidam color medius: vt dicit Phi-
loſophus in de ſen. et ſen. Hoc tamen poteſt dupliciter
contingere. vno modo per ſolam iuxtapoſitionem minu-
tiſſimorum corporum diuerſorum colorum exiſtentium:
et ſm ſe imperceptibiliũ: ſicut ſi pulueres auri et argenti
minutiſſime attritorum ſimul iungerentur ⁊ coadunaren
tur: ita ꝙ vna pars vnius eſſet iuxta partem alterius ⁊ ſic
ſingule. Et hic modus dicendi de compoſitione colorum
mediorum: ⁊ per iuxtapoſitionem fuit antiquorum vt ibi
ponit Philoſophus. Sed alio modo hec contingit ſm
Philoſophum . ſcilicet non per ſolam iuxtapoſitionem
ſed etiam per mutuam alterationem ⁊ continuationem/
ac mixtionem talium corporum minutorum habentium
proprios colores diuerſos abinuicem ſm ſpeciem : ſicut
contingit in coloribus medijs quos componunt picto-
res ex corporibus inuicem bene miſcibilibus.
¶ Hi duo modi conueniunt et differunt: conueniũt qui-
dem quia tam primo/ q̃ etiã ſecundo q̃diu. ſcilicet eſt tñ

Digitized by Google

modo mixtio: ⁊ illa miſcibilia retinēt proprios colores: nō
ēſt aliquis color medius ſm ſpeciem vnus in rei verita-
te: ſed ſemper ſunt vere plures: ꝗuis appareat vnus me-
dius. Differunt autem quoniam in ſecundo modo dicen-
di eſt maior veritas taliū colorū diuerſorum ꝗ̄ in primo:
quia ſm ſecundū modum: non ſolum talia corpora ſunt
ſuꝑra ſe poſita: ſed etiam adinuicem cōtinuata ⁊ mixta: ⁊
propter eorum mutuam remiſſionem magis propinqua
vel minus diſtantia: facta ſunt a natura coloris medij cu
ius apparētiā faciunt. ¶ Et ſi dicatur ꝙ Philoſophus
vult ibi oſtendere quomodo generantur colores medij ex
extremis ſm veritatē: ⁊ non ſolum ſm apparentiā vt di-
cebant antiqui: ⁊ per conſequens ſm eū eſt dare colores
medios ſm veritatem mixtos ex extremis. Dicendum ꝙ
mixtio talium colorū poteſt dupliciter accipi: ſicut etiā
de mixtione corporum ſupra tactum eſt. Uno modo ſm
ꝙ corpora miſcibilia habentia proprios colores remanēt
icorrupta ſubſtantialiter ꝗuis ſint alterata ⁊ retinent pri
ſtinos colores proprios ꝗuis remiſſos: ⁊ ſic dico ꝙ color
medius apparens non eſt vnus color ſm ſpeciem: ſed plu
res ſm veritatem: ꝗuis ſint vnum ſm continuitatem ſiue
vnum continuum: nec ſic miſcētur huiuſmodi colores ꝙ
fiat ex pluribus exiſtentibus in eodem ſubiecto primo ſi-
cut aliqui putāt: nec hoc intēdit Philoſophus ibi: quod
patet: quia non di. niſi ꝙ in mixtis corporibus neceſſe eſt
colores commiſceri. conſtat autem ꝙ corpora non ſic cō-
miſcentur ſm eum ꝙ ſint in eodem loco primo eum apud
ipſum non ſit poſſibilis corporum penetratio. ergo nec ſic
colores ꝙ ſint in eodem primo ſubiecto: ſed ſicut corpus
mixtum tunc includit plura corpora diuerſarum rationū
ſitu diſtinctorū: ſic color mixtus includit plures colores
diuerſarum rationum ſubiectis diſtinctorū. Si vero cō
gregatum ex talibus coloribus quis vocet colorem vere
mixtum: ⁊ ex hoc velit vocare illum colorem mediū ſm
veritatem ⁊ non ſm apperentiam tantum: non contendo
de nomine. Hoc tamen fateatur ſicut veritas exigit ipſū
fateri: ꝙ talis medius color non eſt vnus diſtinctus ab
vtroꝗ extremorū coniunctim ⁊ diuiſim: ⁊ cuius quelibet
particula parua vel magna ſit toti ⁊ cuilibet alteri parti-
cule vnigenea: ſicut eſt color medius ſm veritatem: qua-
lis eſt viriditas plantarum ⁊ rubedo quorūdam fructuū
et ſimiles colores naturaliter geniti: ⁊ in multis corpori-
bus: quos medios colores vocamus: nec etiam tale mix-
tum apparens color medius (verbi gratia viriditas) eſt ve
re viriditas: ſicut ille color plantarum eſt vere viriditas:
ſed eſt albedo et nigredo que apparēt eſſe viriditas. Alio
modo poteſt accipi mixtio colorum predictorum ſm ꝙ
predictam mixtionem conſecuta eſt ſubſtantialis corru-
ptio corporum illorum: ⁊ generatio noue ſubſtantie: et ſi-
militer corruptio propriorum colorum: ⁊ generatio noui
coloris alterius ſpeciei: ⁊ qui eſt vnus ſm ſpeciem: et in
omnibus ſuis partibus vnigeneus vt ſupra dicebatur: et
tunc dico ꝙ iſte color eſt medius ⁊ ſm apparentiā ⁊ ſm
veritatem: ſed tunc ipſe eſt vere ſimplex in ſe non compo-
ſitus eſſentialiter ab aliquibus coloribus diuerſarum ra
tionum: qui ideo etiam vocatur mixtus ex extremis: ⁊ cō
poſitus: quia ex mixtione ⁊ compoſitione diuerſorum co-
lorū extremorū per ſe ſequitur eiꝰ generatio: ꝗuis ipſe ſit
in ſe vere ſimplex: ⁊ hoc vt puto eſt verus intellectꝰ Phi-
loſophi. ¶ Ex his patet ꝙ qualitercūꝗ ſumaꝛ color me-
dius: nūꝗ cōcluditꝛ duo cōtraria eſſe in codē primo ſub-
iecto. Nā ſi ſumiꝛ color medius ſm ſpeciē ⁊ ſm veritatē
ille nō includit in ſe cōtrarios colores. Si vero ſumatur
color medius qui nō eſt medius ſm ſpeciem ideſt alteriꝰ
ſpeciei medie inter extrema ſm veritatem: ſed ſm appa-
rentiam ſolū: ꝗuis ille includat in ſe colores cōtrarios:
illi tamen contrarij non ſunt in codem primo ſubiecto.

¶ Per predicta patet quid dicendum ad oēs auctorita
tes que vidētur innuere in colore medio contineri extre-
mos. ¶ Ad auctoritatē etiam inductā Cōmen. dicentis Cõ.56.
1. phy. ptꝫ quid dicēdum. Nam ſi accipiat colorē mediū
ſm apparentiam vtroꝫ modo predictoꝝ intelligat. ptꝫ ꝙ
nō eſt cōtra predicta. Si vero accipiat colorē mediū ſm
veritatē exponēdum eſt. d. ꝙ in medio eſt vtrūꝗ extremū
in actu: ſed nō in vltima perfectione. i. mediū eſt quidem
actus qui eſt quodāmodo vtrūꝗ extremū nō ſimpliciter:
ſicut ſupra dicebaꝛ: ꝙ ipſe intelligat per hec verba non in
vltima perfectione: ſubiectū aūt eſt vtrūꝗ extremū in po
tentia pura. i. eſt in potentia pura ſuſceptiua vtriuſꝗ ex-
tremi: ⁊ ideo non eſt medium: qḋ eſt actus medius: ſed qḋ
eſt potentia media. Si aūt accipiat colorē mediū ſm ap-
parentiā tñ: clarus eſſet intellectus auctoritatis: et ſatis
eſſet ꝓbabile eum ſic accepiſſe: cū ſue opinionis fuerit vt
patebit in ſcḋo. ꝙ miſcibiliū forme nō totaliter corrūpan-
tur: ⁊ eodem modo fuerit opinatus de mixtione colorū.
Siue tñ hec opinio ſit vera / ſiue non: non ſequitur ꝙ con-
traria ſint in eodem ſubiecto primo: vt prius dictum eſt.
¶ Ad duas primas auctoritates adductas in principio
q. dicendū ꝙ per mixtionē cōtrarij pōt intelligi et cōpoſi-
tio cū contrario: ⁊ acceſſus ſeu approximatio ad contra-
riū: primo modo non ſunt intelligēdi Phs ⁊ Cō. ſed ſcḋo
modo: vt ſenſus prime auctoritatis ſit: ꝙ que contrarijs
ſunt impermixtiora. i. minus ꝓxima ⁊ accidētia ad con-
traria ſunt magis talia: vt albius qḋ eſt nigro īpermixtiꝰ
. i. qḋ minus accedit ad nigrū / ſeu minus eſt proximū / ſeu
magis diſtās a nigro: eodē modo ſenſus alterius. album
nō fit minus albū: niſi ex mixtione cōtrarij. i. niſi acceden-
do ad cōtrariū et diminutū in omni genere eſt diminutū
per mixtionem cōtrarij. i. per acceſſum et approximatio-
nem ad contrariū. Poſſet tñ per ly contrariū. intelligi nō
contrarium poſitū ⁊ ꝓprie dictū: ſed priuatio: ⁊ tunc eſſet
ſenſus ꝙ albū fit minꝰ albū ꝑ mixtionē cōtrarij. i. ꝓuatio-
nis albedinis: nō totale tñ. i. oīm partiū albedinis: ſed ali-
quarum. Nam minus albū priuatum eſt pluribus parti-
bus albedinis ꝗ̄ magis albū: ⁊ ex hoc dr̄ magis mixtum
cum priuatione albedinis. ⁊ eodē modo ad alias auctori
tates. Et vtraꝗ reſponſio ſatis eſt ſufficiēs. ¶ Ad aliam
auctoritatem Cōmenta. ex. 2. de generatione dicendū ꝙ T.c.49.
Cōmen. loquitur ibi de cōpoſitis genitis ex mixtione pri-
morum elementoꝝ. ⁊ poſtꝗ ꝓbauit illa eſſe mixta ex ter-
ra ⁊ aqua: infert ꝙ reliqua duo elementa. ſcilꝫ aer ⁊ ignis
etiam cōcurrunt ad mixtionem: alioquin tale cōpoſitum
eſſet frigidū in ſummo: vt autem ſupra dicebatur: mixtū
poteſt dupliciter accipi. ſ. ante corruptionem ſubſtantia-
lem miſcibiliū: ⁊ tunc conſtat ꝙ in mixto ſunt ſubſtantia-
liter cōtraria elementa remiſſa adinuicem: alioquin ſi tñ
elementa frigida eſſent in mixto: mixtum eſſet frigidum
in fine ſicut ipſa elemēta. Alio modo poteſt accipi mixtū
ex elemētis quando elementa ſunt ſubſtantialiter corru-
pta ⁊ genita ⁊ noua ſubſtantia: que vtiꝗ etiā diciꝛ mixta
non quia ſubſtantialiter ⁊ formaliter elementa contineā-
tur in ea: ſicut in mixto. primo modo ſumpto: ſed quia ip-
ſius generatio priorem mixtionem preſupponit: et ſequi-
tur: aut quia eius forma eſt media per conuenictiam: vt
ſupra tactum eſt aliqualiter et amplius declarabitur in
in ſecundo. Et in hac ſententia dicit Commenta. ꝙ non Cõ.49.
eſt tantum frigidum: ſed etiam calidum: quia ſcilicet ad
priorem mixtionem non tantum interuenit elemētum fri
gidum: ſed etiam calidum: alioquin ipſa eſſet frigida in
fine. Nam frigidum non fuiſſet remiſſum ex quo ipſa ge-
nita eſſet: et ſic debet intelligi Commentator: non autem ꝙ
omne frigidum purum ſit frigidum in fine / nec ꝙ in re-
miſſe frigido contineatur formaliter calor.

Digitized by Google

¶ Diſtinctionis. xvij. Queſtio. iiij.

QUarto quero. vtrũ forma corporalis intendatur per acquiſitionem noue forme vel ptis ſeu grad⁹ forme eiuſdẽ rationis: Et videtur q non. primo au
T.c.79. ctoritate Philoſophi.4. phy. in illo capitulo. Sunt autẽ quedam que per rarum
ꝛ denſum. ait enim ibi q ex calido fit magis calidũ nullo facto in materia calido: quod non eſſet calidum quando
Cõ.84. erat minus calidum. Et ibi Commen. dicit q corpus calidum tráſfertur in maiorem caliditatẽ nullis partibus calidis in actu aduenientibus: ſed ex intenſione ipſius caliditatis. Ex quibus videtur vtriuſq intentio eſſe q in tali intenſione caloris non adueniat nouus calor ſubiecto: ſed prior tantummodo perficiatur ꝛ vigoretur. ¶ Secũdo ſi in huiuſmodi intẽſione acquireretur noua pars forme: vel prior remaneret in ſubiecto ſimul cuz nouiter acquiſita: vel adueniẽte noua prior corrumpetur. Non poteſt dici q ſimul remaneant: tum quia tũc duo accidẽtia ſolũ numero differentia eſſent in eodẽ ſubiecto primo: qd
T.c.16. eſt impoſſibile: vt patet.5.meta. tum quia forma intenſa cõpoſita eſſet: ꝛ nõ ſimplex contra auctoritatẽ sex principiorum dicentẽ: q forma eſt contingens cõpoſitioni ſimplici ꝛ inuariabili eſſentia conſiſtens. Et ſtatim addit q forma a natura cõpoſitionis ſeiungitur. vbi videtur velle: q nature cuiuſlibet forme cũ formã in communi diffiniat repugnet compoſitio: tũ quia quãto forma eſt cõpoſitior: tanto eſt imperfectior ꝛ econtra: quanto ſimplicior tanto perfectior. ¶ Ex quo vltra ſequitur q quãto forma eſſet intenſior tanto eſſet imperfectior: ꝛ tanto perfectior quanto remiſſior. Et patet conſequẽtia: quia quãto eſſet intenſior: tanto eſſet cõpoſitior: ſi intẽſio forme fieret per additionẽ noue partis forme priore remanẽte: nec poteſt dici: q in aduentu noue partis prior corrũpatur: tum quia nõ intẽderetur neq intẽſiue augmẽtaretur forma: quia
forſan vna alia perfectior generaretur: quia quod augetur preexiſtit: vt patet primo de generatione: tuz quia nõ
T.c.31. apparet cauſa corruptionis partis forme preexiſtentis: quoniam nec agẽs eſt contrarium: ſed ſimile: nec pars adueniẽs forme eſt contraria ſibi. cum ſit ſimilis ꝛ eiuſdem ſpeciei: nec etiam ſubiectum eius corrumpitur vt ſupponitur: nec in tali intenſione agens eſt abſens: ſed preſens quod dico propter formas que ad ſuum exiſtere dependent ab agente actualiter conſeruãte: vt lumẽ in aere: omnis autem forma que corrumpitur propter aliquod predictorum videtur corrumpi.

AD oppoſitum arguitur: quia intẽſio forme: ſi eſt continua eſt motus: et ſi
Cõ.48. ſubita eſt mutatio: motus autem ſm Cõmẽ.5.phyſi. nihil aliud eſt q̃ acquirere partẽ poſt aliã ex illo ad quod res mouetur donec acquiratur illud aliũ ad quod mouetur
Cõ.4. perfecte. Et.3.phy. di. q motus nihil aliud eſt q̃ generatio partis poſt aliã illius perfectionis ad quã tendit motus: donec perficiatur: ꝛ ſit in actu: que de motu acquiſitiuo qualis eſt quelibet intẽſio cõtinua vera ſunt: ſimiliter mutatio eſt ſubita acquiſitio perfectionis ad quã ſubiectum immediate fuit in potentia: ꝛ per conſequens in omni intenſione: ſiue ſubita ſiue ſucceſſiua ſubiectum quod fit magis tale acquirit aliquam partem forme quã prius non habebat: ꝛ ſimiliter in remiſſione perdit aliquaz quã prius habuit. Nam ꝛ omnis motus deperditiuus eſt deperditio partis poſt partem eius perfectiẽis vel rei: quã prius mobile habebat: remiſſio aũt motus deperditiuus eſt: ſi ſit continua: vel mutatio ſi ſit ſubita.

CIrca queſtionẽ duo ſunt articuli perquirendi: vn⁹ eſt de eo quod principaliter queritur. ſecundus eſt habito q forma intendatur per acquiſitionez noue partis forme. videndum vtrum pars prior remaneat in ſubiecto ſimul cum parte ſequente vel non.

QUantum ad primũ articuluz eſt opinio vna q in intenſione forme nulla talis pars de nouo acquiritur verbi gratia cuz aliquod calidum fit Dñs Egi
magis calidum non acquirit aliquam formam vel partẽ dius ſcdo
ſeu gradũ forme: que vel qui ſit eſſentialiter calor: ſed per quolibeto
eundem calorem precise non auctum non intenſum eſſentialiter: per quem erat prius calidus eſt poſtea magis ca- q.14. ꝛ in
lidum. Et ratio eſt ſm eos: quoniam forma ſuſcipiens in- pmo ſen.
tenſionem ꝛ remiſſionem eſt indiuiſibilis: ꝛ carens omni latitudine graduali ſm eſſentiam: ſm eſſe autem habet latitudinem: ꝛ ideo ſuſcipit magis ꝛ minus ſm ſuum eſſe ac per hoc eadem ſm eſſentiam poteſt dare magis ꝛ minus eſſe ſubiecto. Q autem forma ſm eſſentiam ſuaz nõ habeat intenſionem probant primo quidem ſm Philoſo
phum.8.meta. forme quantum ad eſſentias ſuas ſunt ſi- T.c.10.
cut numeri: conſtat autem q vnus numerus non eſt maior neq minor alio numero eiuſdem ſpeciei. vt ſenarius ſenario: nec etiam vnus per aliquam additionem poteſt fieri maior infra eandem ſpeciem: neq per ſubtractionez minor: quinimmo quelibet additio vel ſubtractio variat ſpeciem numeri. Senarius enim per nullam additionez poteſt fieri maior ſenarius: ſed quacunq vnitate addita ſenario reſultat noua ſpecies numeri. Et ſimiliter quacũq ſubtracta variatur numeri ſpecies: ſic etiam eſt in quibuſlibet formis: q nulla ſm ſuam eſſentiam eſt maior vel intenſior ac perfectior alia forma eiuſdem ſpeciei nec per aliquam additionem vel ſubtractionem poteſt ſm ſuam eſſentiam fieri maior aut minor: aut intẽſior vel remiſſior in eadem ſpecie manens. Et ex hoc ſequitur q nulla intẽſio fit per acquiſitionem noue partis forme que priori addatur: quoniam talis additio non poteſt ſtare cum identitate ſpeciei: forme autem intenſio non variat ſpeciẽ forme. Item nec per acquiſitionem forme eiuſdem rationis totaliter noue priore deſinente: quia eſto q talis ſucceſſio formarum eiuſdem rationis eſſet poſſibilis in eodem ſubiecto: adhuc non fieret intentio aliqua: nec ſubiectum fieret magis tale. Naz ſequens non eſſet eſſentialiter maior vel intenſior precedente: ſicut nec vnus numerus eſt maior alio eiuſdem rationis. ¶ Secundo idem probatur. Nam quelibet forma ꝛ quelibet res ſm ſuam eſſentiam ꝛ quiditatem habet propriam certitudinem qua certificatur vt ſit illud quod eſt: vnde albedo in ſua natura habet propriam certitudinem qua eſt albedo ꝛ non eſt nigredo nec aliqd aliud: certificatio autem rei ſemper conſiſtit in minimo ꝛ in eſſe indiuiſibili: ſicut ꝛ menſura per quam
de re certificamur: vt patet.10.meta. ergo cuiuſlibet rei T.c.2.
quiditas ꝛ eſſentialis ratio: conſiſtit in indiuiſibili: ꝛ per conſequens quocunq addito vel remoto ſm eſſentiã nõ remanebit res id quod eſt. Cum ergo per intenſionem forme non varietur quiditas ꝛ eſſentialis ratio forme: ſequitur q ipſa non fiat ſm aliquos gradus in eſſe forme.

¶ Quãuis autem forma ſm eſſentiam ſuam ſit indiuiſibilis: ipſa tamen ſm eſſentiam non variata poteſt perficere ſubiectum magis ꝛ minus: hoc probant ſic: ſicut ſe habet virtus ad agere ſic forma ad perficere et dare eſſe: ſed eadẽ virtus numero in ſe non variata poteſt magis ꝛ minus agere ſm q inuenit ſubiectum magis ꝛ minus diſpoſitum. ergo eadem forma numero verbi gratia calor poteſt dare ſubiecto perfectius ꝛ imperfectius eſſe ꝛ facere ipſum magis ꝛ minus calidum ſm q ſubiectuz eſt magis ꝛ minus diſpoſitum: ꝛ ſic non obſtante indiuiſibilitate eſſentiali forme adhuc ipſa latitudinem habet ſm eſſe quod dat ſubiecto. ¶ Dicunt autem vlterius q talis latitudo gradualis ſm eſſe: non competit forme ſubſtantiali: ꝛ eſt ratio: quia forma ſubſtantialis dat ſupposito eſſe

Digitized by Google

ſpecificū et eſſe ſimpliciter: tale autē eſſe nō poteſt variari niſi ꝑ variationē forme. Quapropter ſicut non pōt eſſe variatio in eſſe forme ſm eādē formā ſpecificā: ſic nec in eſſe qđ dat forma ſubſtātialis: forma vero accītalis: q: nō dat eſſe ſpecificū: ideo pōt habere gradus diuerſos in eē ſine diuerſitate eſſentie ſm ſpeciē: et eadē ſm ſpeciē ꝛ numerum pōt diuerſis modis ſm magis et minus dare eſſe ſubiecto ſm ꝙ ſubiectū eſt magis ꝛ minus diſpoſitū. Nā accidentis eſſe eſt ineſſe. ergo diuerſi gradus ſm eſſe accidētis ſunt diuerſi ſm ineſſe. Inherētia autē in accidēte maior et minor eſſe nō poteſt: niſi ſm maiorē et minorē diſpoſitionē ſubiecti ſm ergo ꝙ ſubiectū eſt magis ꝛ minus diſpoſitū ad ſuſceptionē alicuꝰ forme: magis et minus ſuſcipiet illā. vnde vna albedo nō eſt maior alia: ſed vnū corpus eſt albius alio: habet ergo forma accidētalis gradus ſm eſſe: non autē ſm ſuā eſſentiā.

Cōtra egidium ꝛ ſequaces.

la pars vnius ſit cã illius partis alterius a qua ipſa cau- ſat: ⁊ hoc mõ talis circulatio nõ eſt incõueniẽs. Alio mõ põt intelligi circulatio iſta ſic ꝙ aliqd vnius ſit cã illius ꝑmo a quo ipſum cauſatur: ⁊ ſic nego ꝯñtiam in ꝓpoſito. ¶ Ad ſcdam ꝓbationẽ nego ꝯñam eo ꝙ talis circulatio põt finiri ꝑ ceſſationem actus: q̄ ceſſare poteſt anteq̄ ipſe vel habitus ſit ſummus. Si tñ habitus nõ vltra quẽlibet gradũ poſſit augeri: ſed ſit ſtat⁹ ponendus in ei⁹ augmen to: ⁊ tanta ſit ꝯtinue intenſio actus ꝙ ſufficiat ad ſummã intenſionem habitus ꝓcederẽ ꝙ illum augeret vſq3 eſſet ſummus. Si vero non ſit terminus ſui augmenti: dico ꝙ q̄diu durabit intenſus ſufficienter: tãdiu augebit habi- tũ: et ſimili modo loquor de habitu reſpectu actus ſi oĩa ꝯcurrãt reqſita ad intendendũ actũ. ¶ Ad tertiã proba- tionem: q̄uis forte poſſet ꝯña negari: dico tñ ꝙ ꝯñs illud nõ eſt ipoſſibile. Nã ſimili mõ ꝓbaret̃ ꝙ nulla actio cõti- nua in tpe poſſet ꝯtinue velocitari: q2 tunc forma q̄ fieret eẽt iſinita. Et eodẽ mõ ꝙ nullus motus localis poſſet ve locitari: q2 ſpatium acquiſitũ eſſet infinitũ extenſiue: ⁊ eſt ſimilis ꝓbatio in oĩbus. Tunc ad ꝓbationem dico ꝙ non ſequit̃ vtrũq3 nec etiã alterum fore intẽſiue in infinitum. ¶ Et ad ꝓbationem dico: ꝙ non q̄libet pars eſt ꝑfectior ꝑore loquendo de partibus eius ꝓportionis. Nam q̄uis in ſcda parte ꝓportionali tpis. verbi gra. medietate ſcde medietatis: ſit intenſio velocior q̄ in ꝑma parte ꝓportio- nali totius. i. ꝑma medietate: non tñ neceſſariũ eſt latitu- dinẽ acquiſitã in ipſa eſſe maiorẽ latitudine acquiſita in ꝑma: ⁊ hoc ideo q2 tempus ꝑme partis maius eſt: ſed be- ne verũ eſt ꝙ latitudo acquiſita in ſcda parte ꝓportionali eſt maior q̄ ea que ꝑus acquiſita eſt in equali tpe: ſed ta- les partes equales non ſunt infinite in tempore. vnde illa cõparatio velocioris et tardioris actionis vel motus fie- ri debet reſpectu equalis tẽporis: alioquin nõ valeret: nõ enim inconueniens eſt tardum plus pertrãſire in vno an- no q̄ velocius in vna hora: in quali autem tẽpore ipſum pertranſire plus vel equale cum velociori impoſſibile eſt. ¶ Ad tertiam principalem poſſet primo negari antece- dens: nec valet probatio, primo quidem: quia nõ ſufficiẽ- ter ꝓbatur ꝙ habitus poſſit generari in inſtãti: quia eſto ꝙ non ſit dare vltimum eſſe habitus qui corrumpitur nõ ſequitur ꝙ ſit dare primum eius qui generatur. Nam nõ eſt inconueniens animã ꝑ inſtãs vel etiã ꝑ tempus care- re vtroq3 habitu. ideo ille poteſt corrũpi in tempore et nõ habere vltimum inſtans eſſe: et hoc poteſt generari in tẽ- pore ⁊ non habere primum inſtãs eſſe: ſed vltimũ ſui non eſſe: non ſic aũt materia põt carere forma ſubſtantiali: et
T.c.67. ideo de ea bene concludit ratio Philoſophi. 8. phyſi. Si det̃ minimum ſubiecti ſuſceptibilis: aliter nõ ꝓbaret vt patet ſupra. ¶ Secundo dici põt ad ratõem ꝙ nec ꝯña tenet: q2 eſto ꝙ habitus augeret̃ in ꝑmo inſtãti in quo eſt actus: nihil ex hoc preciſe prohiberet ipſum in tẽpore im mediate ſequente augeri continue ſicut contingeret in ca ſu: ſi corpus luminoſum nouiter cauſatum moueret̃ con- tinue poſt illud inſtans verſus partẽ illã illuminatã. Et cum vlterius infertur ꝙ ſi augeretur continue in aliquo tempore: in fine illius temporis eſſet infinitus intenſiue: nego conſequẽtiam: et patet inſtantia in caſu iam poſito: cum vero vlterius hec conſequẽtia probatur: ꝑ hoc ꝙ in qualibet parte temporis acquireretur maior pars habi- tus q̄ ſit illa que acquiſita eſt in primo inſtãti. hoc etiam negãdum eſt: nõ eñ neceſſe eſt: imo nec poſſibile ꝙ ſi aliq̄ pars forme generet̃ in inſtãti: ⁊ poſtea augeat̃ in tpe ꝙ in qualibet parte tpis cauſetur tanta latitudo forme: quan- ta cauſari ponitur in inſtanti: patet in exemplo ſenſibili. ¶ Si enim lux aliqua cauſetur in inſtãti in aliqua par- te diaphani ab aliquo corpore luminoſo diſtãte: ⁊ poſtea illud corpus moueatur ꝑ aliquod tẽpus ꝟſus illã partẽ intẽdens cõtinue lumẽ in ea: nõ in qualibet parte illi⁹ tẽ- poris cauſabit tñ de lumine quãtũ cauſatũ fuit in inſtã- ti dato: immo poſſibile erit ꝙ nec in toto illo tẽpore tantũ cauſabit: quãtũ in inſtãti. vnde i fine tẽporis nõ erit in du plo luminoſior q̄ fuit in principio: ⁊ iſtud patet ad ſenſu3 in motu candele volenti aduertere. Idẽ etiam cõtingit in alijs formis materialibus. vnde quãdo agens inducit in aliquo inſtãti primo aliquam parte3 caloris in materia: ⁊ poſtea intenditur: non in qualibet parte tẽporis tantũdẽ inducit. ¶ Et qñ vltra infertur: ꝙ tũc expediret nõ conti- nuare actum ⁊c. Reſpõdetur ⁊ bene ꝙ nõ expediret ꝙ ta- lis ſic deferẽdo primũ actũ poſſet impediri: vel per diſtra ctionẽ intẽſionis ad aliud obiectũ: vel per aliquod aliud mouens intrinſecus: vel alio quolibet modo reaſſumere nouu3 actũ: ⁊ ideo ſecurius eſt cõtinuare actũ quẽ habet vel etiã nõ expediret ꝙ actus melior q̄ habitus: ⁊ melius eſſet habere actũ rectũ ſine habitu q̄ habitũ ſine actu: nõ eſt autẽ differẽdũ maius bonũ vt minus bonũ augeatur. ¶ Itẽ aliud quod aſſumitur in probatione nõ eſt verum ſcilicet ꝙ per quẽlibet actũ qui de nouo eliceretur acqui- reretur in primo inſtanti tanta latitudo habitus: quanta fuit acquiſita per primũ in primo inſtãti ſui eſſe. Nã non quilibet actus auget ſuũ habitũ: ſed determinatus ⁊ pro- portionatus ad augendũ: ſicut nec quodlibet calefactum intẽdit quẽlibet calorẽ: q2 nõ corporis eque vel magis ca- lidi: ſic in ꝓpoſito diceret̃ ꝙ iã per precedẽtes poſſet eſſe facta tanta intẽſio ꝙ actus equalis ſuperueniẽs nec in in- ſtanti nec in tẽpore tñ cauſaret de habitu: immo forſitan nihil. ¶ Ad ſecũdã probationẽ etiã diceretur aſſumptus eſſe falſum: ⁊ patet in exẽplo poſito de corpore luminoſo nouiter cauſato ⁊ cõtinue poſt appropinquãte ad parte3 diaphani: tũc eñ in primo iſtãti ſui eſſe cauſaret̃ aliquid luminis: ⁊ tñ in nullo inſtãti tpis ſequẽtis aliquid cauſa- retur: ſicut per eãdẽ rationẽ poteſt probari. ¶ Ad tertia3 ꝓbationẽ negaret̃ antecedẽs ꝓpter illud qđ dictũ eſt: nõ quẽlibet actũ eque ꝑfectũ ei qui auxit habitũ augere etiã habitũ. Itẽ negaret̃ cõſequẽtia per illud quod immedia te dictũ eſt de corpore luminoſo. Quis aũt iſte ꝓbatiões vt adducte ſunt ſic poſſent vitari. nihilominus tñ in ꝓpo ſito nõ eſt concedẽdũ antecedẽs: qñ tunc ſequeretur ꝙ in eodẽ tẽpore diuerſi actus ſibi ſuccedẽtes ſic ꝙ eo inſtanti quo precedẽs deſineret eſſet ſequẽs eque perfectus quod eſſet poſſibile per potentiã diuinã: magis intenderẽt habi tũ: q̄ vnus tantũ ſi in toto tẽpore illo cõtinuaret: quod tñ patet falſum in oĩbus agẽtibus que per continuã ſuã pre ſentiã preciſe naturaliter augẽt in tẽpore aliquo cõtinue: vt ſupra dictũ eſt. Et ꝯſequẽtia patet: qñ in qualibet par- te tpis tñ augeret act⁹ nou⁹ qui tũc eſſet q̄tũ in eadẽ pte tẽporis augeret pri⁹ cõcurrẽs: ⁊ per cõſequẽs tota latitu do cauſata preciſe in tẽpore per ſuccedẽtes equales ei to ti que cauſaret̃ ꝑ illũ cõtinuatũ: ſ3 vltra hoc tñ eſſet plus per ſuccedẽtes cauſatũ de habitu quãtũ cauſaretur pre- ciſe in inſtãtibus quibus primo habuerũt eſſe. Nã in nul- lo inſtãti illius tẽporis actus cõtinuatus aliquid preciſe cauſaret. ¶ Ad quartã rationẽ que pricipaliter facta eſt cõtra cõcluſionẽ cũ ponitur ꝙ virtus ſor. augeatur vni- formiter per totã vitã ſuã ⁊c. ¶ Reſpõdeo ꝙ caſu poſito ſor. nõ habebit gradũ virtutis duplũ ad a. tũc ad primũ argu mentũ qđ ſit cõtra hãc partẽ: nego cõſequẽtiã. ⁊ ratio eſt: q2 nunq̄ virtus ſor. erit tãta quin erit poſtea maior: ⁊ ſic nunq̄ erit maxima nec tota. quod tamẽ implicatur in con ſequẽte. ¶ Ad ſecundã probationẽ cũ dicitur. Si nõ erit dupla. ergo pars que acquiretur in ſecunda medietate temporis erit minor: q̄ ea que acquiretur in prima medie tate. Dicendum ꝙ vel ſumitur pars que acquiretur poſt a. vſq3 ad aliquod determinatum inſtans ante. b. ⁊ ſic di- co ꝙ quelibet talis pars minor erit ea que acquiretur in

Digitized by Google

prima medietate et ꝑ aliquā latitudinē diuiſibilē ꝑciſe:
quiuis ꝑ nullā latitudinem ꝑciſe pars acquiſita in prima
medietate ſit maior qualibet parte q̄ acquiretur in ſecun
da medietate: ſed ꝑ aliquā latitudinem erit maior parte
que poſt acquiretur vſq ad inſtans c. ꝛ ꝑ aliam eſt maior
ea que acquiretur vſq ad inſtans d. ꝛ ſic de alijs: vel non
ſumitur pars que acquiretur poſt a. vſq ad aliquod in:
ſtans determinatum: ſed qui acquiretur in toto tempore
illo: ꝛ tunc dico ꝙ ſicut ipſa in nullo inſtanti erit tota nec
in maximo gradu ſuo: ſic nō poteſt cōparari ad primam
ſm certum vel determinatū exceſſum quo ipſa tota ꝑci:
ſe excedatur a prima. Et ideo quādocūq arguēdo ſit cō
paratio inter tales ſumēdo iſtā totā implicatur falſum.
Et ſi queratur an virtus quā habebit in ſcda medietate
erit finita vel infinita. Dicēdum ꝙ erit finita quādocūq
erit: ita ꝙ in quolibet inſtanti in quo erit: erit finita: in in:
ſtanti autem in quo primo non erit: non erit finita nec in:
finita erit: ꝛ ideo abſolute cōcedi poteſt ꝙ illa virtus erit
finita. ¶ Aliqui tamen concedunt totam illam eſſe infini
tam: nō quidem poſitiue: ſicut illud dicitur infinitum qđ
aliquod finitum excederet in īfinitum. i. plus q̄ in duplo
et plus q̄ in triplo: et ſic in infinitum: ſed priuatiue. i. non
terminatum: ſicut ſm imaginationem ponentium pūcta
ſi ſolum punctum terminans tolleretur a linea: alia linea
remanens foret infinita priuatiue tn̄. i. non intrinſeco ter
mino finita. Sed hec reſponſio fundatur ſuper falſa ima
ginatione talium indiuiſibilium. ideo dimittenda eſt. tū
etiam: quia ſi virtus ſor. foret in inſtanti b. ꝛ non vlterius
intenderetur non eſſet infinita priuatiue. ergo ſm iſtam
reſponſionem haberet illud indiuiſibile: quo ponitur ca:
rere: quia tunc primo non erit: et ſic ſequetur ꝙ eſſet dare
indiuiſibile in forma ſm intenſionem. ¶ Item quia in il:
lo inſtanti aliquid primo acquireretur. ſ. illud indiuiſibi:
le. Item in caſu poſito deberet cōcedi ꝙ ſecunda virtus
acquiſita in ſecunda medietate erit minor ea que acqui:
reretur in prima preciſe per indiuiſibile: que omnia falſa
ſunt in ſe: ꝛ ſm iſtum ſic ſoluentem: et ideo non eſt conce:
dēdum in aliquo ſenſu ꝙ ipſa erit infinita. Nā ſequeret̄.
erit infinita: ergo in aliquo inſtāti erit īfinita: ꝛ hoc conſe
quēs eſt falſum in quocūq ſenſu ſumatur iſte terminus
infinitum. ¶ Ad tertiam probationē cum dicitur. ꝙ ſor.
premiabitur aliquo premio pro tota ſua virtute quā ha:
bebit. ¶ Rñdeo ꝙ vel ly. tota. ſumitur cathegorcumati:
ce: ꝛ ſic nego ꝓpoſitionem ꝓpter falſam implicationem:
vel ſyncathegorcumatice: et tunc valet iſta. ſortes ꝑmia:
bitur aliquo premio pro qualibet parte ſue virtutis: quā
concedo: ꝛ in hoc ſenſu concedo totum antecedens: ꝛ ne:
go conſequentiam. Non enim ſequitur. ſortes premiabi:
tur premio debito virtuti duple ad a. ergo habebit virtu
tem duplam ad a. vel ergo virt⁹ eius erit dupla ad a. ſed
ſequitur bene ꝙ foret dupla ad a. ſi foret in inſtanti illo in
quo primo non erit: in quo tamen inſtanti nihil ꝑciſe ſor:
tes acquireret plus virtutis. ¶ Ad quintam poſito caſu
dico: ꝙ conſequentia nō valet: et concedo ꝙ ſortes eſt ita
manſuetus in hoc inſtanti a. ſicut ſi nunc non haberet vo
litionem ſeu actum contra manſuetudinem: nec in hoc
inſtanti actus iſte remittit manſuetudinem: ſed tn̄ icipit
remittere: nec etiam impedit ipſam pro nunc eſſe tantam
quāta foret ſi actus ille non eſſet: ſed ſolummodo incipit
impedire ita ꝙ in tempore imediate ſequēte non erit cau
ſata. Et hoc idem dicēdum eſt de quolibet agente natu:
raliter in tempore per ſuam preſentiam remittente conti:
nue: vnde ſicut dicebatur ꝙ talia agentia non intendunt
in primo inſtanti in quo ſunt: ſic etiam dicendum ꝙ non
remittunt in primo inſtanti. Et dant aliqui exemplum
de luce que cauſata in aqua frigidiſſima non remittit
aque frigiditatem in primo inſtanti in quo ipſa eſt: ſed
tunc incipit remittere et ſine medio remittet: ſic in pro:
poſito de actu contra inclinationem habitus cauſato in
illo inſtanti. ¶ Et per hoc pꝫ ad. 6. Dicendū enī ꝙ nō re:
mittitur habitus in primo inſtāti: ſed incipit remitti / nec
ſequit̄. ꝙ ſor. poſſet per totā vitā ſuā habere habitū cum
actu illo. Et ad ꝓbationē cū dr̄ que cōpatiunt̄ ſe vnū non
eſt corruptiuū alteri⁹. Dicēdū ꝙ iſta ꝓpoſitio hꝫ verita:
tē de his que ſe cōpatiūtur per tp̄s ſine mutua actione et
remiſſione alterius: nō aūt de his q̄ ſe cōpatiunt̄ per tp̄s
ſine mutua actione ꝑ inſtās tn̄ / aut per tp̄s cu cōtinua re
miſſione alterius: ſicut pꝫ in exēplo de luce poſito. ¶ Ad
ſeptimū nego ꝯñam. Et ad ꝓbationē concedo ꝯñam illā:
latitudo b. erit cauſata ab actu a. ī vna hora. ergo medie:
tas latitudinis b. erit cauſata ab actu a. ī medietate hore
ſuppoſito caſu argumēti ſed nego aliā ꝯñam que addit̄. ſ.
hanc. ergo medietas latitudinis b. pōt cauſari ab actu re
miſſiore in duplo / q̄ eſt actus a. in vna hora. Et ad ꝓba:
tionem dico ꝙ hec ꝯña nō fundatur ſuꝑ maxima illa quā
ponit: ſed ſuꝑ hac: ſi tanta virtus poteſt tn̄ mobile moue:
re per tn̄ / ſiue augere tn̄ / vel alterare in tanto tp̄e media
virt⁹ poterit idē mobile mouere ꝑ mediū in eodē tpe: q̄ vt T.c.35.36.
ibi dixit Philoſophus in textu eſt falſa in quolibet mo: et.37.
tu: non enī eſt neceſſe ſi duo hoies mouent vnum pondus
ꝛc̄. ꝙ vnus mouere poſſit illud per medium ſpatium: imo
contingit ꝙ oino non poterit mouere: ſicut dat exēplum
Philoſophus de trahentibus nauem: ſic in ꝓpoſito pro:
cedit ratio facta. Nam idē ſubiectum habitus ꝛ cum eo:
dem gradu habitus cōparatur ad actum augētem: et ad
actum in duplo remiſſiorem. ¶ Dico ergo ꝙ ſicut non in
q̄tocūq gradu calidum poteſt a q̄tocūq calefactiuo fie
ri magis calidum: vt pꝫ ad ſenſum. Nam minus calidū
non auget calorem magis calidi: ſed eſt dare minimum
calidū poteſt / vel maximum qđ non pōt hoc / vel illud ca:
lidum facere magis calidū. Sic dico ꝙ habitū tanti gra
dus in hoc ſubiecto exiſtentē nō pōt quilibet actus ab eo
elicitus augere: ſed eſt dare minimū qui pōt / vel maximū
qui non poteſt: quare ꝛc̄. ¶ Dubium. ij.

Quantum ad ſcđm dubium vtrum ſ. charitas
poſſit minui pono quatuor cōcluſio:
nes. ¶ Prima eſt. ꝙ quelibet charitas acquiſita vel in:
fuſa actus / vel habitus per potentiam dei poteſt minui.
Ratio eſt: quia omnis forma augmentabilis ꝛ ſucceſſiue
acquiſita eſt diminuibilis / et ſucceſſiue deſtructibilis: q̄:
libet charitas eſt huiuſmodi. ergo eſt diminuibilis: et ſi
ſic: ergo poteſt minui per potētiam dei. ¶ Secunda con:
cluſio. ꝙ actus charitatis / ſiue ſit charitatis infuſe tn̄: vt
in eo qui nōdum ex actibus acquiſiuit habitum charita:
tatis / ſiue charitatis acquiſite tn̄: vt in eo qui poſtq̄ ac:
quiſiuit habitum charitatis ex actibus per peccatū mor
tale perdidit charitatem infuſam / ſiue ſit vtriuſq: vt in eo
qui habet vtrūq habitum charitatis. ſ. infuſum ꝛ acqui:
ſitum poteſt minui. Hoc etiam patet: quia nō omnem hu:
iuſmodi actum neceſſe eſt totum ſimul corrumpi: ſed ſuc:
ceſſiue poſſibile eſt ipſum remitti: vt quilibet experitur.
¶ Tertia cōcluſio eſt. ꝙ habitus charitatis acquiſite po
teſt naturaliter per actus contrarios generatiuos incom
poſſibiles eius habitus minui: ꝛ hoc pꝫ: quia omnis ha:
bitus naturaliter generabilis ꝛ augmentabilis per actus
eſt per contrarios actus corruptibilis: et vt patet minui:
bilis: vt. 2. ethico. patet: et experientia probat. ¶ Quar: Cap.2.
ta concluſio eſt. ꝙ habitus charitatis infuſe non poteſt
actus noſtros ꝛ demeritorie minui ſtante ordinatione di
uina. Hoc probatur: quia ſi poſſet ſic minui / vel continge
ret per peccatum mortale / vel per veniale. non per morta:
le: quia illud totaliter tollit charitatem et non permittit
ſecum aliquem gradum eius: alioquin ſequeretur ꝙ idē
homo ſimul eſſet dignus morte / ſeu dānatione eterna: et

Digitized by Google

gloria/ſeu vita eterna:quod eſt impoſſibile: quia ſi in tali ſtatu decederet ſimul haberet gloriam eternam: et illam non haberet. Ex conſequentia patet:quia peccatum mortale eſt per qḋ homo meretur mortē eternā: vt dicit Magiſter. 2. ſenten. diſt. 42. Sola vero charitas diuidit inter filios regni eterni et filios perditionis eterne: vt dicit
cap. 18. Augu. 15. de trini. ¶ Item non poteſt minui ꝑ peccatum veniale: alioquin poſſet quis habens charitatē abſqꝫ peccato mortali ꝑ veniale p̄ciſe dānari:qḋ eſt falſum. Nam peccatum veniale eſt qḋ hominem vſqꝫ in reatum perpetue mortis nō grauat:verūtamen penam meretur:ſed facile indulgetur:vt dicit Magiſter. vbi ſupra. Qḋ ex ſen-
cap. 3. tentia Apoſtoli confirmatur cum prima ad Corin. dicit de eo qui ſup fundamentum edificat lignum fenum ſtipulam:per que. vt ibi dicit gloſa ex auctoritate Greg. 4. dialogorum. Apoſtolus itelligit peccata venialia ꝙ ipſe ſaluus erit:ſic tamen quaſi ꝑ ignem.ſ.purgatorium. conſequentia vero patet: quoniā ſi in aliquo ſit valde parua charitas ⁊ cōmittat leuiſſimum peccatum veniale ſi diminuatur charitas ponatur ꝙ cēteſima pars charitatis corrumpatur:ſequeretur ꝙ ſi iſtud cōmitteret vnū aliud veniale in centuplo grauius. (Nam et inter venialia ſunt alia alijs grauiora:vt etiam ibidem patet in gloſa:et amplius innuit per illas tres res nominatas) vel ſi centum quorꝫ quodlibet ſit maius vel equale primo ſucceſſiue cōmitteret:ſequitur ꝙ tota charitas tolleretur:ac ꝑ hoc ſi tūc decederet dānaretur. ¶ Nec poteſt dici eſſe fuga vt dicatur ꝙ ꝑ ſecundū non corrūpitur tantus gradus charitatis quātus ꝑ primum:ſed medietas eius:⁊ ꝑ tertium medietas illius medietatis:⁊ ſic ſemper per partes minores eiuſdem ꝓportionis:quia ꝑ maius peccatū: vel etiā ꝑ equale poſterius cōmiſſum nō minus corrūpi debet q̄ ꝑ primum:imo potius plus cum ſecundum nō excuſetur ꝑ primū:ſed potius aggrauetur. Nec valet dicere ꝙ ante corruptionem totalem charitatis oportebit tot venialia cōmittere ꝙ ſi vlterius peccet illud peccatum nō poterit eſſe veniale:ſed neceſſario erit mortale:⁊ per illud totaliter charitas corrūpetur:non valet inq̄:quoniā quotcūqꝫ peccatis mortalibus cōmiſſis adhuc poteſt quis etiam anteq̄ gratiā ſuſcipiat cōmittere aliquod veniale: ergo multo fortius poſt quotcūqꝫ venialia poteſt aliud veniale cōmittere: et ſic ꝑ venialia p̄ciſe totaliter charitas cor-
Ioannes clenton. rumpetur. ¶ Nec valet dicere tertio ſicut dicit quidam modernus ꝙ ante totalem corruptionem occurreret materia alicuius precepti:qḋ vel ipſe iplebit:⁊ tunc reaugebitur charitas ipſius:vel tranſgredietur:et per ꝯſequens peccabit mortaliter: ⁊ charitas ꝓpter mortale perdetur. Non valet inq̄:quia licet poſſit materia p̄cepti occurrere:non tamen eſt neceſſe:quinimmo poſtq̄ incepit charitas minui poſſibile erit labi ſatis grande tempus anteq̄ occurrat ſibi taliter materia precepti vt in ea peccet vel mereatur: et in illo tempore multiplicari venialia donec totaliter auferāt charitatem. ¶ Nec valet vltima ⁊ alia ſolutio eiuſdem qua dicit ꝙ per peccata venialia poſſibile eſt charitatem minui vſqꝫ ad totalem corruptionem excluſiue:ſic ꝙ in inſtāti totalis ſeu complete corruptionis ipſe peccat mortaliter:quia .ſ.non ſeruat charitatem quā ſeruare tenetur ſub pena peccati mortalis. Hoc inq̄ non valet:quia ad ſeruandum in ſe habitum charitatis infuſe de qua eſt ſermo(cū ille ſit immediate a deo in nobis: ⁊ ab eo ſolo conſeruetur:ac per hoc eius conſeruatio nō ſit immediate modo aliquo in hominis poteſtate) nullus taliter tenetur:ſed ſolūmodo tenetur ad non cōmittēdum ⁊ nō omittendū aliquod ex quo ſibi charitas ſubtrahatur: ergo ſi iſte perdat charitatem demeritorie aliquid omiſit vel cōmiſit qḋ eſt cauſa demeritoria corruptionis charitatis:⁊ non ponitur aliqua in caſu:niſi culpa venialis:ergo per ſola venialia charitas perdetur totaliter. ¶ Dicēdum ergo ſicut communiter tenetur ꝙ charitas ſm ordinatam dei potentiam minui non poteſt quātum ad eius eſſentiam. Dicitur tamen ꝙ per peccata venialia poteſt minui quantum ad eius feruorem:qḋ ideo contingere poteſt:quia ex frequētatione venialium generatur cupiditas habitualis inclinans ad actus q̄ ſunt peccata venialia: et per conſequens aliquo modo inhabilitās ad actus charitatis ex quo fit vt poſtea non tam feruidos et intenſos actus charitatis eliciat is in quo eſt talis habitus cupiditatis generatus. ¶ Item aliter poteſt contingere.ſ. ꝙ habens charitatem infuſam habeat etiam acquiſitā:⁊ non ſolum eam que inclinat ad actus quorum contraria ſunt peccata mortalia ⁊ tollunt demeritorie charitatem: ſed etiam eam que inclinat ad actus quorum contraria ſunt venialia peccata:is ſi cōmittat venialia cōtra inclinationem illius charitatis remittetur illa:⁊ tādem poterit totaliter corrumpi: qua corrupta vel remiſſa minus prompte ⁊ feruenter eliciet actus charitatis infuſe:cum conſtet per experientiam ꝙ habens charitatem acquiſitam ſimul cum infuſa promptius ⁊ feruētius elicit actū charitatis q̄ ſi tm̄ infuſam haberet:vt patet in eo qui habituatus in vitijs infuſa ſibi charitate poſt ſuſceptiōem ſacramēti penitētie cum difficultate exit in tales actus: in quos tamen poſtq̄ ex actibus charitatem acquiſitam habuerit exit faciliter:⁊ hoc eſt apud me charitatem remitti quātum ad feruorē:q: minus feruidos aut intēſos aut minus delectabiliter et feruēter elicere actus charitatis:nō ꝙ feruor charitatis ſit aliqua entitas alia ab habitu charitatis ⁊ actu eius exiſtens in anima que minuatur:ſicut forte voluerūt aliqui opinari. ¶ Contra iſta arguitur. Et primo ꝓbando ꝙ charitas minui poſſit ꝑ peccatū mortale ſic:poſſibile eſt ꝙ quātū vnus actus eſt meritorius tantū p̄ciſe alius actus qui ſit culpa mortalis ſit demeritorius:ergo poſſibile eſt charitatē minui ꝑ peccatum mortale. Antecedēs ꝓbatur:q: eſt dare aliquo actu demeritorio aliquem actum meritoriū magis meritoriū q̄ ille ſit demeritorius: et eſt dare aliquem minus meritorium q̄ ille ſit demeritorius: ergo eſt dare aliquē actū meritorium p̄ciſe:ſicut ille eſt demeritorius: ⁊ per actum demeritorium ſemp intelligo culpā mortalem. ꝯña ꝓbatur. ſupponēdo ꝙ actus a. ſit precise ita meritorius: ſicut actus b. eſt demeritorius. hoc ſuppoſito ſequitur ꝙ tāta pena preciſe debetur iuſte actui b. culpe mortali: quantū eſt premium qḋ iuſte debetur actui meritorio qui eſt a. Tunc capiatur aliquis qui centies habuit actum a. meritorium:⁊ ꝑ conſequens vltra gratiam baptiſmalem habet ad minus. 100. portiōes premij meritorie acquiſitū qḋ eſt charitas ſeu gratia:tunc cōmittat iſte culpā b. ſemel per p̄dicta ſequeť ꝙ tāta pena ei debeť ꝓ culpa b. ſemel cōmiſſa quātum premium habuit ꝓ merito a. ſemel cōmiſſo:ergo tātū preciſe perdet de charitate vel grā quātum acquiſiuit meritorie per actum a. ſemel factum:et ꝑ ꝯſequens ꝑdet centeſimam partē preciſe totius charitatis habite poſt gratiam baptiſmalem ⁊ remanebit ſibi tota gratia baptiſmalis et. 99. portiones eius:quam poſtea acquiſiuit meritorie:⁊ ſic eius charitas erit minor q̄ fuerit imediate anteq̄ eliceret actū b. ⁊ conſequentia patet. ¶ Confirmatur. quia ſm ſanctos quēlibet bonum actū deus remunerat vltra condignum:⁊ quēlibet malum punit citra. hoc autem eſſet falſum ſi pro culpa b. ſemel cōmiſſa priuaretur omni gratia et charitate que fuit p̄miū a. centies commiſſi. non ergo tota charitas tunc perdetur per b. ſed preciſe tanta quanta acquiſita eſt per a. ſemel factum:immo minus:cum a. ſemel factum habuit premium vltra condignum:et b. quod eſt eque demeritorium:ſicut eſt a. meritorium puniatur citra condignum.

Digitized by Google

¶ Secūdo ꝓbaꝛ ꝙ ꝑ venialia ꝑciſe poſſit tolli charitas
ſic ꝑ venialia ꝑciſe pōt ꝗs demereri penā infinitā extēſi-
uā: ergo pōt ꝑ venialia ꝑciſe ꝑdere charitatē. ꝯñia pꝫ: qꝛ
ſi talis decedat in ſtatu quo mereatur eternā penā nunꝗ̄
habebit gloriā: ⁊ ꝑ ꝯñs nō decedet in charitate. añs vero
ꝓbaꝛ: qꝛ poſſibile eſt ꝙ aliꝗs cōmittat īfinita venialia: ꝑ
quoꝝ quodlibet mereꝛ penā aliquā tēporalē. Aſſumptum
ꝓbaꝛ: qꝛ in qualibet parte ꝓportionali alicuius tꝑis. vbi
gr̃a. vniꝰ hore pōt cōmittere vnū veniale: cum nō ſit dare
minimū tꝑs ī quo poſſit nouū actū hr̃e: vt ſupra dictū eſt.
¶ Cōfirmaꝛ. ponaꝛ ꝙ deꝰ ꝑcipiat ſor. ꝙ actū quē hꝫ non
cōtinuet ꝑ horā: neqꝫ ꝑ aliquā partē eiꝰ ꝓportionalē totā
ſub pena diurna ꝓ cuiuſlibet partis hore ꝯtinuatione: et
nō obſtāte tali ꝑcepto ſor. ꝯtinuet actū illū ꝑ totā horā. to
tus caſus poſſibilis eſt: ſed cū in hora ſint infinite partes
ꝓportionales. ſequiꝛ ꝙ iſte merebiꝛ penā īfinitoꝝ dieꝝ: ⁊
ꝑ ꝯñs eternā. ¶ Tertio ꝓbaꝛ. ꝙ charitas minuaꝛ ꝑ ve-
niale: qꝛ ſi nō ſequeꝛ ꝙ habēs charitatē ex hoc ꝙ venialr
peccaret: nō eēt minꝰ dilectꝰ a deo: nec etiā minꝰ bonus:
qđ videꝛ īcōueniēs: cū ꝗlibet ꝓ ſuo pctō veniali puniaꝛ
a deo: ⁊ ꝯñia pꝫ: qꝛ ſi habēs equalē charitatē eſt eq̄ bonꝰ: ſi
cap. 127. cut ſm Aug. in enc. h. habēs maiorē charitatē eſt melior.
Itē eq̄ bonꝰ eq̄ diligiꝛ a deo. ¶ Quarto ad idē: oē pec-
catū vel malū aliꝗd adimit de bono ⁊ eſt corruptio boni:
cap. 11. ſicut dicit Aug. in enc. h. ⁊ .3. de libe. arbi. Conſtat autē ꝙ
cap. 9. pctm̄ veniale aliꝗd pctm̄ et malū eſt. ergo corrūpit aliꝗd
de bono: nō opꝫ aūt ꝙ corrūpat aliꝗd de bono nature: er-
go de bono gratie: ⁊ ꝑ ꝯñs corrūpit aliꝗd de charitate. ex
quo ſequiꝛ ꝙ diminuat eā. ſi nō totā corrūpat. ¶ Ad pri
mū rñdeo ꝙ vel ſumiꝛ in cōparatione ꝑdicta actꝰ deme-
ritorius ſequens imediate gr̃am: vel actus demeritorius
non ſequens imediate gr̃am. ſi ſecundo modo: ꝯñia nō va-
let: qꝛ talis nō poteſt tollere gr̃am: nec in toto: nec in parte
ex quo eliciens actū imediate ante actū carebat gr̃a. Si
vero ſumaꝛ ꝑmo mō: ſic nego añs: ⁊ ad ꝓbationē ꝑmo di
co ꝙ nullo actu demeritorio ſic ſumpto eſt dare in eodē
ſuppoſito aut alio in quo cetera ſint paria aliquē merito-
riū magis meritoriū: ꝗ̄ ille ſit demeritorius. Et rō eſt: qꝛ
ꝑ quēlibet actū mortalr demeritoriū ſequentē gr̃am ime
diate mereꝛ ꝗs ꝑuari: ⁊ ſi in eodē decedit ꝑuaꝛ vita eter-
na: ꝗ̄ ſibi debebaꝛ ex gr̃a ꝑcedēte: ⁊ cū hoc mereꝛ penam
ſenſus eternā: hec autem ſunt maius malū ꝗ̄ ſit bonū qđ
mereꝛ ꝗs ꝑ aliquē ſuū actū meritoriū: qđ pꝫ: tū qꝛ ꝑ nullū
actū meritoriū mereꝛ ꝗs vitā eternam que ꝑus imediate
nō ſibi eēt a deo ex gr̃a deputata: cū cuiuſlibet actꝰ meri-
torij gr̃a ſit ꝑncipiū: ſolum aūt ꝑ actū meritorium mereꝛ
augmētū gr̃e in ꝑſenti ⁊ glorie in futuro: tale aūt augmē-
tū ſeu gradus intenſionis gr̃e: et etiā glorie non ſunt tātū
bonū quātū malū eſt ꝑuatio totalis glorie ꝑus ſibi depu-
Adā lib. 149. tate. ¶ Secūdo dico ꝙ eſto ꝙ eſſet dare aliquem magis
meritoriū ꝗ̄ b. eſt demeritorius et aliquē minus merito-
riū ꝗ̄ b. eſt demeritorius. adhuc nō ſequiꝛ ꝙ ſit dare ali-
Cāpanꝰ ī cōpō. 15. ꝓpō. 3. Euclidis quē tātū ꝑciſe meritoriū ꝗ̄ b. eſt demeritoriꝰ. Salua re-
uerētia cuiuſdā moderni doctoris volētis ſimilē ꝯñiam
in oībꝰ tenere. Inſtātiā cū hꝫ exꝑſſe de angulis cauſatis



infra circulū ex portione cir-
cūferentie circuli ⁊ linea re-
cta ſecante circulū ⁊ angu-
lo recto vtroſqꝫ comparādo
ad angulū ꝯtingentie extrin
ſecū circulo: ꝗ̄ eſt dare ali-
quē talē angulum infra cir-
culū magis excedētē angu-
lum ꝯtingētie extrinſecum:
ꝗ̄ angulꝰ rectꝰ excedat an-
gulum predictum contingē-
tie: vtputa angulum cauſatum ex maiori portione circu-
li ⁊ linea intrinſecus ſecante circulum omnis enim ta-
lis eſt maior recto ſicut patet ex .15. propoſitione .3. Eucli.
⁊ per conſequens magis excedit angulum contingentie:
ꝗ̄ angulus rectus excedat eundem. ¶ Itē eſt dare infra
circulum angulum minus excedentem angulum contin-
gentie ꝗ̄ excedat rectus: vtputa angulum cauſatum ex li-
nea recta ⁊ minori portione circuli. Nam omnis talis mi-
nor eſt recto: vt probaꝛ vbi .ſ. omnis etiā talis excedit an-
gulum contingentie cum poſſit diuidi per angulos recti-
lineos quorum quilibet maior erit angulo contingentie:
cum ille ſit omniū acutorū acutiſſimus: ⁊ per conſequēs
minor: ⁊ tamen nō eſt dare aliquē talē angulū qui tantū
preciſe excedat angulum contingentie: ꝗ̄tum eū excedit
rectus. Alioquin cū quecūqꝫ equaliter idem excedūt ſint
equalia ſequetur ꝙ aliquis poſſet eſſe angulus huiuſmo-
di infra circulum qui eſſet equalis recto: cuius oppoſitū
vbi ſupra demonſtratur. Ex quo patet ꝙ tales conſequen
tie non valent inter illa que ſunt alterius ⁊ alterius ratio-
nis. ¶ Et nota etiā ex exemplo predicto ſicut notat Com Commē. Cāpanus
men. ſuper propoſitione Eucli. preallegata: ꝙ vbi ſit cōpa
ratio inter ea que ſunt alterius ⁊ alterius rationis poſſibi
le eſt aliquando tranſire de minori ad maius tranſeundo
per omnia media: ⁊ tamē nō venire ad equale: ſicut patet:
ſi imaginemur lineam rectam ſecantem circulum in par-
tes inequales ⁊ cōſtituentem cū minori portione angulū
minorem recto moueri continue ſm extremitatem ſuam
qua conſtituit angulum predictum verſus maiorem por-
tionem circuli: ita ꝙ ſemper creſcat angulus ille primus
donec predicta linea tranſiuerit per centrum circuli ⁊ ſe-
cuerit circulū in partes equales ⁊ adhuc tranſiuerit vltra
illā ſemper ante ſectionē in partes equales: ⁊ etiam tunc
angulus cauſatus eſt minor recto ⁊ poſtea maior ſemper:
quia eſt maioris portionis circuli. ¶ Ad propoſitum pa-
tet conſequentiam non tenere: cum actus meritorius alte-
rius rationis ſit ab actu demeritorio cui comparatur.
¶ Sed dices. ſumatur aliquis verbi gratia. fortes in pu-
ris naturalibus ſine gratia: potens ſaltem ſpecialiter ad-
iutus a deo elicere actum bonum ⁊ actum malum: in quo
nulla preceſſit culpa mortalis: ⁊ ponatur cū hoc ꝙ deus
acceptet actum eius bonum ſi quem eliciet ad premium:
ſicut ſi illi gratiā infudiſſet: quod totum poſſibile eſt ſm
multos: hoc poſito ſi iſte eliciet actum bonum ille erit ita
meritorius: ſicut alius eius erit demeritorius. ¶ Reſpō-
detur. ꝙ vel ſumetur actus demeritorius primus poſt
meritorium: ⁊ tunc dicendum ꝙ ille eſt magis demerito-
rius ꝗ̄ iſte ſit meritorius propter cauſam immediate aſſi
gnatam. vel ſumitur actus demeritorius precedens actū
primum meritorium: ⁊ tunc dico ꝙ non facit ad propoſi-
tum: vt dictum eſt prius: quia per talem gratiā que in eo
eſt nulla: nec minui nec tolli poteſt. ¶ Sed quicquid ſit
de pertinentia huius caſus ad propoſitū: nunquid in iſto
contingit dare actum meritorium tantum meritoriū pre-
ciſe ꝗ̄tum eſſet demeritorius actus demeritorius: quem
prius eliceret? ¶ Reſpōdeo. ꝙ aut iſte eſſet ſic acceptus
a deo ante actū bonum quem eliceret ꝙ ſi ipſe moreretur
anteꝗ̄ aliquem actum bonum vel malum haberet daret
illi vitam eternam: aut non: ſed ſi decederet anteꝗ̄ habe-
ret aliquem actum bonum aut malum careret perpetuo
vita eterna. ¶ In primo caſu dico ꝙ conſiderando pre-
mium quod acquireret preciſe per bonum actum: ⁊ penā
quam acquireret per malum ꝙ actus eius malus eſſet
magis demeritorius ꝗ̄ eſſet bonus meritorius: quia per
malum priuaretur vita eterna quam alias habuiſſet: et
per bonum non acquireret eam quam non alias habuiſ-
ſet. ¶ In ſecundo autem caſu dico ꝗ̄ actus bonus eſſet
magis meritorius ꝗ̄ malus eſſet demeritorius: quia per
malum actum ſm ſe non acquireret niſi penam eternam

ſenſus.nam carentiam vite eterne ſine hoc incurriſſet et
per bonum actum acquireret vitam eternā quā alias nō
habuiſſet:ſed conſtat ꝙ maius bonum eſt bonū vite eter-
ne ꝙ̄ ſit magnum malū pena ſenſus eterna. Plures alij
caſus poſſent cogitari de comparatione talium actuum
adinuicem:et quo ad diuerſa ſuppoſita: et quo ad idem:
ſed non faciunt ad propoſitum:ideo illos omitto. ¶ Ad
confirmationem dico ꝙ deum punire citra condignum
poteſt dupliciter intelligi. vno modo comparando quan-
titatem pene ad quantitatem culpe preciſe et ſm ſe. Alio
modo cōparando eas ſm ſtatutum diuine miſericordie.
¶ Primo modo dico:ꝙ quēlibet peccatorem et dānatū
in inferno punit citra condignum:quoniā vltra omnē pe
nā dāni quā habet carēdo viſione dei ⁊ penā ſenſus eter
nam:meretur penā intenſiorē in inferno quā habet:vt di
cit Magiſter.4.ſenten.diſt.46.Et addo ꝙ omnis culpa
mortalis nō ſolū meretur abſolute(conſiderata eius ma-
litia)carentiā viſionis diuine et priuationē totius gratie
ꝑhabite et penā ſenſus eternā: ſed etiā priuationem to-
tius eſſe ſiue omnimodā annihilationē:⁊ ꝙ deus non an-
nihilat peccatorem eſt ex eius miſericordia. iuxta illud
cap.3. Trenoꝝ. Miſericordie dñi:quia non ſumus conſumpti.
¶ Et patet ꝑ rationē:q꞉ ꝑ culpā mortalē mereremur pri
uari omni bñficio dei ꝯſiderata magnitudine offenſionis
q̄ eſtimāda eſt ſm magnitudinē offenſe:vt dicit Chryſo.
cap.10. ſup pmo Mat.non eſt diſcipulus ſup magiſtrū.ac etiam
ingratitudine quā habemus ad deū:eſſe autē noſtrū dei
bñficiū eſt. ergo eo ꝓuari dignus eſt quicūq꞉ eū offendit
mortaliter: imo nec ſic forſitan plene puniref:ꝙ̄uis am-
plius puniri nō poſſit.Eodē modo etiā quilibet remune
raf vltra cōdignū cōſiderādo meritū ſm ſe et pmiū:cum
etiā ipm meritū noſtrū ſit dei donū ⁊ nullum equiualeat
bono vite eterne:vt in pma q̄ſtiōe huius diſt.plenius de-
claratum eſt. ¶ Secūdo aūt modo quilibet punitur vel
premiaf ſm cōdignū.i.ſm ꝙ ex ſtatuto diuine miſericor
die ipſe puniri vel pmiari pro ſuis meritis vel demeritis
dignus eſt. ¶ Ad ſecūdū cū dicif.ꝙ ꝑ venialia pciſe po-
teſt quis mereri penā infinitā extenſiue ſeu eternā.nego.
¶ Ad ꝓbationē cū dicif.ꝙ poſſibile eſt ꝙ aliquis cōmit
tat infinita venialia in infinitis partibꝫ ꝓportionalibus
vnius temporis ꝓ quoꝝ quolibet mereatur aliquā penā
temporalē.dico ꝙ iſtud dupliciter poteſt intelligi. Vno
modo ꝙ poſſit cōmittere infinita pctā diſcreta ⁊ diſticta
ſm ſe que non ſunt partes alicuius vnius:et ſic nego hoc
eſſe naturaliter poſſibile. Alio modo infinita partialia
vnius:ſicut ſi aliquis ꝑ aliquod tēpus cōtinue intēderet
actum ſuū malum:⁊ tunc nego conſequentiā: q꞉ et ſi infi-
nitis partibus illius actus ſic intenſi debeantur infinite
partes pene:non tamen infinite equales: ſicut nec in ipſo
actu ſunt infinite partes equales. ¶ Ad cōfirmationem
dicendum.ꝙ ad hoc ꝙ iſte ſit ex omiſſione precepti reus
ta pate pene oportet ꝙ de qualibet parte proportionali il-
lius temporis ipſe ſciat vel ſcire poſſit diſtincte et deter-
minate quāta eſt ipſa:cum quantitas temporis includa-
tur in precepto.Alioquin non ſcienter omitteret:⁊ ꝑ con-
ſequens non eſſet reus pene: ſed hoc non eſt per naturam
homini poſſibile vt quālibet paruam partem temporis
diſtincte ſic cognoſcat: ſicut non eſt poſſibile hoc ſibi de
qualibet parte magnitudinis:qḋ tamē magis videretur:
ſed eſt dare minimā partem diſtincte perceptibilē ab eo:
vel maximā non perceptibilem: et cum tales perceptibi-
les non ſint infinite in aliqua parte temporis:iſte ſic conti
nuās non poterit cenſeri reus infinitarum penarum: ſed
tot pciſe quot partes ab eo perceptibiles modo dicto cō-
tinentur in tempore illo. ¶ Et per hoc patet:ꝙ preceptū
foret irrationale:ac per conſequens non eſt dabile a deo.
nec caſus admittendus eſt. ¶ Si dicatur addendo ca-
ſum ꝙ deus infundat illi diſtinctam notitiam cuiuſlibet
talis partis temporis. Dico ꝙ quia iſtud non eſt poſſibile
de potentia ordinata:quicquid ſit de abſoluta:eſto ꝙ de-
tur argumēto: quod infertur non eſt ad propoſitum:non
enim negatur: quin per dei potentiā abſolutam charitas
poſſit tolli ꝑ peccata venialia preciſe:ſed ꝙ contingat ſm
decretū diuinū. ¶ Preterea.Cū toto illo caſu poſſet ſta-
re ꝙ ille ſemꝑ haberet charitatē ſi deo placeret:ꝙ̄uis hoc
non eſſet ſm legem nunc ſtatutam. ¶ Scḋo poſſet reſpō-
deri:ꝙ ex quo.vt dictum eſt:oportet ad hoc ꝙ iſte ex omiſ
ſione obligetur ad penam cognoſcat q̄libet partem tem-
poris:⁊ eadem ratione ſciat ipſas eſſe infinitas: et ſimili-
ter oportet ꝙ ipſe noſcat penam que imponitur:ſi hec om-
nia cognoſceret vtiq꞉ ipſe cognoſceret ꝙ ſi per totam ho-
ram continuat illū actum ipſe meretur penam eternam:
et per cōſequēs ꝙ priuabitur perpetuo gloria. ¶ Ex hoc
autem ſequitur ꝙ ſi ipſe continuat actum ſcienter ⁊ libe-
re:per totam illam horam: continuare actum illum pre-
elegit: ſaltem interpretatiue ⁊ indignitatē incurrit glorie
eterne:⁊ per ꝯñs contēnit ⁊ peccat mortaliter. vnde dato
ꝙ q̄libet partem tēporis diſtincte cognoſceret ⁊ in quali
bet poſſet ab actu deſiſtere ⁊ non faceret:adhuc nō habe-
tur ꝙ per venialia preciſe meretur penā eternam. ¶ Ad
tertium reſpondetur vno modo ꝙ preciſe per peccatū ve-
niale nō minus diligif quis a deo:nec oppoſitū poteſt ar-
gui ex eo ꝙ tēporaliter punif pro illo peccato:vult enī eū
vapulare:vt purgatus premiū accipiat/vel pōt dici ꝙ di
lectio dei nō recipit in ſe magis ⁊ minus:ſed ſm effectus
ſuos dicitur eſſe ad aliū ⁊ alium maior et minor: effectus
autem dilectionis eſt duplex:eternus ſcilꝫ ⁊ temporalis.
Nunc ergo q̄tum ad effectum eternum qui eſt gloria nō
minus eum diligit: nec etiā q̄tum ad gratiam per quam
venitur ad gloriam. ¶ Quātum autem ad aliquem effe-
ctum temporalem minus diligit: quia ei penam tēpora-
lem infligit. Similiter q̄tum ad bonitatem que accepta-
tur ad gloriam non eſt minus bonus: et de illa loquitur
Aug. ¶ Ad quartum dicendum:ꝙ non omne peccatum
ſemper adimit de bono quod infuit: aliquā eius partem
corrūpendo/vel totum:ſicut patet de peccato quod quis
poſt multa peccata mortalia ⁊ habitus vitioſos cōmittit
aut etiam ante omnem gratiam ⁊ actum virtutis:ſed pro
tanto dicitur adimere de bono ⁊ nocere: quia potentiam
reddit minus diſpoſitam ⁊ potentem ad bonum:aut etiā
ſi ſit habitus bonus oppoſitus in potētia illum deprimit
vel adimit de bono quod natum eſt ineſſe: cuiuſmodi eſt
bonus actus oppoſitus / vel aliquis gradus eius. Nam
vt dictum eſt culpa venialis non ſinit elici: tam intenſum
et feruentem actum charitatis. ¶ Ad primum principa-
le cum dicitur. charitas non poteſt minui: ſi intelligatur
ſimpliciter nego eam. Si vero intelligatur cum determi-
natione.ſ.ꝙ non poteſt minui ſtante ordinatione diuina/
aut ꝙ nō poteſt minui per actum aliquē a nobis elicitum
concedo:⁊ tunc nego conſequentiam. non enim ſequitur.
deus ordinauit ꝙ charitas nō minuatur. ergo ordinauit
ꝙ nō augeatur. Nec ſequif.nullus actus eſt demeritorie
remiſſiuus charitatis. ergo nullus actus eſt meritorie Cap.1.
augmentatiuus.Ad probationē ex dicto Philoſophi.2.
ethico.dicendum ꝙ veritatem habet de habitibus quos
actus augēt elicitiue:quales ſunt habitus acquiſiti: non
autem habet veritatē de his qui per actus meritorie tm̄
augentur:ſicut eſt charitas infuſa. ¶ Ad ſecūdum dico.
ꝙ loquendo de augmento quod meritorie fit per actus:ſi-
cut ſpecificatur in argumento ꝙ charitas augeri poteſt
continue ⁊ ſucceſſiue:⁊ hoc poteſt contingere: tā ꝑ preci-
ſam continuationem actus meritorij manentis in eodem
gradu intenſionis: ꝙ̄ etiam per continuam intenſionem
actus:ſicut deo placet. Sed pro eo quod vlterius argui-

Digitized by Google

tur de habitu acquiſito ſcilicet de reſiſtentia que requirit
in paſſo vt agens agat in tempore: dicendum q᷑ non ſem=
per requiritur reſiſtentia proprie dicta ſcilicet diſpoſitio=
nis contrarie: ſed aliquando ſufficit reſiſtentia dicta me=
taphorice que eſt difficultas actionis quomodo poteſt di
ci q᷑ motor celi habet reſiſtentiam a mobili in ſua motio=
ne: ꝛ tamen in celo nulla eſt forma contraria tali motori
vel motioni. Sic in propoſito q̄uis aliter: dico q᷑ in ſubie
cto habitus eſt difficultas aliqua reſpectu actus ꝛ reſpe
ctu habitus generandi per actum ꝛ hoc probat experien=
tia. vnde generato habitu facilius quis exit in actum: q̄
ante habitum. eſto q᷑ ante habitum non fuerit in eo cōtra
rius habitus. ¶ Ad id quod contra ſecundum arguitur
concedo q᷑ latitudo. c. erit equalis latitudini. b. Et cum
infertur ergo latitudo. b. fuit producta conatu in infinitū
maiore: q̄ eſt vel fuit conatus quo producta eſt latitudo
c. nego conſequentiam. Ad probationem cum aſſumitur
q᷑ qualis eſt proportio velocitatis ad velocitatem in pro=
ducendo equalem effectum talis eſt conatus ad conatū.
Si ab eadē virtute vterqꝫ effectus producatur nego iſtā
vbi notandum q᷑ conari ad actionem proprium eſt agen=
tium per appetitum. Non enim agentia mere naturaliter
conantur in agendo: vnde nunq̄ ignis calefacit maiore
vel minore conatu: q̄uis magis vel minus calefaciat ſm
diſpoſitionem paſſi ꝛ aliorum que concurrunt. ideo omni
no nullo conatu agit: tunc autem agentia per appetitum
dicuntur agere maiore conatu quando intenſiore appeti=
tione vel volitione agunt. ꝛ tunc minore conatu quando
remiſſiore volitiōe. ¶ Ex quo patet q᷑ conatus nō eſt aliud
q̄ volitio ſeu actus voluntatis vel appetitus: ſed conſtat
q᷑ ꝛ maiore ſeu intenſiore volitiōe: vel etiam remiſſiore po
teſt in inſtanti aliquis actus produci verbi gratia ſpecula
tio ꝛ dilectio ꝛ odium ꝛ alij actus producibiles in inſtan
ti. vnde non ſemper eque feruenter ꝛ eque intenſa volitio
ne incipit quis ſpeculari quod ſpeculatur: ꝛ diligere quod
diligit aut odire quod odit: ꝛ ſic de alijs actibus: qui poſ=
ſunt eſſe voliti ꝛ imperati a volūtate ꝛ produci in inſtan=
ti: q̄uis vbi eſt maior conatus intenſior ꝛ perfectior actus
producatur ceteris paribus: ex hoc patet q᷑ non ſm equa
litatem velocitatis productionis actus eſt equalitas co=
natus: ꝛ per conſequens non oportet q᷑ ſm proportionem
velocitatis ſit proportio conatus. ¶ Per hoc patet etiā
ad primam confirmationem. Nam non eſt oportunum
q᷑ maior conatus apponatur ad producendum in inſtan=
ti actum ſubito producibilem: q̄ ad intendendum vel au
gendum eum in tempore: immo potius intenditur cona=
tus quando actus debet intedi: vnde ſpeculans remiſſe
vel diligens ſi velit perfectius ſpeculari vel diligere ma=
iorem adhibet conatum. ¶ Et ad ſecundam confirma=
tionem neganda eſt conſequentia. vel aliter dicendum q᷑
qualitercunqꝫ in alijs veritatem habeat illa propoſitio:
vera tamen non eſt vbi effectus productus in inſtanti cō=
ſeruatur continue a virtute productiua: dum alius effe=
ctus producitur in tempore. Et ratio eſt. Nam tunc dū
adhibetur conatus ad nouam productionem: ſimul etiā
eſt conatus ad producti continuationem: ꝛ per conſequēs
effectus temporalis non eſt precise qui nouiter produci=
tur: ſed etiam inſtantaneus prius productus: nec virtus
tunc agit precise nouum effectum producendo: ſed etiam
priorem conſeruando: ꝛ ſic non minore: ſed maiore cona=
tu fit intenſio illa: q̄ productio inſtantanea: ꝛ ſic patet. q᷑
non eſt equalis effectus qui producitur in inſtanti et qui
in tempore: ſumendo productionem etiam pro conſerua=
tione: quod tantum valet in propoſito. Ex hoc patet ad
vtramqꝫ confirmationem: quoniam vtraqꝫ ſuper hoc fun
datur ſcilicet q᷑ effectus quē agit virtus in tēpore ſequēte
ſit precise latitudo addita latitudini producte in inſtanti
quod non eſt verum: vt dictum eſt.

¶ Diſtinctionis. xvij. Queſtio. vj.

Conſequenter quero vtrū charitas
poſſit augeri ſeu fie=
ri maior intenſiue in infinitū. ¶ Arguo q᷑ nō.
primo ſic. magnitudo nō poteſt fieri maior ex
tenſiue in infinitum: ergo nec charitas intenſi
ue. Antecedens probatur. 3. phy. quia alioquin poſſet eſſe T.c.60.
q̄titas actu infinita: quod eſt impoſſibile: vt ibi probatū
eſt prius: ꝛ hic conſequētia probatur: quia q̄tā magnitu=
dinē cōtingit eſſe in potētia: tantam cōtingit eſſe in actu:
vt ibi dicit philoſophus. ¶ Cōfirmatur per Cōmē. ibidē T.c.59.
qui dicit q᷑ in additiōe itur ad eſſe: cuius cauſa eſt forma: Com.60.
in diminutiōe vero itur ad nihil: cuius cauſa eſt materia:
ꝛ infinitas inuenit per materiā: ꝛ finitas p formā: ꝛ p hoc
pꝫ prima cōſequētia etiā quia in augmēto intēſiuo chari
tatis pceditur ad eſſe. ¶ Unde ex eodē poteſt ſic argui.
impoſſibile eſt aliquā charitatē eſſe intēſiue infinitā actu
ergo impoſſibile eſt charitatē augeri in infinitū. Antece=
dens patet: quia ſi aliqua eſſet infinita intenſiue: ipſa eſſet
infinite perfectiōis: ꝛ per cōſequēs equalis cū deo. Et cō
ſequētia probatur vt prius. ¶ Secūdo ſm philoſophus T.c.4.
ſecūdo de anima omniū natura cōſtātiū determinata eſt
ratio magnitudinis ꝛ augmēti: ergo ꝛ charitatis ꝛ cuiuſ=
libet forme eſt certū ꝛ terminatū augmētū. ¶ Tertio per
ueniri poteſt ad charitatē qua maior eſſe non poteſt: ergo
nō eſt poſſibile charitatē in infinitū augeri: patet cōſequē
tia ꝛ antecedens probatur per Aug. in ench. di. minuitur ca. penul.
autē cupiditas charitate creſcente: donec veniat ad tan
tam magnitudinem qua maior eſſe non poſſit.

Contra. Si nō eſſet poſſibile in infinitū fieri chari
tatē intenſiorē: tūc eſſet dare ſummā ꝛ ma
ximā charitatē poſſibilē. Et q2 illa eſſet eiuſdē ratiōis cū
charitate nō ſumma que ſtat cū fide: ipſa etiā ſtaret cū fi=
de: ꝛ per cōſequēs poſſet dari viatori exiſtēti in via: ꝛ po=
natur hoc in eſſe: quo poſito conſtat q᷑ iſte poterit elicere
actum charitatis intenſum: quod ſi faciat. ſequitur q᷑ via
tor habens actum maioris charitatis ſeu a maiore chari
tate elicitum non mereatur: quod videtur abſurdum: vel
ſi merebitur augebitur charitas eius: ꝛ per cōſequēs ipſa
non fuit ſumma: quod eſt contra poſitum.

Reſpondeo ſuppoſito vero intellectu ſupra dato
dicti quo dicit charitas aut alia for
ma augeri vel intēdi: queſtio tripliciter pōt intelligi. vno
modo vt ly. infinitū. teneat negatiue ꝛ determinet ly. poſ=
ſit. ꝛ ſit ſenſus: an ſine fine ſeu ſine ſtatu charitas poſſit au
geri: ꝛ ſic nō eſt queſtio dubia. Nā ex quo ipſa eſt augmē
tabilis ꝛ nō eſt dare minimum eius poſſibile ſm q᷑ poſſit
augeri: poſſibile eſt vt aliqua data charitas ſm aliquā la
titudine augeatur: ꝛ iterū ſine ſtatu: ꝛ tamē non deueniet
ad equalitatē duple charitatis: quod patet: ſi ſemper fiat
augmētū proportionabiliter minus: ꝛ primo fiat per lati=
tudinē equalē ſue medietati. ¶ Aliomodo vt ly infinitū
teneatur poſitiue: ſicut cū exponitur per plus q̄ in duplo
ꝛ plus q̄ in triplo: ꝛ ſic de qualibet proportione alia. Et
iterum dupliciter. vnomodo vt ly. infinitum precedat ly
augeri. immediate vtpote ſi dicatur. an charitas poſſit in
infinitum augeri ſeu in infinitum maior fieri idest an ali=
qua charitate plus q̄ in duplo maior fieri poſſit: et plus
q̄ in triplo maior fieri poſſit: et plus q̄ in quadruplo: ꝛ ſic
deinceps: ita vt non ſit poſſibilis aliqua latitudo charita
tis finita tam magna: quin ipſa poſſit fieri alia maior ſeu
vltra quā creſcere ipſa nō poſſit. ¶ Aliomodo vt ly. infini
tū. ſequat ly. augeri dicendo: an charitas poſſit augeri in
infinitū: ſeu an charitas poſſit fieri maior in infinitū. i. ma
ior plus q̄ i duplo: ꝛ plus q̄ in quadruplo: ꝛ ſic deinceps

Digitized by Google

Et iſte ſenſus multū differt a ꝓ primo precedente. Nam ſi concedaṫ queſtio in primo ſenſu: nō ex hoc cōcediṫ ꝯñr ꝙ poſſit eſſe aliqua charitas īfinita intēſiue. ¶ In ſcḋo aūt ſenſu ꝯceditur. Nā īpoſſibile eēt ꝙ hac/ vel illa charitate data aliqua eēt maior plus ꝗ̄ ī duplo: ꝛ plus ꝗ̄ ī triplo: ꝛ ſic vltra: niſi illa eſſet actu infinita intēſiue: ſicut planū eſt. In hoc vltimo ſenſu nō intēdo nūc tractare queſtionē: qꝛ ſic tractabiṫ in ſuo ſimili infra diſt. 44. q. vlti. Nec etiā in primo ſenſu: qꝛ nō eſt dubia apud doctores. Sed in ſcḋo ſenſu pro nunc intelligo queſtionē: ꝛ ſm̄ hoc etiam ꝓpter alias iſtas difficultates pono ꝯcluſiones tres. Prima eſt ꝙ aliqua multitudine finita entiū data in infinitū maior multitudo ſimiliū entiū dari pōt. Scḋa ꝙ aliqua magnitudine finita data in īfinitū maior eiuſdē rōnis dari pōt. Tertia ꝙ aliqua charitate data/ ſeu alia forma augmentabili finita data in infinitū maior intēſiue dari pōt: ꝛ per hoc patebit ad queſtionē in ſenſu accepto ꝙ charitas in infinitū pōt augeri: ꝛ predictaꝝ ꝯcluſionum ꝗ̄libet intelligo de potētia dei abſoluta. ¶ Primā ꝯcluſionē ꝓbo ſic. Q̄talibet multitudine finita poſſibili aiaꝝ rōnalium poſita in eſſe pōt deꝰ oībus illis cōſeruatis creare q̄dā aliam aiaꝫ rōnalē eiuſdē ſpeciei. ergo data aliqua multitudine finita aiaꝝ in infinitum maior multitudo aiarū pōt dari. Añs nulli catholico puto fore dubiū: alioquin oporteret dicere ꝙ eſſet certus numerus aiaꝝ poſſibiliū a deo creari: vltra quē nō poſſet aliā creare vel ꝯſeruare illis ꝯſeruatis: ꝛ ꝯñr vlterius ꝙ deus nō poſſet mundū ꝑpetuo cōſeruare in qua nūc eſt diſpoſitione. vꝫ ꝙ ſemꝑ generarenṫ ꝛ morerenṫ hoīes: ꝛ quilibet ꝓpriā aiam haberet q̄ nullius alteriꝰ hoīs eſſet/ aut fuiſſet. vel futura foret: qḋ nō puto aliquē catholicū eſſe dicturū. ꝯña probaṫ. qꝛ data aliqua multitudine maior ꝗ̄ in duplo poterit dari cauſando ſucceſſiue vnā poſt aliā plures in triplo: ꝛ ſiḿr maior ꝗ̄ in triplo cauſando plures in decuplo: ꝛ ſic vltra q̄libet ꝓportionem ex quo q̄talibet finita poſſibili data: pōt alia aia creari. ¶ Scḋam cōcluſionē ꝓbo. Et gratia exēpli ſumo ignē. Nā ex ſiḿ modo pōt ꝓbari de aliis corporibꝰ homogeneis receptiuis additiōis ꝛ diminutiōis. Et arguo ſic. Q̄tocūq; igne poſſibili finito dato pōt: deus iuxta illū creare de nouo vnū pugillū ignis: et priori vnire ſic ꝙ ex eis fiat vnus totalis ignis: ꝛ illū cōſeruare. ergo q̄tocūq; igne finito poſſibili dato: pōt deꝰ maiorē ignē facere: et ꝑ ꝯñs data aliqua magnitudine finita: in īfinitū maior pōt dari eiuſdē rōnis. ꝯña ſcḋa ꝓbaṫ ſicut in ꝑcedēte ꝯcluſione: ꝛ prima de ſe euidēs eſt. Nam ignis ille totalis maior eſſet priore dato. añs ſo ꝓbatur q̄tum ad primā partem. Nam ꝯſtat ꝙ q̄tuſcūq; ignē finitū datū deꝰ poſſet annihilare: ꝛ in illo annihilato in ſitu ꝓpinquo ei: in quo fuerat ignis annihilatus poſſet nouū ignē totaliter quo ad materiam ꝛ formā creare: igiṫ q̄tocūq; finito igne dato illo manēte poſſet: iuxta illū nouū ignē totaliter creare: et pꝫ ꝯña: qm̄ nullus ignis q̄tuſcūq; ſit pōt diminuere potētiā dei: nullus etiā repugnātiā hꝫ ad aliū ignē: cū oēs ignes ſint eiuſdē rōnis: vt de igne nūc loquimur. ¶ Confirmaṫ qꝛ q̄tocūq; igne finito exiſtēte poſſet deus iuxta ipm̄ vnā aquā creare: ꝛ ſine actione mutua cōſeruare: multo ergo magis aſpiciēdo ad naturā rei factibilis nō ad potētiam dei: cui oīa ſint eque poſſibilia videṫ ꝙ poſſet ignē: cum inter ignem ꝛ aquā ſit naturalis contrarietas qualitatū: non autē inter ignem ꝛ ignem. ¶ Scḋo ꝓbatur idem: qꝛ q̄tocunq; igne magno approximaretur palea / vel aliud combuſtibile tante q̄titatis ex qua poſſet pugillus ignis generari: ille ignis magnus ex combuſtibili approximato generaret nouum ignē: ꝛ multo magis / vel ſaltem non minus ꝗ̄ ſi eſſet ignis minor: ſed conſtat ꝙ deus poſſet creare cōbuſtibile / aut etiā aliquod (ſi eſſet) illi igni approximare: ꝛ per ꝯñs poſſet nouus ignis generari: ꝛ eodem modo habetur propoſitum: ſicut ſi deus īmediate totaliter ſe ſolo crearet. ¶ Confirmaṫ. nullus eni negaret ſi ignis poſſet ꝓducere nouum ignē (nō ſuppoſita materia: ſed ſicut nūc ex materia pōt ignē generare: ſic poſſet totū quo ad materiā ꝛ formā cauſare) quin quātūcūq; magnus et finitus foret ꝓduceret nouū ignē: imo vt dicebaṫ potius cōcedi deberet hoc de maiore/ ꝗ̄ de minore: vel ſaltē non minus. ergo cū deus totū creare poſſit negandum nullo modo eſt: quin poſito q̄tocūq; igne finito: poſſit iuxta illū nouū creare. ¶ Quātum vero ad aliam partē añtis. ſ. ꝙ ex illis ſic ꝓpinquis poſſet fieri vnus: dubium eſſe nō debet: cū multo maius miraculū foret: ſi ex eis nō ꝯſtitueretur ignis vnus cū ſint naturaliter vnibiles. ¶ Cōfirmaṫ. qꝛ cum ad ſenſum videamꝰ ꝙ qñ ignis generat ignem ex materia ſibi ꝯiuncta: ignis generans ꝛ ignis genitus conſtituunt ignē vnū totalē: ſi in ꝓpoſito nō ſic eſſet: hoc contingeret ꝓpter magnitudinē ignis preexiſtētis vt videṫ: ſed hoc nō ꝓhibet: qꝛ nō minus ignis aliquis pōt ſic vniri cum igne magno/ ꝗ̄ cū paruo: ſicut vna gutta aque eque vniṫ maiori: ſi ſibi addaṫ: ꝛ cum illo cōſtituit vnā aquam totalē: ſicut ſi adderēṫ vni ſitule aque maris ſcorſum ſumpte. ¶ Nec valet dicere ꝙ eſt dare maximum ignē: qui ſi eſſet/ nec additionē/ nec augmentum poſſet ſuſcipere: qm̄ ratio facta euidēter ꝓbat: ꝙ nō ſit dare aliquid finitū maximū: ſed vltra quēlibet poſſibilē poſſit diuina virtute fieri maior. ¶ Confirmaṫ. qꝛ magis videreṫ ꝙ mundus determinaret ſibi maximā poſſibilē q̄titatē: qḋ tn̄ ſm̄ Aug. 8. epiſt. Nebridio ſcribētē falſum eſt. vnde ait neſcio: cur tātus mūdus ſit cū rōnes figuraꝝ per quas eſt nihil ꝓhibeant eſſe quāto quis voluerit ampliores: ꝛ infra. cur tantus eſt mundus: poterat eni eſſe maior/ vel breuior neſcio. ¶ Et ex probatione Augu. apparet ꝙ mundus q̄tolibet poſſet eſſe maior: ita ꝙ nō eſſet poſſibilis maxima magnitudo ipſius: ſicut nec figuraꝝ: ex quo etiam principaliter pꝫ ꝯcluſio. ¶ Et pōt etiā ex hac vna alia ratio principaliter formari queſtionē: qm̄ ſi quātalibet figura poſſibili pōt eſſe maior eiuſdē ſpeciei: vt q̄tolibet circulus maior circulo: ꝛ q̄tolibet triāgulo maior triāgulꝰ: ꝛ ſic de aliis ſpeciebꝰ figuraꝝ: ꝛ q̄ta magnitudine poſſibili pōt eē maior: pꝫ ꝯña ꝑ locū a maiori: qm̄ de rōne figure eſt terminꝰ claudi: qḋ nō eſt de rōne magnitudinis. ideo talis infinita poſſibilitas maioritatis magis videṫ ineſſe poſſe magnitudini: tum etiā qꝛ īpoſſibile eſt figurā eſſe maiorē niſi ſit maior q̄titas. añs aūt pꝫ per Aug. ꝛ per rōnes qm̄ inter petitiones geometricas ꝯtineṫ ꝙ lineā finitā rectā in cōtinuū/ atq; directum q̄tūlibet cōtingit ꝓtrahere. Itē ſuꝑ quodlibet centrum q̄tūlibet ſpatiū occupādo circulum deſignare. ꝛ ex prima pꝫ: ꝙ nulli ſpeciei figuraꝝ rectilinearū repugnat: vt q̄talibet ſit maior: q̄uis ad augmētum laterū ſequiṫ augmētum figure: et ex ſcḋa patet: ꝙ etiam non repugnat ſpeciei circuli: vt quātolibet ſit circulus maior. ergo nec magnitudini repugnat. Cum ergo non ſit defectus ex parte dei: qui oīpotens eſt: nō apparet quin quātalibet magnitudine poſſibili finita in infinitum maior fieri poſſit. probatur quoq; concluſio ipſa auctoritate Aug. dicētis ibidem. cum corpus nullum eſſe minimum finitur quo pacto eſſe ſinamus ampliſſimū quo amplius eſſe non poſſit? quaſi dicat nullo modo. ¶ Tertia cōcluſio probatur vt precedens. Nam quātalibet intēſione forme data deus poteſt gradum tante quātitatis determinate de nouo cauſare: priore nō deſtructa ꝛ illi vnire: ſic vt ex eis conſtituatur vna forma eiuſdem rationis cum illis: ſicut poteſt charitati alicui que nunc eſt ꝛ augeri poteſt vnire nouū gradum conſtitutum cum ea vnius charitatis maioris. ergo omni charitate vel forma finita deus in infinitum poteſt ꝛc̄. Et probatur antecedens et conſequētia: vt etiam ex precedente cōcluſione. ¶ Scḋo

Digitized by Google

ſi tales forme non poſſent augeri in infinitum ſm intellectum datū: eſſet dare maximū gradum poſſibilem earū: patet cōſequentia: ſed conſequens eſt falſum: quod ꝓbatur: q2 nullius forme que poteſt intēdi eſt dare minimum gradum poſſibilē ſm intēſionem: vt ſupra probatum eſt. ergo nullius talium eſt dare maximum poſſibilem. cōſequentia patet: q2 nulla forma ſm ſpeciem ſibi potius (q̄tum ex natura ſua eſt) determinat vltimū gradum poſſibilem in ſummo q̄ in infimo. ¶ Et ſi dicatur cōtra hoc: q2m ſi forma talis non determinaret ſibi ex natura ſua gradum maximū poſſibilem: ſicut non determinat ſibi minimum ſequeretur q ſicut nō eſt dare minimam intenſiue: ſed qualibet poteſt etiā naturaliter / ſiue ab agente naturali dari minor / ſeu remiſſior: vt ſupra ꝓbatū eſt: ſic etiā per agens naturale qualibet poſſet fieri intēſior: ⁊ ſic non eſſet dare lucem intenſiſſimā naturaliter poſſibilem / nec calorē ſummum poſſibilem: ⁊ ſic de alijs formis corporalibus: quod tn̄ eſt falſum: vt pz ad ſenſum ⁊ ꝓbatur ratione: q2 cum agentia talia agāt naturaliter ⁊ non libere: tm̄ agunt / q̄tum poſſunt: ⁊ per conſequens facerent formas h̄mōi infinitas intēſiue ſi non ſit dare ſummū gradū poſſibilem finitū. ¶ Reſpondeo q nulla talis forma ex ſua natura magis eſt determinata ad maximū gradum finitū poſſibilē / q̄ ad minimū. i. nullius ſpeciei talium formaꝝ eſt potius aliquis maximus gradus poſſibilis / q̄ minimus poſſibilis: ſed quolibet finito poſſibili eſt maior: ſicut quolibet poſſibili eſt minor: ſed q naturaliter nō poſſit vltra q̄tūlibet finitum gradum intenſior fieri / vel hoc eſt ex natura agentis naturalis non potētis q̄tūlibet gradum magnum poſſibilem inducere / vel hoc prouenit ex parte ſuſceptiui nō potētis / vel ex natura ſua / vel propter aliqđ exiſtens in ipſo quātūlibet maximum gradum ſuſcipere: vnde ſi non eſſet ſol in mundo: ⁊ eſſent alia corpora cauſatiua luminis: vt ignis candele / vel carbūculus precioſus: conſtat q in aere non poſſet per aliquod naturale agens cauſari lumen ſic intenſum: vt pro nunc cauſatur a ſole. Et ſi carbunculus eſſet potentiſſimū illuminatiuū naturaliter: lumen ab eo cauſatum eſſet maximū lumen poſſibile naturaliter: et tamen conſtat q illum gradum nō ſibi tanq̄ maximum determinat ſpecies luminis. ¶ Eodem modo eſſet: ſi ignis non eſſet in mundo / nec alius calidus aere. Nam gradus ſummus caloris tunc naturaliter poſſibilis eſt maximus in quem poſſet aer: ⁊ cōſtat q eſſet minor eo in quem nunc poteſt ignis: ergo non tunc ſibi ſpecies caloris determinaret gradum illū: alioquin nec nūc poſſet fieri intēſior calor illo tunc poſſibili. Ex parte etiā ſuſceptiui poteſt prouenire. Nam non quelibet materia qualicūq; forma ſubſtantiali informata poteſt quantūlibet gradum forme ſuſcipere naturaliter loquendo ſtante forma illa. vnde animal non eſt ſuſceptiuum tanti caloris vt ignis / nec etiam aer: alioquin ex intenſione caloris non corrumperetur animal / vel aer: quod patet ſenſu falſum: cum vtrumq; poſſit igniri / ſeu tranſmutari in ignem. Et quia naturaliter non contingit eſſe materiam ſine forma ſubſtantiali: eſto q materie non repugnaret: quantūlibet calore intenſo poſſibili informari: quia tamen non quātūlibet intēſus calor poſſibilis compoſſibilis eſt forme ſubſtantiali: ideo non quantūcunq; magnus calor poteſt ab agente naturali induci in materia: ſed non ſic eſt de minimo gradu poſſibili forme. Nam agens productiuum maioris gradus vtriq; productiuus eſt: ex minoris eiuſdem rationis: ⁊ ſubiectum ſuſceptiuum maioris: ⁊ ſuſceptiuū eſt minoris eiuſdem rationis: vt ſupra probatum. Sicut ergo non ſequitur. tantum lumen eſt poſſibile cauſari a carbunculo ⁊ non maius. ergo nec maius poteſt cauſari: ſic non ſequitur. tantum lumen poteſt cauſari ab agente naturali ⁊ non maius. ergo nullū maius pōt cauſari. Nā deus poteſt maius cauſare: ſicut ſol poteſt maius q̄ carbunculus. Et ita dicendū de alijs ſimilibus. ¶ Sed circa hoc reſtat magnū dubiū. videlicet an ſicut qualibet tali forma finita data poteſt a deo fieri maior intenſiue: ſic etiam poſſit fieri in ſubiecto: vt ſcilicet q̄talibet charitate poſita in anima poſſet alia charitas maior in ipſa fieri: et ipſa anima ſit in infinitum maioris charitatis ſuſceptiua vel econtra anima nō ſit capax quanticūq; gradus charitatis: ſed ſit dare maximū poſſibilem: ſeu quo maiorē nō poteſt ſuſcipere. Et eodem modo dubitari poteſt de qualibet forma ſuſcipiēte magis ⁊ minus: ⁊ ad hoc vtraq; via videri poſſet ſatis probabilis: quarum neutram pro nunc approbo vel reprobo. Sed ſi ſecunda via teneretur: tunc dicendum eſſet q tales forme in infinitum poſſunt augeri ſeparate: non autem in ſubiecto: ſm autem primā viam poſſunt in infinitum intendi: tam in ſubiecto q̄ ſeparate. ¶ Contra iſtas concluſiones poteſt argui. Et primo contra primam ⁊ rationē eius ſic: poſſibile eſt omnes animas creabiles eſſe creatas ergo non omni multitudine animarū poſſibili data poteſt alia creari anima: ⁊ per cōſequēs nec maior multitudo animarū. Et vlteriꝰ nec omni multitudine finita poſſibili pōt creari maior. Et hec vltima cōſequentia patet: quia impoſſibile eſt eſſe multitudinem actu infinitā: ⁊ per conſequens ſi omnes anime poſſibiles eſſent create illa multitudo eſſet finita poſſibilis. prīa cōſequētia patet: q2 data multitudine oīm animarū creabiliū: nō poteſt alia anima creari alias vel aliqua anima poſſet creari q̄ nō ē creabilis: qđ iplicat ɔ̄dictionē: vel multitudo illa nō eſſet omniū creabiliū: qđ eſt cōtra poſitū. ꝓbatur antecedens: q2m huius vniuerſalis: oēs anime creabiles poſſunt eſſe create: quelibet ſingularis eſt vera: ⁊ per conſequēs iſta: iſte anime demonſtratis omnibus creabilibus collectiue ⁊ cōiunctim poſſunt eſſe create: que vtiq; demōſtratio poſſibilis eſt ſaltē diuino itellectui qui ſimul oēs ⁊ q̄ſlibet animā creabilē videt: ſed quelibet ꝓpoſitio ſingularis de poſſibili affirmatiua: in qua ſubijcitur precīſe pronomē demōſtratiuū: ſi eſt vera eſt vera in ſenſu cōpoſito. patet in omnibus: ⁊ per cōſequēs hec: ex quo ſequitur q hec eſt poſſibilis: iſte anime ſunt create demōſtratis omnibus que ſunt creabiles: hec autē equipollēt. iſte aīe ⁊c. ⁊ iſte oēs ⁊c. ſicut demōſtratis. 10. hominibus currentibus: iſte equipollēt: iſti currūt ⁊ iſti oēs vel omēs iſti currunt. ſumēdo ly oēs collectiue: ⁊ per cōſequēs hec eſt poſſibilis. omnes anime creabiles ſunt create ſumēdo ly. oēs collectiue ergo poſſibile eſt omnes animas creabiles eſſe creatas: quod erat antecedens. ¶ Deinde cōtra ſecūdā ⁊ tertiā cōcluſiones multipliciter arguitur. primo quidem ſic accepta aliqua charitate finita: puta. a. queritur vtrū aſcēdēdo ſit ſtatus ad aliquā ſupremā poſſibilem: ⁊ tunc nō proceditur in infinitum in eius augmēto: aut nō eſt ſtatus: ⁊ tūc cum quāto aliqua magis excedit: tanto ſit perfectior. ſequitur q illa que in infinitū excedit: ſit in infinitū perfectior: ⁊ per cōſequēs in ſe infinita: ⁊ cū ipſa videatur a deo: vt quoddā vnū factibile poterit ab ipſo vnica cauſatione cauſari ⁊ ſic poſſet fieri aliqua charitas infinita quod eſt impoſſibile. Et ſimili modo poteſt argui de magnitudine. ¶ Secūdo ad idē per rationē Ariſt. 3. phy. ſm declarationē Cōmē. ibidem. arguitur ſic omnis vna potentia poteſt reduci ad actum: ſed potentia adꝰ augmētum ſiue q̄ritatis ſiue alterius forme eſt vna. ergo ⁊c. declaratur minor: quoniā quecunq; potentie eiuſdē rei ſūt ad actus partiales vnū actū totalem conſtituentes ſunt partes vnius potentie demōſtrate: ſed potētie ad augmētum ſunt huiuſmodi. Nam omnes actus partiales cōſtituunt vnū totalē: gradus enim. 10. cū precedētibus vnam magnitudinē conſtituit: ⁊ ſimiliter cēteſimus cū omnibꝰ precedētibus: ⁊ mille gradus vnum totalē conſtituunt: ⁊

Sco. lib. 3. diſti. x. q. prima.

Cō. 69.

ſic quodcũꝗ;ꝛ per cõſequẽs vnus tãtũ actus totalis eſt
ad quẽ res augmẽtabilis eſt in potẽtia. Ex quo ſequit̃ ꝙ
ad totũ quod eſt poſſibile acquiri per augmẽtũ eſt tantũ
vna potẽtia totalis. Si ergo in infinitũ procedere poteſt
per augmentũ: infinita magnitudo actualis erit in poten
tiaːꝛ per cõſequens poterit eſſe in actu: quod eſt falſum.
T.c.69. ¶ Et propter hoc di. philoſophus ꝙ q̃tancũꝗ; magnitu
dinẽ cõtingit eſſe in potẽtia: tãta contingit eſſe in actu: q̇ꝺ
nõ ſic eſt de infinito ꝓceſſu in diuiſiõe cõtinui vel augmẽ
to numeroꝝ. Nã nõ oẽs actuales diuiſiões vnã totalem
cõſtituunt: nec oẽs numeri vnũ numerũ: ideo alia eſt potẽ
tia ad vnã diuiſionẽ vel numerũ: alia ad aliã: nec oẽs ta
les ſunt partes vnius potẽtie demõſtrate: quapropter nõ
oportet ꝙ oẽs tales potẽtie ſimul poſſint reduci ad actũ.
¶ Huiꝰ rõnis virtus ab alijs aliter ponit̃: dicũt eñ ꝙ ma
gnitudo ſeu forma augmẽtabilis eſt immediate in poten
tia ꝛ ſine ordine ad oẽm gradũ ꝛ modũ additiõis: nõ ei eſt
prius in potẽtia ad gradũ decimũ q̃ ad cẽteſimũ vel aliũ
ſuperiorẽ. Nã ſic immediate poſſet ſibi addi cẽteſimus ſi
cut decimꝰ: ꝛ ipſa ſic immediate poſſet fieri .100. graduũ ſi
cut decẽ: qꝛ ergo nõ eſt in potẽtia ad vnũ mediãte alio: nõ
eſt neceſſe ꝙ prius recipiat vnũ q̃ aliũ: ꝛ per cõſequẽs im
mediate ꝛ ſimul poteſt reduci ad actũ reſpectu oĩs gradꝰ
ad quẽ ẽ in potẽtia. Ex quo ſequit̃ ꝙ ſi eſſet ĩ potẽtia ad ĩ
finitos poſſet immediate ſimul oẽs recipere: ꝛ per conſe
quẽs poſſet eſſe actu infinita: q̇ꝺ eſt falſuꝫ: nõ ſic aũt eſt de
diuiſiõe cõtinui. Nã cõtinuũ nõ eſt immediate ꝛ ſine ordi
ne potẽtia ad oẽm ſuã diuiſionẽ: ſꝫ ad vnaꝫ mediãte alia.
Eſt eñ primo in potẽtia: vt diuidat̃ in ſuas medietates:
quo poſito in actu põt diuidi in medietates illarũ medie
tatũ: ꝛ ſic vltra per ordinẽ ꝓpter q̇ꝺ nõ põt oĩs diuiſio cõ
tinui immediate reduci ad actũ: ac per hoc nõ ceſſat eius
diuiſio: ſicut ceſſat additio. ¶ Itẽ aliter dr̃ ꝙ potentia ad
augmẽtũ eſt potẽtia ad actũ perfectũ: nõ ad actũ in fieri:
qñ nõ ex eo ꝙ aliquid factũ eſt tãti gradus ṗbi gratia .10.
ſurgit noua potẽtia ad maiorẽ gradũ: oĩs aũt potẽtia ad
actũ perfectũ põt totaliter cõpleri: ꝛ reduci ad actuꝫ. In
augmẽto aũt numeroꝝ nõ ſic: qꝛ potẽtia illa eſt ad actuꝫ
imperfectũ ꝛ ꝑmixtũ potẽtie: ex eo ei q̇ꝺ reducit̃ ad actũ
potẽtia ad vnũ numerũ: ſurgit noua potẽtia ad aliũ: cũ il
le numerus poſſit eſſe radix alteriꝰ numeri: ꝛ ſic de quoli
bet. Idẽ eſt de diuiſiõe cõtinui. Nã poſita vna diuiſiõe cõ
tinui in actu ſurgit noua potẽtia ad aliã vt immediate di
ctũ eſt: ꝛ ideo nõ eſt poſſibilis in ĩfinitũ ꝓceſſus in augmẽ
to magnitudinis vel forme. Eſt aũt poſſibilis in augmen
to numeroꝝ ꝛ diuiſiõe ſeu diminutiõe cõtinui. ¶ Tertio
ſic. q̃tãcũꝗ; charitatẽ deꝰ põt facere: tãtã põt facere: hoc
patet: qꝛ predicatũ includit̃ in ſubiecto: ponat̃ ergo ineſſe
ꝙ q̃tãcũꝗ; põt creare tãtã creet. ergo nõ poterit vlterius
maiorẽ creare: ꝛ ꝑ cõſequẽs nõ in infinitũ facere maiorẽ:
aut illa ſic poſita erit infinita. ¶ Quarto qꝛ deus videt
oẽm charitẽ ab eo factibilẽ: aut ergo videt aliquã factibi
lẽ infinitã: ꝛ tũc poſſet infinitã facere: q̇ꝺ eſt falſuꝫ: aut nõ
videt aliquã infinitã factibilẽ: ꝛ tũc ſequit̃ ꝙ nõ poſſit in
infinitũ facere maiorẽ. ¶ Quinto q̃tacũꝗ; charitas vel
perfectio põt fieri a deo ſucceſſiue: tãta põt fieri ab eo ſi
mul ſed nulla perfectio infinita poteſt ſimul fieri ergo nec
ſucceſſiue minor patet probat̃ maior qꝛ q̇ꝺ nõ poſſit ſimul
fieri nõ poteſt prouenire ex parte dei: cũ totã ſuã potẽtiaꝫ
ſimul habeat: nec ex parte perfectiõis factibilis: qꝛ ei nõ
repugnat ſimul habere gradus quos importat de natura
ſua. ¶ Sexto qꝛ ſequeret̃ ꝙ eſſet poſſibilis aliquis motꝰ
rectus cõtinuus in infinitũ: patet cõſequẽtia: qꝛ ꝛ augmẽ
tum ꝛ intenſio motus recti ſunt: ſed cõſequẽs eſt falſum:
T.c.63. vt patet per philoſophũ ꝛ Cõmẽ. 8. phy. patet etiã ratiõe:
ꝛ.74. qꝛ oĩs motus rectus eſt inter duos terminos: inter duos
autem terminos impoſſibile eſt in infinitũ recte moueri.

¶ Septĩo tũc natura inciperet moueri ad id quod nõ po
teſt attingere: ꝛ eſſet aliquis motus ſine termino ad queꝫ
hoc autẽ eſt impoſſibile: qꝛ motus ex intrinſeco ſuo requi
rit terminũ ad quẽ: ꝛ cõſequentia patet: qꝛ ſi poſſet eſſe ta
lis intẽſio infinita: nullus terminꝰ citra infinitũ erit eſſen
tialis terminus eius. ¶ Octauo ſi charitas aut alia for
ma poſſet augeri in infinitũ tunc aliqua creatura ſm ſuã
naturã abſolute ĩportaret infinitã ꝑfectionẽ: quod tñ eſt
propriũ deo. ¶ Nono ſpecialiter de charitate ſic: actus
charitatis nõ poteſt in infinitũ intẽdi. ergo nec habitꝰ: cõ
ſequẽtia patet. probatur antecedens: qꝛ impoſſibile eſt ꝙ
aliquid procedat ꝛ intẽdatur vt fiat deus: proceſſus autẽ
infinitus in dilectiõe dei eſt proceſſus ad eſſe deum: quia
nulla dilectio eſt infinita. niſi illa que eſt deus: ꝛ ſi aliqua
daretur illa ſtatim eſſet deus: quia adequaret obiectũ dei
tatis. ¶ Decimo deus nõ tñ diligibilis a nobis: quantũ
eſt a ſe diligibilis: ſed a ſe nõ eſt diligibilis plus q̃ in infi
nitũ ergo a nobis nõ eſt diligibilis in infinitũ: ꝛ per conſe
quẽs actꝰ dilectionis nõ põt intẽdi in ĩfinitũ. ¶ Undeci
mo. tota actiuitas actus dilectiõis eſt in anima. Nã cha
ritas nõ affert nouã actiuitatẽ ad volũtatẽ: ſed illã diſpo
nit: nulla autẽ actiuitas anime noſtre poteſt in actũ poſſi
bilẽ intẽdi in infinitũ alioquin ipſa eſſet infinite perfectio
nis: eo ꝙ virtualiter contineret oẽs tales actus ergo actꝰ
dilectiõis nõ poteſt in infinitum intẽdi. ¶ Duodecimo ſi
charitas poſſet ꝛc. tũc poſſet eſſe maior charitas charita
te xpi: quod eſt contra magiſtrũ tertio ſentẽtiarum. di. 13.
¶ Itẽ xps potuiſſet mereri charitatis ſue augmentum:
quod eſt contra ſanctos ꝛ fidẽ cum ipſe fuerit ita plenus:
vt nec augeri nec creſcere poſſet ĩ gratia: ſm illud Iohã. Cap. pᵒ
vidimus gloriã eius ꝛc. conſequẽtia vero patet: quia cõ
ſtat ꝙ ipſe elicuit actus intenſiſſimos charitatis: quibus
ꝛ ſibi meruit gloriam corporis: ꝛ nobis multiplicem gra
tiam: tales autem merentur charitatis augmẽtum: iuxta
illud Augu. ad bonifacium. Charitas meretur augeri vt
aucta mereatur perfici. ¶ Reſpondeo ad iſta per ordi
nem: ad primum quod eſt contra primam cõcluſionem di
co ꝙ antecedens eſt falſum: ad probationem concedo ꝙ
quelibet ſingularis illius vniuerſalis eſt vera. Et cũ dici
tur ergo hec: iſte anime ꝛc. demonſtratis omnibus creabi
libus ſimul: poteſt dupliciter reſponderi. Primo ꝙ eſto
ꝙ illa eſſet vera: non eſt tamen vera in ſenſu cõpoſitio: nec
regula aſſumpta vniuerſaliter eſt vera in illis propoſitio
nibus ſingularibus in quibus ſubijcitur pronomẽ demõ
ſtratiuum pluralis numeri: inſtantia patet. Nam demon
ſtratis duobus contradictorijs contingentibus hec eſt ve
ra: iſta poſſunt eſſe vera: ꝛ tamen hec eſt impoſſibilis: hec
ſunt vera eiſdem demonſtratis. ¶ Secundo dico ꝙ oẽs
animas creabiles demonſtrari: poteſt intelligi dupliciter
vno modo ꝙ demonſtrentur omnes anime quarum queli
bet eſt creabilis: alio modo ꝙ demonſtrentur omnes que
ſunt creabiles. Si primo modo tunc dico ꝙ hec ſingula
ris. iſte anime poſſunt eſſe create: non eſt ſingularis illius
vniuerſalis: omnes anime creabiles poſſunt eſſe create: ꝛ
eſt ratio: quia illis omnibus demonſtratis hec non eſt ve
ra. iſte anime ſunt creabiles: vnde non ſequitur quodlibet
iſtorum eſt creabile ergo iſta ſunt creabilia. Exemplum
ſint due linee equales. a. b. hec eſt vera. quodlibet iſtoruꝫ
demonſtratis omnibus: quorum quodlibet eſt pars ipſi
us. b. eſt exceſſum ab. a. et tamen hec eſt falſa eiſdem om
nibus demonſtratis iſta ſunt exceſſa ab. a. quia iſta ſunt
b. ꝛ. b. poſitum eſt eſſe equale ipſi. a. vnde patet: ꝙ nõ ſem
per de omnibus ſimul verificatur terminus pluralis nu
meri: de quorum quolibet verificatur ſingularis illius
pluralis. Si vero demonſtrentur ſecundo modo: dico ꝙ
talis demonſtratio eſt impoſſibilis: et hoc ideo: quia nul
le creabiles ſunt omnes creabiles: ſicut etiam nulle par

Digitized by Google

partes b. exceſſe ab a. ſunt omnes partes b. exceſſe ab a. Nam quecūq̄ et quoſcūq̄ ſumantur exceſſe ab a. adhuc ſunt alie preter illas: immo infinite contēte in tanta parte b. quantus eſt ille exceſſus quo ille partes b. ſumpte ſunt exceſſe ab a. ¶ Dico ergo. ꝙ quelibet ſingularis illius vniuerſalis eſt vera: ⁊ ipſa etiam eſt vera: non tamen ſua de ineſſe eſt poſſibilis: ac per hoc non infert antecedēs in ſenſu compoſitionis: ſicut oporteret: ſed nulla ſingularis eius eſt in qua demonſtrētur omnes anime creabiles: qꝛ nulle anime creabiles ſunt omnes anime creabiles. Si autem fiat iſta vniuerſalis: oēs anime quarū quelibet eſt creabilis poſſunt eſſe create: tunc dico ꝙ aliqua eius ſingularis eſſet / vel eſſe poſſet: ſaltem a deo demonſtrante: in qua oēs collectiue demonſtrarētur: quarum quelibet eſt creabilis: ſed ipſa vniuerſalis eſſet falſa: ſicut ⁊ illa ſingularis. Et ſicut etiam iſta. oēs anime quarū quilibet eſt creabilis: ſunt creabiles: vt patet ex dictis. ¶ Deinde reſpōdeo ad alia que contra reliquas concluſiones arguta ſunt: et quicquid ſit de hoc. an deus poſſit facere magnitudinem / vel charitatē / aut aliam formā actu infinitam: ad quod plures rationes de predictis tanq̄ ad inconueniens conātur deducere: qꝛ de hoc videbitur infra diſti. 44. dico ꝙ ad illud cōſequens nulla predictarum deducit. ¶ Unde ad primā rationem dicitur. ꝙ nō valet eo ꝙ ſimili modo probaretur ꝙ augmentum numerorum non procederet in infinitum: ſi eſſet dare numerum infinitum / vel finitum aliquē ſummū / ſeu maximum poſſibilē: quod manifeſte falſum eſt ſm oēs: et ꝙ ita ꝓbaretur pꝫ. Nam ſuppoſito aliquo numero. verbi gratia. binario. queratur vtrum in aſcēdēdo ſit ſtatus ad aliquē maximum numerum: quo maior dari non poſſit: ⁊ habetur propoſitū / aut non eſt ſtatus: ſed in infinitū poteſt aſcendendo ꝓcedi: et tunc cum quāto numerus magis excedit binariū: tāto coſit maior: ⁊ per ꝯñs in ſe infinitus: dico ergo ad rationē: ꝙ ſupra charitatem datā a. poteſt ꝓcedi in infinitum: et ꝙ q̄to aliqua magis excedet: tāto erit perfectior ea: ⁊ cum infertur: que in infinitū excedit ⁊c. nego ꝯñam ꝓpter falſam implicationem: implicat enī ꝙ ex illo antecedente ſequatur ꝙ aliqua ſit poſſibilis excedēs in infinitum: quod falſum eſt: vnde non ſequitur. hāc charitatem in infinitū aliqua charitas poteſt excedere: ſicut non ſequitur. hanc charitatē in infinitum poteſt aliqua charitas finita ⁊ finite iſtam excedēs poteſt excedere. ergo aliqua charitas finita / ſeu hanc perfecte excedens poteſt hāc in infinitū excedere. antecedens enim eſt verum et cōſequens falſum. Sicut etiam hic: hunc numerum binarium in infinitum aliquis numerus / ſeu multitudo finita poteſt excedere. Non ſequitur. ergo aliquis numerus vel aliqua multitudo forma poteſt hunc binarium in infinitū excedere. antecedens verum eſt ſm oēs: ⁊ conſequēs falſum: ratio eſt qꝛ in antecedente numerus / vel multitudo ſupponit confuſe tm̄ propter hunc terminum in infinitū qui precedit: in cōſequēte vero ſupponit determinate: eo ꝙ nullus terminus virtutem habens confundendi precedit: ſic eſt in propoſita ratione. ¶ Ad ſcdām dicetur ꝙ vocando potētiam illā vnam que eſt vnus actus poſſibilis: ſicut nō videtur accipere: minor eſt falſa: eo ꝙ nullus vnꝰ actus eſt poſſibilis cōſtitui ex infinitis actibus / ſeu gradibus partialibus poſſibilibus: nec probatio ſufficit contra hoc: qꝛ q̄uis mille ⁊ 10. milia: et quotcūq̄ ſm aliquem numerū poſſint vnum totalem actum conſtituere: non tm̄ ſequitur ꝙ infiniti: ⁊ per cōſequens non eſt tm̄ vna potētia ſm illū modum loquendi ad omnem additionem poſſibilem nec ad additionē infinitorum. auctoritates autem Philoſophi ⁊ Cōmen. in hac parte recipiende non ſunt: ſicut nec in alijs vbi male dixerūt. ¶ Ad aliam formam eiuſdem rationis dicendum etiam ꝙ non valet. quia per ſimilem

T.c.53.3. phyſico.

modum poſſet probari: ꝙ deus poſſet ſimul actu creare omnes animas quas poteſt creare: quod quidē et eſt falſum in ſe: quia non tot poteſt ſimul creare: quin alias poſſit adhuc creare in infinitum: ⁊ contra ſic arguentes quia tunc ſequeretur ꝙ deus poſſet facere actu ſimul animas infinitas: quod ipſi negāt. ¶ Qꝛ autem ita ſequatur ſi ratio illa valeret: patet quoniam q̄libet animam creabilem dei potentia actiua imediate reſpicit: ⁊ non vnam mediāte alia. Item ſequeretur ꝙ continuum poſſet ſimul eſſe diuiſum ſm omnes diuiſiones eius poſſibiles: quod etiam ipſi negant: ⁊ patet conſequentia: quoniā vna eius diuiſio nō prius eſt poſſibilis q̄ alia: nec aliquis ordo inter eas: ſed quelibet immediate poni poteſt in actu: vnde ex continuo q̄tum eſt ex natura eius: ⁊ ſic etiam deus poſſet ponere in eſſe: ſic poſſet primo diuidi centeſima ⁊ poſtea nonageſima: ſicut econuerſo: nec eſt aliquod punctum in quo non poſſit incipi continuum diuidi: ſicut experiētia probat. ¶ Et ideo fictio eſt id quod dicunt de illo ordine diuiſionum cōtinui ⁊ nimis leuiter dictum. ¶ Ad rationē cum dicitur ꝙ magnitudo / ſeu forma eſt imediate in potentiam ad omnem gradum ⁊c. ſi ſenſus propoſitionis eſt ſicut ipſe eſſe debet: ꝙ magnitudini / vel forme poteſt immediate addi gradus omnis ſibi poſſibilis addi: dico ꝙ eſt propoſitio falſa: q̄uis hec ſit vera. omnis gradus poſſibiles addi magnitudini: poteſt imediate illi addi: vt ly immediate. excludat prioritatem ⁊ ordinem graduum: nec propoſitiones ille equiualent / nec mutuo ſe inferunt: ſed prima eſt falſa ⁊ ſcdā vera: ſicut hec eſt vera q̄libet aīam creabilē poteſt deꝰ creare: qꝛ quelibet talis eſt poſſibilis: hāc aīam creabilē deꝰ creat aliqua demōſtrata aīa creabili: ⁊ hāc aīam creabilē deus creat: et ſic de ſingulis pro quibꝰ ſupponit ſubiectū illius vl'is de poſſibili demōſtrata: qd̄ ſufficit ad veritatē eiꝰ: ⁊ tm̄ hec eſt falſa. deꝰ pōt creare q̄libet aīam creabilē: qꝛ hec nō eſt poſſibilis: hoc creat q̄libet aīam creabilē demōſtrato eo ꝓ quo ſupponit hoc nomē deus: qd̄ tm̄ requireref ad veritatē illiꝰ. Similiter hec eſt vera: ſm quodlibet ſignū eiꝰ pōt hoc cōtinuū eſſe diuiſum: ⁊ tm̄ hec eſt falſa ſm iſtos. hoc continuū pōt eſſe diuiſum ſm quodlibet eiꝰ ſignū: q̄uis ergo ſit ipropria locutio: qꝛ forma p̄exiſtens nō recipit gradū aduenietē: ſed ſibi vnif: cōcedo iſtā ſm vnū ſenſum premiſſum. quēlibet gradū poſſibilē addi pōt forma imediate recipere. Et dico ꝙ ex iſta nō ſequif. ergo forma pōt imediate recipere quēlibet gradū: vel oēs gradus poſſibiles ſibi addi: ⁊ ſimiliter nō ſequif: ad infinitos gradus forma eſt in potentia. ergo forma eſt in potētia ad infinitos: ſi infinitos in antecedēte ſumaf ſyncathegoreumatice. ¶ Ad aliā formam eiuſdē etiā rōnis. cū dicitur: ꝙ potētia forme ad augmētum eſt potentia ad actum perfectū: dico: ꝙ ſi per actum perfectū intelligatur actus quo poſito nō remanet potentia ad alium actū eiuſdem rationis ꝓpoſitio eſt falſa: ad nullum enī talem actū eſt potētia augmēti forme: qm̄ nullus actus cōprehendens oēs formas / ſeu actus ad quos poteſt eſſe augmentū forme eſt poſſibilis: vt ante dictum eſt: ⁊ ideo quecūq̄ gradum forma recipiat adhuc alium poteſt recipere. Si vero intelligatur per actū perfectum actus: quo poſito nihil eius eſt in potentia: ſed eſt totus in actu: dico: ꝙ ad actum perfectum eſt potentia forme ad augmentum: ſed non eſt tantum vnus talis actus: ſed infiniti. Et ideo qm̄ eſt illa potētia reducta ad vnum actū poteſt adhuc ad aliū alium reduci: ⁊ ſic in infinitū / vel ꝓprius loquēdo qm̄ vnus poſſibilis poſitus eſt in effectum poteſt alius poni: et alio poſito poteſt poni alius: et ſic in infinitum. Et quātum ad hoc eſt ſimile de diuiſionibus continui: quoniam non eſt verum ꝙ ex vna diuiſione poſita in actu ſignificat nous potentia alterius diuiſionis: cum quelibet diuiſio ſit eque immediate poſſibilis:

Digitized by Google

ꝛ quelibet diuiſio eſt quedam actus completus hoc ſecū-do modo. ꝛ nulla vna diuiſio eſt actus completus primo modo: ꝛ ideo qualibet diuiſione poſita in actu: poſſibilis eſt diuiſio alia: ꝛ ſic in infinitum niſi ponatur ꝙ continuū poſſit eſſe totaliter actu diuiſuz. ¶ Ad tertiū cū dicitur: ꝙ quantācunqꝫ charitatem deus poteſt facere cōcedo: ꝛ cū additur. ponatur ergo in eſſe ꝛc. dico: ꝙ nō ſequit ꝙ ſic poſſit poni in eſſe: ꝛ ratio eſt: qꝛ ad illā cōceſſam non ſe-quitur ꝙ illa de ineſſe ſit poſſibilis: ſicut nō ſequit: quācūqꝫ animā deus poteſt creare. deꝰ poteſt cauſare ergo hec eſt poſſibilis: quācūqꝫ animā deus creat prima eñ eſt ve-ra: ꝛ hec ſecūda eſt impoſſibilis: qꝛ nō poteſt deꝰ aliquas vel tot animas cauſare quin pter illas poſſit alias cāre: et ideo illa nō poteſt poni in eſſe: nec eſt neceſſarium ꝙ queli bet propoſitio vera de poſſibili poſſit per illū moduz poni in eſſe: niſi quando eſt vera in ſenſu cōpoſito. ¶ Ad quar-tum dico: ꝙ deus videt omne charitatē cauſabilē: ꝛ vltra dico ꝙ conceſſo ꝙ nō videat aliquā infinitā cauſabilē: nō ſequitur ꝙ nō in infinitū poſſit facere maiorē: ſicut nō ſe-quitur. nullū numerū infinitū factibilez videt deus ergo non in infinitū maiorē numerū poteſt deus facere. antece dens eñ eſt verū: quia omnis numerus eſt multitudo fini ta: ꝛ tamē cōſequēs ſm oēs eſt falſuz: ſic ꝙuis nulla cha-ritas infinita eſſet cauſabilis adhuc in infinitū poſſet ma ior finita cauſari. ¶ Ad quintū cū dicit: quātacūqꝫ cha-ritas poteſt fieri a deo ſucceſſiue tanta poteſt a deo fieri ſi mul: aliqui negāt hāc: ſed vt mihi videt irrationabiliter. Nā quelibet ſingularis eius eſt vera: demonſtrata eñ ali qua latitudine charitatis ſucceſſiue factibilis verum eſt dicere ꝙ illa pōt ſimul fieri a deo: ꝛ ſic de qualibet. ꝛ ideo concedo maiorē. Et quicquid ſit de minore: dico ꝙ ea cō-ceſſa poteſt concedi etiā cōcluſio: que eſt ꝙ nulla infinita charitas poteſt a deo fieri ſucceſſiue: ſed ex hoc non ſequi tur quod intendunt: ſtant eñ ſimul ꝙ nulla infinita chari-tas poſſit fieri ſucceſſiue: ꝛ ꝙ i infinitū ſucceſſiue poſſit fie-ri maior charitas finita: ſic ꝙ ſemper quelibet facta erit fi nita: exemplum. nullus numerus infinitus poteſt fieri ſuc ceſſiue ꝛ tamen infinitum poteſt fieri ſucceſſiue maior nu merus finitus. ¶ Ad ſextuz concedo conſequens: ꝛ dico ꝙ non eſt impoſſibile motū aliquem rectuz eſſe continuū ꝛ in infinitum inter duos terminos habito vno intellectu huius dicti quo dicitur motus eſſe inter terminos duos. vnde dico: ꝙ deus poſſet continue augere aliquaz magni tudinem: ꝛ mouere corpus aliquod continue ſuper eam: ꝛ ille motus eſſet continuus in infinitum: ꝛ eodem modo dicitur de intenſione charitatis: ſuppoſito ꝙ charitas in infinitum poſſit augeri in ſubiecto: alias argumentum non haberet locum: quia talis intenſio charitatis nō eſſet motus. amplius: ꝙuis argumentuz hoc non requirat. ex ſuperabundanti tamen ꝛ probabiliter dici poſſet ꝙ etiaz poſito ꝙ eſſet dare maximam charitatem poſſibilem: ad-huc aliqua minor charitas poſſet continue intendi in infi nitum: ꝛ nunꝙ perueniret ad maximam: quod patet. Nā data charitate minore que ſit ſubdupla ad maximam: po terit deus cauſare latitudinem charitatis que ſit equa-lis medietati date in aliquo tempore continue verbi gra-tia in vna hora: et in hora immediate ſequente cauſare latitudinem equalez medietati latitudinis cauſate in ho ra ſecunda: ꝛ ſic ſemper proportionabiliter tardando me-dietatē charitatis: quo caſu poſito tot erunt partes equa les in tempore menſurante continuam intenſionem illam quot partes proportionales ſunt in illa charitate: ꝛ per cō ſequens infinite: ac per hoc ſequitur ꝙ illa intenſio dura-bit per tempus infinitū: eodē modo poteſt dici: ꝙ cuiuſli-bet forme remiſſibilis poſſet eſſe remiſſio cōtinua in ifini-tū p potētiā dei. ¶ Ad ſeptimū dico primo: ꝙ talis motꝰ nō eſſet a natura: ſed a deo effectiue: non repugnaret tamen nature rei que ſic partibiliter fieret. ¶ Et cum dicitur: ꝙ eſſet aliquis motus ſine termino ad quem: dico ꝙ huius propoſitionis duplex pōt eſſe ſenſus: vnus ꝙ eſſet aliquis motus ꝙ nō eſſet in aliqd / ſiue ꝙ aliquid moueretur ꝙ nō moueret ad aliqd: ꝛ ptz ꝙ ꝯña nō valet: alius ſenſus eſt: ꝙ eſſet aliquis motus: ꝛ per quē nō cōplete acquireretur id ad qd motū mouetur: ſic ꝙ eo ſic acqſito terminaretur et finiretur motus / ſeu motū deſineret moueri: et in hoc ſen-ſu dico ꝯña nō eſſe impoſſibile: nō eñ eſt de rōne motus ꝙ iſto ſcdo modo habeat terminū ad quē: ſed primo mō tñ. ¶ Ad octauā nego ꝯñam: nō eñ ſequitur: ꝙ ſi in infinitū charitas poſſit augeri ꝙ ſit poſſibilis aliqua charitas in-finita. ¶ Itē eſto: ꝙ eſſet aliqua talis charitas cauſata i-finita: adhuc nō eſſet infinita pfectio eo modo quo deus. ¶ Et ſi dicatur ꝯtra primū dictū ꝙ ſaltē ſpecies charita tis iportabit infinitos gradus poſſibiles charitati: quoꝝ quilibet eſt pfectio quedam poſſibilis. dico ꝙ iſtud nō eſt incōueniens: qꝛ ꝛ ſpecies aīe humane iportat etiā infini tas poſſibiles aīas: ꝛ vniuerſaliter quelibet ſpecies i qua poſſunt eſſe plura indiuidua importat infinita indiuidua poſſibilia / ſiue hoc ſit ꝓprie dictum / ſiue non: ꝛ quodlibet indiuiduū aliqua pfectio eſt. ¶ Ad nonā nego añs: et vl-terius dico ꝙ talis ꝓceſſus in infinitum intēſionis actus nō eſt ꝓceſſus ad eſſe deū. Nā talis poterit eſſe hmōi ꝓ-ceſſus ꝙ p illū nunꝙ erit aut eſſe poterit actus infinitus: ſed ſemp finitus: ſicut etiam ꝓcedendo in infinitū in cau-ſatione aiaꝝ ſicut poſſibile eſt. Et ipſi ſic arguētes etiam cōcedunt. nō venitur aliqn ad multitudinē aliquā infini-tam aiaꝝ cauſataꝝ / nec per talem ꝓceſſum in numeris ve nitur ad numerū aliquē infinitum. ¶ Item dato ꝙ iſte actus dilectionis diuine fieret aliqn infinitus: adhuc nō ſequitur ꝙ eſſet deꝰ: vt patebit in diſ. 44. ¶ Ad decimū cum dr: deus nō eſt tm̄ diligibilis a nobis quātum eſt dili gibilis a ſe: dico ꝙ ſi ly tantū ꝛ quātum notant quātitatē obiecti diligibilis: vt ſit ſenſus: ꝙ plus de deo diligibile eſt ab eo / ꝙ a nobis: falſa eſt ꝓpoſitio: nihil eñ eſt in deo qd non ſit a nobis diligibile. Si vero notent quātitatem dilectionis: vt ſit ſenſus ꝙ non tanta. i. eque perfecta dile-ctione diligibilis eſt a nobis ꝙ perfecta dilectione diligi bilis eſt a ſe. concedo ꝓpoſitionem. Et cum dicitur: ꝙ nō eſt diligibilis a ſe plus ꝙ in infinitum. i. plus ꝙ infinite perfecta dilectione: concedo. Et vlterius cōcedo: ꝙ deus nō eſt a nobis diligibilis eque perfecta dilectione: ſed ex hoc non ſequitur: ꝙ ſit diligibilis a nobis in infinitū per-fectiori dilectione: quia ex hoc non dabitur / nec ſequitur ꝙ poſſit dari aliqua dilectio infinita in nobis: ſed queli-bet erit finita: vt frequenter dictum eſt. ¶ Et preterea ſi daretur aliqua infinita: adhuc non eſſet eque perfecta cum dilectione dei: qua ipſe diligit ſe: vt patebit infra. ¶ Ad vndecimam dicendum: ꝙ non eſt ad propoſitum: eo ꝙ non pono talem ꝓceſſum intenſionis eſſe poſſibilem per potentiam creaturē: ſed dei. ¶ Ad duodecimā ſup-poſito charitatem Chriſti eſſe finitam: dicitur per aliquē ꝙ non eſt impoſſibile ſimpliciter reſpectu potentie abſo-lute dei cauſari perfectiorem charitatem: ꝛ tunc ad ma-giſtrum dicitur: ꝙ intellexit de potentia dei ordinata: non autem de abſoluta / vel poteſt dici ſm eoſdem ꝙ illud dictum eſt: non quin maior charitas a deo ſit factibilis: ſed quia anima illa non eſt maioris charitatis capax: ſi-cut ſi cyatus eſſet plenus optimo vino: non poſſet ſibi plus / ſeu maior quantitas vini infundi: et tamen ma-ior quantitas vini poſſet a deo cauſari: ſic anima Chriſti fuit: et eſt tam plena gratia ꝛ charitate: vt maiorem cape re non poſſit. ¶ Et reſponſio haberet veritatem: ſi capa-citas anime non poſſet augeri / aut ſaltem non in infini-tum: tunc enim diceretur ꝙ charitas illius anime fuit ma-xima poſſibilis: prima ſolutio minus dubia eſt. ¶ Ad

Digitized by Google

id qd̄ addit̄:ꝙ xp̄s meruiſſet augmētū ſue charitatis:ne-
go cōſequētiā:⁊ hoc ideo:qꝛ eſto ꝙ ſua charitas nō eſſet
īfinita neqꝫ maxima poſſibilis:adhuc nō ſequit̄ ꝙ potue-
rit mereri augmētū ſue charitatis. Ratio eſt:qꝛ nūꝗ̄ ſm̄
animā fuit viator:ſed ab inſtāti ſue creationis vidit deū
Mt.75. facie ad faciē:⁊ nūꝗ̄ ex parte:vt dicit Aug.8 .q.⁊ per cō
ſequēs nūꝗ̄ fuit in ſtatu merēdi ſue charitatis augmen-
tum ſicut nec beati angeli nūc merētur augmētū ſue cha
ritatis. ¶ Ad primū argumētū principale cū dicitur:ma
gnitudo nō poteſt fieri maior in infinitū.hec neganda eſt:
vt patet ex dictis.Et cū ꝓbatur:qꝛ ſequeret̄ ꝙ poſſet eſſe
magnitudo actu infinita:poteſt dupliciter reſpōderi vno
modo cōcedēdo cōſequēs:ſed de hoc infra.diſ.44.vide-
bitur.Alio modo negādo cōſequētiā. ¶ Et ad ꝓbationē
3.phyſico. cōſequētie:que eſt ex dicto Philoſophi dicētis ꝙ quātā
T.c.63. cūqꝫ magnitudinē cōtingit eſſe in potētia tantā contingit
eſſe in actu:poteſt concedi propoſitio iſta in ſenſu diuiſio
nis.ſed tūc nō infertur propoſitū. Si aūt ſumatur in ſen-
ſu cōpoſito:vt intelligatur hāc eſſe poſſibilē. quantacūqꝫ
magnitudo poteſt eſſe tāta eſt:hec propoſitio negāda eſt
ab illis qui tenēt nō eſſe poſſibilē magnitudinē infinitam
actu Philoſophus tamē habet illā ponere ſm̄ principia
ſua:⁊ ratio eſt:quia augmētū magnitudinis quod fit per
appoſitionē magnitudinis ad magnitudinē non fit ſm̄ tē
pus per appoſitionē noue magnitudinis:ſed magnitudi-
nis preexiſtētis:cū nulla magnitudo ſm̄ ipſum poſſit fie-
ri de nouo:⁊ intelligo per magnitudinē materiā quantā:
quia ſiue quātitas ſit res diſtincta a materia ſiue nō:nun
ꝗ̄ tamē ſm̄ ipſuꝫ magnitudo magnitudini additur:quin
addatur materia ꝗ̄ta:materia autē nulla noua fieri pōt
ſm̄ ipſum.Ex quo ſequitur ſm̄ opinionē eius ꝙ oēs ma-
gnitudines poſſibiles addi alicui magnitudini: actuali-
ter exiſtunt:⁊ per cōſequēs:tanta magnitudo ex omnib⁹
reſultat quanta eſt poſſibilis:nec eſt fienda vis vtrū reſul
tet vna numero vel nō:vtrū vna cōtinua vel nō:quia poſi-
to ꝙ ex omnibus fieret vnū quātū numero cōtinuū :illud
nō eſſet maius:nec plus occuparet ꝗ̄ oēs nūc ſimul:⁊ iō
īntētio Philoſophi eſt ꝙ nō ſit poſſibilis maior magnitu
do ꝗ̄ eſt magnitudo celi ideſt totius mūdi. vnde tantūdē
ad hoc deducit:ſi magnitudo poſſet in īfinitū augeri poſ-
ſet eſſe aliquod maius celo:ſed quia iſtud principiū eſt in
ſe falſum:⁊ hoc cōſequēs nō eſt impoſſibile. ideo illud di-
ctum a theologis cōcedendū nō eſt:nec per cōſequēs illa
3.phyſico. cōſequētia approbāda. ¶ Ad probationē Commen. non
Cō.60. oportet reſpōdere:qm̄ magis eſt quedā rhetorica perſua
ſio ꝗ̄ cogens probatio. ¶ Ad illud quoqꝫ qd̄ de charitate
in ſimili forma arguitur patet quid dicendū eſt ex dictis.
¶ Ad ſecūdū cū dicit̄:ꝙ omniū natura cōſtantiuꝫ ⁊c. di-
2.de aia. cendum illā propoſitionē nō eſſe verā per reſpectū ad po
T.c.41. tentiā dei ideſt intelligendo:ꝙ habeant quelibet natura-
lia gradū vltra quem per dei potentiā non poſſunt auge-
ri. ¶ Ad tertiū dicendū:ꝙ Aug. nō loquitur de magnitu
dine charitatis ſm̄ ſe:ſed in cōparatione ad effectū chari
tatis extrinſecū:vt illa dicatur maior charitas a qua pro
cedit effectus exterior ſignū maioris charitatis interio-
ris:⁊ quia ī vita ab homine maior charitatis effectus nō
poteſt procedere ꝗ̄ animā ſuā ponere pro amicis: ſiue ab
eo dilectis. ideo cauſata charitate a qua hoc ꝓcedit:nul-
la poteſt maior eſſe in cōparatione ad effectū:cum hoc tn̄
ſtat ꝙ duarū charitatū a quarū vtraqꝫ prouenit : vel pro-
uenire et ſi opus eſſet expoſitio aie pro amicis vna ſit alia
intenſior ⁊ maior eſſentialiter:⁊ eius etiaꝫ actus interior
elicitiuus ſit intenſior ꝗ̄ extrinſecus ſit equalis:ſicut patet
de charitate xp̄i:que ſm̄ habitū ⁊ eſſentiam vtiqꝫ maior
fuit ꝗ̄ charitas Pauli:vt ipſe pro amicis paratus eſſet
Cap̄.2. ponere animā:ipſo dicēte ſecūda ad corin. Ego libētiſſi-
me impēdā ⁊ ſuperimpēdar pro vobis:⁊ hoc effectu nul-
lus poteſt eſſe maior extrinſecus charitatis effect⁹. iuxta
illud Saluatoris Johā. maiorē hac dilectionē habet ne Cap̄.15.
mo ⁊c. vbi dicit gloſa. ponere animā pro fratribus nō eſt
dilectio:ſed dilectionis effectus.Et ꝙ iſta ſit intētio Au-
guſtini patet. Nā nullo īterpoſito ſubdit verbis allegatis
maiorē autē charitatē nemo habet vt animā ſuam ponat
quis pro amicis ſuis. ergo illa charitate ſm̄ eū maior non
poteſt eſſe per quā quis animā ponit pro amicis:quod de
magnitudine intrinſeca nō poteſt intelligi:vt probatū eſt.
¶ Hoc etiā cōfirmatur ex alio. Nā charitas patrie ma-
ior eſt charitate vie in eodē:quod probatur ſm̄ dictū alle
gatū Aug. In via minuitur cupiditas charitate creſcen-
te. vbi ergo nulla cupiditas ibi maior charitas:in patria
autē nulla cupiditas erit. in via auteꝫ ſemper cū charita-
te eſt in quolibet homine cupiditas:ſicut patet per eundē
primo retract. vbi ait. Ardor quippe charitatis ſequēdo Cap̄.7.
deo factus idoneus:⁊ tam magnus vt vitia cuncta cōſu-
mat in hac vita naſci ⁊ creſcere poteſt:perficere vero pro
pter quod naſcitur:vt nullū inſit homini vitiū nō cōſequē
ter hoc poteſt:illa vero charitas per quā quis ponit aiaꝫ
pro amicis in hac vita:⁊ per conſequēs cū vitio ſeu cupi-
ditate poteſt haberi.Ex quo ſequitur : ꝙ tanta charitate
quāta non poteſt eſſe maior ſm̄ ſenſum Auguſtini in loco
allegato poteſt eſſe aliqua ſm̄ eſſentiam maior. ¶ Hoc
quoqꝫ patet per eandē in capitulo eodē. vbi allegatur in
arguēdo. d. in ench. Nā poſtꝗ̄ dixit. maiorē charitatē ne ca. penul.
mo habet ⁊c. immediate eā cōparat ad charitatē patrie
di. ibi autē ſcilicet in patria quis explicet quāta erit cha-
ritas. vbi cupiditas quaꝫ coercēdo ſuperat nulla erit:qm̄
ſumma ſanitas erit quādo contētio mortis nulla erit: vbi
manifeſte innuit ꝙ illa charitas que ſine cupiditate erit:
maior erit ꝗ̄ iſta quaꝫ dixit eſſe tante magnitudinis qua
maior eſſe nō poſſit. ¶ Vel breuius poteſt dici: ꝙ cū cha-
ritas dicitur tribus gradibus ſcilicet incipientium profi
cientiū ⁊ perfectorum:charitas perfectoruꝫ maxima eſt.
Nam ex ea prouenit vt animā ſuam ponat quis pro ami
cis:ſic tamen accepta habet latitudinem diuerſoruꝫ gra
duum:cum non omnes tales ſint in equali charitate:⁊ ta
men quālibet vocat maximā Aug. propter quod patet:ꝙ
non accipit maximam ſicut in queſtione.

¶ Diſtinctionis. xix.⁊.xx. Queſtio.

CIrca diſtinctionem.19.⁊.20.ſimul queri-
tur vtruꝫ perſone diuine ſint equales ma
gnitudine ⁊ potentia. ¶ Et videtur primo ꝙ
non ſunt equales magnitudine :quia in perſo-
nis diuinis nulla eſt magnitudo. ergo ipſe nō ſunt equa-
les magnitudine:conſequentia patet: antecedens proba-
tur:quia magnitudo ſpecies eſt quātitatis continue:nul
la vero quantitas continua eſt in deo. ¶ Secundo vide-
tur ꝙ non ſint equales potentia ſic:pater eſt omnipotens:
filius auteꝫ non eſt omnipotens:ergo filius non eſt equa-
lis poteſtatis cū patre. conſequentia patet. ⁊ ſimiliter pri
ma pars antecedentis:iuxta illud ſymboli. Credo in deū
patrē omnipotentē. Sed ſecunda probatur:quia ſi filius
eſſet omnipotens filius poſſet generare filium ſibi equa-
lem:conſequens falſum eſt:⁊ conſequentia probatur per
conſequentiam Auguſtini contra Maximum:per quam
probat patrem genuiſſe filium ſibi equalem vt ponitur in
littera.20.di. ait enim. ſi pater filium minorem : aut non
potuit:aut non voluit gignere equalem. Si autem dicis
ꝙ non voluit:eum inuidum eſſe dixiſti. Si autem non po
tuit. vbi eſt omnipotentia patris:⁊ infra. ſi non potuit in-
firmus fuit ⁊c. Si autem hec conſequentia bona eſt . illa
etiam bona eſt:cum procedat ex oppoſito conſequētis in
oppoſitum antecedentis.

Digitized by Google

Cap.2. **Oppoſitum** arguitur per Augu. de li.ad Pe. et ponitur in principio.19.diſ.dicē
tem. q̄ nullus trium aliū/aut precedit eternitate/aut ex=
cedit magnitudine/aut ſuperat poteſtate.

Hic ſunt duo videnda Unum eſt an p̄ſone diuine ſint
equales magnitudine. Aliud vtrū ſint equales poteſtate.

Quantum ad primū premitto: q̄ queſtio non eſt intelligenda de magnitudine molis:
ſed bonitatis ꝛ perfectionis: ſm quem modum loquitur
Cap.8. Aug.6.de trini. In his que non mole magna ſunt hoc eſt
maius eſſe qḋ eſt melius eſſe: ꝛ per ꝯñs hoc eſt magnū qḋ
bonū: ꝛ hoc magnitudo qḋ bonitas. Quo premiſſo dico:
q̄ quelibet perſona diuina eſt equalis vtriq̄ reliquarū et
ambabus ſimul: quod probat̄ ſic. oēs diuine perſone ſunt
vna bonitas: ꝛ nulla bonitas eſt in aliqua perſonaꝝ diſtin
cta ab illa cōmuni bonitate: ergo q̄libet eſt equalis vtriq̄
reliquaꝝ. ꝛ ambabus ſimul. ꝯñia nota eſt ꝛ ſimiliter prima
pars antecedētis: qm̄ oēs ſunt vna eſſentia: ꝛ vna natura:
que vtiq̄ bonitas: imo ſumma bonitas eſt. Scda ꝟo pars
probatur: q꞉ nulla entitas eſt in aliqua perſona que ſit di=
ſtincta ab eſſentia cōmuni. ergo etiā nulla bonitas: cū oīs
bonitas ſit entitas. aſſumptū patebit infra. diſt.26. Sed
circa hoc occurrit dubiū de relationibus: nam aliqua re=
latio eſt in vna perſona que nō eſt in alia: vt paternitas in
ſolo patre. Et in aliqua perſona. ver.g. in filio plures q̄ in
ſpiritu ſancto. ꝛ in patre ꝛ filio ſimul plures q̄ in ſolo ſpi=
ritu ſancto. cum ergo quelibet relatio ſit quedā ſpiritua=
lis magnitudo: ſicut eſt quedā bonitas et perfectio. ſequi
videtur q̄ non oīm diuinaꝝ perſonarū ſit equalis magni=
Scotus i quolꝫ.q.5. in fine. tudo. ¶ Hic dicitur q̄ relatio diuina ſm ſuā propriā en=
titatem que eſt entitas ad alterū non habet aliquā quāti=
tatē/ſeu magnitudinem perfectionalē. Et ideo nō eſt fini
ta/nec infinita: cum finitū ꝛ infinitum ſint paſſiones quā=
Contra Scotum vbi ſupra Capitulo 5.q.24. ti ſolum. ¶ Contra. dicit Aug.3.de li.ar. oīa que ſunt eo
ipſo q̄ ſunt bona ſunt. ꝛ.83.q. omne inquit quod eſt inquā=
tum eſt: bonū eſt. Si ergo relatio diuina habeat propriā
entitatē: vt dicit opinio: habet ergo ꝓpriam bonitatem: ꝛ
per ꝯñs perfectionis magnitudinem. ¶ Preterea. Iſti
idem primo lib. diſt.1.q.2. in ſolutione primi argumenti
ad queſtionē volunt: q̄ relatio diuina habeat aliquā pro=
priam bonitatē: ſed non bonitatē fruibilem. Unde conce=
dunt: q̄ bonū in cōmuni conuertitur cum ente: ꝛ ſic bonū
reperitur in quolibet genere: ſed vt ſic bonū non habet ra=
tionem fruibilis: q꞉ ratio boni fruibilis non eſt ratio boni
in cōmuni: ſed boni perfecti: qḋ eſt bonum nullū habens
defectū: vel ſaltē ſm apparentiā eſſe tale/vel ſm prefixio
nem volūtatis qualis non eſt relatio: concedunt ergo iſti
relationē ſm ſuā ꝓpriam entitatem eſſe quādam bonita=
tem: licet non fruibilē in quo etiā dictis per eos repugna=
Ochā li.1.diſ.19.q. prima. re vident̄. ¶ Preterea. Omnis entitas creata eſt aliqua
bonitas ſm ſe. ergo relatio diuina ſm q̄ eſt quedam enti=
tas eſt quedam bonitas. ¶ Alij vero cōcedunt: q̄ relatio
diuina eſt ex ſe quedā magnitudo: ſicut ex ſe eſt quedam
entitas realis: et ex ſe eſt res cui repugnat oīs īperfectio:
et ſic cōcedūt q̄ aliqua magnitudo eſt in vna perſona que
non eſt in alia: nō quidam magnitudo abſoluta: ſed relati
ua. nō tñ per hoc vna perſona ꝑfectior eſt altera: q꞉ ita ꝑfe
cta eſt vna relatio ſicut alia: nec diſtinctio magnitudinū
repugnat equalitati. cum autē dicitur: q̄ plures relatio=
nes ſunt in vna perſona q̄ in alia: dicunt non eſſe verum:
q꞉ ſpiratio ꝛ paternitas non ſunt plures relationes: q̄uis
nō ſint idem formaliter. ¶ Contra. ſi paternitas ꝛ filiatio
ſunt diſtincte magnitudines. ſeu perfectiōes ꝛ eque per=
fecte. ergo ſunt eiuſdē rationis: ꝛ ſic vel ſunt due paterni=
tates/vel due filiationes: ꝛ nō vna paternitas: ꝛ vna filia=
large ſpeciem ⁊ genus/ ſiue quod ſententialiter in idem re-
dit ſenſus eſt: ꝙ ſunt quinq; de quibus verificat̃ eſſe ſenſi-
bile pluribus ſenſibus: ita ꝙ actus ſignatus intelligatur
per illum exercitum: cum hoc autem ſtat ꝙ talia/ aut ali-
qua ipſorum de aliquibus de eiſdem et pro eiſdem verifi-
centur. ¶ Ad tertiam rationem concedo ꝙ quicunq; vi-
det totum vnum exercitum videt numerũ hominum ex-
ercitus: ⁊ ſi exercitus ſit mille homines quicũq; videt to-
tum exercitum videt millenarium hominũ/ ſeu mille ho-
mines: non tamen neceſſarium eſt ꝙ quilibet talis videat
illos eſſe mille. hoc enim eſt vnum cõplexum. quod poteſt
ignorari dum habetur predicta prior notitia. ¶ Et in ſi-
mili poteſt oſtendi. Nam conſtat ꝙ quicũq; videt magni-
tudinem cubitalem videt cubitum: quoniam illa magni-
tudo eſt cubitus: et ille cubitus eſt illa magnitudo: et ta-
men non quicũq; videt illam magnitudinem videt illam
eſſe cubitam. Similiter quicunq; videt aliquam albedi-
nem ſingularem. verbi gratia. huius niuis. videt etiam il-
lud accidens quod eſt illa albedo: et tamen multi ruſtici
vident albedinẽ niuis: qui neſciunt illam eſſe accidens.
¶ Ad quartum nego conſequentiam ⁊ rationabilitas ne-
gationis patet in ſimili. Nam etiam interrogantibus q̃-
ta eſt aliqua magnitudo: non reſpondetur ꝙ eſt hec vel il-
la. reſpondetur autem ꝙ eſt cubita/ vel bicubita/ vel tan-
ta/ vel tanta: et tamen conſtat ꝙ talis tantitas non eſt res
diſtincta ab illa magnitudine. ¶ Ad quintam nego ante-
cedens. Ad probationem dico. ꝙ binarius ſenariorum eſt
ſenarij vnitatum. Nam binarius ſenariorum nõ eſt aliud
q̃ duo ſenarij. duo autem ſenarij ſunt ſenarij vnitatum: ⁊
per conſequẽs binarius ſenariorum vnitatum eſt ſenarij
vnitatum: ſicut etiam binarius vnitatum eſt vnitates.
¶ Ad ſextum dicendum ꝙ ſtricte ⁊ proprie loquendo nu-
merus non eſt ens: ſed entia. ¶ Ad ſeptimũ concedo con-
ſequens: nec video quis niſi nimis inſcius non cõcederet:
quomodo enim binarius eſſet pars aliquota ſenarij: niſi
ſex eſſent ter duo: nec etiã ternarius eſſet pars aliquota
ſenarij: niſi ſex eſſet bis tria: et generaliter hoc neceſſario
opꝫ dicere q̃ nullus numerus eſt pars numeri maioris.

Digitized by Google

Naȝ vt ſcribitur in principio.7.Euclid. numerus minor
eſt pars maioris quando numerat maiorem: ſicut ſenarij
binarius eſt pars:quia numerat ipſum. Naȝ ter duo ſunt
ſex: quaternarius autem ꝛ ſi ſit minor ſenario: quia tamẽ
ipſum non metitur:nõ dicitur pars eius:ſed partes:vt ibi
patet:ꝗuis cõmuni nomine vtrũqȝ dicamus partes ſena
rij: ſed qui ibi dicitur pars abſolute nos vocamus parteȝ
aliquotam:ꝛ qui dicitur partes nos dicimus eſſe partem
non aliquotã:patet ergo ꝙ illud conſequens eſt intelligen
dũ ꝛ concedendũ:nec philoſophus eſt contra:cum ibi ex-
preſſe dicat aliquos numeros eſſe cõpoſitos.aliquos etiã
ſuperficiales ꝛ aliquos ſolidos.numerus autẽ cõpoſitus
ſm Euclid. vbi ſupra.eſt ille quẽ aliquis numerus nume-
rat. vnde ſex eſt numerus cõpoſitus ꝛ ſuperficialis:ꝛ ideo
preciſe:quia ſex ſunt bis tria vel ter duo. nec hoc intendit
negare. ¶ Sed pro intellectu verbi philoſophi ſciendum
5.meta. t. ca.16. eſt ꝙ philoſophus diſtinguẽs ibi modos quibus dicitur
qualitas vel quale.dicit ꝙ quale dicitur etiam in mathe
maticis:ſicut numeri dicũtur quales. verbi gratia cõpoſi
ti ꝛ ſuperficiales ꝛ ſolidi. Unde cũ aliquem numerũ dici
mus eſſe ſuperficialẽ vel ſolidũ nõ dicimus quid ipſe eſt
ſed qualis:tunc vero ſignificamus illũ eſſe ſuperficialem
cũ ſignificamus ipſum conſurgere ex ductu vnius duorȝ
numerorũ in aliũ. verbi gratia cũ dicitur de aliquo nume
ro ꝙ eſt bis tria non ſignificatur quid eſt ꝛ ſubſtãtia eius
ſed qualis. Cũ vero dicitur ꝙ eſt ſex vel ſeptẽ. vel aliquis
numerus ſemel tñ dicitur:tunc denotatur ſubſtãtia eius
ꝛ hoc vult dicere philoſophus in verbis illis:ſicut magis
patet in noua tranſlatione:ſm quam ait ꝙ ſubſtantia cu-
iuſlibet numeri ꝙ ſemel vel ipſorȝ ſex non quibus: aut ter
ſunt ter. ꝛ ſic intelligẽdus eſt etiam Cõmẽta. in hoc loco.

Circa tertiũ articulũ premitto vnã diſtinctioneȝ de
numero que duplex eſt ſcilicet numerus ſim-
pliciter:ꝛ numerus ſm quid: intelligo autẽ per numeruȝ
ſimpliciter numerũ de quo terminus numeralis predica-
tur ſimpliciter: per numerũ ſecundũ quid intelligo nume
rũ de quo predicatur vere terminus numeralis: niſi cum
aliquo adiũcto expreſſo vel ſubintellecto ſm modum qui
declaratus eſt de vno ſimpliciter: ꝛ de vno ſȝ quid in pre
cedenti queſtione. hoc premiſſo pono duas concluſiones.
prima eſt. ꝙ numerus ſimpliciter non reperitur in rebus
corporalibus:ſed in ſpũalibus tñ. ſecũda. ꝙ in rebus cor
poralibus inuenitur numerus ſm quid. ¶ Primam pro
bo ſic. vnitates numeri ſimpliciter nõ ſunt in rebus corpo
ralibus. ergo nec numeri ſimpliciter: cõſequẽtia patet ꝓ
eo ꝙ numerus non eſt niſi ipſe vnitates vt declaratum eſt
articulo precedenti. Antecedẽs probatur. Naȝ numerus
ſimpliciter eſt vnitates ſimpliciter:ſicut numerꝰ ſm quid
eſt vnitates que ſunt vnitates ſm quid:nihil autem in re-
bus corporalibus eſt vnũ vel vnitas ſimpliciter:cũ quod-
libet eiuſmodi ſit compoſitum ꝛ habeat partes:ꝛ nullum
tale ſit vnum ſimpliciter: vt probatuȝ eſt in precedẽti que
ſtione. hic prima pars cõcluſionis ꝛ rationes ad eius ꝓ-
cap.15. bationem adducte ſunt. Augu. ſecundo de li. ar. vbi pro-
bat ꝙ numerus ſimpliciter non eſt perceptibilis corpore-
is ſenſibus:quia per ſenſus corporis non niſi corporalia ꝑ
cipi poſſunt:nullum auteȝ talem eſt vnum ſimpliciter:cũ
quodlibet habeat in ſe partes:ꝛ per conſequens numerus
qui vt dicit non eſt niſi ipſe vnitates repertus in corpori-
bus non eſt numerus ſimpliciter:ſed ſm quid tantũ. Un-
de poſtea dicit. ꝙ ſic ſunt due res in corpore: nec ipſe ſim-
pliciter due ſunt: numerus autem ille qui vocatur duo:
quoniam bis habet illud quod ſimpliciter vnum eſt: non
poteſt pars eius habere partem dimidiam id eſt non po-
teſt rurſus habere dimidiam: vel tertiam: vel quotamli-
bet: quoniam ſimplex et vere vnum eſt: et ſic patet prima
pars concluſionis.

¶ Secunda vero pars ſcilicet ꝙ huiuſmodi numerus ſit
in rebus ſpiritualibꝰ. patet ſtatim ſuppoſito ꝙ ſit aliqua
multitudo finita ſubſtãtiarum ſpiritualium ſimplicium
quales dicuntur eſſe angeli:illa enim eſt numerus ſimpli
citer:ſicut ꝛ ſue vnitates ſunt vnitates ſimpliciter. ¶ Se
cunda concluſio probatur: qꝛ in rebus corporalibus ſunt
multitudines finite diſcretarum vnitatum ſm quid:ſicut
multitudines lapidum/ ꝛ lignorum:et per conſequens in
eis reperitur numerus ſm quid: ꝛ ideo communiter dici
mus de aliqua multitudine ꝙ eſt cẽtum lapides/ vel mil-
le ligna. Ex his patet: ꝙ irrationabiliter loquuntur qui
dicunt ꝙ numerus non reperitur niſi in rebus materiali-
bus et corporeis: cũ multo verius reperiatur in ſpiritua-
libus: vt ꝓbatum eſt/nec valet: ſi dicatur ꝙ numerus re-
rum ſpiritualium non eſt ſpecies quãtitatis diſcrete: ſed
tantum numerus corporum:ipſi vero loquũtur de nume-
ro qui eſt quãtitas diſcreta. Non valet inꝗ: quoniam il-
lud dictum eſt ad placitum tantummodo: ꝛ ſine ratione:
quod patet:tum quia interrogãti de aliqua multitudine
angelorum quot ſunt. ita bene reſpõdetur ꝙ ſunt.3.vel.6.
ſicut interroganti de lapidibus. reſpõdebitur ꝙ ſunt.3.la-
pides. ¶ Item eque bene paſſio quelibet ternarij/ vel ſe-
narij / aut cuiuſuis alterius numeri verificatꝰ de talibus
terminis ſupponẽtibus pro ſubſtantijs immaterialibus:
ſicut cum pro corporalibus: ita etiam ternarius angelorȝ
eſt numerus impar vtrobiqȝ primus et ſenarius eſt numerus
perfectus:ſicut lapidum ꝛ lignorum ꝛ vniuerſaliter que-
cũqȝ per ſe cõueniunt numero:ita verificatur de terminis
ſupponentibus pro equali multitudine angelorum: ſicut
rerum corporalium. ¶ Confirmatur per Aug. vbi ſupra:
qui de numero ſimpliciter quẽ dicit in corporalibus non
inueniri: oſtendit numerorum proprias ꝛ incõmutabiles
veritates quarũ vna. verbi gratia. eſt ꝙ quotus quiſqȝ nu
merus eſt ab ipſo principio totus poſt ipſum. ipſo excepto
eſt duplus eius: vt ibi declarat: cuȝ igitur ita ſit apparet
ꝙ non minus vere hmõi numerus eſt ꝗtitas diſcreta ꝗ
numerus corporum:nec illud magis negari poteſt/ꝗ ne-
gari poſſet econuerſo: aut etiam ꝙ magnitudo celi non eſt
ꝗtitas cõtinua:ſed tantũmodo magnitudines corporum
corruptibilium quod irrationabiliter cuiqȝ apparet di-
ctum. ¶ Contra illud tamẽ poſſet deduci Philoſophus
qui.3.phyſico. probat ꝙ infinitum non eſt aliquod ſepara T.c.35.
tum a ſenſibilibꝰ: per hoc ꝙ eius ſubiecta: ſcilicet magni-
tudo ꝛ numerus/ſeu multitudo non ſunt a ſenſibilibus ſe
parata. Ex quo ſequitur ſm ipſum ꝙ numerus non ſit in
rebus abſtractis. ¶ Ad hoc dicendum ꝙ numerum eſſe
ſeparatum a ſenſibilibus poteſt intelligi dupliciter. Uno
modo ꝙ ſit aliquid ſm ſe ſubſiſtens: quod ſit tantũ ipſum
per ſe tale. verbi gratia. ꝙ dualitas ſit aliquid ſeparatum
ſm ſe:ꝙ ſit tantum dualitas ipſa: ſicut platonici poſuiſſe
videntur. vt patet. 14. met. et hoc modo ſm Philoſophũ
numerus non eſt ſeparatus. et ita negat vbi allegatur:qđ
patet:quia in illa particula iſto modo eſſe in infinitum ſe-
paratum improbat: quod patet: tum ex modo loquendi
Philoſophi: ait enim amplius quomodo continget ali- 3.phyſi.
quod eſſe ipſum infinituȝ. ſolitus enim eſt Philoſophus T.c.35.
vbi de talibus abſtractis loquitur circũloquitur ea. per
ly ipſum. vt ideam boni ipſum bonum: et ſic de alijs: tum
ex expoſitione Commenta. circa principium vbi ait. ꝛ di- Cõ.35.
xit. ſcilicet Ariſtotel. nũc autem dicamus ꝛc.i. quoniam
impoſſibile eſt: vt infinitum ſit aliquod ſeparatum a ſen-
ſibilibus demonſtratis: ſed ꝙ eſt ſubſtantia cuius quidi-
tas eſt infinita. Alio modo poteſt intelligi numerum eſſe
ſeparatum: quia ſubſtãtie ſeparate ſunt tot/vel tot in ali-
quo numero: et hoc non negat Philoſophus. immo po-
nit expreſſe. 12. meta. d. numerum earum eſſe ſupra nu-
merum lationum celeſtium. T.c.47.

Digitized by Google

Quantum ad quartū articulum pꝛemitto vnā
diſtinctionē de numero. Nā vno mō
ſumitur numerus large ⁊ ſic quelibet pluralitas aliquo:
rum adinuicem diſtinctoꝝ ſiue illa ſint: aut cōſtituūt ali
quod ꝑ ſe vnū hoc aliqd: ſiue nō eſt nūerꝰ. Aliomō ſumit
numerus ſtricte: ⁊ ſic tm̄ finita pluralitas eoꝝ q̄ nec ſunt
nec conſtituunt aliquid per ſe vnū hoc aliquid: eſt nume:
cap.5. rus. pꝛimo modo ſumit numerum. Dam. li.3. vbi loquens
de numero quo numeramus ſeu terminis numeralibus
ait. numerus em̄ non diuiſionis vel vnionis cauſa: natus
eſt eſſe: ſed q̄titatis ⁊ numeratoꝝ ſignificatiuus ſiue vni
toꝝ ſiue diuiſoꝝ. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ pluralitas rerū
de qua talis numerꝰ dicitur: ſiue ſint vnite ſiue diuiſe eſt
cap.8. numerus ſm̄ eum. ¶ Unde ⁊ idem infra. Sciendum in:
quit ꝙ numerus eoꝝ que differūt eſt ⁊ impoſſibile eſt nu
merari ea que ſm̄ nihil differunt: ſm̄ aūt ꝙ differunt ſm̄
hoc ⁊ numerantur. Et ex hoc conſequenter concludit: ꝙ
nature chꝛiſti numerātur: ⁊ ſub q̄titate diſcreta reducū:
tur. ⁊ per conſequens ſm̄ ipſum dualitas naturarū chꝛi:
ſti eſt numerus. ¶ Hoc modo ſumpto numerus ꝓ plura
litate partium eſſentialiū compoſiti vtpote materie ⁊ foꝛ
me poteſt dici numerus: ⁊ ſimiliter partium pluralitas
continui. Et per conſequens ipſum continuū ſiue magni
tudo etiā quidaꝫ numerus eſt: nec numerus ſic ſumptus
eſt ſpecies q̄titatis diſtincta contra magnitudinem ſeu
T.c.18. continuam q̄titatem. ¶ Secundo modo ſumit numerū
philoſophus. 5. meta. vbi ſumens multitudinem ſtricte ⁊
condiſtincte magnitudini dicit ꝙ eſt diuiſibile in non con
tinua. i. diſcreta. vt patet per tranſlationem commenti. ⁊
Cō.18. ſubdit ꝙ hoꝛum ſcilicet diſcretoꝛum pluralitas finita eſt
numerus. Cui quo ad pꝛimuꝫ dictum concoꝛdat Boe. in
li. de vnitate ⁊ vno. vbi ait. ꝙ pluralitas non eſt niſi ex ag
gregatione vnitatuꝫ que ſi fuerint diſgregate faciūt mul:
titudinē. Si vero fuerint congregate faciunt magnitudi
nem: tunc auteꝫ vocat congregatas: quando conſtituunt
per ſe vnum in actu. Econtra vero diſgregatas: ⁊ ſic ſum
ptus numerus eſt ſpecies q̄titatis diſcrete: ⁊ de nullo cō
tinuo aut hoc aliquid per ſe vno pꝛedicatur. ¶ His pꝛe:
miſſis patet: quid ſit dicenduꝫ ad hunc articu. Nam ſi ſu
matur numerus pꝛimo modo dicendum ꝙ trinitas diui:
narū perſonarū eſt verus numerus. Pꝛobatur: q2 eſt plu
ralitas vna diſtinctarū perſonarū adinuicē. iuxta hāc di
lib.3.ca.5. ſtinctionē dicit Dam. vbi ſupra. Et quēadmodū tres hy
poſtaſes ſancte trinitatis inconfuſibiliter vnite ſunt indi:
ſtanter diuiſe ⁊ numerantur: ⁊ numerus diuiſionū vel di
ſtantiā vel alienationē vel inciſionē non operatur in eis:
vbi patet: ꝙ ibi concedit numerū. Si vero ſumatur nume
rus ſecūdo modo trinitas ipſa non eſt numerus. ratio eſt
quia tres perſone ſunt vnum: ⁊ vna ſimpliciſſima eſſentia.
¶ Et poſſet adhuc argui. quia ſi magnitudo non eſt nu:
merus: non eſt numerus pꝛopterea: quia ſue partes q̄uis
ſint diſtincte omnes ſimul ſumpte ſunt vnuꝫ hoc aliquid
cōpoſitū: tamen multominus trinitas diuinarū perſona:
rū que om̄es ſunt vna eſſentia ſimpliciſſima eſt numerus
iſto modo ſumptus: hac cōſideratione loquitur Amb. li.
cap.1. de trini. pater inquit ⁊ filius diuinitate vnū ſunt: vbi nec
ſubſtātie nec voluītatis vlla eſt differētia. Nāq2 aliter quo
modo vnū deū dicimus: diuerſitas plures facit. vnitas
poteſtatis excludit numeri q̄titatem: q2 vnitas numerus
non eſt: ſed hic omniū ipſa pꝛincipiū. Ecce ꝙ vnitas pote
ſtatis patris ⁊ filij que non eſt niſi earū indiuiſa ⁊ ſimplex
eſſentia excludit ab eiſdem numeri q̄titatem: huic cōcoꝛ
dat Boe. in lib. de trini. nulla in deo diuerſitas ſcilicet eſ:
ſentie: nulla ex diuerſitate pluralitas. nulla ex accidenti:
bus multitudo atq2 ſectio nec numerus. ¶ Ad pꝛimam
rationem .q. patet quid dicendum ex dictis in ſecūdo ar
ticulo. Et ad pꝛobationem Commē. dicit ꝙ ibi Commē.
non aliter dicit vel innuit numerum eſſe accidens: niſi q2
ait. ꝙ vnū quod eſt pꝛincipium numeri eſt accidēs: quod
patet eſſe falſum ex pꝛecedenti queſtione. ¶ Ad ſecundū 10.meta.
patet reſponſio ex. 4. art. q̄uis pꝛobatio ex dictis Augu. Com.8.
non ſit ad pꝛopoſitum: quia non dicit Auguſti. intelliga:
mus deuꝫ ſine q̄litate vel ſine numero in perſonis trinū:
q̄uis dicat ſine quantitate ſcilicet dimenſiua magnum.
¶ Ad tertium patet. ꝙ antecedens eſt falſuꝫ ex tertio ar
ticulo nec pꝛobatio ſufficiens eſt: quia non eſt veruꝫ: ſi ali
quis numerus cauſatur ex diuiſione cōtinui ꝙ omnis nu
merus cauſetur ex diuiſione continui: nec hoc neceſſari:
um eſt ad pꝛopoſitum philoſophi: vt patet ibidem intuen
ti: ſed nec eſt etiam aliās de mente eius. Nam conſtat ꝙ 3.phyſi.
ſm̄ philoſophum multitudo coꝛpoꝛum celeſtium non eſt T.ca.68.
cauſata ex diuiſione alicuius continui: et tamen eſt vere ⁊.69.
numerus ſm̄ ipſum ⁊ omnes doctoꝛes.

¶ Diſtinctionis. xxvj. ⁊. xxvij. Queſtio pꝛima.

Circa diſtinctioneꝫ. 26. ⁊. 27. in
quibus magiſter tractat
de pꝛopꝛietatibus diuinarum per:
ſonarum. Queritur vtrum diuine per
ſone ſuis pꝛopꝛietatibus conſtituā:
tur: ⁊ abinuicem perſonaliter diſtin
guantur. ¶ Et arguitur ꝙ ſic.
per illā decretalē. extra de ſumma
trinitate ⁊ fide catholica firmiter. hec ſancta trinitas ſm̄
cōmunem eſſentiam eſt indiuidua et ſm̄ pꝛopꝛietates di:
ſcreta: ſed cum diſtinctio trinitatis non ſit niſi diſtinctio
trium perſonarum: ſequitur ꝙ huiuſmodi perſone ſuis ꝓ
pꝛietatibus diſtinguantur. ¶ Ulterius vnumquodq2 co
conſtituitur in ſuo eſſe quo ab alijs diſtinguitur. ergo ip:
ſe perſone per pꝛopꝛietates ſuas conſtituuntur.

Ad oppoſitum arguitur pꝛopꝛietates perſo:
narum non ſunt entitates di:
ſtincte ab ipſis perſonis. ergo perſone non conſtituuntur
per eas. Antecedens patebit infra. ⁊ conſequentia clara
eſt: quia omne conſtitutiuum eſt entitas ⁊ diſtincta enti:
tas a conſtituto per ipſum: cum nihil ſit conſtitutiuum
ſuiipſius.

Reſpondeo pꝛimo pꝛemittaꝫ aliquas diſtinctio
nes. Deinde ponaꝫ concluſiones ad
queſtionem.

Pꝛima diſtinctio eſt de pꝛopꝛietate perſone. Nam
omiſſa acceptione pꝛopꝛietatis: ſm̄ ꝙ aliqd
ſignum per ſe pꝛedicabile de aliqua perſona tantū po:
teſt dici pꝛopꝛium vel pꝛopꝛietas eius: quia iſtud non fa:
cit ad pꝛopoſitum. Cum conſtet ꝙ talibus ſignis vtpote
tempoꝛalibus creaturis diuine perſone que eterne conſti
tui vel diſtingui abinuicem nullatenus poſſunt: q̄uis ip
ſa ſignificatiue ſumpta poſſint ſumi pro medio ſyllogiſti
cis ad concludendum vnam perſonam ab alia eſſe diſtin
ctaꝫ. Non ergo loquendo de pꝛopꝛietate: vt eſt tale ſigni
ſed vt eſt aliquid ſignificabile. Dico quantum ad pꝛopoſi
tum ꝙ pꝛopꝛietates perſonarum poſſunt tripliciter acci
pi. ¶ Uno modo pro ipſiſmet perſonis: quo modo accipit
beatus Hieronymus in expoſitione fi. ca. et allegatur a
magiſtro in iſto pꝛimo libꝛo. diſtin. 25. in fine. Ait enim
Impietatem ſabellij declinātes tres perſonas expꝛeſſas
ſub pꝛopꝛietate diſtinguimus. Et ſubdit. non enim nomi
na tantummodo: ſed etiam nomen pꝛopꝛietatis .i. perſo:
nas. Uel vt greci expꝛimunt hypoſtaſes .i. ſubſiſtentias
confitemur. vbi patet: ꝙ per pꝛopꝛietates ipſas perſonas
intelligit: ⁊ in hoc ſenſu conſtructio eſt intranſitiua cum
dicitur pꝛopꝛietates perſonarum id eſt pꝛopꝛietates que
ſunt perſone.

Digitized by Google

¶ Secūdo poſſunt accipi non pro ipſis verȝ perſonis:ſed
pro aliquibus que ſunt ipſarum ſm̄ tranſitiuam locutio-
nem:⁊ hoc dupliciter. Uno modo pro entibus aliquibus
ſibi ꝓprijs incōplexe ſignificabilibus pro quibus termi-
ni cōplexi poſſunt perſonaliter/ſeu ſignificatiue ſuppone-
re:⁊ ſic ſupponētes eſſe ſubiecta ꝓpoſitionum. Quomo-
do nōnulli opinātur ꝓprietates perſonarū dicentes:ꝙ in
patre eſt aliqua entitas cōmunis ſibi ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſan-
cto.ſ.eſſentia diuina: ⁊ aliqua entitas non illis cōmunis:
ſed ſibi ꝓpria quā vocant paternitatē: ⁊ hanc dicunt eſſe
proprietatē eius. Et ſimiliter in filio opināt ur eſſe aliquā
entitatem ſibi propriā:vtpote filiationem:⁊ in ſpiritu ſan
cto ſpirationem. ¶ Alio modo poſſunt accipi h̄mōi pro-
prietates perſonarum:etiā ſm̄ tranſitiuā locutionem pro
aliquibus non incōplexe: ſed cōplexe tantūmodo forma-
liter/vel equiualenter ſignificātib⁹:quomodo dicit Aug.
Cap. 2. de fi. ad pe. ⁊ ponit̄ in littera. 26. di. ꝙ ꝓpriū eſt patris ꝙ
vnum filiū genuit: et ꝓprium eſt filij ꝙ de eſſentia patris
natus eſt: ⁊ proprium ſpūs ſancti ꝙ ſolus de patre filioqȝ
Cap. 39. procedit. Et Anſel. in monſ. loquens de patre ⁊ filio dicit:
ꝙ propriū eſt vnius.ſ. filij naſci ex altero: ⁊ ꝓpriū alterius
ſcȝ patris naſci alterū ex ipſo. Conſtat aūt ꝙ talia propria
nō ſunt alique entitates ſm̄ ſe extra aīam ꝓprie perſonis.
Non eſt enī entitas aliqua:pater vnum filium genuit:nec
etiā filius naſcit̄ ex patre. Nam ꝗuis filius ſit vna res:⁊
natiuitas vna res:⁊ ſimiliter pater:que ſignificātur p ter-
minos huius cōplexi filius naſcitur ex patre nō pōt tn̄ di
ci ꝙ hoc totū. filius naſcit̄ ex patre ſit aliqua res niſi for-
te materialiter ⁊ non ſignificatiue ſumeret̄ iſtud dictum.
¶ Itē fili⁹ nec natiuitas eſt ꝓprietas pris ſm̄ trāſitiuā
locutionē:vt nunc eſt ſermo. Cum ergo dicit̄ ꝙ ꝓprietas
patris eſt ꝙ vnū genuit filiū/aut ꝙ filius naſcit̄ ex eo: nō
denotatur ꝙ aliqua entitas extra aīam exiſtens ſit ꝓpria
ipſi patri:ſed tantūmodo ꝙ ille ſolus genuit filiū: et quod
idē eſt. ꝙ ex eo tn̄ naſcitur filius. ¶ Scda diſtinctio eſt
ꝙ perſonas diſtingui abinuicem per aliqua poteſt dupli-
citer intelligi. Uno modo ꝙ diſtinguantur per illa tanꝗ
per ea que ſunt rationes / vel principia mutue diſtinctio-
nis. Alio modo ꝗuis improprie poteſt dici ꝙ diſtinguā-
tur per ea velut per illa ex quibus poteſt cognoſci ⁊ infer-
ri mutua earum diſtinctio. Exēplum Adam et Abel di-
ſtinguebātur adinuicem primo modo per ſuas aīas ⁊ per
ſua corpora. Scdo autē modo per hoc ꝙ Adam non erat
ex viro et femina natus. Abel autem ſic. Item qꝛ Adam
genuit Abel. Abel autem genitus eſt ab Adam. non enim
ꝙ Adam non fuit natus ex viro ⁊ ex femina/aut quia ge-
nuit Abel erat principium diſtinctiōis eius ab Abel. Ex
his tn̄ poterat inferri et cognoſci ꝙ Adam eſſet alius ab
Abel:qui erat natus ex femina ⁊ viro:⁊ genitus ab Adā:
cum impoſſibile ſit ꝙ idem:⁊ non ſit natus ex femina ⁊ vi
ro:⁊ ꝙ aliquis ſit is a quo eſt genitus.

His premiſſis pono ad queſtionem abſqȝ aſſer
tione: tamen et ſine preiudicio
melioris ſentētie quatuor cōcluſiones. Prima eſt. ꝙ nul-
lis proprietatibus qualitercunqȝ ſumantur proprietates
perſone diuine conſtituuntur. Secunda. ꝙ perſone diui-
ne diſtinguūtur perſonaliter ſuis proprietatibus: primo
modo acceptis proprietatibus.i.ſeipſis. Tertia. ꝙ diui-
ne perſone non diſtinguūtur perſonaliter aliquibus pro-
prietatibus: ſecundo modo acceptis. Quarta. ꝙ diſtin-
guūtur proprietatibus: tertio modo acceptis:intelligen-
do tamen eas diſtingui per illas proprietates:ſecūdo mo
do premiſſo.i. ꝙ ex illis proprietatibus poteſt cōcludi et
cognoſci ꝙ ipſe perſone abinuicem diſtincte ſunt:non au-
tem diſtinguūtur per eas primo modo.i. tanꝗ per ratio-
nes vel principia diſtinctiua. ¶ Primā concluſionē pro
bo primo ſic. quelibet pſona diuina eſt ſimplex omnino.
ergo nulla perſona diuina per aliquod in ſuo eſſe conſti-
tuitur:antecedens eſt determinatū ex fide. probatur con-
ſequentia:quia ſi aliqua cōſtitueretur per aliquid: ſuma-
tur illud preciſe ſm̄ ſe:⁊ queratur de ipſo:an ipſum ſic pre-
ciſe acceptum eſt ipſa perſona conſtituta per ipſum / aut
non:ſed eſt aliquid eius. Non poteſt dici primum. Tum
quia nulla perſona conſtituit ſeipſam (omne enim conſti-
tuens cauſa eſt aliquo modo conſtituti per ipſum.) Tum
ꝙ ſi illud conſtituens eſt perſona : ⁊ conſtat ꝙ cōſtituens
non conſtituatur per aliquid. ergo nec perſona/aut ſi per-
ſona. ergo ⁊ ipſum etiam cōſtituitur per aliud: ⁊ ſic in infi
nitum. Si autem illud conſtituens non eſt ipſa perſona
cōſtituta: ſed aliquid eius/ aut illud hȝ eſſe per operatio-
nem anime tm̄: ⁊ tunc conſtat ꝙ non conſtituit perſonam
eternam que ſumma res eſt : aut eſt aliquid extra animā:
et quicquid ipſum ſit/ſiue res/ſiue formalitas, vel moda-
litas/aut quouis alio nomine appellare velis : ex quo ip-
ſum non eſt perſona:ſed aliquid eius:⁊ non poſſit intelligi
ꝙ ſit eius extrinſece : ſicut forma materie : ſed intrinſece:
ſicut pars eſt aliquid totius : ſequitur ꝙ perſona non ſit
oīno ſimplex. ¶ Scdo non minus eſt ſimplex perſona di-
uina/ꝗ eſt eſſentia diuina/ aut aliqua ꝓprietas perſona-
lis quecūqȝ ſit illa ſi qua ſit:ergo non magis ipſa cōſtitui-
tur ex aliquibus / vel per aliqua ꝗ ipſa eſſentia / vel pro-
prietas : ſed nec eſſentia / nec proprietas conſtituitur per
aliqua:vt omnes concedunt:⁊ per conſequēs:nec per ali-
quid: quia impoſſibile eſt eſſe vnum ſolum cōſtitutiuum
eiuſdem rei intrinſecum. Nam de tali eſt ſermo:nō de ex-
trinſeco:ſicut producens poteſt dici conſtituere in eſſe ip-
ſum productum. ergo nec ipſa perſona per aliquid cōſti-
tuitur. ¶ Tertio (et ſequitur ex eo ꝙ iam tactū eſt) ſi per-
ſona conſtitueretur per proprietatem aliquā:conſtituere
tur etiam per eſſentiam: ⁊ eſſentia conſtitueret perſonam
verbi gratia. patrem: et per conſequens eſſentia non eſſet
pater:qḋ eſt contra determinationem eccleſie in cap. Dā-
namus. ¶ Quarto ſequeretur ꝙ pater eſſet aliquo mo-
do cauſatus ⁊ principiatus. Nam quodlibet cōſtitutiuū
eſt quodāmodo cauſa et principium ſui conſtituti. Sed
conſequens eſt falſum. Sic enī pater non eſſet prima cau
ſa ⁊ ſine principio ⁊ ſine cauſa: cuius oppoſitum expreſſe
ponit Dam. lib. 1. Et ideo ſicut etiam ſupra diſtin. 11. dice Cap. 12.
bat̄. nullatenus eſtimandum eſt eſſe in deo aliquid reali-
ter conſtitutum per aliquod formale / vel materiale con-
ſtitutiuum: ſed omne quod ibi eſt ſeipſo formaliter ⁊ non
per aliquid ſui tranſitiue loquendo eſt omne quod eſt: ꝗ-
uis ibi ſit vere producens ⁊ qui producitur:⁊ productus
a producente habet eſſe : propter quod huiuſmodi voca-
bula conſtitutiuum conſtitutio ⁊ cōſtitutum et ſimilia in
ſenſu premiſſo non conuenienter (vt videtur) aſſumuntur
ad diuina:⁊ melius eſſet non vti eis in materia iſta: ⁊ pro
certo nullibi inuenio Auguſti. aut alium aliquem illius
temporis ſanctorum:vbi locuti ſunt de diſtinctione diui-
narum perſonarū:talibus vſum fuiſſe vocabulis. ¶ Se
cundam concluſionem probo ⁊ primo auctoritate Hiero
ny. in expoſitione fidei catholice:⁊ allegat̄ a magiſtro vbi
ſupra. loquens ſiquidē de patre ⁊ filio/ac ſpiritu ſctō ait:
itaqȝ ſubſtantia vnū ſunt:ſed pſonis/ac nōibus diſtinguū
tur:quoꝝ ſtute ſboꝝ etiā magiſter infra di. 33. dicit ꝙ pſo-
ne ſeipſis differunt. ¶ Item Augu. in ſermone de fide et
ſymbolo qui incipit. Credimus in vnum deum verū. ait
credimus hāc trinitatem perſonis diſtinctam ſubſtantia
vnitā ⁊c̄. Et infra in ſymbolo ſi quid docetur ac diſcitur
⁊ vnitas eſt trinitatis:⁊ trinitas diſtincta perſonis ⁊ opu
lentia creatoris:trinitas autē non niſi tres pſone:trinitas
vero eſt diſtincta perſonis:ac p hoc ipſe pſone ſunt diſtin
cte perſonis:⁊ ꝙ non alijs patet. ergo ſeipſis. ¶ Ratione
quoqȝ probatur iſta concluſio. quoniā pſone ſunt ſumme

Digitized by Google

⁊ oĩno ſimplices: ita ꝙ nec eſſentia ſimplicior eſt perſona nec aliqua ꝓprietas ē cogitabilis ĩ pſona ſimplicior ꝙ̃ ipſa pſona: ⁊ ꝑ cõſequens nulla aliquo modo inter ſe diſtincta includit ipſa pſona. ergo quelibet pſona a quocũq; diſtinguitur ſeipſa: ⁊ non aliquo ſui primo: trãſitiue loquendo diſtinguitur. ❡ Contra iſtã concluſionem quã ⁊ antiqui

Tho. pte 1. q. 31. articu. 2.

doctores poſuerunt ac etiam nũc aliqui moderni defendunt: multipliciter eſt argutum. Primo quidem aliqui ſic: ſicut querentibus quomodo pater ⁊ filius et ſpiritus ſanctus ſunt vnum: reſpondemus ꝙ eſſentia vel diuinitate ſunt vnum. Ita querentibus quomodo diſtinguuntur oportet reſpondere per aliqua nomina abſtracta quibus proprietates in abſtracto deſignantur. vt paternitas vel filiatio. ❡ Secundo ſic. pater non eadem relatione refertur ad filium ⁊ ſpiritum ſanctum: ſed alia et alia. ergo nõ eadem relatione diſtinguitur ab vtroq;. Ex quo vltra ſequitur ꝙ non ſeipſo diſtinguitur ab vtroq;: ſed aliqua relatione ab vno ⁊ alia ab alio: cum ſola relatio multiplicet trinitatem ſm Boetium. Antecedẽs probatur: quia ſi dicatur ꝙ eadem relatione. ergo filius et ſpiritus ſanctus etiam vna et eadem relatione referũtur ad patrem: quia impoſſibile eſt ꝙ duabus relationibus ſm ſpeciem correſpondeat ex oppoſito vna tñ ſpeciem relatio: ſed conſequens eſt falſum. Nam ſpiritus ſanctus non refertur per

Sco. li. 1. diſt. 26.

filiationem: alioquin eſſet filius: nec filius per ſpirationẽ refertur ad patrem: quia ſic eſſet donũ. ❡ Tertio ſic arguitur per alios quecũq; non ſunt primo diuerſa aliquo ſui diſtinguuntur (ſi enim non ſunt primo diuerſa: ſed aliquid idem entia: tunc nõ eo diſtinguuntur quo ſunt idẽ: ſed aliquo ſui quo non ſunt idem) perſone autem diuine non ſunt primo diuerſe: quia ſunt eiſdem eſſentie. ergo aliquo ſui primo diſtinguuntur. ❡ Quarto. in patre ſunt

cap. 6.

plures ꝓprietates: ſicut innaſcibilitas ⁊ generatio actiua: et hic diſtinguũtur ſm Augu. 5. de trini. vbi vult ꝙ ſi pater non eſſet ingenitus poſſet tamen eſſe pater: ⁊ econuerſo. ergo ſi per impoſſibile vna nõ diſtingueret patrem ab

Ochã. li. 1. diſt. 26. q. 1.

alio: poſſet alia diſtinguere. ergo eſt querere quo pater diſtinguitur a filio. ❡ Quinto per alios ſic. quando aliqua ſic ſe habent ꝙ aliquid omnino indiſtinctum eſt in vtroq;: et tamẽ aliquid eſt in vno qđ non eſt in alio: illa nõ ſeipſis diſtinguuntur: ſed in patre ⁊ filio eſt eſſentia diuina que eſt omnino indiſtincta: ⁊ paternitas eſt in patre q̃ non eſt in filio: ergo pater ⁊ filius non ſeipſis primo diſtinguuntur. maior probatur: quia quando aliqua ſeipſis primo diſtinguuntur: non eſt aliquid in vno quo non diſtinguatur ab alio: ſicut nihil eſt in ſorte quo non diſtinguatur a Pla. ſed quãdo eſt aliquid omnino idem in vtroq;: tunc neutrum illorum illo omnino eodem in vtroq; diſtinguitur ab altero. ❡ Ex hoc (vt dicũt) patet ſolutio ad rationem factam pro iſta concluſione ſecũda. quia ſimplex non conſtitutum ex aliquo communi ſibi et alij: et aliquo proprio ſibi ſeipſo diſtinguitur a quocũq; diſtinguitur: ſed non ſic eſt de perſonis diuinis vt dictũ eſt. ❡ Ad pri-

Tho. vbi ſupra.

mam dico ꝙ taliter querentibus optime poteſt reſpõderi ſm viã hãc quã ſequor. Et docuit nos rñdere Hieroñ. di. vt ſupra allegatum eſt ꝙ ſubſtãtia vnum ſunt ⁊ perſonis diſtinguuntur. Et ſic etiã conformiter docuit Augu. di. ſententialiter ꝙ ſunt vna ſubſtantia et diſtincte perſone: ſed ſicut ſeipſis ⁊ nõ aliquo ſui tranſitiue ſunt vna ſubſtantia: ſic ſeipſis: et non aliquo ſui ſunt diſtincte perſone. ❡ Qđ aũt additur de abſtractione illorum nominum paternitas ⁊ filiatio. Dico ꝙ tripliciter poteſt quis vti talibus abſtractis: cum de diſtinctione loquitur perſonarũ. Vno modo ad ſignificãdũ ꝙ perſona nullo alio ꝙ̃ ſeipſa preciſe et primo diſtinguitur ab alia: et illud magis expreſſe ſignificatur per abſtractum nominis ſui: et tunc dicendo pater diſtinguitur paternitate: ly paternitate ſupponit pro hypoſtaſi patris. Alio modo ad denotandum perſone proprietatem tertio modo ſumptam que prohibet vnam perſonam eſſe aliam: et tunc eſt ſenſus. pater diſtinguitur a filio paternitate: id eſt quia ipſe genuit filium: et tunc paternitate equiualet in ſignificando illi cõplexo: nec pro aliquo ſupponit ſicut nec cõplexum illud. Tertio modo poteſt fieri talis abſtractio ad deſignandũ aliquod intrinſecum per ſe quo ab alia diſtinguatur ⁊ ꝓ quo ſupponit illud abſtractum in propoſitione affirmante perſonam ab alia diſtingui: ⁊ tunc dico ꝙ talis abſtractio inconueniens eſt et ficticia: nec ſic ea vtuntur qui recte intelligunt: ſed alterum duorum primorum modorũ. ❡ Ad ſecundum dico ꝙ pater refertur ad filium et ſpiritum ſanctum vna relatione tñ ſm rem que tamen eſt in pluribus ſpeciebus relationis ſeu cui conueniunt rationes plurium ſpecierũ relationis: quapropter optime poteſt correſpondere diſtinctis ſpecie coppoſitis. exemplũ ſor. eadẽ relatione eſt ſimilis Platoni albo et diſſimilis Ciceroni nigro. Nam eadẽ albedo Sor. eſt ſimilitudo ad Platonem et diſſimilitudo ad Ciceronem: cum nec ſimilitudo nec diſſimilitudo ſit res ſuperaddita qualitati: ſicut infra probabitur: et ſic etiam ſic arguentes opinãtur: et hec vna relatio ſm rem correſpõdet ſimilitudini et diſſimilitudini oppoſitis q̃ ſunt in platone et cicerone. Sic in ꝓpoſito eadem entitas ſimpliciſſima que eſt pater eſt ſpiratio et paternitas correſpondet filiationi in filio ⁊ ſpirationi coppoſite in ſpiritu ſancto. ❡ Ad tertiũ ſi ly aliquo ſui capiatur ſm tranſitiuam conſtructionem vt accipit arguens. maior eſt falſa: et habet inſtantiam de duobus angelis et de duabus animabus ſuppoſito ꝙ ſint eſſentie ſimplices: ſic enim nec angelus nec anima diſtinguũtur aliquo ſui: quia nec aliquid eſt ſui in in hoc ſenſu et non ſunt duo angeli primo diuerſi cum ſint eiuſdem generis et forte eiuſdem ſpeciei: nec etiam due anime ſunt primo diuerſa cum ſint eiuſdem ſpeciei. Et per cõſequẽs ad intellectum Philoſophi dicuntur. aliquid idem entes: aut quia aliquid idem de eis eſſentialiter predicatur: vt aliqui exponunt verbũ Philoſophi. 5. metaphyſi. ſcriptum: aut accipiendo actum exercitum pro actu ſignato: quia de eis verificatur ꝙ ſunt aliquo modo idẽ. ſ. ſpecie: et ſimiliter de his de quibus verificatur eſt idẽ numero aut genere vel proportione ibi dicit Philoſophus.

T. c. 15. vel. 16.

❡ Ad probationem dico ꝙ eodem modo aliquid eſt idẽ alicui vno modo: et diſtinguitur ab eodem alio modo: ſicut vna anima ſeipſa eſt eadem ſpecie alteri anime et diſtincta numeraliter ab eadẽ. ❡ Ad quartum dico ꝙ aliquid poteſt dici eſſe alicuius vel in aliquo dupliciter. vno modo proprie vt conſtructio ſit tranſitiua: ⁊ omne qđ ſic eſt alicuius vel in aliquo eſt diſtinctum ab eo: iſto modo dicitur equus eſſe ſor. et anima dicitur eſſe hominis et in homine: et forma in materia: et locatum in loco: ⁊ ſic de alijs modis quibus aliquid proprie dicitur eſſe in aliquo. Alio modo improprie vt conſtructio ſit intranſitiua: ⁊ illud conſueuit ab aliquibus vocari eſſe in aliquo per idẽtitatem: quia. ſ. ꝙ ſic dicitur eſſe alicuius vel in aliquo non diſtinguitur ab illo ſed eſt ipſum: iſto modo loquimur cũ dicimus eſſentia angeli vel eſſentia dei. i. que eſt angelus et eſſentia que eſt deus: et ecõuerſo. Nunc ad rationem ſi innaſcibilitas ſupponat pro aliqua entitate et generatio actiua ſumatur pro relatione patris ad filium: ſicut oportet ſi argumentum debeat procedere contra concluſionem poſitam: dico ꝙ ſunt in patre intranſitiue loquendo: et eodem modo dicuntur proprietates patris. i. que ſunt pater: non autem vere dicuntur eſſe patris vel in patre tranſitiue: nec etiam adinuicem diſtinguuntur: nec probatio ex dicto Auguſt. valet. Non enim ſequitur: ſi pater non eſſet ingenitus poſſet eſſe pater. er-

Digitized by Google

go inatiuitas ⁊ paternitas in patre diſtinguūtur. Sicut non ſequitur: ſi deus non eſſet dominus adhuc poſſet eſſe deus. ergo deus et dominium dei diſtinguuntur. Et ſicut non ſequitur: ſi ſoꝛ. non eſſet ſimilis adhuc poſſet eſſe albus. ergo eius albedo et ſimilitudo diſtinguuntur.
¶ Ad quintum dico ꝙ ſi eſſe in. ſumatur intranſitiue. maioꝛ eſt falſa: et ſimiliter probatio eius in eodem ſenſu nec per illud exemplum ſufficienter probatur aſſumptū: quoniam licet nihil ſit ſoꝛ. qḋ nō diſtinguatur a platone: aliquid tamen eſt pater qḋ non diſtinguitur a filio: ſcilicet eſſentia diuina. Si autem eſſe in. ſumatur tranſitiue ſic maioꝛ eſt vera et minoꝛ falſa quantum ad vtrāqꝫ partem: quantum ad pꝛimam quidem: quoniam eſſentia diuina pꝛopꝛie loquendo et in hoc ſenſu non eſt in patre ⁊ filio: ſed pater et filius ſunt ipſa eſſentia: et ꝓpterea Damaſ.
cap̄.ii. lib. 1. cum dixiſſet: cum reſpexerimus ad ea in quibus eſt diuinitas loquens de perſonis: immediate oſtendēs hoc eſſe impꝛopꝛie dictum addit: vel ꝙ deinde certius dicamus que ſunt diuinitas hoc eſt ad tres hypoſtaſes ⁊c̄. vbi dat nobis doctrinam vt vbiqꝫ in ſacris ſcripturis inuenimus dictum ꝙ diuinitas eſt in perſonis: illud ſit intelligendum ſm̄ intrāſitiuam conſtructionem. i. ꝙ diuinitas eſt perſone: vel ꝙ perſone ſunt deitas: eodem modo in eodem ſenſu falſa eſt reliqua pars minoꝛis: ſcilicet ꝙ paternitas eſt in patre: ſed paternitas eſt pater: et pater eſt paternitas. ¶ Sed ex dictis iſtius doctoꝛis poteſt contra ſic argui. pr̄ aliquo ſui nō diſtinguitur a filio. ⁊ aliquo ſui diſtiguit̄ a filio. ergo nō ſeipſo ꝑmo diſtiguit̄ a filio. cōſequentia patet. Antecedens probatur: quoniam pater diuinitate non diſtinguitur a filio: et paternitate diſtinguitur ab eo. ¶ Rn̄. patrem a filio diſtingui aut aliquid ab aliquo ſeipſo pꝛimo pōt ītelligi dupl̄r. vno modo ſeipſo pꝛimo. i. quolibet ſui. Alio modo. i. nullo alio ſeu qḋ non eſt ipſum: et tunc iſta: pater diſtinguitur a filio ſeipſo pꝛimo exponitur per iſtas: pater diſtiguitur a filio: et per nihil ꝙ non eſt pater: pater diſtinguitur a filio: et in hoc ſenſu dixi ſupꝛa: ꝙ perſone ſeipſis diſtinguūtur. Pꝛimo quia ſcilicet diſtinguitur vtiqꝫ et non per aliqua que non ſunt ipſe: ſed ſint ipſarum ſicut aliqui imaginantur ⁊ multo magis nec per aliqua que non ſunt ipſe nec ipſarum. Tunc ad rationem factam dico: ꝙ ſi ly ſui in antecedente teneatur tranſitiue: antecedens eſt falſum: nec probatio valet: quia ſupponit ꝙ deitas ſit aliquid patris ⁊ non pater: et ſimiliter de paternitate: quoꝛum vtrūqꝫ falſum eſt. Si vero teneatur intranſitiue: nego conſequentiam: non enim ſequitur. pater aliquo qḋ eſt ipſe non diſtinguitur a filio: ⁊ aliquo qḋ eſt ipſe diſtinguitur a filio. ergo pater aliquo qḋ non eſt ipſe diſtinguitur a filio: et per conſequens etiam non ſequitur. ergo pater non ſeipſo pꝛimo diſtinguitur a filio ſm̄ ſenſum datum. ¶ Qḋ vero idem doctoꝛ addit ſoluendo rationem pꝛo illa cōcluſione: quia ſimplex non conſtitutum ⁊c̄. nihil valet: quoniam omne ſimplex eſt huiuſmodi: et nullum conſtitutum ex communi et pꝛopꝛio eſt ſimplex. ¶ Tertia concluſio pꝛobatur. ex eo ꝙ non eſt dare aliquas tales entitates ꝓpꝛias perſonarum: qḋ apparet: quia vel tales entitates ſi que forēt eſſent extrinſece ipſis ꝑſonis vel intrinſece incluſe in eis. Non poteſt dici pꝛimum: quoniam vel ipſe eſſent per ſe ſubſiſtentes: et per conſequens eſſent perſone: ex quo vltra ſequitur ꝙ in diuinis eſſent ad minus ſex perſone: ſcilicet pater et filius et ſpiritus ſanctus: et tres alie earum pꝛopꝛietates qḋ eſt erroneum: vel eſſent perſonis inherentes vel inſiſtentes: ſicut forme materijs qḋ etiam eſt impoſſibile in deo: qui nulli ſubſiſtere poteſt: vt dicit Augu.
cap̄.5. 7. de trini. ¶ Sed nec poteſt dici ꝙ ſint tales alique entitates intrinſece incluſe in perſonis ſm̄ quem modum imaginari videntur: quicūqꝫ tales pꝛopꝛietates ponunt in perſonis: hoc autem eſſe impoſſibile poteſt ꝓbari multipliciter. Pꝛimo quidem per expꝛeſſam determinationem eccleſie extra de ſumma trinitate ⁊ fide catho. capi. dānamus. ſic dicentis. pater ab eterno filium generando ſuam ſubſtantiaꝫ ei dedit. iuxta quod ipſe teſtatur: pater quod dedit mihi maius eſt omnibus. at dici non poteſt ꝙ partem ſubſtantie illi dederit ⁊ parteꝫ ipſe ſibi retinuerit cuꝫ ſubſtantia patris indiuiſibilis ſit. vtpote ſimplex omnino: ſed nec dici poteſt ꝙ pater in filium tranſtulerit ſuā ſubſtantiam generando quaſi ſic dederit eam filio: ꝙ non retinuerit ipſam ſibi: alioquin deſiniſſet eſſe ſubſtantia.
¶ Patet ergo ꝙ ſine vlla diminutiōe filius naſcēdo ſubſtantiam patris accepit: ⁊ ita pater ⁊ filius habent eandē ſubſtantiam ⁊ ſic eadem res eſt pater ⁊ filius necnon ſpiritus ſanctus ab vtroqꝫ pꝛocedens: cuꝫ ergo vt pꝛofitetur eccleſia. filius totam ſubſtantiam patris ſine diminutione acceperit. Manifeſte patet ꝙ nullā entitatem in ſe habet ſibi pꝛopꝛiam pater quaꝫ filio generando non dederit. Nec poteſt dici ꝙ q̄uis totā ſine diminutione patris ſubſtantiam filius generando acceperit: non tamen accepit omnem entitatem patris: quoniā non illam pꝛopꝛiaꝫ quā vltra communem eſſentiam pater includit: tum quia non minus eſt indiuiſibilis et omnino ſimplex perſona patris q̄ ſit eſſentia illa communis: ⁊ per conſequēs iuxta argumentationem eccleſie impoſſibile eſt ꝙ parteꝫ ſui ſcilicet communem eſſentiam filio dederit ⁊ partem aliam ſibi retinuerit. ergo ſine diminutione filius totam entitatem patris accepit. nulla ergo entitas eſt in patre que non ſit in filio: tū quia ſtultiſſimū eſt imaginari ꝙ in patre ſit aliqua entitas que nō ſit ſubſtantia vel de ſubſtantia eius: ſic eīn eſſet accidentalis vel ei extranea. ergo ſi totaꝫ patris ſubſtantiam accepit filius: omnem entitatem patris habet filius. ¶ Secundo ſi eſſent in perſonis tales pꝛopꝛie entitates: tunc non eadem res eſſet pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctus vt dicit eccleſia. conſequentia patet. quoniaꝫ illo poſito non ſolum eſſentia communis eſt pater: ſed ipſa ſimul cum illa pꝛopꝛia entitate patris que non eſt in filio: ⁊ ꝑ cōſequens non eadem res que eſt pater eſt filius. ¶ Tertio ſequitur ꝙ eſſentia diuina non eſt pater nec ecōuerſo. cuius oppoſitum etiam tradit eccleſia: vbi ſupꝛa di. ꝙ vna quedam ſumma res eſt. incompꝛehenſibilis quidem ⁊ ineffabilis que veraciter eſt pater ⁊ filius ⁊ ſpiritus ſanctꝰ. ſcilicet tres ſimul perſone ac ſigillatim quelibet earūdem ⁊ ideo ſolummodo eſt trinitas non quaternitas: ſed quelibet trium perſonarum eſt illa res. videlicet ſubſtantia eſſentia ſeu natura diuina. cōſequentia pꝛobatur ex hoc ꝙ nullum includens plura eſt aliquid illoꝛuꝫ: ⁊ ſimiliter nullum illoꝛum eſt ipſum: ſed ipſius eſt tranſitiue loquendo: ⁊ illud includens eſt ex eo: ſicut anima non eſt homo: ſed hominis: nec homo eſt anima ſed ex anima. Simili modo pꝛobari poteſt ꝙ eſſentia non eſſet filius vel ſpiritus ſanctus nec econuerſo. ¶ Quarto ſi quelibet perſona habet aliquam pꝛopꝛiam entitatem pꝛeter communem entitatē que eſt deitas ſequitur ꝙ quelibet perſona pꝛeter diuinitatem communem habet etiam pꝛopꝛiam diuinitatem: et ſic in trinitate erunt quatuoꝛ diuinitates: vna communis ⁊ tres pꝛopꝛie et vna perſona erit alius deus ab alia pꝛopter illam pꝛopꝛiam entitatem ſcilicet diuinitatem quaꝫ ſola includit. Hec autem omnia ſunt erronea. conſequentia pꝛobatur. ex eo ꝙ impoſſibile eſt eſſe in deo aliquam entitatem que non ſit deus: alioquin ſequitur ꝙ perſona non eſſet deus: ſed eius pars eſſet deus. ¶ Item omnis entitas que nō eſt deus vtiqꝫ eſt creatura iuxta illud Augu. pꝛimo de tri. Omnis ſubſtantia que deus nō eſt: creatura eſt: ⁊ que creatura non eſt: deus eſt. ⁊ conſtat ꝙ ſubſtantiam pꝛo eſſentia vel entitate ponit: ſicut dicimus ꝙ ſubſtātia albedinis eſt alia a ſubſtantia nigredinis: alio-

Digitized by Google

quin non ſufficienter probaret intentum:ſcilicet ꝙ filius
eſt deus. Hoc etiam modo idem Auguſt.ſuper illud pſa.
Cap.6. Infixus ſum in limo profundi et non eſt ſubſtantia.pro
entitate ſubſtantiam accipit. Unde ait.omnia enim ſub-
ſtantie ſunt eo ipſo ꝙ ſunt. Nam que nulla ſunt in ſubſtā-
tia omnino nihil ſunt. Si ergo aliqua entitas eſſet in pſo
na que nō eſſet deus:iam perſona compoſita eſſet ex deo
et creatura:qđ blaſphemum eſt dicere. ¶ Item Hugo
parte.3. de ſacra.lib.1. Omne qđ in deo eſt aliud ꝙ̄ deus eſſe non
Cap.27. poteſt:ſed ſi illa entitas propria eſt deitas : et per poſitio-
nem non illa diuinitas cōmunis . ergo eſt alia diuinitas
propria:et patet conſequentia . Si vero diceretur ꝙ illa
entitas propria non eſt entitas diſtincta modo aliquo a
deitate communi:ſed eſt ipſa:tunc ſequitur ꝙ nulla plu-
ralitas entitatum eſt in perſona: et per conſequens nō eſt
in ea aliquid quo conuenit cum alia perſona et aliquid
aliud quo diſtinguitur ab ea . Item ꝙ nulla proprietas
eſt in perſona vel eſt perſone:tranſitiue loquendo qua di-
ſtinguatur ab alia perſona : ſed ipſamet pſona nulla plu-
ra quoquo modo includēs ſeipſa primo iuxta ſenſum ſu-
pra poſitum diſtinguitur ab alia : et ſic habetur propoſi-
tum quantum ad vtrāqꝫ concluſionem . ¶ Quinto.ſm
hāc viam ſequitur ꝙ nulla perſona ſit ſumme ſimplex qđ
eſt erroneum. conſequentia probatur:quia ſm hoc queli-
bet perſona habet in ſe aliquid qđ ipſa non eſt nec ecōuer
ſo.ſed eſt aliquid eius:ſimplex autem nihil qđ ipſum non
ſit habet in ſe:ſicut ſupra diſtin.8.declaratum eſt. Unde
propter hanc cauſam Magiſter determinat ꝙ proprieta
tes perſone eſt ipſa perſona diſt.32.lib.1. ¶ Et aduerten-
dū eſt ꝙ omnes premiſſe rationes procedunt cōtra quāli
bet opinionem ponentem aliquam proprietatem in per-
ſona ſecundo modo diſtinctionis ſuprapoſite:ſiue illam
proprietatem vocent rem ſiue formalitatem vel quidita-
tem ſeu modalitatem aut alio quolibet nomine:dūmodo
aliqua pluralitas et diſtinctio ponatur intra perſonā di-
uinam que omnia nomine entitatis intelligo ſignificari.
Pro hac concluſione ſunt ſanctorum auctoritates . ait
enim Hylar.3.de trini.prope finem . Audis:ego et pater
vnum ſumus:vnum ſunt.ſcilicet is qui eſt nihil habens
quod non ſit etiam in eo a quo eſt.que verba alijs verbis
eiuſdem interponit Magiſter.lib.1.diſtin.19.et ca.et in-
de eſt . Item idem.7.de trini. Iudico quid ſunt:ſcilicet
pater et filius cum vnum ex vno eſt:quia neqꝫ vnus vni
aliud per generationem ꝙ̄ qđ ſuum eſt dedit:neqꝫ vnus
ab vno per natiuitatem obtinet ꝙ̄ qđ vnius. Et eſt inten-
tio eius ꝙ nihil dedit pater filio ipſum generando quod
non ſit in ſe:neqꝫ filius aliquid accepit naſcendo quod nō
Cap.15. ſit et in patre . Item Iſidorus de ſummo bono.lib.1.ait.
Ideo vnum ſunt pater et filius: quia nihil habet pater
Cap.14. quod non habeat filius. Inſuper Aug.15.de trini.loquēs
de verbo conſubſtantiali dei : et ideo verbum inquit hec
veritas eſt:quoniam quicquid eſt in ea ſciētia de qua ge-
nitum eſt:etiam in ipſo eſt. Sciētia autem de qua eſt ge-
nitum eſt pater : vt ibi patet . quicquid ergo eſt in patre
eſt in eius verbo. Ex quibus omnibus patet ꝙ nihil om-
nino aut entitas aliqua eſt in patre que non ſit in filio:nec
econuerſo.quod etiam huiuſmodi filij verba confirmant
Cap.16. Ioā.16.dicentis. Omnia quecūqꝫ habet pater mea ſunt.
& proinde cantat eccleſia in patre totus filius:et totus in
verbo pater:non ergo in perſonis diuinis preter commu-
nem eſſentiam ſunt alique ſpeciales et proprie entitates
excogitande:vt eſt ex dictis oſtenſum . Cui quoqꝫ conſo-
pte.3.c.31. nat dictum Hugo.lib.1.de ſacra.dicentis.tres perſonas
ↄ tertiam nihil aliud eſſe ꝙ̄ eſſentiam vnam confitemur . ¶ Con-
ↄcłonē. tra iſtam concluſionem poteſt argui per illud verbum
prefationis.in perſonis proprietas et in eſſentia vnitas
et in maieſtate adoretur equalitas . Ex quo patet ꝙ pro-
prietas eſt aliqua entitas:aliodꝫ non eſſet in pſonis: & nō
eſt entitas que eſt perſona:quia nihil eſt in ſeipſo.ergo eſt
entitas perſone. ¶ Secundo ſi proprietas perſone nō ſit
aliqua entitas propria et partialis perſone non eſſet vna
proprietas. ſeu notio cōmunis patri & filio:cuius oppoſi-
tum dicit Magiſter diſti.29.lib.1. et patet conſequentia:
quia nulla perſona cōmunis eſt patri et filio. Alie ratio-
nes poſſent fieri contra eandem concluſionem:ſed ille ad-
ducentur in diſt.33.cum inquiretur de idētitate et diſtin-
ctione relationis diuine ab eſſentia. ¶ Ad primū horum
dico:ꝙ illa auctoritas in ſententia nullo modo eſt contra
propoſitum:quod patet: quia non plus ex tali modo locu
tionis poteſt cōcludi ꝙ proprietas ſit aliqua entitas par-
tialis pſone/ꝙ̄ ꝙ vnitas ſit aliqua entitas partialis eſſen
tie/ vel ab ea diſtincta:quod non ſolum in deo: ſed in qua-
libet eſſentia falſum eſt. vt probatum eſt diſtinctiōe.24.
q.1.nec etiam plus / ꝙ̄ ꝙ equalitas ſit entitas diſtincta a
maieſtate : quod etiam conſtat eſſe falſiſſimum. Et patet
aſſumptum:quia ſicut dicit.in perſonis ꝓprietas: ita di-
cit.in eſſentia vnitas / et in maieſtate equalitas.non ergo
ſumenda ſunt verba illa in ſua proprietate:ſed ſm impro-
priam ſignificationem : ſicut dixerunt aliqui venerabiles
Doc.antiqui vt per illa inſinuaretur & perſonarum diſtin
ctio et vnitas eſſentie. vnde expoſuerunt in perſonis pro-
prietas.i.diſtinctio que nō eſt aliud ꝙ̄ perſone a ſe diſtin
cte : et eſt ſenſus ſm ipſos. adorentur perſone diſtincte et
eſſentia vna . Secundo poteſt dici iuxta intellectum ali-
quorum doctorum modernorum ꝙ proprietas dicitur in
perſonis intranſitiue:& tunc ponitur ſingularis numerus
pro plurali. videlicet proprietas pro proprietates adore-
tur . ergo proprietas in perſonis.i. proprietates que ſunt
perſone. Tertio poſſet dici ꝙ proprietas accipitur:ibi ter
tio modo ſuperpoſito in prima diſtin. ſm quem modum
erit ſermo de proprietatibus in concluſione ſequenti : et
tunc erit ſenſus auctoritatis adoretur in perſonis ꝓprie-
tas.i.adorentur perſone que ſuas habent proprietates:et
quālibet iſtarum expoſitionum puto cōuenientem eſſe au-
ctoritati que non aliud intendit / ꝙ̄ nobis exprimere plu-
ralitatem perſonarum et eſſentie vnitatem:magis tamen
placent prima & tertia. ¶ Ad ſecundū dico ꝙ conſequen-
tia non valet: quia pari modo probaretur ꝙ eſſentia cum
ſit cōmunis perſonis eſſet partialis entitas ipſorū : quod
eſt falſum:vt ſupra eſt ꝓbatum: ſicut ergo eſſentia eſt pa-
ter & filius & ſpiritus ſanctus: ſic illa cōmunis notio ſi po-
natur eſt pater & filius:& non aliqua partialis entitas ip-
ſorum:& hoc intelligo ſi loquamur de notione ꝓut eſt ali-
quid incomplexe ſignificabile modo ſupra dicto. Si vero
de cōmuni notione loquamur:vt eſt aliquid ſignificabile
complexe tantum : tunc non valet conſequentia:quia no-
tio ſic ſumpta non eſt aliqua entitas exiſtens in perſona:
immo nec aliqua entitas omnino. ¶ Quarta concluſio
eſt ꝙ perſone diuine diſtinguūtur proprietatibus : tertio
modo acceptis intelligendo ꝙ per eas diſtinguantur : ſe-
cundo modo : quia ſcilicet ex talibus proprietatibus po-
teſt cognoſci & neceſſario concludi ꝙ ipſe perſone ſunt in-
ter ſe diſtincte. Et ꝙ̄tum ad hec duo probatur concluſio
per Aug.de fi.ad Pe.vbi ait.in illa ſancta trinitate vnus Cap.2.
eſt pater qui ſolus eſſentialiter de ſeipſo vnum filium ge-
nuit: & vnus filius qui de vno patre ſolus eſt eſſentialiter
natus: et vnus ſpiritus ſanctus qui eſſentialiter ſolus de
patre filioqꝫ procedit.hoc autem totum vna perſona non
poſſet : ſcilicet gignere ſe : naſci de ſe:et procedere de ſe.
Quia ergo aliud eſt genuiſſe/ꝙ̄ natum eſſe.aliudqꝫ pro-
cedere/ ꝙ̄ genuiſſe / vel natum eſſe manifeſtum eſt : quo-
niam alius eſt pater/alius filius / alius ſpiritus ſanctus.
in quibus verbis ꝓmo exprimūtur proprietates cōplexe
tātūmodo/ vel equiualēter ſignificabiles : ſicut ſuperius

Digitized by Google

eſt declaratum. Deinde additur ꝙ ex talibus manifeſte
ſit earum diſtinctio: cum ait. hoc autem totum non poſ-
ſet vna perſona ⁊c̄. Simili modo ponit proprietates per-
ſonarum Hylaſ. 12. de trini. et allegatur in diſt. 26. cum
ait. Si ſemper patri proprium eſt ꝙ pater ſemper pater
eſt: neceſſe eſt filio ſemper proprium eſſe ꝙ ſemper eſt fi-
lius. Quod exponens Magiſter in diſt. 27. dicit. proprium
eſt patris ꝙ ſemper pater eſt: id eſt proprietas patris eſt
qua ſemper pater eſt. Semper vero pater eſt: quia ſem-
per genuit filium: ita et proprium filij ꝙ filius eſt: id eſt
proprietas filij eſt qua ſemper eſt filius. filius vero ſem-
per eſt: quia ſemper eſt genitus. ergo proprietas qua pa-
ter eſt: eſt quia ſemper genuit. Et ſequitur: et proprietas
filij eſt: quia ſemper genitus eſt a patre: et ſic eaſdem pro-
prietates vt ante premiſit Magiſter Auguſt. et Hylaſ.
denotant. Cum ergo dicitur proprium eſt patris genuiſ-
ſe: nō aliud intelligitur q̄ ſi dicatur: proprium eſt patris
ꝙ filium genuit: et proprium eſt filij ipſum natum eſſe: id
eſt ꝙ de patre natus eſt. Simili modo etiam Anſel. vt ſu-
pra allegatum eſt ꝓprietates perſonarum cōplexe mon-
ſtrauit. Conſtat autem vt ibi dicebatur ꝙ hoc totum. pa-
ter genuit. vel filius de patre natus eſt. ſignificatiue ſum-
ptum ꝓ nulla entitate ſupponit. Et ita proprietates iſte
ſic ſignificate non ſunt entitates alique ſicut in ſequenti
queſtione probabitur: ac per hoc non ſunt perſone vel in
perſonis: nihilominus tamen veriſſime et eternaliter pa-
ter et ſolus ipſe filium genuit: et ideo hoc eſt ſibi propriū:
et proprietas eius: et filius ſolus a patre genitus eſt: ⁊ ſpi-
ritus ſanctus ab vtroq̄ proceſſit: ex quo neceſſario ſequi-
tur ꝙ vere fuerunt diſtincte perſone ab eterno. Ex quo
etiam vlterius ſequitur ꝙ huiuſmodi proprietates non
tm̄ ſunt nomina: vel relatiue appellationes: quinimmo
ante omne nomen et appellationem relatiuam eternali-
ter et vere ac realiter: id eſt ſine omni operatione anime
pater genuit filiū: et filius a patre genitus eſt: ⁊ ab vtroq̄
ſpiritus ſanctus proceſſit: et ipſe nunc relatiuis nomini-
bus et appellationibus ſignificantur. ¶ Notandum au-
tem ꝙ q̄uis proprie huiuſmodi proprietates non niſi cō-
plexe valeant ſignificari: aliquando tamen inuenimus
eas ſignificatas fore in ſcripturis in complexis nomini-
bus: et abſtractis: ſed tunc talia nomina equiualerent in
ſignificando predictis complexis et orationibus. hoc pa-
tet per Magiſtrum. 27. diſtin. vbi dicit ꝙ proprietas pa-
tris eſt: quia ſemper genuit: et hec dicitur paternitas vel
generatio: et proprietas filij eſt: quia ſemper eſt genitus
a patre: et hec eadem dicitur filiatio vel genitura vel na-
tiuitas vel origo vel naſcibilitas: ſic etiā proprietas qua
ſpiritus ſanctus eſt ſpiritus ſanctus vel donum eſt: quia
procedit ab vtroq̄: et hec eadem dicitur proceſſio. Et cō-
cludit Magiſter: in premiſſis ergo locutionibus eedem
ſignificate ſunt proprietates. Eedem quoq̄ proprietates
aliquando notiones vocantur: hoc ideo quia per eas di-
ſtinctio perſonarum cognoſcitur. Vocantur etiam rela-
tiones: et hoc quia non niſi relatiue poſſunt deſignari.
Cap. 2. Unde Anſel. in lib. de proceſ. ſ. ſ. cum poſuiſſet ea in qui-
bus de veritate trinitatis greci nobiſcum conueniunt: et
inter cetera dixiſſet. nec putant. ſ. greci alium eſſe deum
qui naſcitur q̄ de quo naſcitur: et qui procedit: q̄uis ſm
nomina ſignificantia: quia eſt de quo aliquis naſcitur: et
eſt qui de aliquo naſcitur: et eſt qui de aliquo ꝓcedit: plu-
ralitatem admittat: ſm quam plures et alij ſunt abinui-
cem pater et filius et ſpiritus ſanctus. Nam cum deus
dicitur eſſe pater: ſignificatur eſſe de quo aliquis naſci-
Cap. 3. tur. etiam infra ſcribit. hec itaq̄ ſola cauſa pluralitatis
eſt in deo: vt pater et filius et ſpiritus ſanctus non poſ-
ſunt dici de inuicem: ſed alij ſint abinuicem: quia predi-
ctis duobus modis eſt deus de deo: qd̄ totum poteſt di-
ci relatio. Ex quibus patet primo ꝙ quedam nomīa pre-
dicata de deo ſignificant: quia eſt de quo aliquis et qui-
dem qui de aliquo ⁊c̄. et ſic equiualent in ſignificando cō-
plexis. Item patet ꝙ talia ſignificata etiam vocantur re-
latiōes. Hoc etiam patet per Magiſtrum vbi ſupra. vbi
dicit ꝙ nomina relatiua perſonarum quandoq̄ ſignifi-
cant hypoſtaſim: quādoq̄ vero relationē. et hoc ſcd̄o mo-
do mō verificantur de eſſentia. Unde ait: ideoq̄ dicimus
ꝙ patris nomen non relationem tantummodo notat: ſed
etiam hypoſtaſim et ſubſiſtentiam ſignificat: ita et filius
et ſpiritus ſanctus: relationem vero vocabula: ſcilicet pa-
ternitas filiatio et proceſſio: vel gignere gigni et procede-
re ipſas tm̄ relationes non hypoſtaſes ſignificant: ſiue ha-
bere filium et habere patrem: ita ꝙ ſm Magiſtrum pa-
ternitas non ſignificat hypoſtaſim et multo minus eſſen-
tiam communem: et per conſequens nullam entitatem
pro q̄ua poſſit ſupponere: ſed ſignificat habere filium: qd̄
quidem habere nulla entitas eſt: q̄uis et qui habet ⁊ ha-
betur filius vera res ſit. ¶ Circa hoc tamen ſciendum eſt
ꝙ q̄uis Magiſter dicat talia vocabula relationum non
ſignificare hypoſtaſes non eſt intelligēdum dictum eius
quaſi nullibi hypoſtaſes ſignificēt: cū frequenter Hylaſ.
hoc vocabulo natiuitas pro hypoſtaſi filij vtatur: ſicut
cum. 7. de trini. ſuper illo. pater omne iudicium dedit fi-
lio: ait. natiuitas non poteſt aliquid habere niſi datum
ſit. Item infra ſuper illo. nō poteſt filius a ſe facere q̄cq̄:
ait. a ſe enim non poteſt poſſe natiuitas. Item infra. diui-
na natiuitas omne opus ſuū ſub miniſterio aſſumpti ho-
minis exequitur. et poſt. natiuitas nāq̄ eam in ſe habet
vnde ſubſiſtit. Item lib. 9. diſpenſatio inquit magni ⁊ pij
ſacramenti natiuitatis diuine: patrem inſuper etiam con
ditionis aſſumpte deum fecit: dum qui in forma dei erat
repertus eſt in forma ſerui: in quibus omnibus locis hoc
vocabulum natiuitas pro ſolo filio ponitur. Et ſimiliter
in eo quod ſequitur poſt vltima allegata. deus quidē pa-
ter natiuitas eſt vnigeniti dei: et eſt conſtructio intranſi-
tiua: vt ſit ſenſus: eſt pater natiuitatis que eſt vnigenitus
deus. ¶ Intelligendum eſt ergo dictum Magiſtri: quia
tunc frequentius et apud plures pro illis proprietatibus
huiuſmodi vocabula ſumebantur: nūc autem ſatis com-
muniter talibus vocabulis vtuntur Docto. aliquando ꝓ
hypoſtaſibus ipſis ſeu perſonis: aliquando pro earū pro-
prietatibus tertio modo acceptis. Unde etiam ego pri-
mo modo vſus ſum in ſuperioribus cum dixi ꝙ pater eſt
paternitas: filius eſt filiatio et generatio: ac etiam ſpira-
tio: et ideo diligenter oportet in pluribus locis attendere
qualiter dicta nomina accipiantur: ꝙ autem perſone nō
diſtinguunt huiuſmodi proprietatibus ſic acceptis tanq̄
rationibus et principijs diſtinctiuis: vt ſupra dicebatur
in concluſione quarta: patet: quia ipſe ſm ſe non ſunt ali-
que entitates. Item: quia ſi eis taliter diſtinguerentur
perſone oporteret ꝙ ipſe eſſent perſone vel alique entita-
tes perſonis intrinſece: quorū neutrum eſt verum: et ideo
quando inuenitur a ſanctis ꝙ proprietates ſunt eſſentie
vel perſone: intelligende ſunt proprietates primo modo:
et quando inuenitur dictum ab eiſdem ꝙ vna perſona eſt
alia ab alia per hoc ꝙ vna eſt ab alia: vel ſimile: per quod
proprietates tertio modo dicte ſignificantur: intelligēdū
eſt dictum illud de diſtinctione ſecundo modo ſumpta.
¶ Ad argumentum queſtionis reſpondeo ꝙ decretalis
accipit proprietates primo modo: ſcilicet pro perſonis et
eſt ſenſus: ꝙ hec ſancta trinitas eſt vna eſſentia et diſtin-
cte perſone: vel et in idem redit eſt indiuidua ſm eſſentiā
⁊ ſm perſonas vel perſonis diſtincta. Conformiter dicto
Augu. ſupra in concluſione ſecunda adducto: poſſet etiā
intelligi de proprietatibus tertio modo dictis: et tunc eſ-
ſet ſenſus ꝙ trinitas: id eſt tres perſone ſunt diſtincte per

proprietates: quia ſcilicet impoſſibile eſt illas proprietates eidem conuenire perſone: vt ſupra dicit Auguſtinus. ¶ Ad illud vero quod vlterius additur in argumento: ſcilicet ꝙ vnumquodqꝫ eo conſtituitur quo diſtinguitur ab alijs. dicēdum hoc non eſſe vniuerſaliter verum: quoniam non in his que nullo conſtituuntur quale eſt omne ſimplex: in his autem que ex aliquibus conſtituūtur habet veritatem: quoniam ſua cōſtitutiua ſunt etiā per que illud ab alijs eſt diſtinctum.

¶ Diſtinctionis. xxviij. Queſtio. j.

Circa diſtinctionem vigeſimamoctauā ꝛ quatuor ſequētes in quibus Magiſter multa loquitur de relationibus: ꝛ in generali et in ſpeciali de aliquibus ſpeciebus relationum: vt cōpletius hec materia pertractetur queram aliquas queſtiones: et eſt prima. Utrum aliqua relatio ſit vna res exiſtens nō per operationem anime. ¶ Et arguitur primo ꝙ non. quia omnis relatio eſt habitudo quedam media inter duo extrema que adinuicem coniungit: et connectit etiam quantūcunqꝫ ſint in re ſeparata vel remota: ſed nulla res exiſtens in natura eſt ſic media vt notum eſt. ergo nulla res exiſtens in natura eſt relatio.

T.c.4. **Ad oppoſitum** arguitur ex intentione Philoſophi. 7. metaphy. qui ens reale diuidit in. 10. predicamenta: quod non eſſet verum niſi predicamentum relationis ſignificaret rem aliquam extra animam.

Reſpondeo Primo premittā vnam diſtinctionem de acceptione huius nominis relatio. Deinde iuxta membra diſtinctionis ponam aliquas concluſiones.

Quantum ad primum ſciendum ꝙ hoc nomen relatio quātum ad propoſitum ſufficit accipitur tripliciter. Nam vno modo ſumitur in eadem ſignificatione cum his nominibus relatiuum: et ad aliquid ſm ꝙ ad aliquid eſt dictio non oratio. Et ſm hoc idem eſt relatiuum et ad aliquid et relatio: iſto modo vtitur hoc nomine relatio in predicamentis Philoſophus: ſicut patet diligenter intuenti: et maxime illam partem. ineſt autem contrarietas in relatione ſm expoſitionem Auerrois. ibidem enim dicit Auerrois. ꝙ virtus et vitium ſunt relationes. et Philoſophus ait ꝙ ſunt ad aliquid: et hoc quoqꝫ modo Albertus commentator ſuper predicamentis. ca. de ad aliquid. et multi etiam Doctores moderni: ſic iſto modo accipiendo illud eſt relatio qđ eſt relatiuum vel ad aliquid. Alio modo accipitur relatio non pro relatiuo vel ad aliquid: ſed pro eo quo ipſum relatiuum eſt relatiuum et ad aliquid: et iſtud adhuc dupliciter ſm ꝙ id quo relatiuum eſt relatiuum dupliciter accipitur. Uno modo accipitur pro aliquo ſignificabili complexe tantum vel equiualenter: ſicut ſuperius diſtin. 26. dicebatur de proprietate vno modo ſumpta: et hoc

Cap.3. modo accipit relationem Anſel. de proceſſione ſpiritus ſancti: et aliquando Magiſter ſicut patet lib. 1. diſti. 27. hoc modo relatio patris ad filium eſt: quia genuit: ideo enim pater: quia genuit: et relatio agentis ad patiens eſt: quia aliquid cauſat in illud: eo enim agēs quo cauſat vel efficit aliquid in aliquo: et ſic in alijs relatiuis poſſent aſſignari relationes quibus ipſa dicuntur relatiua. Alio modo accipitur illud quo aliquid eſt relatiuum pro aliquo incomplexe ſignificabili ꝛ de quo abſtractum relatiui verificatur: ſiue etiam hoc abſtractum relatio ſicut ſimilitudo eſt illud quo ſimile eſt ſimile ꝛ illud eſt relatio: ꝛ ſimiliter id quo formaliter ſciens eſt ſciens dicitur ſcientia et relatio: et hoc modo etiam multi doctores vtuntur hoc vocabulo relatio.

His premiſſis pono tres concluſiones. Prima eſt ꝙ aliqua relatio (accipiendo relationem primo modo) eſt vna res exiſtens actualiter extra animam nec ab operatione anime dependens. Secunda ꝙ nulla relatio ſecundo modo dicta eſt aliqua res vel entitas exiſtens extra animam: pro eodem autem nūc accipio rem ꝛ entitatem. Tertia concluſio ꝙ aliqua relatio tertio modo dicta eſt vna res actualiter extra animā exiſtens ꝛ ab operatione anime independens. ¶ Primā concluſionem probo primo ſic. ſi nullum ad aliquid vel relatio eſſet actualiter extra animam ꝛ abſqꝫ eius operatione: ſequitur ꝙ nulle res eſſent actualiter tales ꝛ abſqꝫ operatione anime quales denotant eſſe vel denotari poſſunt per terminos relatiuos: conſequens eſt falſum: quoniam ſequitur ꝙ nulle res eſſent actualiter diſtincte abſqꝫ operatione anime: ꝛ per conſequens nulla rerum pluralitas eſſet extra animam: ſed omnia eſſent vnum indiſtinctum: quod manifeſte falſum eſt: conſequentia patet: quoniam ſi aliqua ſunt plura ipſa ſunt diſtincta ꝛ diuiſa: ſicut ſi aliquid eſt vnum ipſum eſt indiuiſum. vt patet per rationes vnius ꝛ multi. 10. meta. Unde Boetius in libro de trinitate dicit. ꝙ vbi nulla diuerſitas ibi nulla pluralitas: ſꝫ vnitas tm̄. Item nulla eſſent ſimilia. ꝛ per conſequens nullū eſſet tale quale eſt aliud. Nam cum eſſe aliquid alteri ſimile: non aliud intelligimus q̄ſ ſi diceremus ꝙ ipſum eſt tale quale eſt aliud: accipiēdo tale ꝛ quale ſtricte ſm qualitatem: et ſic nulla eſſent alba nulla nigra: et ſic de ſimilibus. Item nulla eſſent equalia: ꝛ per conſequens nullum quantum eſſet tantum quantum eſt aliud: cum idē vtrobiqꝫ ſignificatur. Ex quo vltra ſequitur: ꝙ non eſſent duo bicubita vel tricubita. Eodem modo probaretur ꝙ nulla eſſent pater ꝛ filius: cauſa ꝛ cauſatum: agens et patiens: que omnia ſunt falſa manifeſte. conſequentia vero principalis probatur ex hoc: ꝙ ſicut ideo dicitur eſſe abſolutuꝫ extra animam actualiter: quia aliquid eſt actualiter tale abſqꝫ operatiōe anime quale denotatur eſſe per terminū abſolutuꝫ. Uel dicitur eſſe abſolutum pro quo poteſt ſupponere terminus abſolutus: ſic ſuo modo eſt in propoſito de relatiuis. Unde irrationabile apparet dictum illorꝫ qui dicunt ꝙ ſoli termini ſunt ad aliquid vel relatiui ſeu relatio: ita ꝙ tria nomina predicta nō ſunt nomina prime intentionis: ſed ſecunde tm̄ que non verificātur niſi de terminis primarum intentionum: et tamen ex alia parte dicunt ꝙ multe res: immo omnes que nec termini ſunt nec ſigna ſunt abſolute: quoniaꝫ nulla ratio apparet propter quam debet concedi ꝙ alique res ſint abſolute potius q̄ſ cōcedi debeat ꝙ alique res ſint relatiue. Et propter quaꝫ non eque poſſet dici ꝙ ſoli termini ſunt abſoluti: ꝛ ꝙ abſolutum eſt nomen ſecunde intentionis tm̄: ſicut ꝛ relatiuū ꝙ ſi quis etiam vellet dicere ꝙ nulla res eſt abſoluta: ſed termini tantummodo non eſt contra ipſum diſputanduꝫ eo ꝙ inſtitutiones vocabulorum ꝛ vſus ad placituꝫ ſunt quapropter ad placituꝫ poteſt quilibet vocare vel res vel terminos abſoluta vel relatiua. Mihi autem ſufficit ꝙ ſicut actualiter extra animam aliquid eſt tale quale denotatur vel denotari poteſt eſſe per predicationem abſolutā ſeu per terminum abſolutum: ſic aliquid actualiter extra animam: hoc eſt non per operationem anime eſt tale qua-

T.c.8.t.9

r.iij.

Digitized by Google

le denotari poteſt per predicationem relatiuam: ſiue in
qua predicaretur terminus relatiuus. Et ſicut aliquid
extra animam eſt aliquid non ad aliud. verbi gratia. ho-
mo vel equus: ſic aliquid extra animam eſt aliquid ad
aliud. puta pater vel filius. illud autem quod eſt aliquid
ad ſe ſeu non ad aliud inquãtum huiuſmodi abſolutum
dico: et illud quod eſt aliquid ad aliud: inquantum hu-
iuſmodi dico eſſe relatiuum et ad aliquid ſeu relatio.
Cap. 11. Iſtud dictum eſt ſm intentionem Auguſt. 5. de trinita.
vbi de. ſ. ſ. ait ille. ſ. ſ. qui non trinitas: ſed in trinitate inten
ditur in eo ꝙ ꝓprie dicitur ſpiritus ſanctus: relatiue di-
citur: cum et ad patrem et ad filium refertur. vbi patet ꝙ
non de nomine: ſed de perſona que per nomen intelligi-
Cap. 12. tur in illa trinitate dicit ꝙ refertur: et in ſequẽti capitulo
immediate mouet dubiũ quomodo dicatur relatiue ſpi-
ritus patris: cum econuerſo pater non dicatur pater ſpi-
ritus ſancti. Et eodem modo de filio qui non dicitur fi-
lius ſpiritus ſancti. Et reſpondet. in multis enim relati-
uis hoc contingit vt non inueniatur vocabulum quo ſibi
viciſſim rñdeant que ad ſe referunt. Et ſubdit: ſed vt hec
viciſſim reſpondeant dicimus donum donatoris et do-
natorem doni: quia hic potuit inueniri vſitatum vocabu
lum: illic non potuit: ex quibus apparet ꝙ (cum vocabu-
la relatiua imponantur relatiuis et his que referuntur:
vt dicit Auguſtinus) nõ ſolum vocabula: ſed res ipſe vo-
cabulis ſignificate ſunt relatiue. ¶ Huic ꝯcordat Auer-
rois ſuper predicamentis. in capitulo de ad aliquid in
principio. d. ꝙ vnumquodq; relatiuum redit per conuer
ſionem: cum accipiuntur per nomina ſua ſigna ſuper ipſa
ambo ex eo: id eſt ſm ꝙ ſunt relatiua ſi eſt eis nomen: aut
cum ponitur eis nomen ſi non eſt eis ambobus nomen.
Et infra. cum non fuerit inquit relationi recte nomen ſi-
gnificãs ſuper eam ex eo ꝙ eſt recta et illud quidem am-
bobus relatiuis aut vni ipſorum: iam neceſſe eſt referen-
ti vt ponat vtriq; aut vni ipſorum nomen: ex eo id eſt in-
quantum comparantur ambo relatiua: et multa ſubdit
ad propoſitum: ecce ꝙ relationi et relatiuis imponuntur
nomina ſignificantia ipſa inquantum ſunt relatiua. Con
ſtat autem ꝙ talia nomina imponuntur nominibus: ſed
rebus que non ſunt nomina. ergo relationes et relatiua
vere ſunt res ad extra que non ſunt ſigna. ¶ Secundo
ſic. aliqua res extra animam et non per operationem ani-
me eſt vere et actualiter pater. ergo aliqua res actuali-
ter extra animam et non per eius operationem eſt ad ali-
quid ſeu relatio. Antecedens patet. Nã deus vere actua
liter extra animam eſt pater: et ſic eternaliter fuit nec ad
hoc plus faciat anima ꝗ ad hoc ꝙ ipſe fuerit deus. et ſi-
mili modo etiam ſor. eſt pater platonis quẽ genuit ſi pla-
to ſit: et plato eſt filius. conſequentia patet: quia eſſe pa-
trem eſt ad aliud quodammodo ſe habere. hoc autem eſt
eſſe relatiuum: vt patet per Philoſophũ in predicamen-
tis et omnis pater inquantum pater eſt pater ad aliud:
et ideo in omnibus inquantum ipſum eſt ipſum eſt ad
aliud: et talia vere ſunt relatiua ſm Philoſophum ibi
dicentem: ꝙ ad aliquid ſunt quecũq; hoc ipſum ꝙ ſunt
aliorum ſunt. ¶ Et aduertendum ꝙ non dicit quecũq;
aliorum ſunt: ſed quecũq; hec ipſa que ſunt: ſunt aliorũ.
Unde nõ ideo dominus relatiuum eſt: quia eſt alterius:
ſed quia eſt ipſum. id eſt dominus alterius: et pater ideo
eſt relatiuum: quia eſt ipſum id eſt pater alterius: et ſic
de aliis relatiuis: ita ꝙ ſemper idẽ terminus relatiuus
poni poſſet vere ex parte predicati. ¶ Contra iſtam con
cluſionem et eius probationes poteſt argui duplici via.
Una ſiquidem probando ꝙ nulla res eſt abſq; operatio-
ne anime talis qualis denotatur per predicationem re-
latiuam. verbi gratia. ꝙ nulla res eſt actualiter diſtin-
cta vel ſimilis aut cauſa aut pater: et ſic de aliis: niſi per
operationem anime. ¶ Hac autem via procedit quidaʒ Aureol⁹
doctor ſumens pro fundamento: ꝙ quodlibet quod dici- li. 1. d. 30.
tur taliter relatiue eſt formaliter tale per quãdam habi-
tudinem mediam inter ipſum et illud: reſpectu cuius di-
citur eſſe tale. verbi gratia. ſimile eſt ſimile actualiter et
formaliter per ſimilitudinem que eſt quedam habitudo
media connectens et coniungens vnum ſimile alteri: et
eodem modo diſtinctio et paternitas / aut alie relationes
ſunt quedam habitudines medie duorum vnius: vt fun-
damenti alterius vt termini: quibus fundamenta ipſa
ſunt: et dicuntur formaliter talia tales autem habitudi-
nes nõ poſſunt eſſe extra animam actualiter / nec ſunt res
facte a natura: ſed ſolum ab anima apprehendente et in
ea obiectiue tantummodo exiſtentes. ¶ Et confirmatur
iſta imaginatio per verbum Commentatoris qui tertio Cõ. 20.
phyſicoꝝ. dicit ꝙ relatio eſt vna diſpoſitio exiſtens inter
duo que adinuicem referuntur: et ꝙ eſt quoddam inter-
uallum inter illa. ¶ Secundo ad idẽ arguitur: quia for-
malis effectus relationis non eſt aliud / ꝗ vnam rem ad
aliam ferri. hoc autem non facit natura: ſed intellectus
tantum. ¶ Tertio relatio aduenit et acquiritur alicui et
ſine mutatione illius: vt dicitur quinto phyſico. nulla au T. c. 10.
tem res aduenit alicui ſine illius mutatione. ¶ Quarto
nullum quod non eſſet ſi anima non eſſet eſt res extra ani-
mam: ſed relatio eſt huiuſmodi: dicit enĩ Philoſophus T. c. 5.
ſexto meta. ꝙ eſt quoddam ens quod cũ alio copulatur:
et cogitatio diuidit illud: et Commentator exponit. d. et Cõ. 8.
intendit predicamenta que communiter habent compa-
rationem. eſtimatur enim ꝙ illa non eſſent: ſi anima non
eſſet. ¶ Quinto idem Commentator. 12. meta. dicit ꝙ Cõ. 19.
relatio inter omnia predicamenta eſt eſſe debiliorum: ſed
ſm eũdem. 4. phyſico. entium quedam ſunt completa in Cõ. 88.
quorum eſſe nichil facit anima. Quedam vero ſunt quo-
rum actus completur per animam: et de talibus ſm eum
eſt tẽpus. ergo etiam de talibus eſt relatio: cuius eſſe eſt
inter omnia debiliſſimum. ¶ Deinde hoc ſpecialiter pro
bat de quolibet modo relatiuorum: quãtum ad primum
arguit ſic. identitas equalitas et ſimilitudo nichil aliud
ſunt / ꝗ quedam indiſtinctiones et indiuiſiones: indiuiſio
aũt nõ eſt pura negatio: q2 oẽ idiuiſum eſt in aliquo idiui
ſum: et ꝑ ꝯñs in aliquo fundatur. Indiuiſio ergo que eſt ſi
militudo duarum albedinum aut fundatur in natura cõ
muni: et hoc non: quia tunc ſimilitudo eſſet identitatio in
communi natura quiditatiua et eſſentiali: in qua non in-
cluditur aliquod relatiuum / aut in ipſis albedinibus ſi-
mul prout ſunt in re extra: quod etiam non poteſt dici cũ
ille ſint diuiſe et diſtinctiſſime: tum etiam quia tunc vna
negatio fundaretur in duobus ſubiectis diſtantiſſimis:
quod eſt impoſſibile. relinquitur ergo ꝙ fundetur ſuper
obiectiua apprehenſione / ſeu obiectiuo iudicio ambarũ:
et per conſequẽs ad eius eſſe requiritur operatio anime.
¶ Quantum ad ſecundum modum relatiuorum argui-
tur ſic. nulla res depẽdet a non re: vt fundatur ſuper non
rem: ſed relationes ſecundi modi (verbi gratia paternitas
et filiatio) fundantur ſuper egiſſe quod tranſit in preteri-
tum: ipſe autem manent tranſeunte generatione. ergo nõ
ſunt res: et ideo dicunt ꝙ tales relationes non ſunt aliud
ꝗ producere et produci concepta per modum habitus et
quietis: que vt ſic ſunt habitudines medie connectentes
producens et productum. ¶ Eodem modo probatur de
tertio modo relatiuorum: quoniam tales relationes: vt
ſcientie ad ſcibile et intelligibile: et vniuerſaliter menſu-
rati ad menſuram dependent ab ipſis menſuris. contin-
git autem ꝙ menſure tunc non ſint: quoniam non oportet
ſcibile eſſe in actu ſcientia exiſtente in actu / nec intelligi-

Digitized by Google

bile dum intelligitur. ¶ Ex his ad rationes factas pro
concluſione reſpondet ꝙ abſq; operatione anime non eſt
aliquis dominus vel pater relatiue propter actualem ha
bitudinem dominij vel paternitatis que ſit in rebus: di-
citur tamen realiter dominus propter fundamētum do-
minij: propter quod eſt in propinqua potentia: vt intelle-
ctus ſtatim cogatur reducere in actu dominij habitudi-
nem: et ideo non eſt niſi fundamentaliter dominus et in
potentia abſq; operatione anime. Idem dicit de ſimili et
diſtincto et alijs relatiuis: et ſatis conuenit cum reſpon-
ſione aliquorum dicentium ꝙ duo alba abſq; operatio-
ne anime ſunt ſimilia fundamentaliter non formaliter.
Alios audiui dicentes ꝙ ſunt ſimilia ſubſtantiue: id eſt
entitatiue vel eſſentialiter: non autem relatiue. Addit
quoq; ꝙ ſic arguentes circūſcripta omni operatione ani
me aliquis eſt realiter dominus vel pater decipiuntur:
quoniam non circūſcribitur omnis operatio anime: ſed
iam aliqua relinquitur vtpote illa qua hoc enunciatur: ⁊
illa eſt que huiuſmodi habitudinem reducit ad actum.
¶ Secunda via poteſt argui contra concluſionem ſimi-
liter probando ꝙ nulla res extra animam eſt relatio: eſto
ꝙ aliqua ſint talia qualia denotantur per terminos rela-
Ockā. li. tiuos: et hoc modo quidam alius doctor procedit: conce
1. di. 3. q. 1. dens quidem et bene: ꝙ vere abſq; operatione anime ali-
quid eſt ſimile et aliquid pater et cauſa: et ſic de alijs. ni-
hilominus tamen nulla res extra que non eſt ſignum eſt
ad aliquid vel relatio. ¶ Hoc autem probatur dupliciter.
ter. Primo ſic. omnis res realiter diſticta ab alia re qua-
rum neutra eſt pars alterius poteſt intelligi alia non in-
tellecta: ſed impoſſibile eſt aliquam relationem intelligi
non intellectaalia relatione oppoſita: que tamen non eſt
pars eius nec econuerſo. ergo nulla relatio eſt res. maior
patet: quia non magis dependet intellectio vnius rei to-
taliter diſperate ab intellectione alterius rei diſperate ꝙ̄
intellectio effectus ab intellectione ſue cauſe eſſentialis:
ſed illud quod eſt effectus poteſt intelligi non intellecta
ſua cauſa. ergo ⁊c. minor probatur: quia ſi aliquis poſſet
intelligere ſortem et ſimilitudinem eius: non intellecta
alia correſpondēte ſimilitudine: tunc poſſes ſcire ſortem
eſſe ſimilem: et tamen dubitare et ignorare an ſit alicui al
teri ſimilis: et ſcire aliquem eſſe patrem et ignorare an ha
beat filium. ¶ Secundo ſicut contradictio dicta de ali-
quibus eſt via concludendi diſtinctionem. ita impoſſibi-
litas recipiendi predicationem contradictoriorum perti
nentium ad eſſe eſt via concludendi idētitatem: ſed ſimi-
litudo ſortis ad platonem non poteſt eſſe ſine ſimilitudi-
ne platonis ad ſortem nec econuerſo ſine contradictione.
ergo iſta ſimilitudo eſt realiter illa: ſed ſimilitudo ſortis
ad platonem non eſt ſubiectiue in platone. ergo nec ſimi-
litudo platonis ad ſortem eſt ſubiectiue in platone: et cō-
ſtat ꝙ non eſt in ſorte. ergo nullibi eſt ſubiectiue: ⁊ non eſt
ſubſtantia (vt dicunt hi contra quos arguit) et per conſe-
quens nec ſubſtantia nec accidens. ergo nulla res. poteſt
tamen etiam ſimpliciter idē probari: quia ſimilitudo ſor-
tis ad platonem non eſt in platone nec eſt plato. ergo nec
ſimilitudo platonis ad ſortem eſt in platone nec eſt plato:
et per conſequens nulla res extra animam. Iſtud dicunt
fuiſſe de intentione Philoſophi in predicamentis qui di-
cit ꝙ ea ſunt relatiua que dicuntur aliorum: aut quomo-
dolibet aliter ad aliud: id eſt vt exponitur cōmuniter ſub
aliqua alia habitudine caſuali. Itē infra dicit ꝙ omnia
relatiua dicuntur ad conuertentiam: ſed caſu aliquotiēs
differunt ſm locutionem. Item infra dicit ꝙ aliquotiēs
et nomina fingere neceſſe erit ſi nō fuerit nomen poſitum
ad quod conuenienter aſſignetur. Conſtat autem ꝙ dici
non competit rebus: ſed terminis et ſignis rerum. Item
habitudo caſualis non conuenit rebus. Itē nec res ipſas
fingere poſſumus ſed nomina rerum: et ad illa que fingi-
mus dicit Philoſophus alia dici. vnde ait. ſi non fuerit
nomen poſitum ad quod ſupple nomen conuenienter aſ-
ſignetur relatiuum. multa quoq; alia dicit de relatiuis
que tantum nominibus cōueniunt. Ex quo patet ꝙ eius
intentio fuit ꝙ relatiua non ſunt res extra animā: ſed no-
mina rerū. ¶ Ad iſta facile eſt reſpondere. Primo qui-
dem fundamentum primi doctoris falſum eſt: quoniam
non eſt ponenda aliqua talis habitudo media que con-
iungat extrema relatiue. verbi gratia. de ſimilitudine.
Nam ad hoc ꝙ aliquid ſit alteri ſimile ſufficit ꝙ ipſum
ſit tale quale eſt aliud ſm qualitatem eiuſdē ſpeciei nec
aliqua alia res media inter ipſa eſt neceſſaria: vt magis
patebit in ſequenti queſtione. verbum autem Commen- 3. phy. 2.
tatoris metaphoricum eſt: nec aliud intendit Commen-
tator: niſi ꝙ id quod refertur: refertur ad alterum. ita ꝙ
ad hoc ꝙ ipſum referatur ſiue ſit relatiuum requiritur
quoddam aliud ſaltem in multis maneriebus relatiuo-
rū: ſicut ad hoc ꝙ aliquid ſit ſimile requiritur ꝙ ſit quod-
dam aliud cui ſit ſimile: et ad hoc ꝙ aliquid ſit dominus
requiritur ꝙ aliquis alius ſit ſeruus: et ſic de alijs mul-
tis. Unde duo requiruntur: ſcilicet ipſum quod refer-
tur: et id ad quod refertur: nec ſemper tamen talia duo
ſunt due res exiſtentes actu: ſicut patebit in ſequenti-
bus: et hoc vult ſignificare Commenta. per illa verba in-
teruallum ⁊ diſpoſitio inter duo: nec aliam rem mediam
vult ſignificare. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ loquen-
do in vero ſenſu de effectu formali (ꝙ̄uis improprius ni-
mis ſit talis modus loquendi) effectus formalis relatio-
nis eſt eſſe relatiuum (vt ſimilitudinis eſſe ſimile: et pa-
ternitatis eſſe patrem:) et hoc vtiq; non ab intellectu eſt:
ſed abſq; eius operatione aliquid eſt ſimile et aliquid ve-
re pater: et ita de multis alijs: nec ad hoc neceſſe eſt rem
aliquam ad aliam alio modo ferri vel portari. ¶ Ad ter-
tium nego antecedens ſi proprie ſumatur nec ipſum po-
nit Philoſophus. ſed ait. contingit enim altero mutan- 5. phyſi.
te: id eſt mutato verū eſſe alterum nihil mutans. et vnde-
cimo metaphyſi. eandem ſententiam: et ad idem propo- T. c. 10.
ſitum ponit in his verbis. eſt enim altero permutato ve-
rificari alterum nihil permutatum: et eſt intentio eius. i.
contingit aliquid ad aliud de nouo relatiue dici vel eſſe
relatiuum ſm determinatam: ſcilicet ſpeciem relatio-
nis. verbi gratia. ſimile vel duplū: aut aliquid tale abſq;
ſui mutatione: ſed ad hoc non eſt neceſſarium aliquid rei
vel rationis acquiri vel ſibi aduenire: vt patebit in que-
ſtione ſequenti. ¶ Ad quartum neganda eſt minor ſi ſu-
matur vniuerſaliter. Ad probationem dicendum ꝙ ibi
Philoſophus et Commenta. ſunt ad oppoſitum: quod 6. meta.
patet: quia excludendo a ſua conſideratione ens per ac- T. 2. c. 8.
cidens et ens in anima dicunt ſe velle perſcrutari de en-
te vero quod eſt extra animam. Ex rebus autem inquit
Philoſophus ſm illam tranſlationem que ſunt in rei ve-
ritate eſt illud quod ſignificat aut quid aut quale aut
quantū aut qđ copulatur cum alio. vbi dicit Cōmēta. ꝙ
per illud qđ copulatur ⁊c. intelligit cetera p̄dicamenta.
Uolunt ergo ꝙ cetera p̄dicamenta ſignificent veras res
extra animam. Et quia aliqui eſtimauerunt oppoſitum:
vt ibi dicit Commenta. ideo ad eorum opinionem exclu- Cōmē. 8.
dendam: ſpecialem de illis ſeptem fecit mentionem ſi-
mul cum alijs. d. ꝙ illa ſignificāt ex rebus que ſunt in rei
veritate. ¶ Preterea. Hec probatio contradicit arguen
ti cum ipſe velit ꝙ actio et paſſio ſint res extra animam:
et tamen actio et paſſio ſunt de illis ſeptem de quibus. d.
Commenta. ꝙ eſtimatur ꝙ non eſſent niſi anima eſſet. Di
co ergo ꝙ nec a Philoſopho nec a Commentatore eſti-

Digitized by Google

mantur talia non eſſe niſi anima eſſet: ſed a quibuſdam alijs hoc falſe opinantibus: ſicut et quidem falſe opinati ſunt relationes eſſe de ſecundis intentionibus: vt dicit
Cōmē.19. Commentator. duodecimo metaphyſi. ¶ Ad quintum dicendum ꝙ Commentator non dicit illud quin ſit aliqua relatio potentis eſſe: immo et potentiſſimi eſſe. cum aliqua relatio ſit deus: ſed quia eſſe ad aliquid non eſt eſſe aliquid ſm ſe ſeu aliquam entitatem: vt in ſequenti queſtione declarabitur: Quia illud quod eſt ad aliquid ſit etiam aliquid: non ſic autem eſt de abſolutis. Nam eſſe hominem eſt eſſe aliquam entitatem: et ſimiliter eſſe albedinem: et ſic de alijs: et hec ſolutio magis patebit ex his que in ſequenti queſtione dicentur. ¶ Ad rationem qua ſpecialiter arguitur de relationibus primi modi reſpondeo ꝙ cum dicitur ꝙ identitas et equalitas et ſimilitudo ſunt indiſtinctiones et indiuiſiones in vero ſenſu non aliud ſignificatur ꝙ̄ ſi diceretur idem inquantum huiuſmodi eſt indiſtinctum: et ſimile inquantum huiuſmodi: et equale inquantum equale eſt indiſtinctum ab eo cui eſt idem ſimile vel equale: ⁊ intelligitur de indiſtinctione ſpecifica ſm entitatem qualitatem quantitatem reddendo ſingula ſingulis. Et ad hoc ſignificandū vtuntur qui recte ſentiunt talibus abſtractis. Et ad hunc ſenſum loquendo non oportet imaginari aliquas negationes vel priuationes et eis procurare aliqua fundamenta in quibus ſuſtententur: ſed ipſemet res ſingulares extra exiſtētes ſunt indiſtincte ſpecifice: licet numeraliter ſint diuerſe. Si vero non in dato ſenſu intelligatur antecedens aſſumptum: ſed concipiantur alique negationes medie: et queratur de fundamentis vel ſubiectis ipſarum: nego totum illud: et alia que ſequuntur eidem imaginationi conformia. ¶ Ad rationem de ſecundo modo relatiuorum concedo maiorem in ſua propria ſignificatione acceptam: et nego minorem: dico enim ꝙ nec pater nec paternitas fundantur ſuper genuiſſe: Quia nullus ſit pater aut paternitas que non genuerit. Eodem modo dico de filiatione ꝙ non fundatur ſuper genitum eſſe: ſed omnis filius vel filiatio quod pro eodem nunc accipio genitus eſt. ¶ Ad rationem de tertio modo dico ꝙ non omnis relatio depēdet in eſſe a ſuo termino Quia alique dependeant vt relationes creaturarum ad deum et cauſatorum a ſuis cauſis a quibus ipſa cauſata: que vtiq; ſunt ipſe relationes dependent. ¶ Contra iſtud arguit iſte Doc. primo ſic. non magis dependet res in intelligi ꝙ̄ in eſſe: quod patet: quia intellectus preſcindit rem a multis dependentijs que ipſam conſequuntur in eſſe. Unde lapidem poteſt concipere abſq; dependentia ad deum: Quia in eſſendo a tali dependentia lapis abſolui non poſſit: ſed intellectus non poteſt preſcindere relationem a termino: cum relatiua ſint ſimul naturali intelligentia. ergo ⁊c. ¶ Secundo. nulla res poteſt eſſe ſine eo ꝙ eſt de quiditate et diffinitione ipſius: ſed terminus eſt de quiditiua ratione ſeu diffinitione relationis. ergo nulla relatio poteſt eſſe in rerum natura: quin etiam ſimul exiſtat terminus eius. ¶ Ad primum dicendum ꝙ minor accepta in iſto ſenſu: ꝙ intellectus non poteſt intelligere relationem non intellecto termino: ſicut accipi oportet ad propoſitum: ipſa vtiq; eſt falſa: et ſimiliter propoſitio que aſſumitur ad eius probationem: et licet aliquando allegetur tanq̄ dicta a Philoſopho in predicamentis: ipſam tamen non ponit Philoſophus: nec aliquam ſibi equiualentem: ſed bene dicit ꝙ videntur quedam relatiua eſſe ſimul natura: et poſtea dicitur: quedam etiam non eſſe ſimul natura. quod autem naturali intelligentia ſint ſimul: non dicit. Et ſi illud verbum ſic exponeretur natura: id eſt naturali intelligentia expoſitio eſſet ad placitum exponentis ⁊ non ad mentez Philoſophi: vt ibi patet: ⁊ tamen hoc eſſet contra arguentem cuȝ Philoſoph⁹ dicat non omnia relatiua eſſe ſimul natura: et per conſequens nec naturali intelligentia ſm illum modum exponendi. Dico ergo ꝙ vnum relatiuum et vna relatio poteſt intelligi tam de intellectione ſimplici ꝙ̄ etiam aliqua cōplexa non intellecto correlatiuo: ſed non poteſt intelligi eſſe relatiuum ſm aliquam ſpeciem relatiuorum diſtincte et determinate non intellecto correlatiuo. verbi gratia ſimile vtiq; poteſt cognoſci nō cognito eo cui eſt ſimile: ſed ſimile non poteſt cognoſci eſſe ſimile niſi cognoſcatur cui eſt ſimile: ⁊ hec eſt intentio Philoſophi cuȝ ait: ꝙ qui diffinite cognoſcit vnum relatiuorum diffinite cognoſcit reliquum: ſicut patet: ait enim. palam itaq; et hoc eſt. Si enim nouit hoc quidem aliquid: quia ad aliquid eſt et illud nouit ad quod quodammodo ſe habet: et poſt exemplificat di. vt hic. Si quis nouerit diffinite: quia eſt duplum: et cuius eſt duplum mox diffinite nouerit ⁊c. ⁊ ſic de ſingulis exemplificat ſemper dicendo ꝙ ſi quis nouerit hoc. verbi gratia. lapidem hunc vel lignū: quia eſt duplum ⁊c. Quia nec iſtud ſit veruȝ in omnibus. Nam quis poſſet cognoſcere ꝙ iſte calor qui nūc eſt et prius nō erat eſt cauſatus: et tamen ignorare a qua cauſa eſt cauſatus et ſic de multis effectibus aliorum quorum cauſas ignoramus: et tamen ſcimus ꝙ ſunt effectus. ¶ Ad ſecunduȝ accipiendo quiditatem pro ratione dicente quid eſt ſiue pro diffinitione ſicut ipſi videntur intelligere in ſua minore. primo dico ꝙ maior non eſt vera niſi de diffinitione dicente quid eſt res: ſiue qua reſpondetur ad queſtionem factam de re per nomen demonſtratiuum: dicendo quid eſt hoc: ⁊ in qua non ponitur aliquis terminus importās aliquid extrinſecum ipſi rei. Et iſtud patet: quoniaȝ ſi diffiniatur ignitiuum diffinitione dicente quid nominis. Dicetur ꝙ eſt aliquid potens ignem producere. Et conſtat ꝙ ignitiuum eſt et nullus ignis adhuc eſt: cuius eſt productiuus: et ſic de multis poſſet exempluȝ poni. Rurſum ſi in diffinitione aliqua ponatur extrinſecum idem patet. cum nihil prohibeat ſine eo quod non eſt intrinſecum ſibi rem eſſe: Quia non ſine quolibet: quia nō ſine deo. ipſe autem nō ponitur in huiuſmodi diffinitionibus. ſic ergo patet ꝙ illa maior non eſt vera niſi in ſenſu dato: ſed in eodeȝ ſenſu minor eſt falſa: quis de aliquo relatiuo ſi interrogetur dicendo quid eſt hoc demonſtrata re ipſa relatiua. nō reſpondetur diffinitio in qua ponitur terminus ad quem dicitur. Unde ſi quis querat quid eſt hoc demōſtrato aliquo homine patre: non reſpondet aliqua diffinitio in qua ponitur filius: Quia ſi de ipſo nomine relatiuo ſignificatiue ſtante queratur. dicendo quid eſt pater. Reſpōdeatur diffinitio in qua ponitur filius: et ex hoc patet ꝙ illa non eſt diffinitio dicens quid rei de qua dictum eſt. ¶ Solutiones quas dant ad rationes probantes iſtam concluſionem non valent. Prima quidem non: quoniam cum dicitur circumſcripta operatione anime aliquis eſt pater vel dominus fundamentaliter vel ſubſtantiue et in potentia propinqua: aut intelligitur ꝙ ſit actualiter dominus: ita ꝙ contingat vere enunciare de ineſſe: quod eſt dominus. Et tunc ſequitur ꝙ etiam relatiue eſt dominus. cum impoſſibile ſit aliquem eſſe dominum aut patrem niſi ſit pater filij aut dominus ſerui. Unde manifeſta contradictio implicatur cum dicitur aliquem eſſe actualiter dominuȝ ⁊ non relatiue dominum. ¶ Utrum autem cum hoc ipſe ſit in potentia vt intelligatur et intellectus circa ipſum

Digitized by Google

aliquid fabricet vel non:nihil ad propoſitum : aut ſecun-
do intelligitur ꝙ ſit fundamētaliter pater .i. habēs funda
mētū quo poteſt fūdare paternitatē: ꝙ ita eſt in potētia
ꝓpinqua pater:quod tñ nō eſt actu pater : ita ꝙ de ineſſe
contingat vere dicere ipſum eſſe patrem:et tunc ſequitur
ꝙ hec de ineſſe et de preterito eſt falſa . deꝰ fuit ab eterno
pater : et deus fuit ab eterno perſonaliter diſtinctus a fi-
lio. Ex quo ſequitur ꝙ deus non fuit ab eterno pater:ſed
potuit eſſe pater / nec ab eterno fuit perſonaliter diſtin-
ctus a filio:ſed potuit eſſe diſtinctus : quorum vtrūqꝫ eſt
hereticum manifeſte. Item ꝙ res anteꝗ̄ apprehendan-
tur ab anima non ſunt/ nec fuerunt diſtincte:ꝗuis potue
runt eſſe diſtincte:et per conſequens non fuit/ nec eſſe po-
tuit ſine operatione anime aliqua multitudo rerum: vt ſu
pra arguebatur : quod etiam conſtat eſſe falſiſſimum.
¶ Secunda quoqꝫ ſolutio ſtatim refellitur : quia eſto ꝙ
intellectus ille enuntians : tunc reduceret habitudinem
dominij/ vel paternitatis ad actum : cauſando ſcilicet il-
lud iudicium obiectiuum : quod tamen falſum eſt: nullo
tamen modo apparet eſſe poſſibile:ꝙ tunc per actum ani
me fiat ꝙ ab eterno / vel anteꝗ̄ omnia conſideraret : fue-
rit tale iudicium obiectiuum : et per conſequens relatio:
nunc autem probatum eſt ꝙ anteꝗ̄ anima conſideraret:
Ochā vbi ſupra. deus fuit pater : et pater fuit diſtinctus a filio : et multa
alia a deo et inter ſe:quare nullum eſt illius ſolutionis re-
fugium. ¶ Ad dicta alterius doctoris. Ad primam re-
ſpondeo conformiter ad dicta ſtatim in vna ſolutione ꝙ
illa minor eſt falſa. Ad probationem cum dicitur:ꝙ tunc
quis poſſet ſcire fortem eſſe ſimilem:et tamen dubitare et
ignorare:an ſit alicui ſimilis : nego conſequentiam : quia
non ſequitur aliquis cognoſcit fortem et ſimilitudinem
eius.ergo cognoſcit fortem eſſe ſimilem. Exemplum con-
ſtat ꝙ quicūqꝫ videt intuitiue / vel cognoſcit.a.albedinē:
videt etiam accidens quod eſt.a. et tamen non quicunqꝫ
videt et cognoſcit.a.albedinem et. a.accidens cognoſcit
albedinem eſſe accidens.patet in ruſticis ꝛ idiotis. Item
ſi corpus duorum cubitorum videatur a longe conſtat ꝙ
quicunqꝫ videt / vel cognoſcit illam magnitudinem.co-
gnoſcit etiam bicubitum : et tamen non quilibet talis co-
gnoſcit illam magnitudinem eſſe bicubitam : immo po-
teſt imaginari eam eſſe cubitum tantū. ¶ Ad ſecundum
dico. ꝙ qualitercunqꝫ debeat eſſe ſenſus maioris : minor
eſt falſa. Dico enim ꝙ ſimilitudo fortis ad platonem pōt
eſſe ſine ſimilitudine platonis ad fortem:ꝗuis ſimilitudo
fortis ad platonem non poſſit eſſe ſimilitudo fortis ad pla
tonem ſine ſimilitudine platonis ad fortem : ſicut creans
poteſt eſſe ſine creatura : et conſeruans ſine conſeruato:
ꝗuis nec creans poſſit eſſe creans ſine creatura : et con-
ſeruans poſſit eſſe conſeruans ſine cōſeruato. Similiter
pater pōt eſſe ſine filio in creaturis: non tamen poteſt eſſe
pater ſine filio : ſicut autem ex hoc non poteſt argui ꝙ
creans et conſeruās non ſit res diſtincta a creatura ꝛ con
ſeruato/ nec pater a filio: ſic in propoſito non poteſt argui
ꝙ vna ſimilitudo non ſit ab alia diſtincta. Qꝫ autem di-
cunt hoc eſſe de intentione Philoſophi patet falſum eſſe
ex dictis ſui Commētatoris ibidem ſuperius allegatum.
Unde ſciendum ꝙ vna et eadem res eſt aliquid ad ſe
et aliquid ad aliud : immo quelibet res ſicut probabitur
in ſequenti queſtione : et ideo eadem res eſt aliquo modo
abſoluta / et aliquo modo relatiua : ad quod diſtincte ſi-
gnificandum imponuntur nomina et abſoluta et relati-
ua. Abſoluta quidem vocantur illa que ipſam ſignificant
ſm ꝙ eſt ad ſe. Relatiua vero que ſm quod eſt ad illud.
Et quia res ipſe diuerſimode ſunt ad aliud : ideo diuer-
ſis habitudinibus caſualibus nominum relatiuorum ſi-
gnificantur eſſe ad aliud. ¶ Item quia ſicut pater eſt pa
ter ad filium:ita filius eſt filius ad patrem:ꝛ ita eſt in om-
nibus que ſunt ad ſe inuicem. Idcirco et vocabula rela-
tiua talia oportet imponi que ſignificatiue ſumpta con-
uerſim dicantur ad ſeinuicem: et iſta intendit ibi Philo-
ſophus : ex quibus non poteſt haberi ꝙ eius intentio ſit
res ipſas non eſſe ad ſe inuicem et relatiuas : ſed potius
oppoſitum. ¶ Quod etiam confirmatur per Auer. ibi-
dem exponenentem verbi Philoſophi allega. poſt lon-
gam enim expoſitionem que tota fauet propoſito conclu-
dendo ait. hec igitur eſt via diſcēti neceſſaria : vt per eam
ambulet in eo quod non habet nomen ex relatione. vide-
licet vt ponatur ei nomen ſignificans ſuper relatiua ex
parte qua ſit relatio vtrīqꝫ equalis : id eſt inquantum ſunt
conuerſim relatiua:et cum hoc ſit ita. omnia ergo relati-
ua cum accipiuntur ſm rectitudinem : id eſt ex via qua
ſunt relatiua: non ex via qua ſunt ſub alio predicamento:
inueniuntur habentia hanc proprietatem: et eſt ꝙ vnum-
quodqꝫ redit per conuerſionem ad compar ſuum. ¶ Ex
his apparet quid dicendum cum arguitur ꝙ fingimus
relatiua : non fingimus autem res. Nam et ſi non finga-
mus res:ſed nomina relatiua : fingimus tamen illa et im-
ponimus rebus relatiuis. Unde et res et nomina dicun-
tur relatiua . Res quidem:quia ſunt ad aliquid.nomina Cap. 1.
vero:quia ſignificant illas:et de eis/ vel aliquibus ſtanti-
bus pro eis predicantur ad aliquid. Quod vero argui-
tur ꝙ dici non competit rebus:ſed terminis et ſignis. Di-
cendum ꝙ verum eſt ſicut his que de alijs enuntiantur/
ſeu predicantur:ſed vtrīqꝫ competit eis dici:hoc vel illud:
ſicut his de quibus pro eis ſtantibus aliquid enuntia-
tur. Hoc modo ait Auguſtinus octauo de trinitate.ꝙ pa
ter dicitur deus ad ſe : et vnus:et magnus et finaliter fi-
lius et ſpiritus ſanctus. quod non poteſt intelligi primo
modo. cum iſte terminus pater; nunꝗ̄ predicetur ad ſe.
Et ſimiliter pluries loquitur in libris illis de trinit. Iſto
modo loquitur Philoſophus quando ait . ꝙ ad aliquid
dicuntur quecunqꝫ hoc ipſum ꝙ ſunt aliorum dicuntur
quod maxime denotatur propter illud additum alio-
rum. Si enim abſolute proferatur de aliquo quod di-
citur : videtur magis intelligi ſm primum modum : ſed
cum profertur:ꝙ dicitur tale/ vel tale / vel huius / aut il-
lius: aut cum aliqua tali additione videtur inſinuari ma
gis in ſenſu:ſecundo ꝗuis et vtroqꝫ modo probatum non
inconuenienter vtroqꝫ modo poſſit intelligi. Unde nec
nego ꝙ illa diffinitio de terminis ipſis relatiuis poſſet
intelligi ſatis conuenienter. ¶ Secunda concluſio eſt ꝙ
nulla relatio ſecundo modo dicta : ſcilicet vt eſt aliquid
tantum complexe ſignificabile eſt aliqua res/ vel entitas.
Hanc probo primo ſic. Omnis entitas eſt ſubſtantia/ vel
quantitas / vel qualitas / vel aliquid aliud ſignificabile
per aliquod predicamentum . nullum tamen complexe
ſignificabile eſt ſubſtantia/ vel quātitas ꝛc̄. ergo nullum
tale eſt entitas. maior patet ſm omnes. minor etiam pa-
tet:quia omnis ſubſtantia/ vel quantitas ꝛc̄. eſt ſignifica-
bilis per aliquod predicamentum/ vel per terminum pre-
dicamenti. nullum autem tale eſt cōplexum. accipiendo
complexum quod ſignificat eſſe vel non eſſe ſeu quod eſt
affirmatio/ vel negatio. Unde Philoſophus in predica-
mentis. Eorum inquit que ſm nullam complexionem di-
cuntur:ſingulum/ aut ſignificat ſubſtātiam / aut ꝗtitatē
ꝛc̄. ꝛ enumeratis oībus predicamētis ꝛ proprijs datis

exemplis cõcludit: ſingula autem eorum que dicta ſunt
ipſa quidem ſm ſe in nulla affirmatione dicuntur ⁊c̃.
T.c.8. ¶ Confirmatur per Philoſophum.6. meta. vbi de ente
quod eſt verum et non eſt niſi compoſitio vel diuiſio id eſt
propoſitio affirmatiua vel negatiua: dicit ꝙ eſt paſſio
mentis et non extra ens quod eſt extra animam quod
eſt vel quid eſt id eſt ſubſtantia vel quantum vel qua-
Com.8. le ⁊c̃. oſtendit entem aliquam naturam. vbi Commen-
ta. ait. ꝙ illud quod eſt in cognitione ex hoc ente eſt aut
compoſitio aut diuiſio: abſqꝫ eo ꝙ ſit extra animam ens
quod differt ab iſto quod eſt in re: ⁊ eſt illud quod ſignifi-
cat aut quid aut quale aut quantum aut aliquid conti-
nuum cum alio: ⁊ hec ſunt cetera predicamenta. Si er-
go complexum non ſignificat aliquam entitatem ab his
que ſignificãtur per predicamenta. ⁊ omnis entitas ſigni-
ficabilis per predicamenta eſt incomplexe ſignificabilis.
ergo nullum tantum complexe ſignificabile eſt entitas.
¶ Secundo ſumatur relatio ſor. ad platonem iſto modo
dicta qua ſor. eſt pater platonis. videlicet ꝙ ſortes genuit
platonem qui ſupereſt: ſi ſortes genuit platonem: ſignifica-
tiue ſumendo totum iſtud. eſt aliqua entitas: aut illa eſt
deitas aut creatura: aut deitas ⁊ creatura: aut aliqua en
titas que nec eſt deitas nec creatura: nec vtraqꝫ ſimul. Ul
timum dici non poteſt vtpote hereticum: iuxta illud quod
in ſymbolo profitemur: factorem viſibilium omnium ⁊ in
uiſibilium. omne ergo viſibile ⁊ inuiſibile quod non eſt de
us ⁊ factum a deo. Nec primum poteſt dici: conſtat: quia
cum deitas: et omne quod eſt deitas ſemper fuerit. ergo
ſor. genuit pla. ſemper fuit: et per conſequens anteq̃ ſor.
vel pla. fuerit: ⁊ ſi ſic: tunc iſta fuiſſet vera ſi fuiſſet ſor. ge-
nuit platonem. Nec ſecundum vel tertium poteſt dici: q2
poſito ꝙ poſtq̃ ſor. genuit platonem vterqꝫ ⁊ omnia crea-
tura que nunc eſt deſinat eſſe: adhuc ſi formaretur iſta ꝓ
poſitio: ſortes genuit platonem eſſet vera. ¶ Preterea.
Cum multe propoſitiones ſint vere neceſſe: ſicut multe hy-
pothetice. ac etiam cathegorice negatiue formate de crea
turis: ſi ſua ſignificata totalia eſſent entitates alique ſe-
queretur ꝙ eſſent multe entitates alie a deo que eſſent ne
ceſſe eſſe: quod eſt falſum. Demum ꝙ ſolum ſufficere de-
bet: cuilibet apparet ꝙ illa propoſitio qua dicitur aliqua
entitas eſt ſor. genuit platonem eſt penitus inintelligibi-
lis ſi hoc totum predicatum. ſor. genuit platonem ſuppo-
nat perſonaliter ⁊ ſignificatiue ſicut oportet in propoſito.
Ex hac concluſione patet ꝙ ſor. genuiſſe platonem vel fu
iſſe genitorem platonis: aut etiam ſortem eſſe patrem pla
tonis non eſt aliqua entitas: niſi huiuſmodi dicta ſumerẽ
tur materialiter vel ſimpliciter: ⁊ eodem modo: nec ſortem
eſſe animal: nec deum eſſe deum: nec aliquid eiuſmodi ſi-
gnificabile cõplexe tantum: eſt entitas aliqua: vt per pre-
dicta probatur. ¶ Contra iſtam concluſionem poteſt ar-
gui. primo ſic. omne verum eſt aliqua entitas. ſortem ge-
nuiſſe platonem eſt verum. ponatur ſic eſſe. ergo ſortem ge
cap.2. nuiſſe platonem eſt aliqua entitas. ¶ Secundo. Augu.
de fide ad Pe. dicit ꝙ aliud eſt genuiſſe q̃ natum eſſe: ali-
udqꝫ procedere q̃ genuiſſe: ⁊ conſtat ꝙ iſti infiniti ſumun
tur verbaliter: ⁊ per conſequens complexe: ac ſi diceretur
aliud eſt aliquem genuiſſe q̃ natum eſſe ⁊c̃. ſed omne qđ
eſt aliud ab alio eſt aliqua entitas ſm ſe. nam purum ni-
hil non eſt aliud ab ente: nec etiam a non ente. ¶ Ad pri-
mum neganda eſt maior capiendo verum pro enunciabi-
li per propoſitionem veram: ſicut accipitur in propoſito.
Si vero accipiatur verum ſm ꝙ conſueuit dici ꝙ veri-
tas eſt rei entitas: vt cum dicimus etiam hoc eſt verum
aurum vel verum argentum. ſic maior poteſt concedi: ſed
minor eſt neganda. ¶ Ad ſecundum ſicut fuit tactum
in prima queſtione prologi. hec nomina ens res: et ſimi-
liter aliquid aliquãdo accipiũtur ꝯmuniſſime: vt quodli-
bet ſignificabile complexe vel incomplexe dicitur res vel
aliquid: et ſic etiam ꝙ non eſt aliqua entitas aliquando
dicitur res et aliquid. Unde ſecundo de generatione in T.c.51.
primo capitulo: quia vero ſunt quedam generabilia vbi
noſtra tranſlatio habet: hec quedam enim ex neceſſitate
ſunt: vt eterna. Alia tranſlatio habet: quedam res exiſten
tes ſunt neceſſario: et quedam non exiſtentes neceſſario:
et de iſtis ſtatim ſubditur. Has vero impoſſibile eſt eſſe
exiſtentes. et Commenta. ibidem res inquit inueniuntur Cõ.51.
tribus modis. Quedam enim ſunt ſemper: et quedam
nunq̃: ⁊ quedam in aliquo tempore ſunt ⁊ in aliquo non.
Simile enim dicit primo celi. Conſtat autem ꝙ res non Cõ.138.
exiſtentes et impoſſibiles eſſe non ſunt alique entitates.
Similiter eſt de hoc nomine aliquid. Nam.5. phyſico. di- t.c.3.⁊.7.
citur ꝙ omnis mutatio eſt ex quodam in quoddam. Et
tranſlatio commenti habet de aliquo in aliquid. et Gre-
go.2. mora. mutari inquit ex alio in aliud ire eſt: et tamen T.c.7.
quinto phyſico. dicitur ꝙ aliquid mutatur ex non eſſe in
eſſe: et aliquid econtra. ergo etiam non eſſe ſignificatur
per has dictiones aliquid et aliud et quoddam: et ideo Cõ.7.
Commẽta. ibidem dicit ꝙ hoc nomen aliquid dicitur ibi
ſimplex de eſſe et non eſſe/ aut de affirmatione ⁊ negatio-
ne. id eſt de eo quod ſignificatur per affirmationem et ne-
gationem. Item Auguſt. in de geñ. ad litteram. imperfe-
ctio ait. ꝙ aliud eſt lux aliud tenebre: et tamen in pluri-
bus alijs locis: et ibidem etiam contra manicheos dicit:
ꝙ tenebre non ſunt alique entitates: et ita frequenter au-
cto. ſancti et Philoſophi vtuntur his vocabulis res ali-
quid aliud: etiam pro his que non ſunt alique entitates:
et ideo dicit Anſel. de caſu diaboli: ꝙ multa dicuntur ali Cap.1.
quid ſm formam loquẽdi que non ſunt aliquid: quoniam
ſic loquimur de eis: ſicut de rebus exiſtentibus. Et idem
ſententialiter ponit Auguſti. Hypponeſi. reſponſione pri-
ma in fine. ſic in propoſito dico ꝙ Auguſtinus dicit aliud
eſſe genuiſſe ⁊c̃. non quia ſit alia entitas: ſed quia aliud ſi-
gnificabile. aliud enim ſignificatur cum dicimus aliquẽ
genuiſſe/ q̃ cum dicimus aliquem natum eſſe. Sic etiam
ſeptimo de trinita. dicit ꝙ aliud eſt deo eſſe aliud patrem Cap.4.
vel deum eſſe. Et cõſtat ꝙ non eſt alia entitas deum eſſe
et alia dominum eſſe/ vel patrem eſſe. ¶ Tertia cõcluſio.
ſcilicet ꝙ aliqua relatio tertio modo ſumpta relatiõe. eſt
vna res extra animam. Hoc faciliter probatur. Nam
quocunqꝫ aliquod eſt formaliter tale quale eſt aliud ip-
ſum eſt ſimilitudo ⁊ relatio: ſed aliqua res extra animam
actualiter exiſtens: et ab eius operatione independens.
eſt illud quo aliquid formaliter eſt tale quale eſt aliud.
ergo ⁊c̃. maior patet. Nam hoc eſt eſſe ſimile quod eſt eſſe
tale quale eſt aliud. ergo quocunqꝫ eſt tale ipſum eſt ſimi
litudo: et per conſequens relatio. Minor probatur: ex
eo ꝙ aliquid per qualitatem. verbi gratia. albedinem ex-
tra animam exiſtentem actualiter: et ab eius operatione
penitus independentem eſt tale quale eſt aliud. Nam eſt
album ſicut et aliud eſt album. Aduertendum eſt autem
ꝙ ſicut q̃uis quorundam relatiuorum ſint relationes hoc
modo ſumpte que ſunt res diſtincte ab eis: illiſqꝫ inheren
tes: ſicut ſimili ſimilitudo: ⁊ ſcienti ſcientia: et amor amã-
ti: et ſic de pluribus: ita ꝙ abſtractum relatiui et concre-
tum ſupponunt pro rebus diuerſis: vt patet in premiſſis
exemplis. Non omnium tamen talium relatiuorum ſunt
relationes iſto modo: ſicut patet de eodem et diſtinctio
cõtrario creatore et creatura: patre et filio ⁊ multis alijs.
Quia abſtracta talium non ſupponũt pro aliquibus reb⁹
inherẽtibus his pro quib⁹ cõcreta ipſa ſupponũt: ſicut ꝓ-
babit in ſequẽti. q. ⁊ ideo cũ dr ꝙ pater eſt pater paterni-
tate/ vel fili⁹ eſt fili⁹ filiatione/ aut cauſatiuum eſt cãtiuũ

Digitized by Google

cauſabilitate: et contrarium eſt contrarium contrarietate: et ſimiliter in alijs ſumenda ſunt talia abſtracta: vt equiualeant complexis ſignificantibus relationes ſecūdo modo ſumptas. vt ſit ſenſus talium. pater eſt pater. quia genuit: filius eſt filius: quia eſt genitus: cauſatiuū eſt cauſatiuum: quia poteſt ex nihilo aliquod producere. cōtrarium eſt contrarium: quia maxime diſtat: ⁊ non poteſt eidem ineſſe ⁊c. aut abſtractum ſumendum eſt ſic ꝙ per ipſum denotetur in tali propoſitione ꝙ ex nullo alio relatiuum ſit tale: vt ſit ſenſus. pater eſt pater paternitate id eſt ſeipſo. ſicut dicitur ꝙ deus eſt deus deitate id eſt ſeipſo. ¶ Ad argumentum principale queſtionis reſponſum eſt ſupra.

¶ Diſtinctionis. xxviij. Queſtio ſecunda.

SEcundo quero vtrum aliqua relatio ſit entitas ab omni ente abſoluto diſticta. ¶ Et arguitur ꝙ ſic. quia quelibet relatio a qualibet re abſoluta diſtinguitur predicamentaliter. ergo q̄libet relatio a qualibet entitate abſoluta diſtinguitur genere: ⁊ per conſequens ſpecie: ac etiam numero. ergo eſt entitas ab omni entitate abſoluta diſtincta.

Ad oppoſitum ſi aliqua eſt diſtincta entitas ergo et quelibet: et per conſequens quelibet componit cum fundamento: et ſic album ſimile eſſet compoſitius q̄ album tantum: quod non videtur verum.

Reſpondeo quia multorum hoc tempore imaginatio eſt: ꝙ quemadmodū quale eſt quale per qualitatem ſibi formaliter inherentem. vt albū per albedinem: et dulce per dulcedinem: ſic etiam relatiuum eſt relatiuum per aliquam entitatem ſibi formaliter inherentem a ſe ⁊ qualibet entitate abſoluta: ac omnibus entitatibus abſolutis diſtinctaꝫ: ⁊ que non eſt aliquid ad ſe: ſed purus reſpectus ad aliud: ita q̄ ſm̄ ſe preciſe ſumpta non eſt niſi vt ſic liceat loqui aliquiditas qua formaliter fundamentum in quo eſt: eſt ad aliud. verbi gratia paternitas eſt aliquiditas ad filiū qua formaliter homo eſt pater: et ſic ſuo modo de ceteris: que quidem imaginatio mihi non videtur rationabilis neqꝫ vera: ideo pono in propoſito quinqꝫ cōcluſiones. Prima eſt ꝙ omnis entitas eſt abſoluta. Secunda ꝙ omnis entitas eſt relatiua. Tertia ꝙ non quodlibet relatiuum eſt relatiuum formaliter per aliquam entitatem ſibi inherentem. Quarta ꝙ aliquod relatiuum eſt per entitatem ſibi inherenteꝫ formaliter relatiuum. Quinta ꝙ nullum relatiuum eſt formaliter relatiuum per aliquam entitatem ſibi inherentem a qualibet vel quibuſlibet entitatibus abſolutis diſtinctā. ex quibus euidenter patebit ꝙ nulla relatio eſt entitas ab omni abſoluta entitate ⁊ ab omnibus entitatibus abſolutis diſtincta.

Pro probationibus autem harum cōcluſionum premitto q̄d intelligo per entitatem abſolutam ⁊ per entitatem relatiuam: ⁊ iuxta antiquiorem modum loquendi abſolutum. Dico ꝙ per entitatem abſolutam: entitatem intelligo q̄libet que eſt ſeu dicitur aliquid ad ſe: id eſt non ad alterū relatiue. verbi gratia que dicitur homo vel lapis aut albedo vel dulcedo: aut aliquid aliud eorum que ad ſe ſeu non ad alterum predicantur. Per entitatem vero relatiuam intelligo q̄libet entitatem que dicitur aliquid ad alterum relatiue. verbi gratia que dicitur pater vel filius duplum aut dimidium aut aliquid aliud eorum que ſm̄ ſe relatiue ad alterum predicantur. Uel iuxta moderniorem modum loquendi entitas abſoluta vocatur omnis de qua ſeu de termino ſupponente pro ea predicatur vel predicari poteſt in recto aliquis terminus abſolutus. Relatiua quoqꝫ entitas eſt oīs illa de qua ſeu de termino ſupponente ꝓ ea poteſt in recto predicari terminus per ſe relatiuus: quod adhuc breuius poſſet dici: vt tangebatur in queſtione precedēti. videlicet ꝙ omnis entitas dicitur abſoluta pro qua poteſt in propoſitione ſignificatiue ſupponere terminus abſolutus: ⁊ quelibet dicitur relatiua ꝓ qua terminus relatiuus poteſt ſignificatiue ſupponere. qui omnes modi explicandi quid importent termini predicti ſcilicet entitas abſoluta ⁊ entitas relatiua ſententialiter omnino conueniunt. vtar tamen pro nunc priori modo eo ꝙ breuior ⁊ vſitatior ſit ſm̄ ſanctos. ¶ Hoc premiſſo primam concluſionem probo ſic. ſi non omnis entitas eſt entitas abſoluta: aliqua entitas omne quod ipſa eſt: eſt ad aliud: ſeu omne quod ipſa dicitur: dicitur illud ad aliud relatiue. conſequentia patet: quia ſi nulla omne quod ipſa eſt: eſt ad aliud. ergo quelibet eſt aliquid ad ſe: ⁊ per cōſequens eſt entitas abſoluta quod repugnat antecedenti. Sed falſitatem conſequentis probo. Primo auctoritate Auguſti. 7. de trinita. vbi inquirens an pater ſit ſapiens cap. 1. per ſapientiam quam genuit deducit tanq̄ ad impoſſibile ad illud conſequens ꝙ pater non eſſet aliquid ad ſeipſū ⁊ non ſolum ꝙ pater eſt: ſed omnino quod eſt relatiue ad filium diceretur. ꝙ ſicut de patre ipſe reputat hoc impoſſibile: ita ⁊ de qualibet alia re ſicut ex allegandis patebit. ¶ Deinde probo falſitatem conſequentis per rationem. Et primo quidem inductiue. Si enim aliqua res relatiue dicitur dupla illa dicitur ad ſe bicubita vel tricubita ſeu q̄ta. Si aliquid ſit relatiue pater ipſum eſt ad ſe homo vel deus aut animal: ⁊ ſic de ſingulis inducendo patebit ꝙ quelibꝫ entitas que dicitur aliquid relatiue dicitur etiam aliquid ad ſe ⁊ abſolute. in his vero que dicuntur ad ſe non oportet inducere quod patet: et per conſequens nulla entitas omne quod ipſa eſt: eſt ad alterum. ¶ Hāc probationem ibidem ponit Auguſti. di. huc accedit: quia omnis eſſentia que relatiue dicitur eſt etiam aliquid excepto relatiuo id eſt de ea dicitur aliquid preter relatiuū quod idem eſt vt ſi diceretur non ſolum eſt aliquid ad alterum: ſed etiam eſt aliquid ad ſe: quod immediate declarat ſubdēs: ſicut homo dominus ⁊ homo ſeruus ⁊ equus iumentum ⁊ mulus arra. homo ⁊ equus ⁊ mulus ad ſe dicuntur ⁊ ſubſtantie ſunt vel eſſentie. dominus vero ⁊ ſeruus ⁊ iumentum ⁊ arra: ⁊ ad aliquid relatiue dicuntur ⁊ idem patet in ſingulis. ¶ Secundo ideꝫ aliter probatur ratione. Nam de qualibet entitate contingit enunciare quid vel que entitas ipſa eſt ſꝫ ſe: ⁊ iſtud non contingit fieri per aliquod quod de ipſa dicatur relatiue ad alterum. ergo per aliquod quod de ipſa dicitur ad ſe. Ex quo ſequitur ꝙ quelibet entitas eſt aliq̄d ad ſe: ⁊ nulla omne quod eſt: eſt ad aliud: aut ſi aliqua omne quod eſt: eſt ad aliud: de illa non cōtingit enunciare quid vel que entitas eſt ſꝫ ſe. Ex quo vltra ſequitur: ꝙ ipſa non eſt aliqua entitas: ⁊ ſic aliqua entitas non eſt entitas: quod implicat cōtradictioneꝫ. conſequentie omnes patentes ſunt. Prima pars antecedentis etiā certa eſt: ⁊ ſecunda probatur: eo ꝙ nullū predicatum relatiuum indicat quid eſt ipſum de quo predicatur: ſeu illud pro quo ſtat ſubiectum de quo dicitur: quapropter de nulla re interroganti ea demonſtrata quid eſt hoc: contingit conuenienter reſponderi ꝙ duplum vel dimidium: ſeu pater vel filius: aut aliquid aliud eorum que ſm̄ ſe ad alterum predicantur. Unde ſicut

Digitized by Google

demonſtrata re que eſt pater interroganti quid eſt hoc: non conuenīēter reſpondet ꝙ habet filium/ aut ꝙ genuit: ſic nec conuenienter reſpondetur ꝙ eſt pater: cum hoc ſit eſſe patrem quod habere filium / vel genuiſſe: et idem ſignificetur cum aliquis dicitur, pater ſm ꝙ pater eſt nomen relationis preciſe: et cum dicitur ꝙ genuit filium: et ſimiliter cum quis dicitur dominus idem ſignificatur qđ cum dicitur: quod habet poteſtatem dirigendi/ ⁊ coercēdi alium: et ita de ſingulis patet inſpicienti. propter quod

Cap.1. Auguſt. indifferenter loquitur. 7. de trinita. quod relatiue pronūciatur. non indicat ſubſtantiam. i. quid eſt illud de quo pronunciatur. ¶ Hanc quoq̄ probationem quā

Cap.1. reputo efficacem ponit: vbi ſupra Auguſti. 7. de trini. di. quomodo cum dicitur dominus non eſſentia indicetur: ſed relatiuum quo refertur ad ſeruū. cum autem homo dicitur/ vel aliquid tale: quod ad ſe non ad aliud dicitur: tunc indicatur eſſentia: et eſt ſenſus ꝙ cum dominus dicitur de aliquo id de quo dicitur non ſignificatur eſſe aliqua eſſentia: ſed ꝙ poteſtatem habet alium coercendi ꝙ ſit complexe ſignificatum vocat relatiuum quo refertur ad ſeruum. iuxta ſecundum modum accipiendi relatiuū vel relationē in ꝓcedēti articulo poſitū. ſed cū homo/ vel aliquid abſolutū ꝑdicatur: tunc illud indicatur eſſe eſſentia quedam. ¶ Conformiter ad hoc loquitur idem ſuper illud pſal. Infixus ſum in li. pro. ⁊ non eſt ſubſtātia. cum ait. Quicquid eſt pater quod deus eſt hoc filius hoc eſt ſpiritus ſanctus. Cum autem pater nō eſt illud quod eſt. pater enim non ad ſe: ſed ad filium dicitur: ad ſe autem deus dicitur. i. cum pater dicitur eſſe pater: non dicitur eſſe illud quod eſt ſine illa eſſentia qua ipſe eſt. Ratio eſt: quia pater non ad ſe: ſed ad filium dicitur: et mox dicit ꝙ pater non eſt nomen ſubſtantie: ſed refertur ad filium: i. non predicat ſubſtantiam / ſeu quid illud eſt de quo dicitur: ſed refertur ad filium. Deus autem dicitur ad ſe: et ideo predicat de patre ſubſtantiam / ſeu illud quod ipſe eſt: ꝗuis ergo entitas que relatiue dicitur aliquid ad alterum ſit aliqua eſſentia ſm ſe: et ex aliqua predicatione relatiua poſſit inferri: id de quo relatiuum predicatum eſſe aliquā eſſentiam ſm ſe: nunq̄ tamen predicatio relatiua ſm ſe ſignificat: id de quo dicitur predicatum eſſe hanc / vel illam: aut omnino eſſe aliquā eſſentiam: et hoc eſt quod Magiſter di. 7. huius primi libri. vult dicere cū ait. ꝙ eſſe patrem non eſt eſſe aliud. i. dicere aliquem eſſe patrem non eſt dicere illum eſſe aliquid. i. aliquam eſſentiam / vel entitatem: et tamen pater eſt aliqua eſſentia. ¶ Tertio ad idē ſic. de qualibet entitate dicitur aliquid eſſe nō relatiue ad alterum. ergo nulla entitas dicitur ad aliud omne quod dicitur. conſequentia nota eſt: et ſimiliter prima pars antecedētis. Nam omnis entitas eſt quedam eſſentia. ¶ Secūda vero pars probatur: quia ſumo (ſm exempla Auguſt. premiſſa) entitatē que eſt dominus illa vtiq̄ eſt eſſentia. non autem dicitur eſſentia relatiue ad alterum. Si enim diceretur videretur magis ꝙ ad ſeruum: ſed conſtat ꝙ non: quia dominus non eſt eſſentia ſerui: et ita etiam nullius alterius eſt eſſentia. Et ita vniuerſaliter nulla eſſentia eſt alterius eſſentie: eſſentia ꝗuis poſſit eſſe pars alterius: ſed quelibet eſt eſſentia ſuimet tantum. intranſitiue loquendo: quia quelibet eſt ipſamet: et illud quod eſt non diſtinguitur ab eo cuius eſt. Unde communiter cum dicimus ſubſtantia / vel eſſentia lapidis/ vel eſſentia dei: exponitur intranſitiue. i. eſſentia que eſt lapis: et eſſentia que eſt deus. huic etiam concordat

T.c.20. Philoſophus. 7. met. vbi probat ꝙ nullum ens per ſe eſt aliud a ſuimet ſubſtantia: et quod quicquid erat eſſe et vnūquodq̄ idem. Si ergo nulla eſſentia eſt alterius eſſentia. ergo habendi entitas non dicitur relatiue eſſentia. Et eadem ratione nec pater/ nec ſeruus / aut aliqua entitas relatiua ad alterum dicitur relatiue eſſentia. Et pari ratione nulla entitas relatiua: ſed abſoluta dicitur relatiue eſſentia. Et ex oppoſito ſi aliqua dicitur relatiue eſſentia aliqua entitas non eſt eſſentia: et ſic eſſentia non eſt eſſen- Cap.1.

tia. ¶ Hanc quoq̄ argumētationem breuiter ponit Auguſti. vbi ſupra. 7. de trinita. Nam cum deduxiſſet ad illud conſequens ꝙ pater non ſolum ꝙ pater dicitur: ſed omnino quicquid dicitur diceretur relatiue ad filiū: ſtatim etiam concludit ꝙ filius etiam quicquid dicitur diceretur relatiue ad patrem: ⁊ ſic filius diceretur relatiue eſſentia. ait ergo ſic concludendo. Reſtat ergo vt etiam eſſentia filius relatiue dicatur ad patrem: ex quo conficitur inopinatiſſimus ſenſus: vt ipa eſſentia non ſit eſſentia: vel certe cum dicitur eſſentia: non ſit eſſentia: ſed relatiuū iudicetur. Et paulo poſt repetens ait. hoc autē vnde agimus: ſi eſſentia ipſa relatiue dicitur eſſentia: eſſentia ipſa non eſt eſſentia. Nec valet ſi ad predicta diceretur ꝙ procedunt de relatiuis: non autem de relationibus in abſtracto. Nam vniuerſaliter de qualibet entitate procedunt. Unde ſi tales relationes ponantur adhuc de talibus eſt querere: an ſit aliquid ad aliud/ vel non: et ſi non omne qđ illa eſt illud: eſt illud ad aliud: immo nichil ꝙ ipſa eſt ad aliud illa eſt: et ſic magis dicenda eſt entitas abſoluta/ q̄ ipſum relatiuum. Si autem eſt aliquid ad aliud: adhuc procedunt rationes probantes ꝙ non omne quod ipſa eſt ipſa eſt illud ad aliud. Nam de ipa contingit dicere quid vel que eſſentia eſt: et non per aliud nomen quod predicetur relatiue ad alterum: vt probatum eſt. Item nulla eſt eſſentia ad aliud. Unde paternitas ſi ſit aliqua entitas (qualem fingūt) non eſt eſſentia ad aliud. non enim paternitas eſt eſſentia filij: nec filiatio / nec in aliqua habitudine cauſali predicatur eſſentia de paternitate relatiue ad filium/ vel ad patrem/ aut aliquod aliud: cum nullius alterius paternitatis ſit eſſentia: et ita de ceteris relationibus. ¶ Secūdam concluſionem probo primo ſic. omnis entitas eſt ab aliqua entitate diſtincta. ergo omnis entitas eſt relatiua. conſequentia tenet. ex dictis ad primam concluſionem precedentis. q. et antecedens planum eſt: alioquin non eſſent plures entitates in vniuerſo: ſed vna tantum. ¶ Secundo omnis entitas eſt cauſa/ vel cauſata: conſeruans/ vel conſeruata. ergo omnis entitas eſt relatiua. Antecedens certum eſt ſm omnes: et conſequen- T.c.4.

tia patet: vt precedens. ¶ Contra Philoſophus. 4. meta. dicit ꝙ non omnia ſunt ad aliquid: ſed quedam ſunt et ipſa ſm ſe. ergo non omnis entitas eſt relatiua. ¶ Secū- Cap.1.

do Auguſt. 7. de trinita. omnis eſſentia que relatiue dicatur: eſt aliquid excepto relatiuo. ergo preter relatiuum eſt aliqua entitas non relatiua. ¶ Ad primum dicēdum ꝙ non eſt intentio Philoſophi negare omnem entitatem T.cō.11.

eſſe relatiuam: cum idem expreſſe dicat in. 10. meta. ꝙ di- et.12.

uerſum / aut idem omne dicitur quecunq̄ dicuntur: vt T.c.13.

vnum et ens. Conſtat autem ꝙ idem et diuerſum ſunt re- T.c.15.

latiua: vt patet per eundem in. 5. Item idem. 5. phyſi. ait. T.c.8.

ꝙ omnia aut ſunt principia/ aut ex principijs. i. principiata. Et in primo eiuſdem ait. ꝙ principium eſt cuiuſdem/ aut quorūdam: ita ꝙ relatiue dicitur principium ad principatum. et econuerſo: ſed eſt intentio eius ꝙ non omnia ſunt ad aliquid omne quod ſunt: ita ꝙ omne quod de eis dicitur: dicatur relatiue de ipſis: ideo vt dictum eſt in precedenti concluſione nulla entitas eſt ad aliquid omne quod eſt: ſed quelibet eſt aliquid ad ſe. Unde illud quod eſt dominus ad aliquid eſt homo/ vel deus ad ſe: et ſic de alijs. Qui vero omnia ponebant eſſe ſm apparentiam habebant dicere ꝙ nulla res eſſet homo/ vel deus: niſi inquantum appareret homo/ vel deus: et ſic

Digitized by Google

idem erat apud eos eſſe hominem et apparere hominem:
⁊ ſic de ceteris: propter quod ſequebatur ꝙ nulla res eſſet
aliquid ad ſe: ſed quelibet omne quod eſt eſſet ad aliud a-
liquid: ⁊ omne quod de aliquo dicitur: diceretur de illo ad
aliquid relatiue: ita ꝙ nullum eſſet predicatum abſolutū:
quod vtiqꝫ falſum eſt: vt iam eſt probatum. ¶ Ad ſecun-
dum patet reſponſio in precedenti concluſione. ¶ Ter-
tiam concluſionem probo primo ſic. non omnis predicatio
relatiua ſignificat aliquam entitatem formaliter inhere-
re ei pro quo ſubiectum eius ſupponit. ergo non omne re-
latiuum eſt relatiuum per aliquam entitatem ſibi forma-
liter inherentem. conſequentia patet. Nam quia albū eſt
album formaliter per albedinem ſibi formaliter inheren
tem. ideo cum dicitur de aliquo ꝙ ipſum eſt album ſigni
ficatur ꝙ albedo ei formaliter inſit. Unde vt dicitur 5. me
T.c.4. taphi. capi. de ente. Et expreſſius ſm litteram commenti
non differt dicere. iſte eſt ſanus: ⁊ iſte eſt in ſanitate: vel ꝓ
T.cō.7. prius loquendo in iſto eſt ſanitas. Patet etiam conſequē
tia per ſimilem modum arguendi philoſophi. 10. meta. vbi
probat vnum non differre ab ente: quia predicatio vnius
de ente (verbi gratia. ens eſt vnum vel homo eſt vnus) nō
predicatur aliquod diuerſum ab ente vel homine. Ante-
cedens vero patet. Nam conſtat cum dicitur ſor. eſt diſtin
ctus a platone non denotatur ꝙ aliqua entitas inhereat
ſor. ſed tantummodo ꝙ tam ſor. ꝗ plato eſt ens: ⁊ ſor. non
eſt plato. Unde ſor. eſſe diſtinctum a platone nihil eſt ali
ud ꝗ ſor. eſſe ens ⁊ pla. etiam eſſe ens ⁊ ſor. non eſſe plato.
Et ideo ſicut per iſtam copulatiuā ſor. eſt ens et plato eſt
ens: ⁊ ſor. non eſt plato. nō denotatur ꝙ aliqua entitas in-
hereat ſorti: ita nec per iſtam cathegoricam equiualentē
illi ſor. eſt diſtinctus a platone: denotatur aliquam entita
tem ſorti formaliter inherere. Eodem modo eſt de iſta. ſor.
eſt pater: cum per hanc nihil aliud ſignificetur ꝗ ꝙ iſta m
ſor. habet filium: cum nihil aliud ſit eſſe pater ꝗ habere fi-
lium: ſed cum dicitur ꝙ habet filium non ſignificatur ꝙ
aliquam entitatem habeat ſibi formaliter inherentem. er
cap.5. go nec cum dicitur ꝙ eſt pater. Unde Augu. 5. de trinita.
ait. pater non dicitur pater niſi ex eo ꝙ eſt ei filius. Et fili
us non dicitur niſi ex eo ꝙ habet patrem. Ita eſt de pluri
mis alijs predicatiōibus relatiuis: quod facile eſt cogno
ſcere conſpiciendo ad quid nominis terminorum relati-
uorum. ¶ Confirmatur. quia cum dicitur: deus eſt diſtin
ctus a creatura: vel deus eſt dominus creaturarum. deno
tatur ꝙ aliqua entitas aut quicꝗ omnino reale vel ratio
nis inhereat ipſi deo: alioquin propoſitio eſſet falſa. hanc
rationem virtualiter ponit Boetius ad hanc etiam con-
cluſionem in libro de trinita. ¶ Secundo ſic. ſi omne rela
tiuum eſſet relatiuum per entitatem aliquam ſibi forma-
liter inherentem ſequitur ꝙ in qualibet re ſint actu infini-
te res: quarum quelibet alicui illarum inheret. conſequēs
reputatur ab omnibus falſum. conſequentia probatur: qꝛ
omnis entitas eſt relatiua: vt patet ex precedenti conclu-
ſione. ¶ Tertio tunc deo aliqua entitas inhereret: quod
eſt impoſſibile. conſequentia patet: quia perſone diuine
ſunt adinuicem relatiue: ⁊ ſimiliter deus relatiue ad crea
turam dicitur dominus ⁊ creator. ¶ Quarto ſequitur
ꝙ quandocūqꝫ aliquid incipit vel deſinit eſſe relatiuum
ad aliquid aliud determinate. ipſum vel aliquid eius eſt
in ſe mutatum per acquiſitionem alicuius entitatis quā
prius immediate non habuit: vel deperditionem alicuius
quam prius immediate habuit. Et patet conſequentia ſm
dicta aduerſariorum: ſed falſitas conſequentis patꝫ tam
capi. vlti. in deo ꝗ in creaturis: ſicut declarat Auguſti. 5. de trini-
tate. Numus inquit cum dicitur precium: relatiue dici-
tur: nec tamen mutatus eſt cum eſſe cepit precium: neqꝫ
cum dicitur pignus: ⁊ ſi qua ſunt ſimilia. ſi ergo numus po
teſt nulla ſui mutatione multotiens relatiui dici vt neqꝫ

cum incipit dici: neqꝫ cum deſinit aliquid in eius natu-
ra/ vel forma qua numus eſt mutationis fiet: quanto fa-
cilius de illa incommutabili dei ſubſtantia debemus ac-
cipere: vt ita dicatur aliquid relatiue ad creaturam: vt
quāuis tēporaliter incipiat dici: non tamen ipſi ſubſtan-
tie dei aliquid accidiſſe intelligitur: ſed illi creature ad
quam dicitur. Item Anſel. mon. Conſtat inquit: quia ho Cap.25.
mini poſt annum preſentem naſcituro/ nec maior/ nec mi-
nor/ nec equales/ nec omnes/ aut has relatiōes vtiqꝫ cum
natus fuerit ſine omni mei: puta mutatione ad ipſum ha-
bere potero: et amittere ſm ꝙ creſcet vel per qualitates
diuerſas mutabitur. Item Philoſophus. 5. phyſicorum. T.c.10.
inquit. In ad aliquid non eſt motus: conuenit enim al-
tero mutante et mutato verum eſſe alterum nichil mu-
tatum et. 11. meta. Eſt enim altero permutato verificari
alterum nihil permutatū. Patet etiam eius falſitas ra-
tione. Nam ſequitur ꝙ ad generationem cuiuſcūqꝫ mini-
me entitatis in qualibet re mūdi/ et in qualibet parte rei:
noua entitas generaretur: ⁊ ſic ad ſubitam generationem
imaginationis/ vel cogitationis cuiuſcunqꝫ: totus mun-
dus ⁊ quelibet eius pars mutaretur. Quod cōcedat qui
vult. mihi autem omnino videtur abſurdum. Et pꝫ con-
ſequentia: quoniam ab entitate nouiter genita quelibet
entitas alia mundi diſtinguitur: ⁊ ſic in qualibet noua di
ſtinctio generabitur. Et certe nec ipſe deus ab huiuſmo-
di mutatione erit alienus: cum veriſſime nulla anima ip-
ſum conſiderante ille ſit diſtinctus a qualibet re creata.
Quod dico propter fugam quorūdam dicentium ꝙ non
refertur ad creaturā reali relatione. ¶ Preterea. Mul-
tum eſſet mirabile ꝙ imaginatio mea mutaret realiter to
tum mundum ⁊ cauſaret veras res extra animam. Item
ꝙ quodlibet agens quātūcūqꝫ debile ageret in quaſlibet
mundi res: et in quātacunqꝫ diſtantia: que omnia ſeque-
rentur. nec valet dicere ꝙ non agit per ſe in quālibet: ſed
per accidens: quia non poteſt in aliquo cauſare per acci-
dēs: niſi in illo cauſet aliquid per ſe: omnis enim effectus
per accidens coniunctus eſt effectui per ſe: ſicut et cauſa
per accidens cauſe per ſe. 2. phyſico. ¶ Quinto arguo T.c.36.
in ſpeciali de relatiuis primi modi. ¶ Et primo de eodē et.37.
et arguo ſic. nulla res eſt ſm ſe numeraliter/ aut cum ali-
qua alia ſpecie/ vel genere vna eſſentialiter per aliquam
entitatem ſibi formaliter inherentem. ergo nulla res eſt
alicui eadem per aliquā entitatem ſibi formaliter inherē
tem. Antecedens patet ꝗtum ad primam partem ſupra
diſtin. 24. q. prima. Et ꝗtum ad ſecundam etiam non eſt
dubium. Nam ſicut ſor. ſeipſo eſt homo: ſic ſeipſo eſt vnū
ſpecie cum platone qui etiam eſt homo. conſequentia ve-
ro patet ſtatim. Nam quelibet res eo eſt ſibi numeraliter
vel alteri ſm ſpeciem eadem eſſentialiter. Unde vt dicit
Philoſophus. 5. meta. c. de eodem. eadem ſm ſe dicūtur T.c.15.
queadmodum ⁊ vnum. Et poſtea ſubdit. palam ꝙ idēti-
tas vnitatis quedam eſt/ aut plurium eſſendi ⁊c̄. Et rur-
ſus in cap. ad aliquid. Eadem dicuntur quorum ſubſtā-
tia vna ⁊c̄. Unde aliud non eſt eſſe aliqua eadem ſpecie/ T.c.20.
ꝗ ipſa eſſe vnum ſpecie: et ſic de alijs modis vnitatis et
identitatis. ¶ Secundo per nullum magis diuerſum a
platone/ ꝗ eſt ſortes: eſt ſortes idem plato. ſed quodlibet
accidens ſortes eſt magis diuerſum a platone: ꝗ ipſemet
ſortes. ergo per nullū accidens ſortes. eſt ſortes ipſe idem
plato. et vltra. ergo identitas ſortis/ ſiue illud quo ſortes
eſt idem plato. non eſt aliquod accidens/ vel entitas in-
herens ſor. et omnes aſſumpte ſunt euidentes: ⁊ cōſequē-
tie ſimiliter. ¶ Tertio ad idem arguo: ſicut arguunt plu-
res doctores ſic. ſi ſortes eſt idem platoni entitate ſibi in-
herente que vocatur ab alijs identitas: et ſimiliter pla-
to. alia identitate ſibi inherente eſt idem ſortes ſit a. iden-
titas Sortes et b. ſit identitas Platonis. Conſtat ꝙ a.

Digitized by Google

⁊ b.ſunt eedem ſpecie.ergo alijs entitatibus eis inherētibus:⁊ ſic in infinitum:qđ eſt impoſſibile ſm aduerſarios.
Sco. li. 2 di. 2. q. 5. vel li. 1. di. 1. q. 5. ¶ Ad hoc reſpondent quidam docto. ꝙ non procedit in infinitū ſed eſt ſtatus in primis identitatibus. Nam ille ſunt eedem identitatibusque ſunt eedem cum ipſis:ita ꝙ identitas ſor. ⁊ pla. eſt eadem identitati plato. ad ſor. ſeipſa non alia identitate ſuperaddita:quod vt clarius pateat ſit a. identitas ſor. ⁊ b. identitas pla. ⁊ identitas que a. eſt idem ipſi b. ſit c. ⁊ identitas qua econuerſo b. eſt idem a. ſit d. dicunt ergo ꝙ a. diſtinguitur a ſor. quia ſor. poteſt eſſe ſine a. quia poteſt eſſe ſine termino eius a. tamen non differt a c. ſed eſt idez ſibi:quia a. non poteſt eſſe ſine b. cū ſint ſimul natura:⁊ per conſequens eſt contradictio a. eſſe niſi tam fundamentum ipſius c. ꝙ̄ etiā terminus eius ſint: ſed termino ⁊ fundamento ipſius c. exiſtentibus neceſſario eſt c. ergo contradictio eſt a. eſſe ſine c. ⁊ c. eſt formaliter a. quia a. dicitur idem ipſa eadem identitate que eſt c. ergo c. eſt idem ipſi a. ⁊ ꝑ conſequens ibi erit ſtatus.
ꝯ Scotū. ¶ Contra primo b. non eſt neceſſe eſſe nec eſt idez numero cum a. nec de eſſentia eius nec etiam aliquo modo per ſe eius cauſa nec econuerſo. ergo ſine contradictione aliqua poteſt eſſe a. ſine b. Antecedens totum eſt notum ⁊ cōſequentia ſimiliter:⁊ patebit ſatis cito ex dictis illius doctoris. ¶ Confirmatur quia accidens poteſt eſſe ſine ſubiecto in quo eſt et quod eſt eius per ſe cauſa ſaltem materialis in qua:⁊ ſimiliter effectus naturaliter depēdens in eſſe a ſua ſecunda cauſa conſeruante: vt lumen a ſole poteſt virtute dei abſq; cōtradictione eſſe ſine tali cauſa. ergo multo magis a. ſine b. ⁊ eſt valde mirabile ꝙ deus non poſſit ſor. exiſtentem Pariſius ⁊ omnem entitatē que eſt in eo ſubiectiue cōſeruare deſtructo platone exiſtēte Rome cum omni entitate in eo ſubiectiue exiſtēte. ⁊ maxime cum nulla talis dependentia intrinſeca vel extrinſeca ſit inter aliquid ſor. ⁊ aliquid platonis non plus ꝙ̄ inter ſor. ⁊ platonem. Qđ vero aſſumitur ad probationem:quia a. ⁊ b. ſunt ſimul natura. dico ꝙ ſi a. ⁊ b. ſumuntur ſignificatiue hoc eſt magis falſum ꝙ̄ illud: ad cuius probationez accipitur:quoniam idem eſt dictu ꝙ diceretur a. non poteſt eſſe per aliquam potentiam ſine b. nec b. ſine a. quod non ſolum non eſt verū de a. ⁊ b. ſed nec de aliquibus creaturis ſeu creatis entitatibꝰ ⁊ ideo nulle due entitates cauſate ſunt ſimul natura. Cuius probatio eſt:quia nulle due entitates ſunt in mundo cauſate: quarum neutra ſine altera eſſe non poteſt ſine contradictione ⁊ per potentiaz diuinam. Si autem a. ⁊ b. ſumantur materialiter pro terminis ſcilicet relatiuis concretis vel abſtractis ⁊ ſumentur ſimul eſſe natura vt verificentur de terminis: propoſitio eſſet vera:ſed non probat propoſitum. Naz hoc modo iſti termini pater ⁊ filius ſunt ſimul natura. Nam inter eos ſignificatiue ſumptos conuertitur ſubſiſtendi cōſequentia nec eſſe exiſtere poteſt de altero verificari:quin verificari ſimul poſſit de reliquo:⁊ tamen non ſequitur. pater ⁊ filius ſunt ſimul natura. ergo pater non poteſt eſſe ſine filio. Nam conſequens eſt falſum:et antecedens verum in ſenſu proxime premiſſo. Et ita eſt in propoſito de a. ⁊ b. Et poſſet contra eos argui ꝙ pater non refertur ad filium relatione ad ſe diſtincta per hunc modum arguendi ſic. pater nō poteſt eſſe ſine filio. ergo nec ſine relatione ſui ad filium ſcilicet paternitate. ¶ Secundo ſi a. ⁊ b. ſunt ſeipſis eadem. eadem ratione ſor. ⁊ pla. quod probatur:quia non minus ſunt eſſentialiter vnum ſpecie ſor. ⁊ pla. ꝙ̄ a. ⁊ b. ergo non minus eſſentialiter ⁊ ſeipſis idem nec magis accidentaliter ſiue per accidentia inherentia ſunt idem ꝙ̄ a. ⁊ b. ¶ Sexto idez probo de oppoſita relatione que dicitur diſtinctio. Et arguo ſic: per nullam entitatem ſibi inherētem aliqua res eſt id quod illa eſſentialiter eſt. Licet aliqua per aliam ſibi inherentem ſit talis vel talis:nō tamen eſt hoc vel illud ſiue illud quod ipſa eſt. Et per nullā etiā ſibi inherentem:aliqua res non eſt ea res que ipſa non eſt. Verbi gratia. per nullam rem ſibi inherentem fortes non eſt plato. deſtructa enim qualibet re inherente ſor. nō minus fortes non eſſet plato. ergo per nullam rem ſibi inherentē aliqua res eſt diſtincta eſſentialiter ab alia re. Patet conſequentia:quia ad hoc ꝙ hec res ſit diſtincta a b illa. Sufficit ꝙ tam hec ꝙ̄ illa ſit:⁊ hec nō ſit illa:nec eſt aliqua ſuperaddita opportuna. ¶ Secundo ſi fortea eſt diſtinctus a platone per aliquam rem ſibi inherentē que ſit diſtinctio iuxta dictum aliorum. Conſtat ꝙ ipſe eſt diſtinctus ab illa diſtinctione:aut ergo ſeipſo:⁊ eadem ratione eſt diſtinctus ſeipſo a platone ⁊ a quolibet alio:⁊ non omne relatiuum eſt relatiuum per entitatem vel relationem ſibi inherentem:aut eſt diſtinctus ab illa diſtinctione per aliam diſtinctionem:⁊ ſic in infinitum. ¶ Tertio ſicut aliqui arguunt ſic:ſi ſor. non ſeipſo ſed diſtinctione ſuperaddita etiam diſtinguatur a plato. ergo et illa diſtinctio diſtinguitur a diſtinctione pla. a ſor. ⁊ ſimiliter ab ipſo ſor. ꝑ aliam diſtinctionem:⁊ ſic proceſſus erit in infinitum.
¶ Sed huic idez doctor reſpondet. d. ꝙ diſtinctio illa diſtinguitur a fundamento ſeipſa:⁊ ſeipſa refertur ad illud Sco. li. 2 diſt. 1. q. 1. ratio eſt quia ipſa non poteſt eſſe abſq; fundamento vel ſine ſe abſq; contradictione:ipſa autem exiſtente in fundamento ambo ſimul ſunt extrema vnius relationis que eſt eius ad fundamentum. ergo ipſa non poteſt eſſe abſq; cōtradictione ſine relatione ſui ad fundamentum: et illa relatio qua refertur ad fundamētum eſt eadem ſibi ſor. aut diſtinguitur a pla. diſtinctione media que non eſt ſibi eadem:quia poteſt eſſe ſine ea:quoniaz poteſt eſſe ſine termino qui eſt plato. ¶ Contra. primo ſequitur ꝙ ſor. ſit diſtin ꝯ Scotū. ctus a diſtinctione ſui ⁊ a pla. per diſtinctionem mediam ⁊ ab illa per aliam in infinitum:quod iſte doctor reputat inconueniens. Et iſtud ex dictis ſic reſpondentis clare ꝓbatur:quia vt euidētius fiat diſtinctio qua ſor. diſtinguitur a pla. ſit a. ⁊ diſtinctio qua ſor. diſtinguitur ab a. vocetur b. pla. ergo eſt terminus ipſius a. ⁊ a. eſt terminus ipſius b. tunc arguo ſor. poteſt eſſe ſine a. ergo poteſt eſſe ſine b: Antecedēs probatur. quia ſor. poteſt eſſe ſine plato. igitur poteſt eſſe ſine a. Cōſequētia tenet ſm eos: ſicut ⁊ hec per quam probatur antecedens:⁊ eodem modo probatur ꝙ ſor. diſtinguitur a b. per aliam diſtinctionez. verbi gratia c. quia ſor. poteſt eſſe ſine b. ergo ⁊ ſine c. cuius terminus eſt b. ⁊ ſic de qualibet ſemper: quia ſemper poſterior eſt terminus prioris diſtinctionis. ¶ Preterea. Capio diſtinctionem ſor. ⁊ pla. ⁊ ſit a. ⁊ diſtinctionem tullij a catone ⁊ ſit f. conſtat ꝙ a. diſtinguitur ab f. ⁊ a. poteſt eſſe ſine f. quia poteſt eſſe ſine tullio ⁊ catone. ergo a. diſtinguitur ab f. per aliam diſtinctionem additam ſibi. ⁊ illa ſit g. diſtinguitur ergo a. a g. Et quia poteſt eſſe ſine g. cuz poſſit eſſe ſine f. igitur diſtinguitur in infinitum. ¶ Preterea. Ex eo ꝙ dicunt illam diſtinctionē non poſſe eſſe ſine fundamento abſq; contradictione. ſequitur propoſitum. videlicet ꝙ ipſa non ſit aliqua entitas inherens fundamento ſine ſor. Nam omnis entitas poteſt a deo conſeruari in eſſe. nullo preter deum quod non eſt eius pars intrinſeca exiſtente. nunc autem conſtat ꝙ ſor. nō eſt intrinſeca pars alicuius entis ſibi inherentis. ¶ Hoc etiā ex dictis eiuſ- Scotꝰ in 4. ſen. di. 12. q. 1. dem alibi cōfirmatur euidenter. probat eniz ipſe ꝙ quodlibet accidens abſolutuz deus poteſt ſeparare a ſubiecto per hoc ꝙ ſubiectū non eſt pars intrinſeca accidentis abſoluti. nulla etiam accidentis talis ad ſubiectuz eſt depēdentia ſimpliciter neceſſaria tanꝙ̄ ad cauſam extrinſecā quia ad nullam cauſam extrinſecaz preter ſimpliciter primam que deus eſt. eſt dependentia ſimpliciter neceſſaria quoniaz cauſalitatem cuiuſcunq; cauſe extrinſece reſpectu cuiuſcunq; cauſati poteſt ſupplere cauſa prima.

Digitized by Google

Patet autem ꝙ hec ratio eque concludit de accidēte re-
ſpectiuo ſi ſit diſtincta res et inherens abſoluto, ſeu fun-
damento: cum ſm hanc viam abſolutum non ſit intrinſe-
cus pars reſpectiui / nec eius prima cauſa / ſiue deus, nec
aliqua ſolutio poteſt rationabilius hic dari / q̃ ibi.
¶ Deinde probo ꝙ ſimilitudo non ſit aliqua entitas inhe
rens qualitati ſicut iſti imaginantur: et primo quia aliis
ſequitur ꝙ eſſet impoſſibile ſorte album alicui albo eſſe
ſimile ſine tali entitate: ſicut impoſſibile eſt ipſum eſſe al-
bum ſine albedine. patet conſequentia: et conceditur.
¶ Sed probo falſitatem conſequētis. Nam poſſibile eſt
ſorte albo exiſtente pariſius aliud album generari Rome
nulla entitate noua generata in ſorte/aut aliquo ei᷒.ergo
poſſibile eſt ipſum eſſe alteri albo ſimile ſine tali entitate.
cōſequentia eſt nota. probo antecedēs: qꝛ ſi ad generatio-
nem albi Rome neceſſario generaretur aliqua entitas in
ſor. Pariſius/ vel generaretur a deo/ vel ab aliqua crea-
tura: nō a deo: quia nihil ipſe agit ad extra neceſſario. ſed
mere contingenter ⁊ volūtarie: ⁊ per cōſequens quicquid
agit poteſt non agere. Nec a creatura: qꝛ cuiuſlibet crea-
ture q̃cūqꝫ actionem poteſt ſuſpendere. Nec valet dice-
re ꝙ ipſa eſt ſequela naturaliter conſequens tales albe-
dines: quia albedo ſortis preexiſtens fuit ſine tali enti-
tate: et ſic non neceſſario conſequitur illam. ¶ Item al-
bedo nouiter Rome genita poteſt ſe et potuiſſet genera-
ri: eſto ꝙ illa entitas non fuiſſet genita in ſorte. Nam po-
tuiſſet albedo ſortis deſtrui: et tunc iſta Rome generari:
quo poſito illa entitas non fuiſſet genita in ſorte: ⁊ per cō-
ſequens neutrius albedinis huiuſmodi entitas eſt ſeque-
la neceſſaria: ⁊ per conſequens nec ambarū. cum ipſe ſint
eiuſdem rationis: nec quicq̃ magis conſequitur vnā alia
exiſtēte. q̃ ſi illa non eſſet in mundo. ¶ Preterea. Quia
deus poteſt quaſlibet res facere ⁊ cōſeruare ſine ſuis na-
turalibus ſequelis: ſicut ⁊ ipſa accidentia naturaliter cō
ſequentia ſine ſuis ſubiectis: quibus tamen naturaliter
ſint poſteriora. ¶ Preterea. Idem probo de vnione ma-
terie ad formam et partium continui adinuicem. Et ar-
guo ſic: aut materia eſt vnita forme ſue ſubſtantiali per
aliquā vnionem a ſe diſtinctam ⁊ ei inherentem/ aut non.
ſi non habetur propoſitum. Si ſic. ſit illa vnio a. conſtat ꝙ
illi materia eſt vnita: ſicut forme informanti ipſam. Nam
ſibi inheret vt dicitur. aut ergo eſt ſibi vnita per aliā vnio
nem/ aut per ſeipſam ſine alia vnione. Si detur ſecūdum
adhuc habetur propoſitum: aliquid enim erit relatiuum
ad aliquid ſine entitate diſtincta illi ſuperaddita. Et vlte
rius certe eadem: immo maiori ratione materia erit vnita
prime forme: de qua primo facta eſt queſtio per ſeipſam.
cum magis facit per ſe vnum cum forma ſubſtantiali / ꝙ
cum accidentali: ⁊ per conſequens magis debeat illi vni-
ri ſine medio. Si detur ꝙ per aliam vnionem ſit illa b. et
tunc aut materia vnitur b. per ſeipſam: et tunc habetur
propoſitum. et iterum eadem ratione per ſeipſam vnitur
ipſi a. aut forme ſubſtantiali/ aut adhuc per aliam vnio-
nem. ⁊ ſic proceditur in infinitū: ⁊ ponuntur infinite vnio-
nes in materia eſſentialiter ordinate ſic ꝙ nulli materia
vnitur niſi mediante alia priore: immo infinitis prioribus
cauſaliter mediātibus. Nam vni per aliam priorem vni-
tur. et quo vlterius. iuxta demōſtrationem Philoſophi
a.t.cō.5. 2.meta. probantem eſſe ſtatum in cauſis (que alibi ſuo. ſ.
vſqꝫ ad loco poterit declarari) ſequitur ꝙ materia non ſit vnita
14. alicui vnioni: vel etiam forme ſubſtantiali mediantibus
infinitis vnionibus eſſentialiter q̃tum ad hoc ordinatis
vnitur: qđ implicat contradictionem. ¶ Tertio ad idem
ſumatur vnum continuū quatuor palmorum: cuius due
medietates ſint a. ⁊ b. ⁊ vnio ipſius a. ad b. ſit c. ⁊ vnio ip-
ſius b. ad a. ſit d. Tunc aut c. eſt entitas penitus inextēſa/
aut aliqualiter extenſa. ſi primum/ vel eſt tota in qualibet
parte ipſius a. ſubſtantiue/ vel determinate in aliquo in-
diuiſibili eius. Primum non eſt dicendum. de ſola enim
anima intellectiua hoc tenetur inter omnes formas ma-
teriam informantes. Nec ſecundum propter tria. tum qꝛ
non eſt dare rationem: quare potius ſit in vno/ q̃ in alio:
tum quia eadeꝫ ratione d. erit in aliquo indiuiſibili illius
b. et non in alio/ q̃ in propinquo ſibi indiuiſibili illius in
quo eſt c. et ſic in continuo erunt puncta immediata: tum
quia cum a. ſit extenſum ⁊ habens partes extra partes: ⁊
ſimiliter etiam b. ⁊ partes a. diuiſibiles ⁊ extenſe ſint vni-
te partibus b. ſequitur ꝙ erunt vnite ſine vnione media: ⁊
cum hoc ſequitur ꝙ fruſtra in illo puncto ponitur vnio:
ex quo reſiduum a. non minus vnitur reſiduo b. ſine vnio-
ne addita/ q̃ illud punctum alteri pūcto in b. Et idem ſe-
quitur ſi vnio b. ſit ſubiectiue in aliquo indiuiſibili eius
diſtanti ab indiuiſibili in quo eſt c. non ergo c. eſt entitas
penitus inextēſa. Nec poteſt dici ꝙ ſit aliqualiter extēſa:
quoniam aut eſſet extenſa ſm longitudinem tantum/ ſiue
ſm vnam dimenſionem: et tunc erit ſubiectiue in linea: et
ſimiliter d. et ſequitur ſicut prius de punctis ꝙ in conti-
nuo erit immediata linee ⁊ reſiduū erit vnitum ſine vnio-
ne/ aut c. eſt entitas extenſa ſm duas dimenſiones tantū:
et tunc erit ſubiectiue in ſuperficie: et ſimiliter d. et erunt
due ſuperficies immediate/ aut eſt entitas extēſa ſm om-
nem dimenſionem: et tunc aut per totū a. aut per aliquas
partes eius ſolum: ⁊ cum nulla poſſit eſſe ratio ꝙ per ali-
quas tantum: et non per alias: erit extenſa per omnes: et
ſimiliter d. erit extenſum per totum b. totius. ergo c. erit
vna vnio que tota erit in toto a. ⁊ partes eius in partibus
et ita etiam erit de d. in b. et cum eodem modo ſe habeant
a. et b. ad totum continuum quatuor palmorum primo
ſumptum: ſicut medietas illius a. ad ipſum a. ⁊ ſicut me-
dietas b. ad b. ſequitur etiam ꝙ totius illius continui ſit
vna vnio totalis ei inherens: cuius partes ſunt c. ⁊ d. ergo
totum illud continuum cathegoreumatice ſumendo to-
tum eſt per illam vnionem vnitum: ſed hoc eſt falſum: qꝛ
vel eſt vnitum ſibi ipſi toti/ vel alicui ſue parti / vel alicui
quod nec eſt ipſum / nec pars eius. Prima/ duo ſunt im-
poſſibilia quia quecunqꝫ vniuntur per modum continua-
tionis: vt nunc de vnione continuorum eſt ſermo diſtin-
guuntur eſſentialiter: vt vnum eſt extra aliud ſm ſitum.
Nec tertium poteſt dici. Nam ponitur illud continuum
eſſe quoddam totum ſm ſe nulli alteri continuatum. Re-
linquitur ergo ꝙ illud non ſit alicui vnitum: et per conſe-
quēs non ſit vnitum. et ex alia parte: cum omne informa-
tum vnione ſit vnitum ſi ponitur vnio quedam forma: vt
illi ponunt ſicut omne informatum albedine eſt album.
ergo ipſum eſt vnitum: ⁊ ſic contradictio vera ſit. ¶ Pre-
terea. Si illa vnio ſit extenſa per totum pono ꝙ illud con
tinuū diuidatur vnica diuiſione. Et verbi gratia. in eius
medio. ⁊ conſtat ꝙ etiam illa vnio diuidetur: ſicut ⁊ quo-
libet forma extenſa exiſtens in illo: et ꝙ ſicut vtraqꝫ me-
dietas ꝯtinui tota ſyncathegoreumatice remanebit poſt
diuiſionem: ſic etiam vtraqꝫ pars vnionis: ita ꝙ in a. erit
totum c. quod eſt vnio eius ad b. ⁊ in b. erit totuꝫ d. quod
eſt eius vnio ad a. ex quo ſequitur ꝙ a. et b. ſimul erunt
vnita et diuiſa. Nec poteſt ſm illam opinionem dici ꝙ et
ſi vnio que ante diuiſionem eſt vnio a. ad b. erit poſt diui-
ſionem: non tamen erit tunc vnio ad b. et per conſequens
nec a. ⁊ b. erunt vnita. Quoniam ſm eos relatio quelibet
eſt eſſentialiter habitudo vnius ad aliud/ vel alicuius ad
aliquid: nec ſine contradictione per aliquam potentiam
poteſt fieri: quin ſit talium habitudo. ergo ſicut ante di-
uiſionem c. eſt habitudo a. ad b. ita ſi remanebit erit ha-
bitudo a. ad b. Et conſtat non alia/ q̃ vnio. alia vnio non
remaneret: ſed tranſmutaretur in aliam habitudinem ⁊
quare ſequitur ꝙ erunt vnita. ¶ Preterea. Cum

poſt diuiſionem partes vnionis non ſint in toto inuicem
vnite vel continue ⁊ ante diuiſionem ſunt vnite et conti-
nue:ſicut et partes aliarum formarum extenſarum in il-
lo continuo. Querendum eſt per quam vnionem ſunt
ante diuiſionem vnite:⁊ non poteſt dici ſm̄ illam opinio-
nem ꝙ ſeipſis.quia vtraqꝫ poteſt eſſe ſine vnione ſui ad re-
liquam:ſicut patet quia poſſunt eſſe non vnite. ergo per
alias vniones ſunt vnite.⁊ tunc de illis queratur in quo
ſunt ſubiectiue ⁊c.ſicut de alijs eſt queſitum ⁊ erit proceſ
ſus in infinitum. ¶ Conſequenter idem probo de diſtan-
tia quam conſtat eſſe relationem: quoniam ſi ſit quedam
entitas informans rem diſtantem: ſequitur ſm̄ iſtorum
imaginationem ꝙ diſtantia ⁊ contiguitas corporis ad cor
pus ſunt forme incompoſſibiles in eodem reſpectu eiuſ-
dem:⁊ poſſibiles ſibi ſucceſſiue in eodem reſpectu eiuſdē.
Nam idem corpus impoſſibile eſt eſſe ſimul contiguum
⁊ diſtans alteri corpori demonſtrato : ⁊ poteſt prius eſſe
contiguū ⁊ poſtea diſtans:⁊ ſic idem corpus poteſt trāſ-
mutari de forma contiguitatis in formam que eſt diſtan-
tia. Ponatur ergo ſic eſſe:⁊ ſit illud corpus a. ergo aut a.
tranſmutabitur a contiguitate in diſtantiam in tempore
vel in inſtanti. Si in tempore ergo poſtꝗ̄ perdiderit par-
tem contiguitatis adhuc habebit partem eius:⁊ per con-
ſequens poſtꝗ̄ erit localiter ſeparatum a corpore cui eſt
contiguum adhuc habebit partē contiguitatis:⁊ per con
ſequens erit contiguum illi:cum quelibet pars contigui-
tatis ſit contiguitas:conſequenter loquendo ad illā ima-
ginationem:vel habebit contiguitatem ⁊ non erit conti-
guum. vtrunqꝫ autem eſt impoſſibile. Si vero tranſmuta
tur corpus a.a contiguitate ſua in diſtantiam in inſtanti:
ſit illud inſtans.c.tunc aut c.eſt inſtans in quo incepit mo
ueri.a.aut aliud.ſi illud:cum illud fuerit vltimū ſue quie
tis:⁊ per conſequens in quo vltimo fuit contiguitas eius
ſequitur ꝙ in eodem inſtanti eſt ⁊ non eſt ſua contiguitas
⁊ ſimiliter ꝙ eſt tunc ſua diſtātia. Quia omne quod trāſ
T.c.40. mutatur eſt in eo ad quod primo tranſmutatū eſt. 6.phy.
in primo autem inſtanti ponitur.a.primo tranſmutatum
ad diſtantiam.quare ⁊c. Itē ſequitur ꝙ tunc non eſt ſua
diſtantia:quia tunc eſt contiguum illi:⁊ ſic etiam contra-
dictoria ſequuntur. Si vero.c.ſit aliud inſtans: vel eſt im
mediatum inſtāti in quo incepit motus:⁊ illud eſt impoſ
T.cō.2. ſibile.6.phyſi.vel eſt mediatum:⁊ tunc ſequitur ꝙ per to-
⁊.3.⁊.5. tum tempus mediū quo mouebatur fuit diſtans ſine di
ſtantia:⁊ cum hoc ſemper fuit contiguum corpori a quo
mouebatur:que ſunt impoſſibilia:⁊ cum hoc etiam ſequi
tur ꝙ erit dare primam partem ſpatij acquiſitam per mo
6.phy. tum localem ſicut erit dare primum inſtans in quo diſta-
t.c.46. bat a corpore quieſcente:cui eſt contiguum.quod eſt etiā
impoſſibile:vt ibidem probatur. ¶ Deinde arguo de re-
latiuis primi modi ſm̄ numerum vt duplum et dimidiū
⁊ huiuſmodi. Et ſuppono ex dictis in.20.d.q.2. ꝙ nume-
rus non ſit aliqua res addita rebus numeratis. ¶ Secū-
T.c.27. do ſuppono ex.5.meta.ꝙ vnus numerus eſt duplum ad
alium.verbi gratia.quaternarius ad binarium. Suma-
tur ergo quaternarius hominum vel angelorum exiſten-
tium in quattuor angulis mundi.iſte vtiqꝫ duplus eſt ad
binarium duorum vel ex ipſis :vel duorum hic pariſius
exiſtentium.ſed non eſt duplus per aliquam entitatem il
li inherentem que ſit dupleitas .iuxta modum loquendi
aliorū. Quod probatur:quia vel illa entitas ſi eſt:eſt ſim-
plex:⁊ tunc oportebit ꝙ ſit tota in quolibet illorum quat-
tuor.cum non ſit ratio propter quam ſit in vno potius ꝗ̄
in alijs. Et ſic idem accidens numero ſm̄ ſe totum eſt ſi-
mul in diuerſis ſubiectis maxime diſtantibus :quod im-
Cap.4. poſſibile eſt per naturam. Unde Augu.9. de trinitate di-
cit.ꝙ nullum accidens excedit ſubiectum in quo eſt. non
enim color vnius corporis poteſt eſſe ⁊ alterius corporis.

¶ Preterea. Si dupleitas iſta eſt in quolibet illoꝝ qua-
tuor quilibet erit duplus ad binariū datum:⁊ ſic quilibet
illorum hoim / vel angeloꝝ eſt quatuor hoies / vel angeli:
quod abſurdū eſt / vel illa entitas eſt habēs partes:⁊ tunc
vel partes eiuſdem rōnis cū ſuo toto.i. quarum quelibet
eſt dupleitas: et tūc ſequitur hoc incōueniens ſcdm ſicut
primo / vel partes diuerſarum rationum a toto:⁊ tunc vel
oēs ſimul erunt in quolibet. ⁊ idem ſequitᷣ ſicut prius / vel
vna erit in vno / ⁊ alia in alio. Conſtat aūt ꝙ ille partes nō
ſunt entitates abſolute ſm̄ opinionē. ſunt ergo reſpectus
et non niſi ad eūdem terminum ad quem eſt dupleitas cu
ius ſunt partes. vnius aūt ad duo eſt reſpectu ſubduplei-
tatis. Ex quo ſequitur ꝙ ipſa dupleitas non eſt aliud ꝗ̄
ſubdupleitas:⁊ ſic nō eſt ſm̄ ſe aliqua vna entitas / vel re-
ſpectus alterius rationis a ſubdupleitate : quinimo cum
tales ſubdupleitates ſint inter ſe loco diſtātes / nec adin-
uicem continue / vel contigue:ſequitur ꝙ ipſa dupleitas /
nec eſt aliquo modo per ſe vna entitas numero non plus /
ꝗ̄ illi quatuor hoies / vel angeli: ⁊ hec oīa repugnant ima
ginationi opinionis. Simili modo poteſt argui de conti-
nuo. verbi gratia. quadrupedali quod eſt duplum ad cō-
tinuū bipedale:qm̄ talis dupleitas / vel erit tota in quali-
bet parte : ⁊ ſic quelibet pars erit dupla ad illud bipeda-
le. vel pars erit in parte et ſint eiuſdē rationis cum toto.ſ.
ſubdupleitate idem ſequitur. Si vero ſint alterius rōnis.
ſequitᷣ ꝙ dupleitas nihil aliud erit / ꝗ̄ equalitas ⁊ ſubdu-
pleitas: ⁊ alij reſpectus diuerſarū rationum quibus alie
partes ꝓportionales referūtur ad illud continuum bipe-
dale: ⁊ cum hoc etiā ꝙ ipſa dupleitas non erit aliqua per
ſe vna entitas. ⁊ eodē modo poteſt ꝓbari ꝙ equalitas nu
meri ad numerū / vel magnitudinis ad magnitudinē non
eſt res ſuperaddita numero / vel magnitudini. ¶ Conſe-
quenter idem ꝓbo de dño ⁊ ſeruo que a multis dicuntur
relatiua ſcdi modi. ſiue ſit bene dictū / ſiue non: de quo nō
curo: qꝛ non eſt vtilis concertatio. arguo aūt ſic. poſſibile
eſt aliquid de non dño fieri dnm : et aliquid de non ſeruo
ſeruū. nullo penitus quicꝗ̄ in altero illorum agente. ergo
poſſibile eſt aliquid eſſe dnm ſine aliqua tali entitate ſibi
inherēte que ſit dnm:⁊ ſimiliter ſeruū ſine ſeruitute inhe-
rente. Conſequētia clara eſt cū ſit impoſſibile aliquā enti
tatē de nouo eſſe in aliquo ⁊ illi inherere niſi aliquid agat
in illo illam entitatē: alioquin aliquid eſſet poſtꝗ̄ nō fuit:
ſcꝫ entitas illa. ⁊ nihil tn̄ eſſet efficiens ipſum. Antecedēs
probo. Nam poſſibile eſt ꝙ fieri vna lex a deo / vel etiā per
aliquē alium qui facere poteſt ꝙ quicūqꝫ iniuſte ꝓximū
vulneraret ſi ſponte infra decēnium ei nō ſatiſfaceret pro
offenſa: ex tunc eſſet ſeruus eius qui leſus fuiſſet: qua le-
ge facta ſi quis ſic vulnerauerit : ⁊ infra decēnium nō ſa-
tiſfaceret. cōpleto decēnio nulla re mundi agente quicꝗ̄
in leſum / vel ledētem: leſus eſſet dñs ⁊ ledens ſeruus. non
pōt aſſignari quicꝗ̄ ꝙ vel per ſe / vel per accidens aliquā
entitatē cauſaret in alterum vel vtrūqꝫ eoꝝ : nec etiā ipſi
in ſeipſos: qꝛ non naturaliter. Nam ⁊ ante totū decurſum
decēnij non minus cauſaſſent / nec libere : qꝛ tunc poſſent
nō cauſare:⁊ ſic hic poteſt nō eſſe ſeruus tūc poſito caſu:⁊
ille non eſſe dñs: quod eſt falſum. Simili modo poſſet ꝓ-
bari. ꝙ nulla actione interueniente ſolo temporis lapſu
actuali / vel etiā potentiali: aliquis fieret de nō poſſeſſore
poſſeſſor ⁊ de nō precio preciū:⁊ ſimiliter de multis alijs.
¶ Preterea. Omnis entitas / que nō eſt deus realiter re-
fertur ad dnm ſicut cauſatum ad ſuā cauſam ꝓducentē
vel cōſeruantem. ergo aliqua entitas eſt relatiua non per
aliquā entitatem ſibi inherētem. Conſequentia pꝫ: qꝛ ex
oppoſito cōſequentis ſequitur ꝙ ſit actualis infinitas in
relationibus creature ad deum ſe informantibus: qđ nō
dicitur. vel ꝙ erit aliqua relatio ⁊ aliqua entitas que non
refertur ad dnm: vt ad cauſantem / nec vt ad cōſeruantē:

Digitized by Google

qđ repugnat antecedēti. Antecedens autē patet ꝑ fidem
Cap.11. et per Apoſtolū ad Roā. dicentē ꝙ ex ipſo et per ipſum
ꝛ in ipſo ſunt omnia. ¶ Preterea. Sicut per alios argui-
tur omne agens in agendo pateretur: quia in ſe fieret en-
titas aliqua que non erat: et certe quicquid proteruiter
poſſet dici nunq̄ realiter vitabitur: quin in deo dum no-
uiter cauſat aliqua entitas nouiter fieret: cum ipſe reali-
ter et vere abſq̃ omni intellectus noſtri actione creet et
T.c.20. ſit creator. et conſtat ꝙ non ad ſe ſed ad creaturā. Simi-
liter ſm̄ Philoſophum. 5. metaphyſi. calefactiuum dici-
tur ad calefactibile: quia poteſt ipſum calefacere: et pa-
ri ratione ꝓductiuū ad ꝓducibile: et vniuerſaliter omne
potens ad ſuū poſſibile: ꝛ ſic tot relationes erunt in quo-
libet ꝓductiuo ſimul actu: quot ſunt ab ipſo ꝓducibilia:
ꝛ tot ſimul erunt in materia quot forme ſucceſſiue ſunt in
ipſa generabiles. Nam ꝛ illud eſt ſimul potens produce-
re: q̄uis forte non poſſit omnia producere ſimul. Et ma-
teria licet non poſſit omnes formas ſimul recipere: ſimul
tamen eſt in potentia ad omnes. Et vide ne vtrobiq̃ ſe-
quatur actualis infinitas relationū in eodē ſimul exiſtē-
tiū: qđ non placet. ¶ Preterea. Non video quin deus ꝑ
ſuā omnipotentiā poſſit conſeruare: ſicut ſupra tangeba-
tur: ſor. qui nunc eſt pater et omnē entitatē exiſtentem in
eo: ꝛ ſimul annihilare pla. qui nūc eſt eius filius: et omnē
entitatem ei inherentē: et tunc erit ſor. pater: quia tunc in
eo erit paternitas ſicut nunc: et nullus erit filius eius: qđ
implicat contradictionem: ꝛ ſimiliter paternitatē que di-
citur eſſe in ſor. poſſet ponere ſubiectiue in platone et fi-
liatione platonis in ſor. cū vterq̃ ſit ſuſceptibilis talis for-
me ſm̄ ſpeciē: ꝛ tūc ſequitur ꝙ pla. erit pater ſortis a quo
fuit genitus. ꝛ ſor. erit filius pla. quem tamen genuit: nec
ab eo ipſe fuit genitus: qđ non minus implicat contradi-
ctionē. ¶ Quartā cōcluſionē. videlicet ꝙ aliquod rela-
tiuū eſt formaliter relatiuū per aliquā entitatē ei forma-
liter inherentem. probo: quoniā ſciens eſt ſciens formali-
ter ſciētia ꝛ amās eſt amās amore ꝛ ſentiens eſt ſentiens
ſenſatione. ergo ꝛc. Antecedens eſt notū ꝛ conſequentia:
quoniā in nobis ſcientia amor ꝛ ſenſatio ſunt qualitates
formaliter ſcienti ꝛ amāti ꝛ ſentienti inherētes: ꝛ quodli-
bet hoꝝ inquantū huiuſmodi eſt relatiuū. ¶ Item patet
de ſimile qđ vtiq̃ eſt ſimile per qualitates ei formaliter
inherentes. ¶ Confirmatur concluſio iſta ꝛ etiam prece-
Cap.viii. dens ex intentione Auguſtini. 5. de trini. vbi vult ꝙ que-
dā relatiua incipiunt et deſinunt eſſe taliter relatiua ſine
ſui mutatione: ſicut numus ſit precium: vt ſupra allega-
tum eſt: quedā vero cū ſui mutatione ſicut amicus. Nam
non incipit eſſe quis amicus: niſi cum amare ceperit: ſit
ergo aliqua mutatio volūtatis vt amicus dicatur: vt ibi
ait. et amicum accipit communiter pro amante: ſicut et
Cap.11. Philoſophus. 1. ethi. cum ~~ꝙ~~ vnicuiq̃ delectabile eſt
ad qđ amicus dicitur: vt equus quidem amanti equum
ꝛc. Cum quis autem incipit amare nouā entitatem in ſe
Cap.25. habet que eſt amor. ¶ Huic cōcordat Anſel. monol'. vbi
dicit ꝙ quedā relationes nullā faciunt mutationem ac-
cedendo vel recedendo circa ea de quib9 dicuntur. Non
autē dicit omnes relationes: ſed quedā: innuēs ꝙ alique
faciunt mutationem in his de quibus dicuntur: hoc eſt:
non poſſunt ſignificatiue tales termini relatiui de aliqui-
bus verificari et negari ſucceſſiue ſine mutatione rerum
pro quibus ſubiecta ſupponunt. Quidam autem termi-
ni relationum poſſunt: et hoc nō eſt ꝓpter aliud niſi quia
quedā relatiua ſunt relatiua ꝑ res ei inherētes: et quedā
non. ¶ Quinta cōcluſio ꝓbatur ex prima ſic. omnis en-
titas eſt abſoluta. ergo nullum relatiuum eſt relatiuum
formaliter per aliquā entitatem ſibi inherētem ab omni
ꝛ omnibus abſolutis et entitatib9 diſtinctam. ¶ Ex ea-
dem prima concluſione patet ꝙ nulla relatio eſt entitas
ab omni et omnibus entitatibus abſolutis diſtincta: ſed
quelibet (ſi eſt entitas) eſt aliqua entitas abſoluta. ¶ Cō-
tra predicta multipliciter arguitur et a multis: recitabo
tamen potiores argumentationes: ꝛ eas quarum ſolutio-
nibus patebit ſolutio ceterarum. ¶ Arguitur ergo pri-
mo ſic. poſſibile eſt relationem alicuius ad aliud deſinere
eſſe manente quolibet eius abſoluto. ergo eius relatio eſt
entitas diſtincta ab omni abſoluto eiuſdem. conſequētia
patet: quoniam impoſſibile eſt aliquam entitatem deſine-
re manente eo quod eſt ſibi idem: alioquin idem poſſet ſi-
mul eſſe et nō eſſe. Antecedens probatur. nam ſimilitudo
ſor. ad pla. poteſt deſinere tranſmutato pla. ſm̄ qualitatē
ſm̄ quā eſt ſibi ſimilis ſor. manente ꝛ quolibet abſoluto il-
lius ſor. Similiter dominiū poteſt deſinere per ſolū defe-
ctum ſeruorū in domino nullo abſoluto deſinente: et ita de
pluribus relationibus: immo de omnibus quarū funda-
menta poſſunt exiſtere ſine terminis earūdem. ¶ Secū-
do. relatio poteſt augeri dum nullū abſolutū relatiui au-
getur. ergo relatio eſt alia res a quolibet eius abſoluto.
conſequentia patet. alioquin eadē res ſimul augeretur et
non augeretur. Antecedens declaratur. Nam ſi ſor. ſit al-
bus in decem gradibus: et pla. in ſex tm̄: et intendatur al-
bedo pla. vſq̃ ad decimū graduꝫ nullo abſoluto ſortis in-
tenſo: intenderetur ſimilitudo ſor. ad pla. Simili modo ſe-
queretur ꝙ idem intēderetur ſimul ꝛ remitteretur. Nam
poſitis albedinibus in ſor. et pla. ſi albedo ſor. remittitur
per quatuor gradus: et albedo pla. nec intendatur nec re-
mittatur: tunc in ſorte remittetur albedo ꝛ intendetur pa-
riter ſimilitudo. Nam cū eius albedo erit preciſe ſex gra-
duum maior erit ſimilitudo inter ipſum ꝛ pla. q̄ dū eius
albedo excedebat albedinem pla. in quatuor gradibus.
¶ Tertio. impoſſibile eſt eādē rem numero realiter mul-
tiplicari: ꝛ non realiter multiplicari: ſed relatio multipli-
catur. verbi gratia. ſimilitudo non multiplicato abſolu-
to vel fundamento. Nam non multiplicata albedine in
ſor. poteſt ſor. pluribus albis eſſe ſimilis: ꝛ per cōſequens
in eo multiplicari ſimilitudo. ¶ Quarto. ſi relatio non
eſſet res diſtincta ab abſolutis. ſequitur ꝙ oppoſita eſſent
eadem res: qđ eſt impoſſibile. conſequentia patet: quia ꝑ
eādem albedinem ſor. albus eſt ſimilis pla. albo: et diſſi-
milis. Ciceroni nigro. ſi ergo ſimilitudo eius non eſt ali-
qua alia entitas ab albedine: et eadē ratione nec diſſimi-
litudo: ſequitur ꝙ ſimilitudo ꝛ diſſimilitudo ſunt vna en-
titas numero. ¶ Quinto. ſequitur ꝙ in quocunq̃ eſſet
perfectius abſolutum ſeu fundamentum relationis eſſet
perfectior relatio. conſequens eſt falſum: quia non omne
albius eſt ſimilius. ¶ Sexto. alique relationes fundate
ſuper rebus diuerſarū ſpecierū et generum minus diffe-
runt ꝛ magis conueniunt quibuſdā fundamentis ſup re-
bus eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime. ergo relatiōes huiuſmo-
di ſunt entitates ab illis fundamētis diſtincte. conſequē-
tia patet: quia res differentes ſpecie ꝛ genere magis dif-
ferunt his que ſunt eiuſdem ſpeciei. antecedens declara-
tur. nam ſimilitudo fundata ſuper qualitate. et equali-
tas fundata ſuper quātitate magis conueniunt q̄ ſimi-
litudo et relatio potentie actiue que poſſunt fundari ſu-
per eūdem calorem numero reſpectu eiuſdem. etiam aſ-
ſumptum patet: quia due prime pertinēt ad primum mo-
dum relatiuorū: duarum vero aliarum vna ad primū: al-
tera ad ſecundū modum pertinet relatiuorum. ¶ Septi-
mo. ſequit̃ ꝙ inter eadē extrema nō poſſunt eſſe relatiōes
diuerſe ſm̄ ſpeciē. ꝯñs eſt falſum. Nā inter calorē ꝓducē-
tem ꝛ inter calorem ꝓductum: fundatur relatio modo nu-
meri. verbi gratia. ſimilitudo et relatio modo potentie. ſ.
ꝓductiui ad ꝓductum. ¶ Octauo. ſequitur ꝙ ſicut ali-
qua fundamenta ſunt in genere ſubſtantie aliqua in pre-
dicamento quātitatis et aliqua qualitatis. ſic etiam ali-

Digitized by Google

que relationes eſſent in predicamento ſubſtãtie:et alique
in predicamento qualitatis:et alique in pdicamẽto quan
titatis:ꝛ ſic per conſequens predicamẽtum relatiuorum
non eſſe diſtinctum predicamentum ab illis trib⁹. ¶ Mo
no. impoſſibile eſt eãdem rem eſſe ad ſe ꝛ nõ eſſe ad ſe:ſed
abſolutum eſt ad ſe. relatio autem non eſt ad ſe. ergo ꝛc̃.
¶ Confirmatur. quia impoſſibile eſt ꝙ oppoſite differen
tie conueniant eidẽ:ſed eſſe ad ſe ꝛ eſſe ad aliud: ſunt dif-
ferentie oppoſite immediate diuidentes ipſum ens. qua-
re ꝛc̃. ¶ Decimo. plus diſtinguuntur primo diuidentia
ens ꝙ̃ diuidẽtia ſecũdo:ſed ens diuiditur primo in abſo-
lutum et reſpectiuum. et deinde abſolutum diuiditur in
ſubſtãtiam ꝛ quantitatem ꝛ qualitatem. ergo plus diffe-
runt abſolutum ꝛ reſpectiuum ꝙ̃ ſubſtãtia ꝛ qualitas:ſed
iſte diſtinguũtur ſicut due res. igitur. ¶ Undecimo. im-
poſſibile eſt ꝙ de eiſdem rebus preciſe habeantur conce-
ptus alterius rationis : ſed ſi nullum abſolutum eſſet in
mundo preter tres albedines. anima adhuc poſſet habe-
re conceptum albedinis et cõceptum ſimilitudinis. ergo
aliqua alia entitas eſſet ibi preter abſolutas. ¶ Duode-
T.c.10. cimo. ad relationem non eſt per ſe motus. 5. phyſi. ad fun-
damentum relationis eſt motus per ſe. ergo ꝛc̃. ¶ Deci-
motertio. nulla res eſt fundamentum ſuiipſius aut alicu
ius qꝺ eſt ſibi idem:ſed abſolutum eſt fundamẽtum rela-
tiõis. ergo ꝛc̃. ¶ Decimoquarto. ſi nulla relatio eſſet en-
titas diſtincta ab abſolutis:tollitur omnis cauſalitas ſe-
cundarum cauſarum. Nam quicquid cauſatur a diuer-
ſis cauſis ſecundis preexigit in eis debitã proportionem
ꝛ approximatimationem ad hoc ꝙ cauſatur ab eis. Sed
ſi iſta ꝓportio ꝛ approximatio nihil ſit niſi abſolutum. er
go illa ita ſunt realiter cauſatiua illius effectus: quando
non ſunt approximata ſicut quando ſunt:ꝛ ſi non poſſunt
quando non ſunt approximata:ita nec quando ſunt. nul-
la enim alia realitate poſita nõ poteſt ab eis aliquid cau
ſari qꝺ primo non potuit. ¶ Decimoquinto. ſm hoc tol-
litur ſeparatio accidentium a ſubiecto in ſacramento al-
taris. Nam ſi inherẽtia quantitatis panis nihil aliud eſt
ꝙ̃ ipſamet quãtitas. ergo ita poſt conſecrationem quãti-
tas inheret ſicut ante. et eodẽ modo poteſt argui de alijs
accidentibus ſi qua ponantur ibi ſine ſubiecto. ¶ Deci-
moſexto. idem probatur de cõpoſitione ſeu vnione cõpo-
nentium in cõpoſito : quoniã ſi non ſit aliqua alia enti-
tas aã abſolutis cõponentibus. ergo illis ſeparatis ab in-
uicem adhuc componerent:ꝛ ſi ſeparata non componunt
vtiq; nec coniuncta. nulla enim alia realitate poſita non
poſſunt modo aliquod cõponere qꝺ prius nõ potuerunt.
¶ Eodẽ modo poteſt argui de vnione partium cõtinui:
quoniã ſi non ſit res ſit alia preter partes ipſas:ſequit ꝙ
partes diſcrete eſſent continue. Nam poſſibile eſt ꝙ ita
ſint ſibi proxime diſcrete ſicut continue. verbi gratia. etiã
de contiguis. ergo ſi alique non ſunt continue et poſtea
ſunt:aliqua entitas eſt in eis quando ſunt continue:que
non eſt quando non ſunt continue: ꝛ cõſtat ꝙ non entitas
abſoluta. q̃re ꝛc̃. ¶ Decimoſeptimo. ſpecialiter de vnio-
ne humane nature ad verbũ in perſona chriſti. Si enim
illa nõ eſſet entitas alia ab illa humana natura:ſequitur
ꝙ ſi verbum nunq; aſſumpſiſſet naturã humanam. Et ta
men feciſſet illam abſolutam eadem illa eque fuiſſet rea-
liter vnita verbo ſicut modo eſt: ꝛ ſi nũc dimitteret natu-
ram aſſumptã. manente illa realiter in ſe adhuc eſſet vni-
ta verbo:et aſſumpta:qꝺ eſt falſum. ¶ Decimooctauo.
quidam alius doctor arguit ſic ſimul de vnione nature
humane ad verbũ:et de vnione materie et forme in com-
poſito:et accidentis ad ſubiectum:ꝛ partium cõtinui ad
Ocham inuicem ſic. Impoſſibile eſt contradictoria ſucceſſiue ve
[illegible] diſt. rificari de eodem:niſi propter motum localem alicuius
[illegible] vel ꝓpter tranſitionem temporis:vel ꝓpter ꝓductionem

vel deſtructionez alicuius entitatis. iſta patent: ꝙ etiam
ſm ſanctos. impoſſibile eſſet ꝙ deus primo non eſſet cre-
ans:et poſtea eſſet creans niſi ſaltẽ creatura haberet poſt
non eſſe eſſe. Eodem modo impoſſibile eſſet ꝙ deus mo-
do non eſſet annihilãs:ꝛ poſtea eſſet annihilans niſi crea-
tura poſt eſſe haberet non eſſe:ꝛ ita eſt in omnibus:ſꝫ poſ-
ſibile eſt naturam primo non eſſe vnitam:ꝛ poſtea vnitam
vel ecõuerſo: ſine omni motu locali. ergo oportet ꝙ ibi ſit
ꝓductio alicuius noui vel deſtructio: cũ trãſitio tẽporis
non ſufficiat:ſed manifeſtum eſt ꝙ nullum abſolutũ opor
tet produci vel corrumpi. ergo ꝛc̃. ¶ Eodeꝫ modo poſſet
deus facere ꝙ vna forma ꝑſens eſſet materie:et primo nõ
informaret materiã: ꝛ poſtea informaret : ſicut facit duo
corpora eſſe in eodem loco: ꝛ per cõſequens forma vnius
materie ita eſt preſens materie alterius: ſicut materie ꝓ-
prie:ꝛ tamen tunc informat vnã:ꝛ aliã non. Eodeꝫ modo
poteſt argui de ſubiecto ꝛ accidente:et ſimiliter de parti-
bus continui. ¶ Decimonono idẽ alibi ꝗtum ad vnionẽ
nature ad verbum arguit ſic. Quandocunq; aliqua de-
nominatio ponitur que nihil dicit vltra denominabilia ni
ſi exiſtentiam extremoꝝ: quicquid conuenit alicui reſpe-
ctu vnius indiuidui : conuenit etiam ſibi reſpectu omniũ
indiuiduorũ eiuſdem rationis:niſi aliquid conueniat vni
indiuiduo:propter quod cõuenit illa denominatio reſpe-
ctu illius ꝛ non reſpectu alterius. Exemplũ primi. ſi crea-
tio nihil dicit vltra deum creantem ꝛ rem creatam: ſi de-
us dicitur creator reſpectu vnius rei: dicitur etiam crea
tor reſpectu omnium eiuſdem rationis. Similiter quia ſi-
militudo nihil dicit vltra alba:ſicut duo alba ſunt ſimilia
ꝛ omnia alia. Exemplum ſecundi. paternitas in creatu-
ris nihil dicit vltra extrema abſoluta denoĩata iſtis de-
nominationibus pater ꝛ filius. Si tamẽ dicitur quis pa-
ter ꝛ reſpectu vnius hominis ꝙ non reſpectu cuiuſcũq;.
hoc eſt: quia aliquid conuenit patri reſpectu vnius indi-
uidui:quod non reſpectu alterius:ꝛ hoc eſt ſibi propriuꝫ.
puta actio conuenit ſibi reſpectu ſocratis:que non poteſt
competere ſibi reſpectu Joannis. ſaltem de facto nõ con
uenit ſibi : et propter illud ſic proprium dicitur ille homo
pater ſo. ꝛ non Joannis. patet ergo maior. Sed ſi vnio in
propoſito ſit quedam denominatio nihil dicens vltra ex-
trema vnita: ꝛ nulla actio vel aliquod propriuꝫ conuenit
verbo reſpectu vnius nature ꝛ non alterius. ergo equali-
ter eſt vna natura vnita ſicut alia : hoc autem eſt falſum:
ꝛ contra fidem. ¶ Si dicas ꝙ habuit aliquam actioneꝫ
primam reſpectu nature aſſumpte quã non habuit reſpe
ctu alterius:quia mediante ſpiritu ſancto egit ꝙ naſcere-
tur de virgine ꝛ formauit corpus ſine ſemine. ¶ Reſpon-
deo omnem actionem primam quam habuit reſpectu na-
ture aſſumpte poteſt non habere reſpectu non aſſumpte:
poteſt enim facere ꝙ alius naſcatur de virgine:ꝛ tamẽ ꝙ
non vniatur ſibi in vnitate perſone. ¶ Uiceſimo ad idem
arguit idem ſic:quando denominans non dicit aliquid vl
tra denominabilia:ipſis extremis nõ vnitis:nec ſꝫ formã
nec ſm locũ ſi ſemel denoĩat ſemꝑ denoĩat. Exẽplũ de ſi-
militudine duoꝝ alboꝝ:ſed natura aſſumpta a verbo po-
teſt dimitti ſine aliqua mutatione facta in ipſa ſm formã
vel locũ. ergo natura dimiſſa adhuc dicetur vnita: quod
falſum eſt. ergo vnio nature ad verbũ dicit aliquid vltra
extrema vnita. Auctoritatibus quoq; ꝓbatur ꝙ relatio
ſit res ab abſolutis diſtincta:ꝛ prima eſt Hyl. 12. de trini.
vbi loquẽs de natiuitate filij dei ait. naſci qꝺ erat iam nõ
tm̃ naſci eſt:ſed ſeipſum demutare naſcẽdo: ꝛ ita naſci di
cit relationẽ nouã. ¶ Secunda eſt Ambro. primo de tri- Cap. 5.
nita. Si prius inquit erat deus ꝛ poſtea pater: generatio
nis acceſſione mutatus eſt. Auertat deus hanc dementiã.
ergo per ſolã acceſſionẽ relationis fieret mutatio in perſo
na diuina: quod non eſſet: niſi relatio eſſet res diſtincta a

Digitized by Google

fundamento:quia fundamētum preexiſtit. ¶ Tertia eſt
Cap.4. Auguſtini.5.de trini. In rebus creatis atqꝫ mutabilibus
qḋ non ſm ſubſtantiam dicitur: reſtat vt ſm accidens di
catur. vbi expreſſe videtur velle ꝙ relatio illa ſaltem que
amitti poteſt:manente fundamento ſit accidens in crea-
Cap.7. tura. ¶ Item infra.qḋ relatiue pronūciatur non indicat
eſſe ſubſtātiā.ergo relatio non eſt ſubſtātia : ſed accidēs.
Cap.1. ¶ Item lib.7.oīs eſſentia que relatiue dicitur eſt etiam
aliquid excepto relatiuo:⁊ prius immediate dicit ꝙ ſi eſ-
ſentia illa relatiue diceretur eſſentia:ipſa non eſſet eſſen-
tia. vbi expreſſe videtur velle ꝙ eſſentia que dicitur rela-
tiue:ſit entitas diſtincta ab illa relatione. ¶ Ad idem eſt
auctoritas Philoſophi in predicamentis . Ad aliquid
ſunt quecūqꝫ hoc ipſum ꝙ ſunt aliorū dicuntur. Conſtat
autem ꝙ fundamentū non eſt ad aliud hoc ipſum qḋ eſt.
Cōmē.7. ¶ Ad hoc etiam videtur eſſe Commen.⁊ primo quidem
primo phyſi.vbi ex intentione probat ꝙ potentia materie
que eſt relatio diſtinguitur a ſubſtātia materie.ait enim
ꝙ accidit ſubſtātie eius.ſ.materie:vt ſit in potētia omnis
forme.non ꝙ potentia ſit in ſubſtantia eius: ita ꝙ ſit pars
diſtinctionis:quoniam ſi potentia eſſet in ſubſtātia eius:
tunc eius eſſentia deſtrueretur per ablationem potentie
et preſentiam forme in actu.ſ.forme ad quā habebat po-
tentiam vt reciperet eam:et vniuerſaliter ſi potentia eſſet
in ſubſtantia eius : tunc ſubſtantia eius corrumperetur
apud generationem: et eſſet in predicamento ad aliquid
et non in predicamento ſubſtātie. vbi apparet expreſſe ꝙ
loquitur de potentia que eſt relatio:⁊ illam dicit non eſſe
Cōmē.18. ſubſtantiam eius. ¶ Item.5.metaphyſi.dicit.ꝙ relatio
accidit quātitati et ceteris predicamentis . ergo eſt enti-
tas diſtincta ab illis . ¶ Ad primam ꝗuis abſolute poſ-
ſet negari antecedens:eo ꝙ in ſua proprietate ſit falſum.
Rudioribus tamen ſubueniēdo diſtinguo duplicem ſen
ſum ꝗ poteſt haberi de ipo. vnus eſt.ꝙ poſſibile eſt quali-
bet entitate abſoluta alicuius. verbi gratia. fortis manen
te:entitatem que eſt relatio et qua eſt talis . verbi gratia.
ſimilitudo eius ad platonem deſinere eſſe : et hic eſt ſen-
ſus quem habet antecedens ſm ſuam propriam ſignifi-
cationem. Alius ſenſus eſt.ꝙ poſſibile eſt qualibet entita
te abſoluta fortis manente:ſoꝛ. deſinere eſſe ſimilem pla-
toni:ſiue hanc poſſe eſſe veram:ſoꝛ.non eſt ſimilis pla.in
primo ſenſu.conſequentia eſt neceſſaria : ſed antecedens
eſt falſum. Et ad probationem dico ꝙ(tranſmutato pla-
tone ſm qualitatē ⁊ cetera)entitas ꝗ nunc eſt ſimilitudo
non deſinit eſſe:ſed manet:verūtamen ipſa deſinit eſſe ſi-
militudo ſicut etiam ipſa deſinit eē eiuſdem ſpeciei cum
platonis qualitate.propterea quia nulla tunc eſt quali-
tas platonis:cui iſta(eſto ꝙ ſit)ſit eadem ſpecie:ſicut etiā
ſoꝛ. deſinit eſſe ſimilis pla.quia deſinit eē talis qualis eſt
pla.et hoc non eſt propter deſitionem alicuius entitatis
in ſoꝛ.ſed propter deſitionē entitatis in platone qua non
exiſtente:ſoꝛ.non eſt talis qualis eſt plato:⁊ per cōſequēs
neqꝫ ſimilis ei. ¶ Ex quo patet conſequēter ꝙ in iſto ſen-
ſu ſenſu.antecedēs eſt verum. ſed conſequētia non valet.
nec ſequitur ꝙ ſit poſſibile eādem entitatem ſimul eſſe et
non eſſe:cum non ponam aliquam entitatem deſinere eſ-
ſe:ſed bene ſequitur:ꝙ ſimul eadem entitas que nunc eſt
ſimilitudo:tunc ſit : et ipſa non ſit ſimilitudo : quod nul-
latenus repugnat . ¶ Exemplum omnium predicto-
rum . Conſtat enim ꝙ preſcientia dei de antichriſto.non
eſt entitas diſtincta a deitate:nec entitas que eſt preſciē-
tia:poteſt deſinere eſſe manente diuinitate : ſed bene po-
teſt deſinere eſſe preſcientia . Nam ſi antichriſtus eſſet
aut non eſſet futurus : quorum vtrūqꝫ eſt poſſibile :ipſa
vtiqꝫ deſineret eſſe preſcientia.cum nulla poſſit eſſe pre-
ſcientia niſi futuri : nec tamen entitas que eſt preſcien-
tia : aut aliqua que ſit in deo deſineret eſſe.

¶ Sic reſpondere nos docet Aug. de ſacra.lib.1.vbi di- Cap. 4.
cit ꝙ ſciētia ⁊ preſcientia dicunt̄ ad aliquid. Sciētia eni
eſt eorum que ſunt:preſciētia vero futurorū. Et qꝛ poteſt
ex hoc argui ꝙ futura poſſunt non eſſe futura . ergo pre-
ſcientia pōt non eſſe preſciētia:aut idē eſt qḋ dei eſſentia.
¶ Ad hoc reſpondent ſic: ⁊ fuiſſet quidem ſciētia eorum Cap.16.
que eſſent:preſciētia autem non fuiſſet eorum que futura
nō eſſent:nec idcirco minus aliquid in creatore fuiſſet : ſi
preſcientia eoꝝ que nō eſſent futura non fuiſſet:quia ipſa
que preſciētia eſt ſciētia: fuiſſet etiā ſi ꝑſciētia nō fuiſſet:
qm̄ futurum aliquid non fuiſſet . Ecce ſm eum ꝙ ſi nihil
fuiſſet futurum non fuiſſet preſciētia. Et tn̄ nihil minus
fuiſſet in deo:ſed ꝙ nūc eſt preſciētia non fuiſſet preſcien-
tia.eodem modo ſi nūc nihil eſſet futurū:qḋ fuit preſcien-
tia nō eſſet preſciētia:⁊ deſineret eſſe preſciētia: ⁊ tn̄ nihil
minus eſſet in deo / nec aliqua entitas dei deſineret eſſe.
Similiter dicendū eſt in ꝓpoſito. Nam ⁊ ſimile argumē-
tum poſſet formari ad ꝓbandū ꝙ preſciētia eſſet entitas
diſtincta a deo.ſimiliter ꝙ deus ⁊ creās diſtinguūtur rea
liter:⁊ multa alia falſa: ſed ad oīa patet per predicta mo-
dus reſpondēdi. ¶ Ad ſecundā dicitur ꝙ duplex ſenſus
poteſt haberi ex antecedente. Unus ⁊ ꝓprius eſt:ꝙ enti-
tas que eſt relatio / vel ſimilitudo ſoꝛ. poteſt augeri ſm ſe :
quēadmodum dicimus aliquas formas augeri:dū nulla
abſoluta entitas ſoꝛ. auget̄ illo modo:⁊ ſic añs eſt falſum.
Alius ſenſus eſt:ꝙ poſſibile eſt ꝙ per ſimilitudinē ſoꝛ. ipe
ſoꝛ. denoīetur magis ſimilis:et tn̄ nulla entitas eius abſo-
luta augeatur illo modo:⁊ ſic eſt verum antecedēs:ꝗuis
iſte ſenſus ſit ſibi improprius / nec ille in iſto ſecūdo ſenſu
infert ſeipſum in primo. In hoc aūt ſcḋo ſenſu cōſequētia
non valet:qm̄ non eſt incōueniēs idē augeri ſcḋo modo:et
non augeri primo modo. Et vlterius ꝗtum ad ſcḋm ca-
ſum dico.ꝙ non eſt incōueniēs idem remitti primo modo
et augeri ſcḋo modo. ¶ Probatio vero antecedētis non
procedit : qm̄ in primo caſu ſimilitudo nō intendit̄ primo
modo ſicut nec albedo:ſed ſcḋo modo tm̄: ⁊ eodem modo
etiā intendit̄ albedo: ſilr ſicut albedo remittitur ſimilitu-
do: ⁊ ſicut intenditur / vel augetur ſimilitudo ſic ⁊ albedo
in ſecundo caſu. ¶ Poſſet aliter reſpōderi ſic:ꝙ ſi augeri
⁊ non augeri ſumatur oppoſite. antecedens eſt falſum.
ſi vero diſparate antecedens eſt verum: ſed conſequentia
non valet:tunc ad probationem antecedētis dico:ꝙ cum
non ſit aliud augeri / vel intendi: vt in propoſito loquimur
ꝗ fieri maius:⁊ maius ſit adiectiuum:cui addendum eſt
ſubſtantiuum : vt propoſitio ſit intelligibilis : cum in pro-
poſito dicitur ꝙ ſimilitudo augetur et non albedo / vel in-
telligitur ꝙ ſimilitudo ſit maioꝛ ſimilitudo / vel ꝙ ſit ma-
ioꝛ albedo . ¶ Si primo modo concedo.ſi ſecundo modo
nego. Et eodem modo cum dicitur ꝙ albedo non auge-
tur:ſi intelligitur ꝙ albedo non ſit maioꝛ ſimilitudo nego.
Si vero intelligitur ꝙ non ſit maioꝛ albedo concedo: ſed
tunc non ſumūtur oppoſite augeri / et non augeri:quoniā
fieri maiorem albedinem ⁊ non fieri maiorem ſimilitudi-
nem vel econtra.non ſunt oppoſita: quinimmo vere com-
poſſibilia circa idē: ⁊ ex hoc patet ꝙ non tenet conſequen
tia.ſi antecedens ſumatur ſecundo modo. ¶ Eodem mo
do ꝗtum ad ſcḋm caſum. dico ꝙ ſicut albedo remittitur:
id eſt ſit minoꝛ albedo:ſic etiam ſimilitudo ſit minoꝛ albe-
do:⁊ ſicut etiam ſimilitudo ſit maioꝛ ſimilitudo:ſic etiam
albedo ſit maioꝛ ſimilitudo. Ideo autem dicitur fieri ma-
ioꝛ ſimilitudo: quoniam ſubiectum ſit per illam formali-
ter magis ſimile. et hec reſponſio in ſententia / vel nullate-
nus / vel modicum differt a prima. ¶ Ad tertiū nego mi-
norem. Et ad ꝓbationem dico ꝙ ſoꝛ. quibuſcūqꝫ et quot-
cunqꝫ eſt ſimilis per vnicam albedinem: eſt etiam ſimilis
per vnicam ſimilitudinem. Nam eius ſimilitudo nihil eſt
aliud ꝗ eius albedo per quā eſt ſimilis. ¶ Ad quartum

nego conſequētiam. ¶ Ad probationē dico ꝙ ſimilitudo et diſſimilitudo non ſunt oppoſite. non enim opponuntur relatiue cum non dicantur relatiue adinuicē. Non enim ſimilitudo dicitur ſimilitudo diſſimilitudinis: nec ſimile dicitur diſſimili ſimile: nec econuerſo. Queciīq autē oppoſita ſunt tanꝗ ad aliquid id eſt relatiue ipſum ꝙ ſunt aliorum dicuntur: aut quocūq modo adinuicem. i. quacūq caſuali habitudine: vt dicit Philoſophus in ca. de oppoſitis in poſtpredicamentis. ¶ Item non ſunt oppoſita contrarie: quia aliquid idem numero poteſt eſſe ſimile et diſſimile reſpectu diuerſorum: qđ non contingeret ſi ſimilitudo et diſſimilitudo eſſent res cōtrarie: aut iſti termini ſimile et diſſimile forent cōtrarij: ſicut patet ꝑ Philoſophum in predicamentis in ca. de quantitate. qui per hoc probat ꝙ magnum ⁊ paruū non ſunt cōtraria. Unde illud argumentum eſt contra arguentes: quia ſi ſimilitudo et diſſimilitudo ſint res abinuicem et fundamento diſtincte et ſunt contrarie: non poſſunt eidem ſimul ineſſe: nec idem poſſet eſſe ſimile et diſſimile: cuius oppoſitum dicunt. ¶ Aduerte tamen ꝙ ꝗuis dictū ſit ꝙ omnia oppoſita relatiue dicantur adinuicem: non tamen econuerſo: omnia que dicuntur adinuicem ſunt oppoſita relatiue: ſed ea tm̄ que de eodem reſpectu eiuſdē verificari nō poſſunt. ¶ Ad quintum concedo ꝙ in quocūq eſt perfectius abſolutum: in eodem relatio que eſt eadem illi abſoluto eſt perfectior: ⁊ cuiuſcūq albedo eſt perfectior eius ſimilitudo que eſt albedo eſt perfectior: nec tamen ſequitur ꝙ omē qđ eſt albius eſt ſimilius. nec ſicut ſequitur albedo ſor. eſt perfectior. ergo ſor. eſt albior. ſic ſequitur ſimilitudo ſor. eſt perfectior. ergo ſocrates eſt ſimilior. Et eſt ratio quoniam ſicut ad hoc ꝙ albedo ſit ſimilitudo requiritur quedam alia qualitas eiuſdem ſpeciei. i. alia albedo: que tamen non requiritur ad hoc ꝙ ipſa ſit albedo: ⁊ ſimiliter ad hoc ꝙ albū ſit ſimile requiritur aliud coalbum: qđ tamen non requiritur ad hoc ꝙ ipſum ſit albū: ſicut ad hoc ꝙ ipſum ſit ſimilius non ſufficit ꝙ ipſum ſit albius: ſed requiritur ꝙ eius albedo minus excedat vel excedaẜ ab albedine alterius: et quia aliquid poteſt eſſe albius ⁊ magis excedere aliud ſm albedinem. ideo non ſequiẜ: ſi aliquid eſt albius ꝙ et ipſum ſit ſimilius. ¶ Poſſet etiam reſponderi ſm ſecundam reſponſionem datam ad ſecundam rationem. vȝ ꝙ ſicut albedo eſt perfectior albedo: ſic ſimilitudo ſibi eadē eſt perfectior albedo: eſto ꝙ non ſit ꝑfectior ſimilitudo: quia nec ipſa albedo eſt ꝑfectior ſimilitudo: nunc autem non ſequitur ſimilitudo huius eſt perfectior albedo. ergo hoc eſt ſimilius. ſequitur autē ſimilitudo huius eſt perfectior ſimilitudo. ergo hoc eſt ſimilius. ¶ Ad ſextum dico ꝙ aliud eſt aliqua eſſe diuerſorum generum vel ſpecierum: et aliud eſt aliqua differre genere vel ſpecie. Nam aliqua duo dicuntur differre genere: quorum neutrum eſt eiuſdem generis cum altero et vtrūq eſt in genere. Sed illa dicuntur eſſe diuerſorum generum que ſunt in pluribꝰ generibus: ⁊ iſta multum differunt: ꝗuis vtrūq aliquando pro altero improprie accipiatur. Nam vna res poteſt eſſe in pluribus generibus: et tamen non poteſt a ſeipſa differre genere primo modo: alioquin ipſa eſſet in aliquo genere in quo ipſa non eſſet: qđ implicat contradictionem. Tunc ad rationē cum dicitur. ꝙ alique relationes fundate ſuper rebus diuerſorum generum magis conueniūt quibuſdam fundatis ſuꝑ rebus eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime: non faciendo pro nunc vim in eo qđ dicitur relationem fundari in tali vel tali abſoluto: de quo habetur argumentum ſequens. dico ꝙ ſi res ille dicantur diuerſorum generum. i. genere differentes: ſicut probatio conſequentie videtur accipere. Antecedens illud eſt falſum. ¶ Ad probationem dico ſuppoſito ꝙ nulla quantitas ſit qualitas: quelibet equalitas quantitatis magis differt a qualibet ſimilitudine qualitatis: ꝗ ſimilitudo caloris productiui ab actiuitate vel potentia eiuſdem. vocetur autem actiuitas vel potentia relatio illa que dicitur relatio potentie: quinimmo iſta ſimilitudo et iſta potentia nullo modo differunt: ſed ſunt idem numero: et in quocūq genere vel ſpecie eſt hec ſimilitudo eſt iſta potentia: et econuerſo: et vtor hic terminis ſignificatiue. Si autem qualitas eſſet quantitas non eſſet probatio ad propoſitum. Si vero in antecedente dicantur res diuerſorum generum. i. exiſtētes in pluribus generibus: quia antecedens eſt propoſitio indefinita poteſt concedi. Sed conſequētia tunc non valet: nec probatio tendit ad hunc ſenſum. ¶ Ad ſeptimum cum dicitur ꝙ inter eadem extrema non poſſunt eſſe relationes diuerſe ſm ſpeciem ſi intelligitur proprie concedo illud conſequens. ¶ Ad probationem falſitatis dico: ꝙ relatio caloris inquantum eſt productiuus: et relatio eiuſdem caloris inquātum eſt ſimilitudo eius in quo eſt ad aliud calidum: non ſunt diuerſe ſm ſpeciem. quinimo in quacūq ſpecie eſt ſimilitudo eſt relatio illius: inquantū eſt productiuus ſiue productiuitas: vt ſic loquar et econuerſo. Si vero intelligitur conſequens improprie. ſic. vȝ non poſſent eſſe relationes que eſſent in pluribus ſpeciebus predicamenti relationis: tunc nego conſequentiam. Nam idem calor numero eſt in pluribus ſpeciebus relationis: eſt enim ſimilitudo: et ſm hoc eſt in vna ſpecie relationis: et eſt diſſimilitudo reſpectu frigidi: et vt ſic eſt in ſpecie aliqua alia et eſt potentia productiua: et vt ſic eſt in alia ſpecie relationis: et eſt effectus dei: et ſic eſt in alia: et ſic poſſet oſtendi ꝙ eſſet in valde multis ſpeciebus relationis ſm aliam et aliam rationem ſicut etiam idem calor ſm aliam et aliam rationem eſt in diuerſis ſpeciebus qualitatis: ſcilicet prima et tertia. vt patet per Philoſophum in predicamentis. Et aduertendum ꝙ cum in precedentibus dixi ſimilitudinem caloris vel qualitatis vel equalitatis quantitatis: et ſic de alijs intranſitiue locutus ſum: vt ſit ſenſus: ſimilitudo que eſt qualitas et equalitas que eſt quantitas: et ſic eodem modo de alijs.

¶ Ad octauum concedo aliquas relationes eſſe in predicamento ſubſtantie et aliquas in predicamento qualitatis: et aliquas quantitatis: non tamen inquantum relationes ſunt: ſed ex hoc non ſequitur ꝙ predicamentum relationis / non ſit diſtinctum predicamentum ab alijs: quoniam cum diſtinctione predicamētorum ſtat ꝙ vna res ſit in pluribus predicamentis: vt magis patebit in ſecundo libro. ¶ Ad nonum nego minorem. ratione illius partis. relatio non eſt ad ſe. ſi ſumatur ſignificatiue. Nam licet relatio non omne qđ ipſa eſt ipſa ſit ad ſe: quelibet tamen relatio eſt aliquid ad ſe: vt ſupra probatū eſt. Ad confirmationem dico ꝙ eſſe ad ſe et eſſe ad aliud ſi ſumatur ſm idem ſunt oppoſita: non autem ſi ſm diuerſa. verbi gratia. eſſe hominem ad ſe: et eſſe hominem ad aliud ſunt oppoſita. ſed eſſe hominem ad ſe et eſſe dominum ad aliud: non ſunt oppoſita. et primo modo ſm bonum intellectum concedi poteſt ꝙ ſunt differentie diuidentes ens: et ꝙ non poſſunt eidem conuenire. Secundo autem modo non ſunt differentie entis: et poſſunt eidem vtriq conuenire: immo cuilibet conueniunt: vt ſupra probatum eſt. ¶ Ad decimum dico primo ꝙ maior ad bonum intellectum non veritatē habet quando diuiſio non eſt per ſimpliciter oppoſita. Inſtantia. ſi diuidatur ens in cauſam ⁊ cauſatum: licȝ oē ens vel cā ſit vel cauſatū aliqđ tm̄ ⁊ eſt cā ⁊ cauſatū: ſicut quedam cauſa ſecunda: ⁊ ꝑ conſequens aliqua cauſa: et aliquod cauſatum minus diſtinguitur ꝗ due cauſe vel duo cauſata inter ſe. Similiter bonum (vt patet primo ethicorum) diuiditur in vtile delectabile et honeſtum: et quodlibet horum poteſt di- ca. 6.

Digitized by Google

uidi:et tamen bonum honeſtum eſt delectabile vt ibidem
dicitur:et per conſequens aliquod honeſtum et aliquod
delectabile minus diſtinguntur ꝙ duo honeſta inter ſe:
vel duo delectabilia. Ad propoſitum. diuiſio entis in ab:
ſolutum et reſpectiuum non eſt per oppoſita:quia omne
reſpectiuum eſt abſolutum et econuerſo. Secundo dico
ad minorem ꝙ licet hec propoſitio ſit vera. omne ens eſt
abſolutum aut reſpectiuum:proprie tamen non diuidi:
tur ens in abſolutum et reſpectiuum. Nec proprie dici:
tur ens aliud abſolutum aliud reſpectiuum :non plus ꝙ
ſi diceretur homo alius riſibilis alius ſuſceptibilis diſci
pline. Ex quo patet ꝙ minor eſt falſa. diuiſio ergo per ab:
ſolutum et reſpectiuum non eſt diuiſio rerum:ſed potius
predicabilium : quorum quedam ſunt abſoluta .i. predi:
cantur ad ſe:quedam vero reſpectiua .i. que predicantur
ad aliud:ſicut eſt diuiſio predicationum alie ſunt abſolu
te alie reſpectiue vel relatiue .i. alie ſunt quibꝰ aliqua di:
cuntur eſſe ad ſe:alie quibꝰ dicuntur eſſe aliqd ad aliud.
¶ Ad vndecimum dico ꝙ de eiſdem rebꝰ poſſunt habe:
ri plures conceptus alterius rationis : quorum aliquis
vel aliqui non ſunt quiditatiui. qualis eſt omnis conce:
ptus relatiuus vel cõnotatiuus. poteſt enim quelibet res
conſiderari ſm ſe:et in comparatione ad aliud : et tales
conſiderationes ſunt vtiqꝫ alterius et alterius rationis.
¶ Ad duodecimum dico ꝙ nunꝙ eſt motus vel muta:
tio ad rem abſolutam quin ſimul ſit mutatio ad rem que
eſt relatio. Unde ſi aliquid fiat album per ſui mutationẽ
et preexiſtat aliud coalbum fit etiam ſimile per ſuam mu
tationem:et ſicut iſtud mutatur ad rem que eſt albedo:
ſic etiam mutatur ad rem que eſt ſimilitudo. Dicitur ta:
men ꝙ albedinem eſt per ſe motus:et non ad relationem:
quia impoſſibile eſt ꝙ aliquid de non albo fiat album ſi:
ne ſui mutatione:ſed vtiqꝫ de non ſimili poteſt aliquid fie
ri ſimile ſine vlla ſui mutatiõe:per ſolam mutationem fa
ctam in aliquo coalbo:quapropter per accidens eſt ꝙ ali
quid mutatur:cum de non relatiuo fit relatiuum. per ſe
autem qꝺ mutatur cum de non albo fit album:⁊ ſic de hu
iuſmodi:et hec eſt ratio quam in propoſito reddit Phi:
T.c.10. loſophus .5. phyſi. ⁊ .11. metaphyſi. vt ſupra allegatum eſt.
¶ Ad decimũtertium poſſet dici ad hominem primo ꝙ
conceſſis premiſſis adhuc non ſequitur ꝙ abſolutum nõ
ſit relatio:ſed ſolum ꝙ non eſt relatio cuius eſt fundamẽ:
tũ:nõ aũt vlterius ſequit̃. abſolutũ nõ eſt relatio cuiꝰ fun
damẽtũ. ergo abſolutũ non eſt relatio. Sed arguit̃ ab in:
feriori ad ſuperius negatiue a parte predicati. Dico ta:
men aliter ꝙ ſi volumus inniti proprietati ſermonis:nul:
la relatio eſt ſuum fundamentum : ſed quelibet que ha:
bet fundamentum diſtinguitur ab eo. Et iſto modo albe:
do non eſt fundamentum ſimilitudinis potius ꝙ ecõuer
ſo:ſed ſi aliquid eſt fundamentum ſimilitudinis eſt fun:
damentum albedinis:nec video ꝙ ſic loquendo:aliud ſit
fundamentum ꝙ ſubiectum. non ſic autem puto intelle:
xiſſe antiquos doctores dicentes:ꝙ relatio et fundamen
tum ſunt idem:nec arbitror aliquem ſane mentis ſic illos
intellexiſſe putare. Dico ergo iuxta verum ſenſum ꝙ re:
latio et fundamentum non ſupponunt pro veris rebꝰ ex:
tra animam:cum dicitur relatio et fundamentum ſunt
idem:ſed pro ipſis terminis vel conceptibus relatiuo et
abſoluto eiuſdem rei:quorum abſolutus dicitur funda:
mentum relatiui:nõ quia ſit eius ſubiectum:ſed quia eſt
prior eo et preſupponitur et reſpectu rei correſponden:
tis vtriqꝫ. Eſt autem prior cauſalitate ſm ꝙ talem prio:
ritatem attribuimus terminis. Nam ꝙuis idem ſit al:
bum et ſimile et albedo et ſimilitudo. tamen non quia
aliquid eſt ſimile alicui albo. ideo ipſum eſt album : ſed
econuerſo:quia ipſum eſt album. ideo ipſum eſt ſimile
alteri albo:nec quia aliquid eſt ſimilitudo ad album:ideo
eſt albedo: ſed econuerſo: et ideo iſte terminus album eſt
hoc modo prior iſto termino ſimile: et iſte terminus albe:
do eſt prior iſto termino ſimilitudo reſpectu eiuſdem rei
pro qua ſupponunt. Item eſt prior prioritate conſequen:
tie. Nam ſequitur conſequentia ſimplici aliquid eſt ſimi:
le albo. ergo ipſum eſt album:⁊ nõ ſequitur econuerſo. ali
quid eſt album. ergo eſt ſimile albo. quia ſi ipſum ſolũ eſ:
ſet album. antecedens eſſet verum:⁊ conſequens falſum:
⁊ propter iſtam prioritatem per quandam ſimilitudinem
ad fundamentum domus:quod eſt prima pars eius: ⁊ ce
teris ſupponitur ⁊ ei nulla. ſimiliter iſte conceptus abſo:
lutus vocatur fundamentum relatiui : ⁊ quia tñ conce:
ptus ſupponunt pro eodem ⁊ verificantur pro eodẽ: ideo
dicitur (vtendo actu exercito pro ſignificato) ꝙ idem eſt
Unde cum dicitur fundamentum ⁊ relatio ſunt idẽ. ſen
ſus eſt. relatio ⁊ fundamentũ ſupponunt pro eodem. vel
de relatiuo ⁊ fundamento verificatur eſſe idem:qui actus
ſic ſignificatus debet exerceri: ſumendo terminos abſolu
tum ⁊ reſpectiuum ſupponentes pro eodem. verbi gratia
albedo et ſimilitudo:ſic albedo et ſimilitudo ſunt idem in
quo actu exercito termini ſupponunt ſignificatiue: ꝙuis
cum dicitur albedo eſt fundamentum ſimilitudinis ſup:
ponũt materialiter vel ſimpliciter:⁊ eſt iſte modus loquẽ
di ſimilis ei quo dicimus. Paſſio ⁊ ſubiectum ſunt idem
Per quod recte ſentientes intelligunt hunc actum ſigni:
ficatum de paſſione ⁊ ſubiecto verificari eſſe idem:qui ſic
exercetur. homo ⁊ riſibile ſunt idem: vel aliquid ſimile. ſu
mendo gratia exempli. in quo actu exercito termini ſtant
ſignificatiue:ꝙuis cum dicitur. homo eſt ſubiectum ⁊ ri
ſibile eſt paſſio:⁊ homo et riſibile ſtãt materialiter vel ſim
pliciter: ſm hunc ſenſum puto illos fuiſſe locutos. Et ego
ipſe ſic intelligo ſi alibi vtor iſto modo loquendi. ¶ Ad de
cimumquartum nego conſequentiã: ⁊ concedo tales cau
ſas non agere niſi approximatis paſſis. nec tamen appro:
ximatio eſt aliqua entitas diſtincta ab abſoluta entitate
approximati: ⁊ cum arguitur ꝙ tunc agerent etiã non ap
proximata. nego. Ad probationem cum dicitur ꝙ nulla
alia entitate poſita ⁊c̃. Dico ꝙ falſum eſt quinimmo eadẽ
entitas preciſa dum diſtat:nec eſt ſufficienter propinqua
non agit:⁊ ſi fiat propinqua agit. Et ſi dicatur ꝙ propin:
quitas non eſt alia res ab ipſa : non plus ipſa erit propin:
qua quando agit ꝙ quando non agit. Dico ꝙ falſum eſt:
quia res vna non eſt remota ab alia per aliquã rem infor:
mantem eam que ſit remotior. Sed ideo dicitur remota
quia inter ipſam ⁊ aliam interiacet ſpacium vel diſtãtia
media : vel interiacere poteſt ipſis localiter non mutatis:
ſic non dicitur propinqua vel proxima propter aliquaꝫ ta
lem rem: ſed quia inter eam ⁊ aliaꝫ nullum interiacet ſpa
cium. ¶ Ad decimumquintum nego conſequentiam:⁊ ſi
militer aliam conſequentiam que fit ad probationem pri
me. Nam ꝙuis dum accidentia panis inherent ſubſtan:
tie eius ipſa inherentia non ſit aliud ꝙ ipſum accidens in
herens:⁊ ipſum accidens eſt ipſa inherentia : quando ta:
men ablatum eſt ſubiectum. tunc entitas que prius fuit
inherentia non eſt inherentia:ſicut nec accidẽs quod pri:
us inheſit ſubiecto:tunc inheret ſubiecto:⁊ ideo tunc non
eſt in ſubiecto. ¶ Ad decimumſextum nego etiam conſe:
quentiam. Nam ꝙuis vnio vel compoſitio non ſit alia en
titas ab vnitatibus ⁊ compoſitionibus diuiſim ⁊ coniun:
ctim:non qualitercunqꝫ tamen exiſtentia componunt:ſed
ſolum quando vnũ eſt forma ⁊ actus alterius:et aliud eſt
potentia ⁊ materia eius ad quod nulla entitas preter illa
media ligans vel cõiungens requiritur: vt patet .8. meta. T.cõ.5.
⁊ 2. de anima. Ad id quod annectitur de partibus conti T.cõ.7.
nui. dico ꝙ non ſufficit ad continuitatem propinquitas
ſm ſitum : ſed requiritur ꝙ ipſe partes propinque conſti:
tuant vnum hoc aliquid:quod non contingit in cõtiguis.

¶ Ad decimumſeptimum nego conſequentiam: et reduco argumentum contra arguentem. Nam conſtat ꝙ non ſolum natura eſt vnita verbo: ſed econuerſo. verbum eſt vnitum nature: et ita realiter et abſq; operatione anime: ſicut econuerſo: licet alio modo: et tamen non eſt vnitum per aliquam entitatem de nouo ei inherentem: nec etiam per vnionem nature ad ipſum: quia ſm modum loquendi ſic arguentium. verbum non eſt fundamentum illius vnionis nec ſubiectū: ſed terminus tm̄. et ideo ipſum non eſt alicui per illā vnitum: ſed potius aliud ſibi conſequenter loquēdo ad dicta illorum. vel ergo adhuc verbum nō eſt vnitum humanitati: quod eſt hereticum: vel eſt vnitū ſine tali media vnione: qḋ eſt propoſitum. Ad conſequentiam ergo illam dico ꝙ non aliud intelligo cum dico naturam humanam eſſe vnitam verbo et econtra: ꝙ̄ illam eſſe ab eo ad vnitatem perſone: ſeu qḋ idem eſt ipſum verbum et humanitatem eſſe vnam perſonam ad qḋ nec requiritur: nec prodeſt aliqua alia entitas a verbo ⁊ humanitate: ſed ſicut anima rationalis et caro ſine tali media entitate vnus eſt homo: ita deus et homo abſq; vlla alia entitate ligante vnus eſt chriſtus: ſed qualiter ſit puto omni viatori fore naturaliter incomprehenſibile: et propterea nego conſequentiam illam. ¶ Ad decimūoctauū dico primo ꝙ maior eſt falſa et multiplicem habet inſtātiam: ſicut pꝫ ſupra diſt. 26. Secūdo poteſt negari minor. Nam cum natura humana ⁊ verbum ſint vnus chriſtus: qui nō minus eſt vna res per ſe ꝙ̄ ſor. vel pla. aut aliquis homo ſingularis: ꝙ̄uis natura et verbum non ſic ſe habeant adinuicē: ſicut materia et forma platonis: ſed alio modo ineffabili iuxta illud ſicut anima rationalis et caro vnus eſt homo: ita deus et homo vnus eſt chriſtus in ſymbolo. Cum inquam ita ſit: dico ꝙ ſi natura primo nō eſſet vnita verbo eo modo quo nūc eſt: et poſtea eſſet: vna res eſſet que primo nō erat: ſcilicet chriſtus. et natura ſepararetur a verbo: aliqua res deſineret eſſe: ſcilicet chriſtus ſm ꝙ chriſtus eſt nomen conſtituti ex vtraq; natura. Eodem modo ſi anima ſor. non eſſet vnita materie: et poſtea eſſet ſortes: qui primo non erat: ſicut modo de facto iudas non eſt: et in reſurrectione (cum eius anima corpori vnietur) erit iudas: et cum anima ſor. nunc viuentis ſeparabitur a corpore deſinet eſſe ſor. ſimili modo poteſt dici de continuo. ¶ Ad decimumnonum dico ꝙ maior eſt falſa: et poteſt dari inſtantia ſaltem poſito caſu poſſibili: et primo quidem. Nam poſſibile eſt ſm veritatem et ſm iſtum doctorem vt ante dictū eſt ꝙ ſpiritus ſanctus detur homini eſto ꝙ nullum eius donum detur: aut aliqua entitas de nouo crearetur. ponatur ergo ꝙ ſpiritus ſanctus detur hoc modo ſor. et non detur platoni. tūc ſpiritus ſanctus vere denominabitur datus: et denominatio illa nihil dicit vltra exiſtentiam extremorum: et ſor. et pla. ſunt eiuſdem rationis: et tamen ſic ſpiritus ſanctus dicitur datus ſor. ꝙ non pla. nec aliquid aliud conuenit vni eorum plus ꝙ̄ alteri: propter quod ſpiritus ſanctus ſic denominetur reſpectu ſor. et non reſpectu pla. ¶ Preterea. Poſſet deus facere duo corpora eiuſdem ratiōis et omnino ſimilia in eodem loco: et ſi ſit vnio materie ad formā alia entitas a materia erunt ibi due vniones eiuſdem rationis. Nam ſm iſtos in eadem queſtione vniones multiplicantur ſm fundamenta: et tamen conſtat ꝙ vna materia illarum erit ſic īformata per vnam illarum vnionum ꝙ non per aliam: nec tamen talis denominatio dicit aliquid vltra materiam informantem et vnionem informantem: etiam ſm iſtum doctorem: nec etiam aliquid eſt in vna vnione plus ꝙ̄ in alia. propter quod vna materia magis debeat de denominari informata reſpectu vnius ꝙ̄ alterius. Eodem modo poteſt dici ꝙ denominatio qua iſta materia denominatur vnita ſue vnioni: nihil aliud ponit preter ipſam ⁊ illam vnionem: cum materia ſit vnita ſue vnioni per aliam vnionem preuiam. Et tamen ita dicitur vnita ſue vnioni ꝙ non vnioni alterius materie. ¶ Ad vigeſimum dicendum ꝙ ſi maior fiat vniuerſalis eſt falſa: ſicut dictum eſt ad maiorē rationis. 18. Ad aucto. Hylar. dico ꝙ Hylar. vult dicere ꝙ aliquid naſceretur poſtꝙ̄ erat demutaretur naſcendo: non qꝛ acquireret aliquā relationem ab omni abſoluta entitate diſtinctam: ſicut argumētum intendit concludere: ſed quia fieret ⁊ mutaretur in aliquā ſubſtantiam et eſſentiam: cū natiuitas ſit ſubſtantialis generatio. Unde ſi filius dei (quod ibi vult Hylar. negare fuiſſet anteꝙ̄ naſceret̄) naſceretur poſtꝙ̄ fuiſſet: cum ipſe nihil habeat niſi natum: vt dicit ibidem Hylar. et ideo non tantum habet naſcendo vt ſit filius: ſed vt ſit ſubſtantia ⁊ omnino vt ſit: vt dicit Aug. 5. de trini. ſequatur ꝙ ipſe non naſceretur: ſed demutaretur ſm ſuam ſubſtantiam ⁊ eſſentiam naſcēdo: ⁊ cum eadem eſſentia ſit pater quo fili⁹: etiam pater mutaretur: mutata per nouam filij generationem ſubſtantia eius: et ſic etiam patet ad auctoritatem Ambroſij. ¶ Ad primā auctoritatem Auguſti. dicendum ꝙ Aug. illud appellat dici ſm accidens quod dicitur contingenter: ⁊ non neceſſario de eo de quo dicitur: quod patet: quia ſtatim ex hoc concludit in ſequenti cap. ꝙ de⁹ non dicitur pater ſm accidens / nec etiam filius: quia eſſe patrem eſt illi incōmutabile ⁊ eternum: et iſto modo relatio / ſeu terminus relatiuus dicitur ſm accidens de creatura: quia contingenter poteſt dici: ⁊ non dici de ea. Et puto ꝙ mens Auguſt. fuerit: ꝙ omne quod in rebus creatis nō dicitur ſm ſubſtantiam: ſiue dicatur ad ſe / ſiue relatiue ad aliam creaturam dicitur iſto modo ſm accidens. Sed ex hoc non concluditur ꝙ relatio in re extra ſit accidens ad modum quo entitas alicui inherens: et per ipſius mutationem potens adeſſe ⁊ abeſſe dicitur accidens illius: quomodo in principio illius capituli loquitur Augu. de accidente: ⁊ ſicut etiam iſti intendunt concludere. veruntamen in fine illius libri Auguſt. ſtrictius loquitur de dici ſm accidens. cum dicit ꝙ illud proprie dicitur ſm accidens quod non incipit dici ſine mutatiōe eius de quo dicitur: ſicut quedam relatiua in creaturis: non tamē omnia. vt ibi declarat de precio ⁊ arra. ⁊ ſicut Anſel. de equalitate ⁊ inequalitate et ſimilitudine ⁊ huiuſmodi in monol. ⁊ habetur ſupra. Ex quo manifeſte colligitur ſm intentionem vtriuſq; ꝙ non omnia talia relatiua que contingenter predicātur in creaturis ſignificant res diſtinctas inherentes pro quib⁹ ſubiecta predicationum ſupponunt: quod eſt propoſitum noſtrum: ac per hoc patet ꝙ Auguſt. in verbis prealligatis non intellexit dici ſm accidens illo modo. alioquin quelibet relatiua inciperēt dici cum mutatione eorum de quibus diceretur: ⁊ ſic ſibi contradicit Auguſti. ¶ Ad alias omnes auctoritates eius patet quid dicendum ex habitis in prima concluſione: vbi manifeſte patet ꝙ auctoritates ille ſunt cōtra ſic arguentes. ¶ Ad auctoritatē Philoſophi dicendum ꝙ accipiendo fundamētum pro re ipſa quam ſignificat terminus abſolutus: quod proprie dicitur fundamentū: ſicut ſumere iſti videntur ipſum vtiq; inquātum eſt illud quod ſignificatur eſſe per nomen abſolutum non eſt id quod eſt aliud: ſed inquantum ipſum eſt id quod ſignificatur eſſe per nomē relatiuum eſt idipſum / ſeu illud quod eſt ad aliḋ. verbi gratia. licet res que eſt pater non ſit homo ad aliud: eſt tamen pater ad aliud: et ſic intendit Philoſophus: ſicut patet in primo articulo concluſione prima. ¶ Ad primam auctoritatem Commenta. dico ꝙ ſi diligenter inſpiciat̄ mens eius ipſe procſus fauet principali propoſito: ⁊ iſtud magis patet ex tractatu de ſubſtantia orbis. vbi exquiſitius tractat de natura materie: et probat ꝙ ipſa non eſt aliqua ſubſtantia in

Cap. 16.

Cap. 5.

Cap. 25.

Ad auer. Com 1. phy. 70. Cap. 1.

Digitized by Google

actu ſimplex vel compoſita: ſed potētia pura: propter qḋ concludendo dicit: vnde natura huius ſubiecti recipientis formas ſubſtantiales: ſcilicet prime materie: neceſſe eſt eſſe naturam eiuſdem potentie: ſcilicet ꝙ potentia eſt eius differētia ſubſtantialis. ideo autem dicit ꝙ eſt eius differentia ſubſtantialis: quia per hoc, ꝙ ipſa eſt natura potentie ſubſtantialiter differt ab alijs: quod non eſſet ſi potentia eſſet aliquod accidēs eius. Ex quo patet ꝙ hoc nomen potentia non ſignificat aliquam entitatem inherentem materie: cum de ipſa materia predicatur: licet cōnotet formam poſſibilem recipi in materia. eſt enim nomen relatiuum quod de materia vel de termino ſtante ꝓ ea predicatur ad aliud. propter quod ipſa materia nō eſt potentia ad ſe: ſed ad aliquid relatiue: et ideo ipſa eſſentia
Cap̄.1. materie eſt potentia ad aliud: et hoc eſt qḋ Cōmenta. nullo interpoſito ſubdit: et ideo inquit: nullam habet formam propriam et naturam exiſtentem in actu: ſed eius ſubſtātia eſt in poſſe: et ex hoc materia recipit omnes formas: ſed poſſe quo ſubſtantiatur. hoc ſubiectum differt a natura ſubiecti qḋ ſubſtantiatur per hoc poſſe in hoc: quod poſſe dicitur in reſpectu forme. hoc autem ſubiectum eſt vnum entium exiſtentium per ſe quorū ſubſtantia eſt in potentia. hec Commenta. ¶ Ex his patet ꝙ illud poſſe vel illa potentia que ſubſtantiatur. i. eſt ſubſtātia et natura illius ſubiecti eſt illud idem quod dicitur poſſe vel potentia forme: ⁊ per conſequens ipſa eadem eſſentia materie que ſm̄ ſe eſt vnum entium exiſtentium eſt potentia ad formam quam poteſt recipere propter quod ſi ponatur vnum nomen abſolutū ipſi materie. verbi gratia. a. potentia et. a. entitatem eādem ſignificant: ſm̄ aliā tamen et aliam rationem: quoniam potentia aliquid connotat quod non connotat. a. cum ſit mere abſolutum.

Cōmē.70. ¶ Ex his ad auctoritatē ex p̄mo phyſi. dico ꝙ Cōmēta. non negat abſolute ꝙ potentia ſit ſubſtantia materie: ſed dicit ꝙ potentia non eſt ſubſtātia eius: ita ꝙ ſit pars diffinitionis: et hoc eſt: nō quia potentia ſit alia entitas ab ea: ſed quia ad hoc ꝙ materia ſit potentia requiritur ꝙ aliqua forma ſit poſſibilis in ea recipi. propter quod ipſa nō eſt quiditatiue et in potentia primo modo: ac per hoc nomen potentia non reſponderetur ad queſtionem factam per quid eſt hoc demōſtrata entitate materie: nec in eius eſſentiali diffinitione ſine additamento ſi aliquam talem haberet poneretur: et iſto modo negat Commentator potentiam eſſe in ſubſtantia materie: cum ſm̄ hoc procedāt ſue rōnes: q̄ꝛ ſi materia īquātū materia eſt (ſupponam⁹ ꝙ hoc nomē materia ſit mere abſolutū ſignificās ꝓciſe illam eſſentiam ſine cōnotatione) ſi inquam huiuſmodi eſſet potentia ad hanc formam poſſibilem. verbi gratia. b. ſit: ſcilicet forma aliqua ſingularis receptibilis in materia. tunc poſito. b. in actu deſtrueretur eſſentia materie: quia tunc ipſa non eſſet potentia ad. b. Nam nō eſt nec dicitur illa potentia ad. b. niſi dum non habet. b. Unde potentia vt ibi loquitur Commenta. de potentia non connotat formam qualitercūq;: ſed formam non actu exiſtentem. poſſibilem tamen exiſtere in materia: ⁊ ſicut tunc nō eſſet potentia. ſic nec eſſet materia et id quod eſt. Item ſi materia inquantum huiuſmodi ſiue quiditatiue in primo modo eſſet potentia: cum potentia inquantum. potentia ſit ad aliquid: materia quiditatiue eſſet ad aliquid: quod eſt falſum: et eſt hec intentio Commentatoris. Ex quo finaliter colligitur ꝙ materia ⁊ potentia ſunt vna entitas: hec tamen nō eſt quiditatiua et in primo modo materia eſt potentia. Et ſi dicatur ꝙ Commenta. dicit ꝙ potentia tollitur per preſentiam forme in actu et non tollitur eſſentia materie. Unde ait. ꝙ tunc eſſe eius deſtrueretur per ablationem potentie: ⁊ preſentiā forme in actu. dicendum ꝙ Commentator non intendit ꝙ potentia tollitur: quia ſcilicet entitas illa que eſt potentia deſinat eſſe vel corrumpatur: ſed quia illa entitas que erat potentia anteq̄ꝫ forma eſſet actu deſinit eſſe potentia ad illam.

¶ Ad aliam auctoritatem eiuſdem metaphyſi. dicen- Cōmē.18.
dum ꝙ non vult aliud dicere: niſi ꝙ quodlibet quod recipit predicationē alicuius termini relatiui: eſt aliquo modo relatiuum. Unde loquitur ibi de magno et paruo: et dicit ꝙ cum accipiuntur ſm̄ ꝙ ſunt diſpoſitiones magnitudinis eſſentialiter dicuntur eſſe paſſiones et accidentia quantitatis: et cum recipiuntur vnum in reſpectu alterius vidētur collocari in caplo relationis: relatio enim accidit quantitati et ceteris predicamentis. Ex quo patet ꝙ ſumit accidere pro predicari vel conuenire. ¶ Ad argumentum principale cum dicitur ꝙ relatio a qualibet re abſoluta diſtinguitur predicamentaliter. nego. primo dico ꝙ nulla ſingularis huius vniuerſalis eſt vera: quoniam nulla relatio eſt que ſit in aliquo predicamento in quo non ſit aliqua res abſoluta. Nam in quocūq; predicamento eſt aliqua relatio: in eodem eſt res abſoluta que eſt ipſa relatio: et econuerſo: in quocunq; eſt illa res abſoluta eſt et illa relatio: et per conſequens non diſtinguuntur predicamentaliter: q̄uis eadem ipſa res ſit in pluribus predicamentis: ſicut dicimus res extra que nō ſunt ſigna in predicamētis exiſtere. ¶ Sed arguet quis contra ſic. quecunq; ſunt plura genere: ſunt plura ſpecie
et numero: et ꝑ conſequēs plures res: patet. 5. metaphyſi. T.c.12.
ſed quecunq; ſunt in pluribus predicamentis ſunt plura genere. ergo ⁊c̄. ¶ Reſpondeo. ꝙ aliqua poſſunt dici eſſe plura genere. vel preciſe: quia ſunt in pluribus generibus vel quia cum hoc ꝙ ſunt in pluribus generibus vnum eſt in aliquo genere in quo non eſt aliud: et econuerſo. Si maior ſumatur in primo ſenſu nego eam. Si in ſecundo concedo ipſam et in eodem ſenſu concedo
minorem. ¶ Ad probatiōem dico ꝙ Philoſophus nūq̄ꝫ T.c.12.
vbi allegatur ſcripſit illam: ſed ait caplo. 6. in fine. ſemper itaq; poſteriora precedentia ſequuntur vt quecunq; numero vnum. ſpecie vnum: ſed quecunq; ſpecie. non omnia numero: ſed genere omnia vnum: quecunq; et ſpecie: quecunq; vero genere non omnia ſpecie. Ex iſtis autem verbis licet poſſit a deſtructione conſequētis inferri ꝙ quecūq; non ſunt vnum genere non ſunt vnum ſpecie neq; numero: non tamen poteſt inferri ꝙ quecunq; ſunt in pluribus generibus non ſunt vnum numero vel ꝙ ſunt plura numero: et ideo Philoſophus non poteſt adduci ad probationem maioris / niſi in ſecundo ſenſu in quo eſt conceſſa.

¶ Diſtinctionis. xviij. Queſtio. iij.

TErtio quero. Utrum deus ad creaturam realiter referatur. Et arguitur ꝙ non. quia ſi ſic aut hoc eſſet relatiōe eterna aut temporali. Non eterna. quia creatura nō fuit eterna: nec fuit ens ab eterno: entis autem ad non ens: non poteſt eſſe relatio realis. Nec relatione temporali: quia tunc illa relatio eſſet noua in deo. Et per conſequens ſaltem per accidens deus mutaretur: quod eſt impoſſibile. patet conſe-
quentia per Commentatorem. 5. phyſi. vbi vult ꝙ quan- Cōmē.10.
do aliquid fit de nouo relatiuum per mutationem alterius: vtrūq; tranſmutatur trāſmutatione relatiua per accidens: q̄uia tranſmutatione abſoluta alterum tātūmodo tranſmutetur

Digitized by Google

Contra deus refertur ad creaturam in primo et ſecundo modo relatiuorum. ergo realiter refertur. Antecedens patet. quia deus eſt diſtinctus a creatura: et diſtinctio pertinet ad primum modum. Item eſt actor creature: et ſic refertur ſm ſecundum modum. conſequentia ſatis patet ex dictis negantium deum realiter referri ad creaturam qui dicunt ꝙ in duobus primis modis relatiuorum relatio eſt realis ex parte vtriuſqꝫ extremi. in tertio autem modo ex parte vnius extremi tantum.

Reſpondeo propter aſſumptum in primo argumento et dicta aliquorū in iſta materia pono ad propoſitum quatuor concluſiones.

¶ Prima. ꝙ aliquid poteſt referri realiter ad non ens ſiue ad id quod non eſt.

¶ Secunda eſt. ꝙ non ens poteſt realiter referri ad ens ſiue ad id quod eſt.

¶ Tertia eſt. ꝙ deus eternaliter referebatur realiter ad creaturam que nō erat.

¶ Quarta eſt. ꝙ deus realiter refertur ad creaturam ex tempore.

Propter probationem harum concluſionum oportet premittere qd intelligo per referri realiter. et dico ꝙ hoc ipſum idem eſt quod referri vere non per operationem aīe: ita ꝙ omne illud dicimus realiter referri: quod non apprehenſum ab anima vere refertur: vel eſto ꝙ non apprehenderetur: adhuc nihilominus vere referretur: ita ꝙ anima nihil penitus facit ad hoc vt ipſum referatur. Sic enim communiter conſuetum eſt dicere aliqua eſſe talia vel talia realiter: et per oppoſitum illa dicuntur eſſe talia ſm rationem: que ſunt talia per operationem anime.

Hoc premiſſo probo primam concluſionē. Primo ſic. poſſibile eſt aliquid dum non apprehenditur ab anima eſſe veram imaginem alicuius non exiſtentis. ergo aliquid poteſt realiter referri ad non exiſtens. Antecedens patet. Nam imago herculis vel roſe exiſtens in pariete vel vi memoratiua: ita vere eſt imago eius. dum illud non eſt ſicut dum eſt: ſiue talis imago apprehendatur ſiue non. conſequentia probatur. quoniam imago inquantum imago: eſt imago ad aliquid: iuxta illud Auguſt. ſeptimo de trinitate. (Cap.1.) Quid autem abſurdius ꝙ̄ imaginem ad ſe dici. ¶ Preterea. Aliquid eſt realiter memoria non exiſtentis. ergo aliquid refertur realiter ad non exiſtens. conſequentia patet. Nam conſtat ꝙ memoria dicitur memoria relatiue: et idem exponit expreſſe Auguſt. 10. de trinitate. (Cap.10. c.11.) Antecedens etiam ſatis eſt notum. Nam memoria eſt reſpectus preteritorum ſm Philoſophum in de memoria et reminiſcentia. (Cap.11.) et ſm Auguſtinum. decimo de trinitate. et ſm Tullium vt Auguſt. allegat ibidem: ꝙ̄uis etiam et preſentium vt ibi vult Auguſt. poſſet eſſe memoria: et conſtat ꝙ memoria non eſt memoria ſolum dum apprehenditur: immo homine non actualiter cogitante de ſua memoria: nec etiam de memorabili: adhuc eſt memor: et memoriam habet de illo: ſicut patet per Auguſtinum. decimoquinto de trinitate. (Cap.21.)

(T.c.20.) ¶ Preterea. ſm Philoſophum. quinto metaphyſ. cap. de ad aliquid. quedam dicuntur ad aliquid ſm potentiam actiuam et paſſiuam: vt calefactiuum et calefactibile: quia poteſt: et poſt dicit ꝙ talium dicuntur ſm tempora: vt quod fecit ad factum: et facturum ad faciendum. Ex his ſic. aliquid eſt realiter ꝓductiuum ſeu perfectiuū ⁊ realiter facturū. ergo aliqd realiter refertur ad non ens. Antecedens eſt certum. Nam ꝙ ſol vel ignis ſit productiuus caloris aut alterius ignis: aut ſit producturus vel facturus: non plus dependet ab anima: ꝙ̄ ꝙ ſit ſol vel ignis. conſequentia patet: quia productiuum dicitur ad producibile: et facturum ad faciendum: et conſtat ꝙ nec producibile nec faciendum eſt ens. Eodē modo poteſt argui de potentia materie reſpectu forme non exiſtentis: que vtiqꝫ realiter et actualiter eſt potentia ad formam poſſibilem: eſto ꝙ ipſam nulla anima conſideret.

Secundam cōcluſionem probo primo ſic. oīa relatiua dicuntur ad conuertentiā. ergo non ens realiter refertur ad ens. Antecedens patet per Auguſtinum. ſeptimo de trinitate. (Cap.1.) qui dicit ꝙ omnia que relatiue dicuntur adinuicem dicuntur: et per hoc probat ꝙ pater non dicitur relatiue ad eſſentiam. cum eſſentia non dicatur relatiue ad patrem. Patet etiam per Philoſophum in predicamentis qui ad litteram idem ponit et diffuſe declarat: et nullum poſſe excipi dicit. ſi conuenienter aſſignetur. conſequētia vero probatur. Nam productiuum dicitur ad producibile: et facturum ad faciendum: et imago ad imaginatum: et memoria ad memoratum. ergo econuerſo producibile refertur ad productiuum: ⁊ faciendum ad facturum: et imaginatum ad imaginem: et memoratum ad memoriam: nullum autem producibile vel faciendum eſt ens: conſtat ꝙ̄uis poſſit eſſe ens aliquod etiam imaginatum: et aliquid memoratum non eſt ens. Nec valet dicere ꝙ talia et ſi referantur non tamen realiter: ſed ſm rationem tantum. Nam ſiue talia conſiderentur ab anima ſiue non: nihil minus producibile eſt ꝓducibile a ꝓductiuo: ⁊ faciēdū eſt faciēdū a factiuo: ⁊ imaginatum eſt imaginatum imaginis: et memoratum eſt memoratum per memoriam: et per conſequens abſqꝫ vlla operatione anime: quodlibet tale ad ſuum correlatiuum refertur ac per hoc realiter. ¶ Secundo. omnis cauſa refertur ad cauſatum: et aliquid non exiſtens eſt realiter cauſa alicuius exiſtentis. ergo aliquid non exiſtens refertur realiter ad exiſtens. conſequentia et prima pars antecedentis ſunt patentes. Secunda pars probatur. Nam aliquid non exiſtens eſt finis ſeu cauſa finalis alicuius effectus iam facti propter illum finem fiendum: ſicut fructus nondum exiſtens eſt finis foliorum et florum precedentium fructuum. cuius probatio eſt: quia propter fructum non exiſtentem natura omnia illa agit: dum autem natura agit propter aliquid: tunc illud eſt gratia cuius agit: et per conſequens cauſa finalis. Et ex hoc exemplo et intentione Philoſophi determinantis contra antiquos. ſecundo phyſicorum. (T.c.80. 84.) ꝙ natura et carentia cognitione agunt propter finem: et in actionibus eorum eſt cauſa finalis: excluditur reſponſio qua poſſet dici ꝙ talis finis non eſt ſuus niſi inquantum ab anima apprehenſus.

Tertiam concluſionem probo ſic. de⁹ ab eterno fuit realiter cauſatiuus et preſcius. ergo ab eterno realiter referebatur ad cauſabile et ad preſcita. conſequentia patet. quia cauſatiuus et preſcius hec ipſa que ſunt ad aliquid antecedens certum: quoniam ſecundum fidem conſtat ꝙ fuit cauſatiuus et preſcius:

Digitized by Google

ꝙ autem realiter etiam non eſt dubium: cum nulla anima ab eterno fuerit que cognouerit deum. Nec valet dicere ꝙ ab eterno deus cognouit ſe cauſatiuum et preſcium: quia iſtud non tollit ꝙ fuit realiter cauſatiuus et preſcius: et non ad ſe: ſed ad creaturam cauſabilem et preſcitam: alioquin eque faciliter diceretur ꝙ deus pater non referebatur realiter ad filium. Nam et ſemper nouit ſe patrem. Et ſi dicatur ꝙ licet nouerit ſe patrem: nõ tamen per huiuſmodi notitiam fecit ſe patrem: nec ideo fuit pater: quia nouit ſe patrem: et ideo non ſecundum rationem: ſed realiter referebatur ad filium. Sic in propoſito dicetur ꝙ nec per illam notitiam qua nouit ſe cauſatiuum fecit ſe cauſatiuum: nec ideo fuit cauſatiuus vel preſcius: quia nouit ſe cauſatiuum et preſcium: quapropter ſimpliciter ſequitur ꝙ realiter referebatur ad cauſabile et ad preſcitum.

Quartam concluſionem pbo. Nam conſtat ꝙ ex tempore ſeu de nouo deus eſt creans et dominus creaturarum: et vt ſic refertur ad creaturam ex tempore: vt dicit Auguſtinus .5. de trinitate. et hoc non eſt per operationem anime: quia ſiue anima deum intelligat ſiue non: non minus ipſe eſt creans et dominus. ergo realiter refertur ad creaturam ex tempore. Cap. viii.

Et confirmatur. quia ſi ſolum ſm rationem refertur: aut ideo hoc eſt: q: ipſe nõ eſt dñs vel creator niſi p operationem anime: qđ nullus catholicus diceret: aut quia et ſi abſq; operatione anime ſit dominus et creator: non tamen abſq; operatione anime eſt relatiue dominus et creator: et illud implicat manifeſtam contradictionem: quoniam contradictio eſt dicere ꝙ aliquis ſit dominus et non ſit dominus alterius: et per conſequens ꝙ non ſit relatiue dominus: ſi non ſine operatione anime eſt dominus relatiue: non ſine operatione anime eſt dominus: et ſic ſine operatione anime eſt dominus: et non ſine operatione anime eſt dominus: que manifeſte contradicunt. Eodem modo poteſt probari ꝙ ab eterno realiter referebatur ſuppoſito ſm fidē ꝙ eternaliter fuerit preſcius: quia ſine operatione anime fuit preſcius: et non potuit eſſe preſcius niſi relatiue.

Scientia enim preſcientia diſpoſitio et puidentia ac predeſtinatio ſunt ad aliquid: ſicut dicit Auguſtinus de ſacra. libro primo. parte ſecunda. et vbi non diceret adhuc de ſe patet. Cap. 9.

¶ Preterea. Arguitur ſic. iuxta modum communem loquendi: quecunq; relatio conſequitur extrema ex natura rei ſine conſideratione intellectus eſt realis. hoc patet per alios communiter. Nam eam in propria forma ponit Scotus in .3. diſtinctio. omnes etiã communiter ponentes relationes rationis: dicunt eas conſequi actum intellectus: et aliter non habere eſſe: et quando non diceret: propoſitio patet de ſe: alias quelibet relatio realis poſſet dici rationis: ſed aliqua relatio dei ad creaturam conſequitur ſua extrema. ſcilicet deum et creaturam ex natura rei ſine conſideratione intellectus. ergo ⁊c. Minor declaratur. nã poſitis deo et lapide: et nulla conſideratione intellectus exiſtente: deus eſt diſtinctus a lapide: et cauſa et dominus eius. ac per hoc iuxta illũ modum loquendi conſequitur diſtinctio dei a lapide: et cauſalitas et dominium: et certe non minus ꝙ̃ conſequatur diſtinctio lapidis a deo et ſeruitus: et ſi diceretur ꝙ deus eſſet diſtinctus et dominus abſq; diſtinctione et dominio: eadem facilitate poſſet dici ꝙ lapis eſſet diſtinctus et cauſatus et ſeruus vel poſſeſſio ſine diſtinctione et alijs relationibus. Scot' in 3. diſt. 1.

¶ Preterea. Excluſa omni conſideratione anime natura humana eſt vnita verbo in chriſto. ergo excluſa omni conſideratione anime verbum eſt vnitum nature humane. Et patet conſequentia: quia impoſſibile eſt aliquid eſſe vnitum non vnito: vnitum enim vnito vnitum eſt. cum ergo omne vnitum referatur ad vnitum ſequitur ꝙ verbum excluſa omni conſideratione anime: ⁊ per cõſequēs realiter refertur ad vnitam ſibi naturam.

¶ Preterea. Spiritus ſanctus temporaliter eſt datus et donatus creature / nec in hoc eſt neceſſaria conſideratio anime noſtre: cum etiam pueris detur in baptiſmo et datum et donatum relatiue dicuntur: ſicut patet per Auguſtinum quinto de trinitate. Cap. 15.

¶ Preterea. Si hoc deberet negari: aut hoc eſſet propter auctoritatem eccleſie / vel ſcripture ſacre: vt alicuius ſancti / vel famoſi Philoſophi: aut propter cogentem rationem ad oppoſitum: ſed nec eccleſia alicubi dicit oppoſitum: nec in tota ſacra ſcriptura / aut doctrina cuiuſcunq; ſancti aliqua auctoritas reperitur ad oppoſitum: quam vnq̃ viderim / vel audierim. Inuenitur autem frequenter in ſcriptura et in dictis ſanctorum ꝙ deus eſt omnipotens creator et dominus: et plura alia que denotant eum ad creaturam referri: et nullibi dicitur ꝙ ſm rationem tantum ſit dominus / vel omnipotens / aut creator: et eſt ſatis mirabile ſi intentio fuiſſet Auguſti. ꝙ ſolum ſm rationem deus refertur ad creaturam: quomodo in quinto de trinitate. vbi hanc materiam tractat et determinat: et arguit contra concluſionem et ſoluit: nunq̃ innuit ſe per hoc: ſcilicet ꝙ ſm rationem refertur tantum. idem patet de Anſelmo in monol.

¶ Preterea. Nec Philoſophus / nec Commenta. vnq̃ etiam hoc dixerunt. cum tamen dixerint deum eſſe principium et motorem et cauſam finalem aliorum. De alijs vero Philoſophis antiquis et modernis non eſſet multum curandum: cum eorum non ſit multum celebris auctoritas. non tamen adhuc aliquem vidi ad hoc allegare demum nec aliqua ratio cogens eſt ad hoc: ſicut clare patebit ſoluendo. Cap. 25.

Contra iſtas concluſiones arguo. et primo contra primas duas ex diffinitione relatiuorum: relatiua enim ſunt quecũq; hec ipſa que ſunt aliorum ſunt: vt patet in predicamentis. Ex hac diffinitione patet primo ꝙ omne quod refertur eſt. Nam quod non eſt non eſt hoc ipſum quod eſt. Sequitur enim de quolibet. hoc eſt hoc ipſum quod eſt. ergo hoc eſt. Et hoc eſt contra ſecundam concluſionem. Secundo ex eadem diffinitione ſequitur contra primam concluſionem ꝙ terminus relationis non poteſt eſſe non ens: quia omne quod eſt ad aliud eſt aliquid et ens. omnis autem terminus relationis eſt aliud a relatiuo. Unde quodlibet relatiuum id quod eſt eſt alterius: vt patet ex diffinitione.

¶ Secundo contra primam concluſionem. omne terminans realem dependentiam alicuius termini eſt verum ens in rerum natura exiſtens. hoc patet. quia a non ente non dependet aliquod ens: ſed omne ad quod aliqua res realiter refertur terminat eius realem dependentiam cum quelibet relatio ſit quedam dependentia in aliud. ergo ⁊c.

¶ Tertio entitatis ad non ens non eſt vllus ordo realis: nec etiam econuerſo. ergo nec relatio. cum omnis relatio ſit ordo quidam vnius ad alterum. et illud eſt contra vtramq; concluſionem.

Digitized by Google

¶ Deinde ſpecialiter contra ſecundam concluſionem
Cap.i. arguo ex intentione Auguſt. ſeptimo de trinitate vbi ait.
Sed ſi non eſſet homo id eſt aliqua ſubſtantia non eſſet
qui relatiue dominus diceretur: ⁊ ſi nõ eſſet equus quedã
eſſentia non eſſet quod iumentum relatiue diceretur. Ita
ſi nummus non eſſet aliqua ſubſtantia: nec arra poſſet dici
relatiue: quapropter ſi et pater non eſt aliquid ad ſeipſuꝫ:
non eſt omnino qui relatiue dicatur ad aliquid. hec Au-
guſti. Ex iſtis autẽ videtur eius intentio eſſe: ꝙ nihil poſ-
ſet dici relatiue ad aliquid: niſi ipſum ſit aliqua eſſentia
vel ſubſtantia: quod autem non eſt: non eſt aliqua eſſen-
tia aut ſubſtantia. ergo ⁊c. ¶ Deinde contra tertiam et
Tho.i.p. quartam ſimul arguo. Primo ſic. quandocunqꝫ aliqua
q.13.ar.7. duo non ſunt eiuſdem ordinis illa non realiter adinuicem
referuntur. hoc patet de ſcientia et ſcibili et ſenſu et ſenſi-
bili. Nam quia ſcibile et ſenſibile inquantuꝫ ſunt res que-
dam in eſſe naturali exiſtentes: ſunt extra ordinem ſenſi-
bilis et intelligibilis: ideo in ſciẽtia et ſenſu eſt relatio rea-
lis: ſm ꝙ ordinatur ad ſciendum vel ſentiendum res: ſed
ipſe res in ſe conſiderate ſunt extra huiuſmodi ordinem: ⁊
ideo in eis non eſt aliqua relatio realiter ad ſcientiam et
ſenſum: ſed ſm rationem tm̃ inquantuꝫ intellectus appre-
hendit eas. vt terminos relationum ſcientie et ſenſus.
T.c.20. Unde Philoſophus. 5. metaphyſi. dicit ꝙ non dicũtur
relatiua eo ꝙ ipſa referantur: ſed quia alia referuntur ad
ipſa: ſed deus eſt extra totuꝫ ordinem creature: et omnes
creature ordinantur ad ipſum ⁊ non econuerſo. ergo non
realiter refertur ad creaturas. ¶ Secundo ſic. omne rea-
Henric⁹ liter relatum ad aliquid eſt realiter ordinatum ad illud:
ſic albedo que eſt ratio referendi ad aliam albedinem eſt
naturaliter ordinata ad illam pro eo ꝙ aliquaꝫ perfectio-
neꝫ habet ab illa inꝙtũ in eis eſt natura perfectior ſimul
ꝙ̃ in altera earum: omne autem ordinatum realiter ad
aliud dependet ab illo pro quanto: ſcilicet expectat illud
vt in ipſo fundetur relatio ad illud: ⁊ ſi dependet. ergo eſt
mutabile. ergo imperfectum: quia carens illa perfectio-
ne ad quam mutatur: ⁊ ſi imperfectum. ergo limitatuꝫ. er-
go de primo ad vltimum omne relatum eſt limitatum: et
hoc eſt verum de relato ad aliud in natura: quia ſi refera-
tur ad aliquid quod eſt ei eidẽ in natura realiter: nõ opor-
tet ꝙ dependeat: quia non expectat aliquid aliud a ſe in
natura: vt in eo fundetur relatio: ſed deus non eſt limita-
tus. ergo nec relatus realiter ad creaturam que eſt aliud
ab eo in natura. ¶ Tertio ſic. deus eſt perfecte ſimplex ⁊
ſumme neceſſario eſſe. ergo non refertur realiter ad crea-
turam. Antecedens patet quantum ad vtramqꝫ partem.
Sco. li.i. conſequentia probatur. Naꝫ quia eſt perfecte ſimplex: ni-
diſtin.30. hil eſt in eo quod non eſt ipſum ſm Auguſtinum. 11. de ci-
Ca p.10. uitate dei. deus inquit ſimplex eſt: quia eſt id quod habet
perfecta etiam neceſſitas eius eſt talis ꝙ non variabitur
eſſe eius: quacunqꝫ hypotheſi poſſibili ſiue impoſſibili po-
natur circa aliud a ſe: quia alia non ſunt neceſſaria niſi ſe-
cundaria. Ex his autem ſequitur ꝙ nulla eſt in eo realli-
tas: que neceſſario coexigat aliũ a ſe: tale enim neceſſario
exigens aliud a deo non eſſet. illo exacto non exiſtente: et
per conſequens aliquid quod eſſet perfecte idem deo non
eſſet aliquo alio: quod non eſt neceſſarium ex ſe non exi-
ſtente. relatio autem realis neceſſario coexigit ad ſuuꝫ eſ-
ſe terminum relationis. ergo in deo non eſt relatio realis
ad aliud a ſe. Ad hoc etiam videtur eſſe auctoritas Ma-
giſtri in. 30. diſtin. qui dicit ſic. appellatio qua creatura di-
citur ad creatorem relatiue relatiua eſt et relationem no-
tat: que eſt in ipſa creatura. appellatio vero illa qua crea-
tor relatiue dicitur ad creaturam: relatiua quedam eſt: ſꝫ
nullam vocat relationem que ſit in creatore. Ex his vide-
tur magiſter innuere ꝙ relatio ſignata per relationem ap-
pellatiuam creaturarum non ſit realiter in deo: et per con-
ſequens ille non realiter refertur. ¶ Ultimo argui poteſt
contra fundamentum probationis predictarum conclu-
ſionum: ex hoc enim ꝙ deus omni anime conſideratione
excluſa eſt vere preſcius et dominus: et ſic de alijs que
relatiue dicuntur de eo arguebatur ꝙ eſſet realiter pre-
ſcius et dominus: contra hoc quidem: quia ſimiliter pro-
baretur ꝙ identitas eiuſdem ad ſeipſum eſſet relatio rea-
lis. Nam excluſa conſideratione anime quodlibet eſt ſi-
bi ipſi idem: vt ſor. eſt idem ſorti. et pla. idem platoni. ergo
realiter idem: et per conſequens illa identitas eſt realis:
ſed conſequens eſt falſum: per Philoſophum. 5. meta- T.c.15.
phyſi. capitulo de eodem: vbi ait ſic. Palam quia identi-
tas vnitas quedam eſt / aut plurium eſſendi: id eſt eorum
que ſunt plura in eſſe / aut quando vtitur pluribus veluti
quando dixerit ipſum ipſi idem. Nam vt duobus vtitur
eodem ex quibus innuit ꝙ relatio talis non fit niſi quan-
do intellectus eodem vtitur quaſi tanꝙ̃ duobus idem ſi-
bi referendo. ¶ Ad primam dicẽdum ꝙ non eſt intentio
Philoſophi ꝙ de relatiuis predicetur in propria forma
hoc totum ipſum quod eſt: ſed intendit ꝙ quodlibet ſm
ſe relatiuum eſt ipſuꝫ ad aliud. verbi gratia dominus eſt
dominus ad aliud et ſeruus eſt ſeruus ad aliud: et ſic
quodlibet predicatur in ꝓpria forma de ſeipſo ad aliud:
vt ſupra in prima concluſione de relationibus magis ex-
preſſum eſt. Cum ergo dicitur ꝙ id quod non eſt. non eſt
hoc ipſum quod eſt ad aliud. dico ꝙ hoc verum eſt in ſen-
ſu nũc excluſo: ſed tamen aliquid quod non eſt: eſt ipſum
quod eſt ad aliud in vno ſenſu dato. verbi gratia. cauſabi-
le quod vtiqꝫ non eſt: eſt cauſabile ad aliud. Et vlterius
dico ꝙ non ſequitur cauſabile eſt cauſabile. ergo cauſa-
bile eſt: immo ſequitur oppoſitum. ¶ Ad aliud dico vt in
predicta queſtione dictum eſt frequenter: ſancti et Phi-
loſophi ⁊ nos in quotidiano vſu in multis vtimur iſtis vo-
cabulis aliud ⁊ aliquid. pro his que non exiſtunt / nec ſm
ſe ſunt aliqua entia / vel entitates: ⁊ ita dico ꝙ relatiua di-
cuntur eſſe aliorum generaliter et communiſſe ſumendo
hunc terminum aliorum. vt tam de non exiſtentibus / ꝙ̃
de exiſtentibus dicitur. ¶ Ad ſecundam dico conceden-
do maiorem ſi ſumatur in ſua proprietate: et nego mino-
rem: non enim pater dependet a filio in diuinis: nec certe
etiam in creaturis (nec dominus a ſeruo / nec cauſa que-
libet a cauſato: quis non poſſit aliquis eſſe pater: niſi ali-
quis ſit filius / nec econuerſo nec aliquis poſſit eſſe ſeruus:
niſi ſit aliquis dominus / nec aliquid cauſa niſi aliquid ſit
cauſatum / nec econuerſo: quod tamen non eſt proprie de-
pendere: quia ſic deus pater proprie dependeret a filio: et
econuerſo: quod eſt hereticum: dependeret etiam a crea-
tura. cum ille ſit dominus et non poſſit eſſe dominus niſi
illa ſit ſerua. Si tamen ſic improprie ſumeretur depẽden-
tia in maiore: tunc illa eſſet falſa. conſtat enim ꝙ deus eſt
realiter cauſatiuus: nec poteſt ſic eſſe cauſatiuus niſi ali-
quid ſit cauſabile: ⁊ tñ cauſabile nõ exiſtit in reꝝ natura.
multa etiam non exiſtentia actualiter in rerum natura
ſunt a deo cognita: et ipſe eſt realiter et actualiter illa co-
gnoſcens. ¶ Ad tertiam ſi ordo ſumatur ſtricte et pro-
prie quicquid ſit de antecedente. nego conſequentiam. di-
co ꝙ non omnis relatio eſt ordo nec omne quod refert ad
aliquid proprie ordinatur ad aliud. Si vero ordo ſuma-
tur improprie et communiter pro omni habitudine et re-
latione vnius ad aliud: nego antecedens. ¶ Ad quar-
tum dico ꝙ quedam relatiua ſunt que non poſſunt veri-
ficari de aliquibus: niſi pro his que exiſtunt: vt pater et
filius dominus et ſeruus: duplum et diuidium: et plu-
ra alia: quedam et pro his que exiſtunt: et pro his que
non exiſtunt: ſicut cognitum et repreſentatum ex: ractum

Digitized by Google

⁊ alia plura:et ſm Philoſophum quedam que non niſi ꝓ
his que non ſunt vt faciendum factibile et ſimilia. de pri-
mis verum eſt: ꝙ nihil poteſt ſic referri vel relatiue dici:
niſi ſit aliqua eſſentia: et de talibus: ſicut patet loqui-
tur Auguſtinus et ſicut dicit ꝙ niſi eſſet homo aliqua
ſubſtantia non eſſet qui relatiue dominus diceretur: et
ſic de iumento ⁊ arra: ſicut cum dicit ſi pater non eſſet ali-
quid ad ſeipſuȝ non omnino eſſet qui relatiue dicatur ad
aliquid debet intelligi: ita nō eſt aliquid quod relatiue di
catur pater ad aliquid: et hoc eſt verum ⁊ ſufficit ad ſuuȝ
propoſitum: nec aliud intendit: ſed non ſequitur nihil po-
teſt eſſe pater vel dominus vel arra: niſi ſit aliqua eſſentia
ergo nihil poteſt eſſe cognitum vel factibile niſi ſit aliqua
eſſentia. Nam antecedens eſt verum ⁊ cōſequens falſuȝ:
quoniam antichriſtus eſt cognitus et factibilis: ⁊ tamen
non eſt aliqua eſſentia. ¶ Confirmatur hec ſolutio: quia
hanc inductionem facit Augu. ad declarandum illā vni-
uerſalem propoſitionem quam aſſumpſit. omnis eſſentia
que relatiue dicitur eſt ad aliquid excepto relatiuo: non
enim ait. omne quod relatiue dicitur: ſed omnis eſſentia:
per quod patet ipſum non generaliter de omnibus relati-
uis fuiſſe locutum. ex hoc etiam patet vnum quod ſupra
dicebatur: ſcilicet ꝙ eſſe ad aliquid non eſt eſſe aliquid.
Et ꝙ predicari relatiue non ſit id de quo dicitur eſſe ali-
quid ſeu eſſe eſſentia aliqua: alioquin de puro nō ente nō
poſſet predicari vere aliquid relatiue. ¶ Ad argumenta
contra tertiam ⁊ quartam concluſiones. Ad primum di-
co primo. ꝙ ſi ratio eſſet bōa ſequitur ꝙ nec creatura rea-
liter ad deum referatur cum non ſit eiuſdem ordinis cum
deo: cuius oppoſitum etiam dicunt. nego ergo illam ma-
iorem. ¶ Ad probationeȝ dico ꝙ ſicut ſcientia realiter re
fertur ad ſcibile ⁊ ſenſus ad ſenſibile. ſic econuerſo ſcibile
realiter refertur ad ſciētiā ⁊ ſenſibile ad ſenſum: nec Phi
loſophus dicit oppoſitum: nec Commentator: quinimmo
neuter ibidem facit mentionem de relatione rationis.
5.meta. ¶ Pro intellectu Philoſophi auteȝ verbi allegati quod
T.c.20. diuerſi varie interpretantur. dico ꝙ Philoſophus dat ibi
quandam differentiam inter relatiua duorum primoruȝ
modoꝝ: ⁊ relatiua tertij modi: ⁊ eſt differentia hec ꝙ vnū
correlatiuum de relatiuis tertij modi dicitur ad aliud: ⁊
aliud dicitur ad ipſum. verbi gratia. ſenſibile ſeu ſenſatū
vt habet tranſlatio commētā: ideo dicitur de aliquo rela-
tiue ad ſenſum ſeu ſenſationeȝ: quia ſenſus dicitur ad ali
ud vel illud. denominatur enim aliquid ſenſatum a ſenſu
per quam denominationeȝ non ſignificatur aliud ꝗ ꝙ ip
ſius tanꝗ obiecti eſt ſenſus: ſicut viſio dicitur eſſe coloris
⁊ eodem modo nihil aliud eſt eſſe intellectum ꝗ illius eſ-
ſe intellectionē. nec aliud ſignificatur per aliud. ⁊ hoc eſt
quod expreſſe dicit ibi Philoſophus declarans dictum
ſuuȝ. Unde ait. Nam intelligibile quia illius intellectus
eſt: ⁊ immediate explicat quomodo ipſius: quia ſciliȝ vt
viſus ad colorem: quod eſt eſſe illius obiectiue. Si ergo
aliquid dicitur relatiue ad ſenſum quod dicitur ſenſatū:
⁊ ideo dicitur ſenſatum: quia ſenſus eſt illius: ⁊ per conſe-
quens: quia ſenſus dicitur ad illum: ſequitur ꝙ ſenſatum
dicitur ad ſenſum: quia ſenſus dicitur ad ipſum: idem iu
dicium eſt de intellectuali ⁊ intellectione: ⁊ diligibili ⁊ di
lectione: ⁊ ſimilibus: non ſic autem eſt de relatiuis primi
vel ſecundi modi: quoniam nullum talium eſt denomina-
tiuum alterius: ſic ꝙ eius predicatio de aliquo ſit predi-
catio denominatiua ab alio correlatiuo qua preciſe ſigni
ficetur aliud correlatiuum dicitur relatiue ad ipſum: ex
quo ſequitur ꝙ neutrum correlatiuorum dicitur ad reli-
quum: quia reliquum dicitur ad ipſum. ¶ Contra vide-
Cap.1. tur fortiter poſſe argui ex intentione Auguſt. 3. de trini. di
cit enim ꝙ ſciens ⁊ ſcientia dicuntur adinuicem relatiue
⁊ idem dicit in precedente immediate capitulo de aman

te ⁊ amore: ſed conſtat ꝙ ſciens denominatiue eſt cadens
a ſcientia: ⁊ predicatione denominatiua predicatur de eo
dem de quo predicatur: nec per illam predicationem ali-
ud ſignificatur: niſi ꝙ ſcientia ſit eius tanꝗ ſubiecti. Et
quia ſcientia non aliter dicitur ad ſcientem niſi vt ad ſub-
iectum videtur ſequi ſm predicta ꝙ ſciens non dicatur
ad ſcientiam: niſi quia ſcientia dicitur ipſum. ¶ Sed vl-
terius patet ꝙ ſciens et ſcientia non dicuntur ad aliquid
ſicut menſura ⁊ menſurabile: ⁊ ſenſus ⁊ ſenſibile: ⁊ intelle-
ctus ⁊ intellectuale: ⁊ ſimilia: ⁊ per conſequens non eſt ꝓ-
prium relatiuis huiuſmodi ꝙ vnuȝ dicitur ad aliud: quia
aliud dicitur ad ipſum: qđ tamen intendit Philoſophus
¶ Reſpondeo primo quantum ſufficit ad argumentum
ꝙ Philoſophus non dicit hoc proprium eſſe illis: que di
cuntur adinuicem illo modo: ita ꝙ nullis alijs conueniat
Sed dicit ꝙ hoc cōuenit eis ⁊ non relatiuis primi aut ſe-
cundi modi. Nunc autem ſciens et ſcientia neutro modo
ſunt ad aliquid. non enim dicuntur adinuicem ſm nume-
rum: quomodo dicuntur relatiua primi modi. nec ſm po
tentiam actiuam ⁊ paſſiuam: nec vt menſura ⁊ menſura-
bile: ⁊ ſenſus ⁊ ſenſibile: qualia ſunt amans ⁊ amor: que ſȝ
Auguſtinum ſunt adinuicem relatiua ⁊ habitus ⁊ habi-
tuatus: ⁊ affectio ⁊ affectus: que ſm Philoſophū in pre-
dicamentis ſunt ad aliquid: ⁊ ſic multa alia reperiuntur
relatiua communiter loquendo de relatiuis: que proprie
non pertinent ad aliquem illorum trium modorum. Se-
cundo dico ꝙ Philoſophus negat ſtatim vbi ſupra. 5. me T.c.20.
ta. ſcientiam dici relatiue ad ſcientem. ⁊ Commentator ſi Cō.20.
militer. ⁊ oppoſituȝ probant ex intentione: ⁊ ideo argumē
tum non tollit expoſitionem datam eſſe ſm intentionem
Philoſophi. ¶ Et ſi dicatur ꝙ ex hoc ſequitur ꝙ Augu
ſti. ⁊ Philoſophus ſibi mutuo contradicunt. Reſpondeo
relatiua dupliciter poſſunt ſumi. Uno modo communiſ-
ſime pro quibuſdam que dicuntur ad aliquid ſm primaȝ
diffinitionem poſitam a Philoſopho in predicamentis:
quomodo nomina aliqua ſubſtantiarum vt manus et ca-
put ⁊ alia nomina partium ſubſtantiarum ſunt relatiua:
⁊ ſimiliter aliqua nomina qualitatum ⁊ per ſe pertinentia
ad genus qualitatis ſunt ad aliquid. verbi gratia. color.
Nam dicitur color colorati color: ⁊ albedo albi albedo: ⁊
ſic de alijs pluribus. Alio modo ſumuntur relatiua ſtri-
cte et proprie pro his quorum eſſe eſt ad aliud ſe habere:
ſiue que inquantum ipſa ſunt ipſa ad aliud ſunt iuxta cor
rectam diffinitionem ſecundo datam a Philoſopho vbi
ſupra: ⁊ iſto modo manus ⁊ caput ⁊ ſimilia non ſunt rela-
tiua: vt ibi dicit Philoſophus: ⁊ ſimiliter nec color et al-
bedo. primo modo loquitur Auguſti. de relatiuis quādo
dicit ꝙ ſciens ⁊ ſcientia ſunt adinuiceȝ relatiua: quod pa 3. de trini.
tet: quia in eodem capitulo dicit ꝙ color dicitur relatiue Cap.3.
ad coloratum: ⁊ caput ad capitatum: et tamen conſtat ꝙ
color non eſt per ſe relatiuum ad coloratum: quoniam ſi
color eſſet ſeparatus ab omni ſubiecto adhuc eſſet vere
color: et tamen non eſſet alicuius colorati: ita etiam ma-
nus abſciſſa eſt manus: ⁊ tamen non eſt alicuius manua-
ti: ⁊ ideo talia non ſunt per ſe relatiua iuxta ſecundaȝ dif
finitionem Philoſophi: ſed iuxta commune dictum poſ-
ſunt vocari relatiua ſm dici: non autem ſm eſſe: vt illa tā
tum dicantur relatiua ſm eſſe: quibus competit diffini-
tio ſecunda relatiuoruȝ. illo modo autem ſcientia non eſt
relatiuum ad ſcientem nec econuerſo. Quod patet. quia
non omnis ſcientia eſt alicuius ſcientis vt ſubiecti: ſicut
nunc loquimur: nec omne ſciens eſt ſciens ſciētia illo mo-
do. patet de ſciētia dei que nullius ſcientis vt ſubiecti eſt
ſcientia. Ex quo ſequitur ꝙ nequaꝗ ſcientia inquantuȝ
ſcientia eſt ſcientia ſcientis iſto modo. ac per hoc non per
ſe dicitur ad ſcientē: ⁊ iſto modo negat Philoſoph9. 5. me T.cō.20.
ta. non aūt primo modo. Imo illo modo videtur cōcedere in

Digitized by Google

ſimili cum dicit ꝙ viſurus non eſt: cuius eſt viſurus: ſcilicet ſubiectiue. i. videntis: quis verū ſit hoc dicere. ſ. ꝙ eſt videntis viſurus: ita ꝙ primo vult ꝙ non ꝑpter ſe referatur ad videntem. ¶ Deinde aliquo modo videtur concedere. ſ. large et cōmuniter loquēdo et illo modo tollitur ſm veritatē contradictio Aug. et Philoſophi. et per hoc etiam poſſet ſolui: quō ſciens nō per ſe dicitur ſciens: quia eius eſt ſciētia: vt ſubiecti ſicut arguēdo ſumebatur. ¶ Ex dictis patet ꝙ Philoſophus nō intendit ibi ꝙ inter relatiua tertij modi non ſit ex vtraque parte relatio: et ꝙ alterum tm̄ referatur ad aliud: vt ſenſus ad ſenſatum: et non econuerſo. vt quidā dixerunt: tum quia Philoſophus expreſſe dixit ibi. ꝙ menſurabile et ſcibile et intellectuale eo ꝙ aliud ad ipſum dicitur ad aliquid dicūtur. Ecce ꝙ affirmat eadem ad aliquid. Unde nō eſt in hoc differētia inter iſta et alia relatiua primorum modorum: et ꝙ alia mutuo et conuerſim referātur. iſta autem non. Sed in hoc ꝙ nullum aliorum dicitur ad aliquid: quia aliud dicitur ad ipſum. in iſtis autem ſic. tum quia ſm hoc ipſe manifeſte contradiceret ſibi: cum ex intentione diffuſe probet in predicamentis ꝙ omnia relatiua ſine exceptione aliqua poſſibili: ſi conuenienter aſſignētur dicuntur ad conuertētiam: et ꝙ tollit oēm fugam et proteruiam in propoſito ille ſpecialiter exemplificat ibidem de iſtis dn̄is et ſeruis: et ſenſus ſenſati ſenſus: et ſenſatum ſenſu ſenſatū. ¶ Item nec ſicut alij dicunt intēdit Philoſophus ꝙ vnum referatur realiter. reliquum aūt ſolum ſm rationem: quinimo videtur ſequi oppoſititum ex dictis ſuis. Nam ſi hoc eſt eſſe ſenſatum ꝙ eius eſſe ſenſationem: ſi ſenſatio eſt eius realiter ipſum eſt ſenſatum realiter: et quia inquātum ſenſatū refertur ad ſenſationem: ſequitur ꝙ realiter referatur ad ipſam. ¶ Ad ſecundam cum dicitur omne realiter relatum ad aliquid eſt realiter ordinatum ad illud accipiendo ordinatum in eo ſenſu in quo ſequitur vlterior deductio argumentationis: nego illam. Et ad probationem dico primo ꝙ eſt particularis: nec etiam ſi eſſet vera ſufficienter probaret hāc vniuerſalem. Secundo dico ꝙ eſt falſa. Et ad probationem dico: ꝙ vna albedo nullam perfectionē acquirit ex alia cui refertur: nec aliqua natura eſt ex hoc in ipſa perfectior/ nec ipſa ſingularis/ nec aliqua cōmunis: cū nulla ſit talis in ipſa: quis due albedines ſint plures perfectiones/ quam altera earum tm̄. ¶ Ad tertiam nego conſequentiam. Et ad probationem dico: ꝙ non omnis relatio exigit neceſſario ad ſuum eſſe ꝙ eius terminus ſit in rerū natura: ſicut ſupra patet. ¶ Ad auctoritatem Magiſtri dicendum: ꝙ non eſt cōtra. cum ipſe non dicat ꝙ deus non refertur ad creaturam: ſed dicat oppoſitum: intendit tamen ꝙ cum de nouo dicitur ad creaturā: nulla nouitas/ vel mutatio eſt in deo: ſed tm̄ in creatura: quam mutationem in creatura: propter quam et ipſa ad deum et deus ad ipſam nouiter referuntur vocat relationem. iuxta modum ſuum quo talia complexe ſignificabilia: quibus dicitur aliquid referri vocare cōſueuit relationes: vt in pre-
5. met. 26. allegatis. q. fuit dictum. et diſtin. 26. ¶ Ad vltimum concedo ꝙ identitas eiuſdem ad ſe eſt realis: ſi illud quod dicitur idem ſit res: nec Philoſophus dicit oppoſitū/ nec aliquis alius deberet hoc negare. cum nullus ſane mentis negaret ꝙ ſor. eſt ſibiipſi idem realiter: et multo plus quam ſit platoni: cui tm̄ conceditur eſſe realiter idem ſm ſpeciem. ¶ Preterea. Conſtat ꝙ aliqua res vna numero eſt vna realiter. cum ergo idētitas numeralis non ſit aliud/ quam entitas numeralis: vt patet ex auctoritate allegata: ſequitur ꝙ identitas numeralis eſt idētitas realis. Dico ergo ꝙ talis identitas eſt realis: et ſi ipſa ſit relatio eſt relatio realis/ nec Philoſophus oppoſitū ſentit: ſed ſolum vult ꝙ quibus modis dicitur vnum dicitur idē: et ꝙ ſicut vnitas ſic et idētitas eſt duplex: quedam eorum que ſunt plura: ſicut identitas generis et ſpecifica: quedam vnius: ſicut identitas numeralis: que eſt illa quam ſignificamus cum eodem vtimur: vt duobus. i. ſicut vtimur duobus. hoc autem eſt quādo dicimus ipſum ipſi idem. verbi gratia. petrus eſt idem petro: ſic enim vtimur: tūc petrus pro eo quod refertur et eo cui refertur. ſicut in ſignificādo idētitatem aliam que eſt plurium vtimur duobus. verbi gratia. cū dicimus Petrus eſt idē Paulo/ nec aliud intēdit Philoſophus. ¶ Et ſi dicatur ꝙ quelibet relatio realis 5. meta.
requirit duo extrema realiter diſtincta. dicendum hoc T. c. 26.
eſſe falſum: quod patet: quia inter mouens et motum/ vel agens et patiens relatio realis: etiam ſm communem doctrinam: et tamen volūtas agit in ſe: cauſando ſuum actū: ita ꝙ eſt ipſa agens et patiens et mouens et mota. Unde non plus requiritur ad relationem realem: niſi ꝙ preter operationem anime: ipſum quod refertur ſit tale quale denotatur per predicationem relatiuam de ipſo: et ideo ſi identitas inquantum identitas ſit relatio: non requiritur ad hoc ꝙ ſit relatio: niſi ꝙ illud quod dicitur idem: ſit idem preter anime operationem. Quod autem ſint diſtincta extrema identitatis non ſemper requiritur: imo aliquando requiritur oppoſitum: ſcilicet in identitate numerali. Unde ſicut ad identitatem ſpecificam vt ſit realis: non requiritur ꝙ illa que ſic ſunt idem: ſint diſtincta ſpecie/ aut maiori diſtinctione: quinimmo ſi ſic eſſet nō eſſent eadem ſpecie. Sic ad identitatem numeralem non requiritur diſtinctio numeralis/ aut aliqua maior: immo ſi ſic eſſet: nō eſſet identitas numeralis: et ideo inane dictū illorum videtur: 5. meta.
qui exponentes Philoſophum in parte preallegata di- T. c. 26.
cunt ꝙ ad huiuſmodi relationem identitatis: oportet ꝙ intellectus vnum ſtatuat tanquam duo: et illa comparet adinuicem ſm idētitatem: eſt enim ſimile/ ac ſi diceretur ꝙ ad hoc ꝙ ſit idem oportet ꝙ ſit diſtincta. ¶ Ad primum argumentum queſtionis cum dicitur/ aut refertur relatione eterna/ aut temporali. Dico ꝙ deum referri relatione eterna poteſt dupliciter intelligi. Uno modo ꝙ ipſa res que eſt relatio ſit eterna: et ſic dico ꝙ ad quodcunque referatur deus ſiue ab eterno/ ſiue non ab eterno. refertur relatione que eſt res eterna: quia ſua relatio non eſt niſi ipſe. Alio modo intelligi poteſt ꝙ referatur relatione eterna. id eſt referatur eternaliter: et referatur relatione temporali. id eſt referatur ex tempore/ ſeu poſtquam non referebatur: et ſic dico ꝙ ad aliqua referebatur eternaliter: que non erant inquātum erat eorum creatiuus et preſcius: et ad aliqua temporaliter inquatum creator et dominus: ita ꝙ quis id quod eſt dominium dei ſemper fuerit: illud tamen non fuit ſemper dominium: ſicut licet is qui eſt dominus ſemper fuerit: non tamen ipſe ſemper fuit dominus. cum autem dominium dei dicitur ſm intrāſitiuam loquor conſtructionem: vt ſit ſenſus: dominium qui eſt deus: cum autem probatur ꝙ non relatione eterna: patet ex dictis ſupra in. q. ¶ Ad id vero quo probatur: ꝙ non temporaliter: quia tunc illa relatio eſſet noua in deo. patet ꝙ non ſequitur niſi in hoc ſenſu: id eſt tunc de nouo deus refertur quod concedo. Cum vero ex dicto Cōmenta. vlterius infertur ꝙ mutaretur ſaltem per accidens: 5. meta.
nego conſequentiam proprie loquendo. ¶ Ad auctorita- Cō. 10.
tem Commenta. dico ꝙ aliquid tranſmutari tranſmutatione relatiua/ ſeu relatiue: poteſt dupliciter accipi. Uno modo ſtricte et proprie: et ſic illud dicitur tranſmutari tranſmutatione relatiua quod tranſmutatur ſm rem illam per quam eſt relatiuū: iſto modo ſi petrus niger fiat albus: et per conſequens ſimilis Paulo albo tranſmutatur tranſmutatione relatiua: quia tranſmutatur per albedinem qua eſt ſimilis paulo. Alio modo large et improprie: et ſic omne quod refertur ad aliquid ad quod prius non ſic referebatur poteſt dici tranſmutatum

Digitized by Google

relatiue. hoc ſecundo modo accipit Commen. tranſmutationem relatiuam: ⁊ hoc modo dicit vtraq3 relatiuorum tráſmutari ꝑ accidẽs. verbi gratia. in exẽplo ſuo cũ colũna que eſt dextera forti: fit ei ſiniſtra ad motũ fortis in loco. Vtrũq3 eñ ipſoꝝ fit alteri ſiniſtrũ cui prius nõ erat ſiniſtrũ: ⁊ ſic illo modo tráſmutatur relatiue ⁊ vtrũq3 ꝑ accidẽs vt dicit: fortes quidẽ q2 fit ſiniſter colũne ꝓpter motũ eius in loco: q2ñ vt dicit Cõmẽta. tráſmutationẽ3 eius in loco ſequitur illũ eſſe in dextro aut ſiniſtro colũne: verba ſua ſunt. Colũna adhuc magis per accidens: q2 ipſa eſt quieſcẽs vt ait: ⁊ per cõſequẽs propter motũ alterius rñ ipſa fit ſiniſtra. Ex iſtis autẽ patet ꝙ nõ poteſt ex intẽtione Commẽta. haberi ꝙ relatio ſit aliqua entitas noua acquiſita in eo ꝙ de nouo refertur nec ꝙ quodlibet tale proprie tranſmutetur.

¶ Diſtinctionis. xxxiij. ⁊. xxxiiij. Queſtio prima.

Circa diſtinctionem. 33. ⁊. 34. Quero vtrũ3 in deo perſona vel ꝓprietas perſonalis diſtinguatur ab eſſentia diuina ſeu deitate communi perſonarũ aliquomodo ex natura rei ſeu circũſcripta omni anime operatione. Et arguo ꝙ ſic. Primo quidẽ ſic omnis filius eſt genitus: eſſentia diuina non eſt genita. ergo eſſentia diuina non eſt filius: et vltra ſequitur: eſſentia diuina eſt: ⁊ filius eſt: et eſſentia diuina non eſt filius. ergo eſſentia diuina eſt diſtincta a filio. Patet hec vltima cõſequẽtia ex ſignificatione huius quod dicitur eſt diſtinctum: ⁊ due prime partes antecedentis ſunt certe ſm̃ fidem. ⁊ tertia pars que eſt cõcluſio primi ſyllogiſmi probatur eſſe vera: quia maior eſt vera. Nam ideo quippe eſt filius: q2 genitus: ⁊ quia genitus vtiq3 filius. vt dicit Auguſt. 5. de trinitate. minor quoq3 vera eſt ⁊ determinata per eccleſiam vt patet extra de ſumma trinitate ⁊ fide catholica. Dãnamus. Et forma arguendi eſt bona. Nam ex oppoſito concluſionis cum maiore ſequitur in tertio prime oppoſitu3 minoris. ſic arguẽdo: omnis filius eſt genitus: eſſentia diuina eſt filius. ergo eſſentia diuina eſt genita. ergo prima concluſio eſt vera. ¶ Secundo ſi eſſentia diuina nullo modo ex natura rei diſtingueretur a perſona: ſed eſſet ipſa: ſequitur ꝙ vna perſona ſit alia. nec ſit ibi alius pater ⁊ alius filius: quod eſt hereticum. conſequentia probatur expoſitorie arguendo in tertia figura ſic. hec eſſentia eſt pater. hec eſſentia eſt filius. ergo filius eſt pater. forma eſt ex ſe perfecta: ⁊ vtraq3 premiſſa ſequitur ex antecedente. ¶ Tertio idem conſequẽs oſtenditur ſequi per illud principium. Quecunq3 vni ⁊ eidem ſunt eadem. illa inter ſe ſunt eadem: ſed pater ⁊ filius ſunt vni eſſentie idem. ergo inter ſe ſunt idem. ⁊ per conſequens is eſt pater qui eſt filius: ⁊ non alius pater alius filius. ¶ Quarto de quibuſcunq3 verificantur predicata contradictoria ſi quelibet eſt res ſunt diſtincte res: ſed de patre ⁊ eſſentia verificantur predicata contradictoria. verificatur enim de patre ꝙ generat: ⁊ de eſſentia verificatur ꝙ non generat. vt patet in iſto preallegato capitulo damnamus. Et conſtat ꝙ tam pater q̃3 eſſentia eſt res. ergo eſſentia ⁊ pater ſunt diſtincte res. maior eſt euidens. Nam alias ſequeretur ꝙ de aliquibus pro eodem omnino ſupponentibus verificẽtur huiuſmodi predicata: et per conſequens contradictoria aliqua erunt ſimul vera: quod eſt impoſſibile. ¶ Preterea. Si maior illa negetur tollitur omnis via probandi aliqua eſſe res diſtinctas: quia nulla alia via habet efficaciam niſi ex iſta: vt patet conſideranti. Si ergo iſta non eſt efficax. nulla eſt efficax: ⁊ ſic poterit defendi ꝙ homo ⁊ lapis nõ ſunt diſtincte res: ſed ſicut tu dicis ꝙ eſſentia et pater non ſunt diſtincte res: ſed ſunt diſtinguibiles/ aut ꝙ diſtinguitur ratione/ aut ꝙ formaliter tantum/ vel modaliter/ aut quiditatiue/ vel intẽtionaliter/ aut aliquo alio modo excogitato per opiniones aliquas/ vel excogitabili: ſic dicam de lapide et homine/ nec in perpetuum: hoc magis improbabitur/ q̃3 illud. ¶ Quinto per iſtas eaſdem rationes poteſt probari: ꝙ proprietas et eſſentia diſtinguantur ex natura rei: quod etiam aliter arguitur ſic. Hec eſſentia eſt ex natura rei formaliter infinita ⁊ neceſſe eſſe: proprietas/ nec ex ſe eſt neceſſe eſſe/ nec formaliter infinita. ergo eſſentia ⁊ proprietas ex natura rei diſtinguuntur. conſequentia patet. alias idem eſſet infinitum: et non eſſet infinitum: neceſſe eſſe et non neceſſe eſſe: quod implicat cõtradictionem. Prima pars antecedentis conceditur ⁊ ſecunda probatur: q2 alioquin in diuinis eſſent tria infinita: ⁊ tria neceſſe eẽ. quod eſt falſum. iuxta illud Athanaſ. in ſymbolo: non tres immenſi: ſed vnus immenſus. ¶ Sexto eẽntia eſt perfectio ſimpliciter ſm̃ Anſel. in mon. proprietas non eſt perfectio ſimpliciter: alioquin cuilibet perſone deficeret aliqua perfectio ſimpliciter: et per conſequens nulla eſſet ſumme perfecta: quod eſt erroneum. ergo proprietas ⁊ eſſentia aliquo modo ex natura rei diſtinguũtur. ¶ Septimo ſi eſſentia eſt paternitas ergo eſſentia eſt non filiatio. patet conſequentia: quia omnis paternitas eſt non filiatio: ſed vltra ſequitur: eſſentia eſt non filiatio. ergo eſſentia nõ eſt filiatio: per illam regulam. Ad affirmatiuã de predicato infinito ſequitur negatiua de predicato finito: ſed ſi eſſentia non eſt filiatio. ergo eadem ratione eſſentia non eſt paternitas. ergo de primo ad vltimum. ſi eſſentia eſt paternitas: eſſentia non eſt paternitas ⁊ eſt paternitas: illud conſequens eſt impoſſibile ergo et antecedens. Si vero eſſentia non eſt paternitas (cum vtraq3 ſit verum ens) ſequitur ꝙ ſunt adinuicem ex natura rei diſtincte: et eo modo poteſt probari ꝙ perſona et eſſentia diſtinguantur. Cap.15.

Oppoſitum arguitur: inter eſſentiam et perſonam/ vel proprietatem non eſt oppoſitio relatiua producentis et producti. ergo eſſentia et perſona ſunt idem: ⁊ ſimiliter eſſentia ⁊ proprietas perſonalis/ nec adinuicem diſtinguuntur. Antecedens eſt notum: quia eſſentia/ nec eſt producens/ nec producta. vt patet ex cap. Damnamus. conſequentia tenet ex intentione Anſel. de ꝓceſ. ſ. ſ. vbi vult ꝙ in deo omnia ſunt idem: vbi non obuiat talis oppoſitio relatiua. Cap.4.

In reſponſione ad. q. primo recitabo vnã opinionem: ⁊ ex ſuis dictis propriis reprobabo. Secũdo dicam quod videbitur ad queſitum. Tertio quedam dubia mouebuntur.

Quantum ad primum eſt opinio cuiuſdam doctoris qui dicit ꝙ eſſentia ⁊ proprietas ſunt idem: quia deus eſt ſimplex: et quicquid habet excepto eo ad qð dicitur relatiue: quia ſm̃ Auguſtinum 11. de ciuita. cap. 10. ideo deus ſimplex dicitur: quoniam hoc eſt quod habet: excepto ꝙ relatiue quelibet perſona ad alteram dicitur. Nam vtiq3 pater habet filium/ nec ipſe tamen eſt filius/ nec econuerſo. eſſentia etiam diuina habet proprietates relatiuas (cum omnes fundet) non tamen dicitur relatiue ad eas. eſt ergo eſſentia diuina paternitas et quecunq3 alia proprietas et econuerſo: licet non formaliter. eſt ergo inter eam et proprietatem aliqua differentia: quia eſſentia diuina eſt vna realiter. proprietates autem ſunt plures realiter realitate relatiua. ideo reſtat inquirere differentiam inter eſſentiam et proprietatem. Et probo ꝙ non differunt tantum per actum intellectus creati/ vel increati negociantis circa ea: q2 pater ex

Cap.9. (margin, beside "nitus: ⁊ quia genitus vtiq3 filius. vt dicit Auguſt. 5. de trinitate.")

Scotus reporta: tionibus Pariſic. lib. primo diſ. 33. q. 1.

Digitized by Google

natura rei ante omnẽ actuꝫ intellectus in primo ſigno ori
ginis habet rem cõmunicabilẽ vt eſſentiã: q2 aliter cã nõ
cõmunicaret. habet etiã ex natura rei in primo ſigno ori-
ginis ante actuꝫ intellectus rem incõmunicabilẽ ſcilicet
proprietatẽ perſonalẽ: q2 aliter non eſſet perſona ex natu-
ra rei: ſed non eſt eadẽ realitas illa que eſt cõmunicabilis
ex natura rei: ⁊ que eſt incõmunicabilis ex natura rei. im
mo hoc includit cõtradictioneꝫ. ergo in patre nõ eſt idem
ex natura rei eſſentia que eſt cõmunicabilis de ſe: ⁊ ꝓprie
tas que eſt incõmunicabilis. ¶ Secũdo ꝙ ſꝫ ſui aliquid
cõuenit realiter cũ aliquo: ⁊ ꝑ aliquid ſui realiter differt.
ab illo: habet in ſe aliqua diſtincta realiter ex natura rei:
ſed pater realiter cõuenit cũ filio per eſſentiaꝫ: ⁊ realiter
diſtinguitur ab eodẽ per proprietatẽ relatiuã. ergo in pa
tre eſſentia ⁊ relatio diſtiguũtur ex natura rei. ¶ Tertio
beatus intuendo deũ videt diſtincte deitatẽ: ⁊ proprieta
tẽ: aut ergo videt illa vt diſtincta obiecta: ante omnẽ actũ
intellectus: aut videt illa vt diſtincta ſꝫ diuerſos modos
cõcipiendi idẽ obiectũ grãmaticales vel logicales: ſi pri-
mo modo. ergo ſunt ibi ex natura rei: q2 cognitio ĩtuitiua
eſt rei: vt exiſtit in ſe ante omnẽ actũ intellectus. Si ſcdo
modo. ergo nõ eſt maior differẽtia ꝙ̃ in cõcipiẽdo deita-
tẽ ⁊ deũ: ⁊ abſtractũ ⁊ cõcretũ: ⁊ per cõſequẽs ſicut pater
eſt beatus in eſſentia: ita in paternitate ⁊ filiatione ⁊ pro-
ceſſione ſpiritus ſancti: ⁊ cũ illa diſtinguãtur formaliter
ſicut perſone quas cõſtituũt: ſequitur ꝙ pater erit in tri-
bus obiectis prio beatus: quod eſt impoſſibile. ¶ Quar
Cap.1. to idẽ alibi ꝓbat per Augu. 7. de trini. Omnis inquit eſ-
Sco.li.1. ſentia que relatiue dicitur: eſt etiã aliquid aliud excepto
di.2.q.vi. relatiuo. ¶ Item ibidem ſi pater non eſt aliquid ad ſeip-
ſum: nõ eſt omnino qui relatiue dicatur ad aliquid. eſt er-
go in re eſſentia ad ſe ⁊ nõ ad aliquid: et in re pater inq̃tũ
pater relatiue dicitur. Nõ eſt autẽ formaliter eadeꝫ enti-
7. de tri. tas ad ſe ⁊ nõ ad ſe. igitur. ¶ Quinto Augu. eodẽ lib. ait
cap. 2. ꝙ filius nõ eo verbũ quo ſapiẽtia: q2 verbuꝫ nõ ad ſe dici-
tur: ſed tñ relatiue ad eũ cuius eſt verbuꝫ: ſicut filius ad
patrẽ. ſapiẽtia vero eo quo eſſentia. eodẽ modo pater non
eodẽ pater eſt: ⁊ deus. Et ex hoc infra in eodẽ capitu. cõ-
cludit: quapropter non q2 pater non eſt filius. ⁊ filius non
eſt pater aut ille ingenitus. ille autẽ genitus: ideo nõ vna
eſſentia: q2 his nominibus relatiua eoꝝ oſtẽduntur. vter-
q3 autẽ ſimul vna ſapientia. ⁊ vna eſſentia. vbi hoc eſt eſſe
quod ſapere. Eſt ergo ſm Augu. talis nõ idẽtitas relatio
nis ad abſolutũ in diuinis. ꝙ ſi vnũ eſt quo reſpectu alicu
ius: alterum non eſt quo reſpectu eiuſdem. eſſe autẽ quo
contingit alicui ſm eius rationem formalem. ergo vnum
eorum non eſt de ratione formali alterius: ſed extra eam:
Eodẽ lib. ⁊ per cõſequẽs non eſt idem formaliter alteri. ¶ Ex iſtis
diſtin. 34. etiam concludit ꝙ perſona non eſt eadem formaliter cuꝫ
eſſentia. cum perſona includat proprietatem: quam non
includit eſſentia: nec perſona eſt eadeꝫ formaliter proprie
tati: cum includat eſſentiam: quam proprietas non inclu
dit. ſicut contra naturam prepoſitiui nititur arguere.
¶ His tamen non obſtantibus dicunt ꝙ perſona diuina
eſt ſumme ſimplex. ⁊ hoc propter infinitatem eſſentie. pro
pter quam non poteſt illa eſſentia eſſe cum aliqua realita
te in eodem: niſi illa realitas ſit perfecte eadẽ ſibi. ¶ Hec
ꝫ Scoti opinio que eſt in ſuis verbis propriis recitata: ſicut appa
vbi ſupra ret tam ex rationibus eius recitatis ꝙ̃ ex eius dictis eiuſ
dem alibi. ſupra in diſtin. 8. cuꝫ de attributis diuinis age
retur inſimul recollectis ponit ex natura rei diſtingui eſ-
ſentiam a proprietate. ſic ꝙ in perſona diuina ſunt aliqua
plura inter ſe diſtincta ex natura rei ante omneꝫ operatio
nem intellectus creati vel increati: que plura aliquando
vocat realitates: vbi ſupra aliquando entitates: vt diſtin.
ſecunda. queſtione vltima. aliquando vero formalitates.
Sed vbi conſtat de intellectu non eſt cura de nomine.

Hac tamen pluralitate non obſtante dicunt tam eſſentiã
ꝙ̃ perſonam eſſe ſumme ſimplicem propter perfectionem
immo vt alibi dicunt perfectiſſimaꝫ identitatem proprie
tatis ad eſſentiam: ⁊ econuerſo concluſio iſta videtur mi-
hi falſa ⁊ incompoſſibilis iſtis aliis ſimul dictis. Unde ꝓ
bo. primo ꝙ huiuſmodi diſtinctio vel pluralitas nõ eſt cõ
poſſibilis cum ſimplicitate eſſentie: quod ex dictis illiuſ-
met opinantis oſtendo. ¶ Primo ſic. entitas communi-
cabilis patris ſcilicet eſſentia diuina eſt ſumme ſimplex
vt dicunt. ⁊ verum eſt. ergo ipſa eſt omne quod ipſa habet
ad quod non dicitur relatiue. Pater conſequentia ꝑ eos
ſupra: ſed vt dicunt: ipſa habet iſtas entitates incommu-
nicabiles: quas vocant proprietates perſonales: cum om
nes ſundet nec ad eas dicitur relatiue. ergo ipſa eſt queli
bet illarum ex natura rei: ⁊ per cõſequens non ſunt diſtin
cte realitates vel entitates ex natura rei: aut ſi ſint: eſſen-
tia ipſa non eſt ſumme ſimplex. ¶ Confirmatur. quia ſi-
cut ipſimet dicũt in hac diſtin. 33. queſtio. 2. in repor. Pa-
riſien. contra opiniones duas: quaruꝫ vna poſuit inter eſ-
ſentiam ⁊ proprietatem diſtinctionem realem non ſimpli-
citer: ſed rei abſolute ⁊ rei relatiue. alia vero diſtinctioneꝫ
modalem quam pro tanto (vt iſti referunt) dicebat poſ-
ſe vocari realem: quia non erat per operationem intelle-
ctus: ſic oportet ſaluare ſimplicitatem diuinam: vt ratio
que eſt cauſa ſimplicitatis in perſona ponat habens eſſe
id quod habetur. Ex quo ſequitur neceſſario ꝙ ſi formali
tas communicabilis habet formalitatem vel entitateꝫ in
communicabilem (vt dicunt) ꝙ ipſa ſit illa vel ipſa nõ eſt
ſimplex. ¶ Secundo probo ꝙ talis diſtinctio repugnet
ſimplicitati perſone per rationem eoruꝫ ibidem contra di
ctas opiniones que talis eſt: ex quibuſcũq3 qualitercũq3
diſtinctis ex natura rei eſt aliquid vnum: alterum illoruꝫ
eſt actus ⁊ alterum potentia. Si ergo (eſſentia et relatio
diſtinguuntur qualitercũq3 ex natura rei: ⁊ ex eis eſt per-
ſona) alterum erit actus ⁊ alterum potentia: ⁊ per conſe-
quens perſona ex natura rei erit compoſita compoſitione
que deſtruit ſimpliciter eius ſimplicitatẽ: hec omnia ver-
ba ſua ſunt. Deinde exquiſite probant illam maiorẽ: quaꝫ
probationem non oportet nunc recitare hic. nulla argu-
mentatio vel declaratio alia eſt opportuna ad oſtenden-
dum dictam incompoſſibilitatem ſm dicta eorum: aut
etiam falſitatem concluſionis in ſe: cum expreſſe dicant
ꝙ ſi qualitercũq3 diſtinctio eſt: aut ſit ex natura rei inter
proprietatem ⁊ eſſentiam perſona non erit ſimplex ſimpli-
citer: ſed compoſita compoſitione que deſtruit eius ſim-
plicitatem. cum ergo (ſm ipſos et ſm veritatem perſona
ſit ſumme ⁊ ſimpliciter ſimplex) ſequitur ꝙ nulla omnino
eſt ibi ex natura rei diſtinctio. ¶ Preterea. Ad idem ar-
guo ſic. pater habet in ſe aliquam entitatem communica-
tam filio: ⁊ aliquam entitatem non communicatam filio.
ergo pater non eſt omnino ſimplex. antecedẽs (licet ſit fal-
ſum) eſt datum ab opinione in prima reſponſione ſupra fa
cta. Et conſequentia tenet per conciliuꝫ. extra de ſumma
trinitate ⁊ fide catholica. Damnamus. ſicut ſupra patet. di
ſtin. 26. concluſione. 3. illius queſtio. ¶ Tertio arguo cõ-
tra concluſionem in ſe ex dictis opinionis: ⁊ probo per ali
am rationem quam ſupra facit contra predictam opinio-
nem que eſt talis de verbo ad verbum. Omnis res accipi
endo rem generaliſſime habens diſtinctioneꝫ ab alia re
qualitercunq3: aut eſt ens informans: aut informatũ: aut
per ſe exiſtens: nec informans nec informatum. Si ergo
relatio ſit res diſtincta ab eſſentia. aut ergo ſic vel ſic. non
primo vel ſecundo modo: quia ſi eſſet actus vel potentia
reſpectu eſſentie: et per conſequẽs faceret compoſitioneꝫ
in perſona. Si vero ſit res tertio modo ſcilicet per ſe ſubſi
ſtens: ſequitur ꝙ proprietas per ſe ſubſiſtit ſicut perſona:
et ſic perſona non includeret eſſentiam vt aliquid ſui:

Digitized by Google

ſed tantum relationem:quod eſt impoſſibile.hec ipſe. Ex
quibus patet ꝙ (cum accipiat rem generaliſſime et qua-
litercunqꝫ diſtinctam ab alia) ſequitur ꝙ proprietas non
eſt realitas/ vel entitas/aut formalitas/ aut modalitas/
aut quouis:alio modo nominaretur ex natura rei diſtin-
cta ab eſſentia:ſaltem ſi argumētatio ipſorum bona ſit:cū
res generaliſſime accepta dicatur de qualibet entitate.
vnde eadem argumentatio poteſt fieri. poſito hoc termi-
no entitas/vel hoc termino formalitas loco huius termi-
ni cōmunis res. ❡ Confirmatur:qꝛ ſi non ſic intelligāt:vt
dicatur ꝙ non valet argumētatio in alijs terminis:ſimili
facilitate diceretur:ꝙ nec ſua argumētatio contra ponē-
tes relationem non eſſe ꝓprie rem:ſed modalitatē rei:cō-
tra quos iſti arguūt:valet. ❡ Preterea. Iſta formalitas
relationis precise ſm ſe eſt diſtincta ab eſſentia ex natura
rei:⁊ cum hoc (vt dicūt in.q.proximo allegata) eſt ſibi ea-
dem perfectiſſima identitate/ac ſi non diſtingueretur ab
ea. ergo ſm argumentationem eius contra prepoſitum
diſt.26.ipſa non eſt ab eſſentia ſe tota primo diuerſa: ſed
aliquo ſui conuenit cum illa:⁊ aliquo ſui diſtinguitur.er-
go per ſecūdam ſuam rationem nunc ſupra allegatam ha-
bet in ſe aliqua diſtincta ex natura rei. et ſit a.id quo iſta
aliqua formalitas eſt eadem eſſentie:⁊ ſit b.id quo diſtin-
guitur ab ea:et tunc de b.precise ſumpto:quero vtrum ſit
aliquo modo idem eſſentie ex natura rei / vel non. ſi non.
ergo perſona includens b.⁊ eſſentiam non eſt ſimplex : qꝛ
ſm illos non ſaluatur ſimplicitas perſone niſi propter per
fectiſſimam identitatē eorum que includit: ⁊ preterea de
ipſo b.queretur:an ſit informās/ vel informatum/ aut per
ſe ſubſiſtēs ſicut ſtatim ipſi arguebant. Si vero ſit aliquo
modo idem ex natura rei ipſi eſſentie .ergo aliquo ſui eſt
idem:⁊ aliquo ſui diſtinguitur ſicut prius. ⁊ ſic in īfinitū:
vel oportet dare aliquid i perſona : quod nullo modo erit
idem ex natura rei ipſi eſſentie:⁊ per conſequens perſona
non erit ſumme ſimplex:quod eſt erroneum ⁊ contra eos.
Plura alia ex dictis eorūdem poſſent adduci repugnan-
tia iſtis:ſed dicta ſufficiāt. ❡ Ad rationes opinionis re-
ſpondetur in ſecundo articulo ſequenti.

Reſpondeo ergo nūc ſecūdo ad queſtionem ſub
quatuor concluſionibus. Prima eſt
ꝙ eſſentia diuina / ſeu diuinitas cōmunis patri et filio et
ſpiritui ſancto nullo modo diſtinguitur ex natura rei ab
aliquo illorū : ſic ꝙ aliquid cum ipſa aliquo modo ponant
in numerum/ſeu ſint due alique quevis entitates/ ſiue il-
le appellentur formalitates/ſiue modalitates/ vel realita
tes/aut quouis aliquo nomine cenſeātur. Secūda ꝙ dei-
tas nullo modo diſtinguit̄ ex natura rei a ꝓprietate per-
ſonali: ſic ꝙ extra animam deitas et perſonalis ꝓprietas
ſint alique due quevis entitates qualitercunqꝫ ille nomi-
nentur. Tertia ꝙ cuiuſlibet perſone nomen:et nomen di-
uinitatis/vel diuine eſſentie de ſe inuicē predicantur con
uerſim: et tamen nec a parte ſubiecti/nec a parte ꝑdicati
ſemper eſt vtriuſqꝫ ad reliquū bona conſequentia. Quar
ta ꝙ neutrius ꝑdicatio de altero eſt formalis. ❡ Pro de
claratione prime cōcluſionis primo premitto ꝙ de diſtin
ctione pſone a deitate poſſet eſſe duplex imaginatio. vna
ꝙ perſona et deitas eſſent alique due entitates: quarum
neutra eſſet pars/aut aliquod extrinſecuꝫ alterius. Alia
imaginatio poſſet eſſe : ꝙ vna eſt intrinſeca alteri:ſcꝫ dei-
tas perſone : ⁊ pſona vltra ipſam deitatē includeret quā-
dam aliam entitatem per quā diceretur diſtingui a dei-
tate:ſicut dicimus ꝙ totū diſtinguitur a ſua parte. Se-
cundo contra vtrāqꝫ imaginationem pono primam con-
cluſionem. Unde primo probo ꝙ non ſunt alique entita-
tes diſtincte primo modo. ❡ Et arguo ſic.quelibet perſo
na diuina eſt eſſentia diuina/ſeu diuinitas:et eſſentia di-
na eſt quelibet perſona diuina. ergo nulla perſona diui-
na ⁊ diuinitas ſunt iſto modo diſtincte. Antecedens quo
ad vtrāqꝫ partem habetur ex determinatione eccleſie in
illo cap. Damnamus. vbi dicitur ꝙ quedam ſumma res
vna veraciter pater eſt et filius et ſpiritus ſanctus ſimul
tres perſone/ac ſigillatim quelibet earūdem. et hec eſt ſe-
cunda pars antecedentis:⁊ ſequitur:⁊ ideo ſolūmodo eſt
trinitas et non quaternitas: qꝛ quelibet trium perſonarū
eſt illa res. vcꝫ ſubſtantia eſſentia/ſeu diuina natura:⁊ ex
hoc patet prima pars antecedētis. Conſequētia vero pa-
tet ex eo ꝙ ex oppoſito conſequentis ſequitur oppoſitum
antecedēns.ſequitur enim generaliter in omnibus.hoc ⁊
hoc ſunt diſtincte entitates.ergo hoc non eſt illud. ❡ Se
cundo ſi perſona diuina ⁊ eſſentia eſſent diſtincte entita-
tes modo predicto. in deo eſſet quaternitas : quam Ioa-
chim imponebat magiſtro Petro lombardo : et quam in
deo eſſe negat in verbis preallegatis concilium. patꝫ con-
ſequentia. Nam ibi eſſet quedam res que non eſſet pater
nec filius/nec ſpiritus ſanctus. et preter illam eſſent tres
perſone:⁊ hoc eſt quaternitas: quā Ioachim imponebat
magiſtro: vt patet in preallegato cap. Hanc autem dicit
eccleſia non eſſe in deo: qꝛ quelibet trium perſonarum eſt
illa vna res: innuens manifeſte ꝙ ſi non quelibet eſſet illa
res:vtiqꝫ ibi eſſet quaternitas: quia ſi non quelibet eſſet il
la res.nulla eſſet illa res : cum in hoc vna ſit de omnibus
ratio:⁊ ſi nulla eſſet illa res.ibi eſſent quatuor : quorū nul-
lum eſſet aliquod aliorum trium. ❡ Tertio ſequit̄ ꝙ nul-
la perſona eſſet deus/vel eſſent quatuor dij.cōſequens eſt
expreſſe hereticum. Conſequentia patet: quia nulla per-
ſona eſſet illa deitas cōmunis/nec illa eſſentia eſſet(vt di-
citur)aliquid intrinſecū alicui perſone.cum non eſſet for-
ma informans aliquā perſonam : cum hoc repugnet dei-
tati.cum ergo deus nō dicatur de aliquo relatiue: ſed ad
ſe:ſequitur ꝙ pater/vel non eſſet deus / vel eſſet deus ali-
qua deitate alia ab illa communi.⁊ eodem modo filius ⁊
ſpiritus ſctūs eſſet aliqua propria deitate deus ⁊ ſic eēnt
quatuor deitates:tres proprie ⁊ vna cōmunis: ⁊ per con-
ſequens quatuor dij. ❡ Secūdo probo ꝙ perſona non di-
ſtinguit̄ ab eſſentia ſcdo modo:tum quia perſona nō eſſet
eſſentia/ſeu deitas: cum nullū includēs plura ſit aliquid
illorum:vnde ⁊ ſi poſſet dici ꝙ in perſonis eſſet deitas:nō
tamen vere diceretur ꝙ perſone eſſent deitas:hoc autem
eſt falſum: vt patet per Dam.lib.1.qui cum dixiſſet cum Cap.14.
reſpeximus ad ea in quibus eſt diuinitas loquens de ip-
ſis perſonis:volens oſtendere hoc non proprie dici. corri-
gendo quaſi dictum immediate: addit vel ꝙ dictum cer-
tius dicamus que ſunt diuinitas. hoc eſt ad tres hypo-
ſtaſes ⁊c. patet etiam ꝙ illud ſit falſum per allegatā De-
cretalem: tum quia perſona non eſſet ſimplex et alia plu-
ra inconuenientia ſequerentur : ſicut oſtenſum eſt diſtin.
26.q.3. ❡ Secundam cōcluſionem. videlicet ꝙ proprie-
tas perſonalis ⁊ eſſentia non ſunt diſtincte ex natura rei.
probo:quia ſi ſic oporteret ꝙ hoc intelligat̄ de proprieta-
te primo/vel ſcdo modo accepta: ſupra diſtin. 26 . Quia
tertio modo ſumpta proprietas perſonalis non eſt aliqua
entitas : et per conſequens non eſt ab aliqua entitate di-
ſtincta. Si vero accipiatur primo modo. ſcilicet pro ipſa
perſona: patet ex precedenti concluſione ꝙ non eſt diſtin-
cta ab eſſentia. Si autem accipiatur ſecundo modo:ſcili-
cet pro aliquo intrinſeco perſone ſibi proprio : qualecūqꝫ
illud imaginetur quis in perſona diſtinctum a communi
eſſentia perſonarum:⁊ qualitercunqꝫ illud vocetur.patet
etiam ꝙ non ſit aliquid tale ex dictis in illa. 26. diſtinct.
Et pro nunc etiam probo ꝙ nichil tale ſit in perſona di-
uina cogitandū:qꝛ ſi aliquid tale eſſet ibi cogitādum hoc
nō eſſet: niſi qꝛ nō videt̄ aliter ꝙ vna perſona poſſet diſtin
gui ab alia:ſuppoſita vnitate eēntie earū:ſꝫ ꝓpter hoc nō
opꝫ illud ſic eſſe. Probo:qꝛ ſi ſit talis proprietas in perſo-

Digitized by Google

na diſtincta ab eſſentia: ſiue illa ꝓprietas dicatur forma
litas ſiue modalitas: aut aliter quomodocunqꝫ nomine-
tur: quero aut ipſa et eſſentia ſint aliqua vna entitas que
ſit ſigillatim tam hec ꝗ̃ illa: aut non. ſi non. ergo cum hec
⁊ illa ſimul ſint perſona: ⁊ econuerſo perſona ſit hec ⁊ illa
coniuncta. ſi nulla vna entitas eſt ſigillatim vtraqꝫ earuꝫ
ſequitur neceſſario ꝙ perſona non ſit vere ſimplex: quod
eſt erroneum. Conſequentia patet: quia nulla entitas in-
cludens aliqua quorum nullum eſt ipſa: aut aliqua enti-
tas que ſit quodlibet illorum ſigillatim: ſed quodlibet eſt
ipſius ⁊ omnia ſimul ſunt: ipſa eſt entitas ſimplex. iſta pa-
tet ex diffinitione exprimente quid ſignificat hoc vocabu
lum ſimplex. ⁊ ſupra diſt. 8. queſtione prima eſt declarata
Nunc autem ſi nulla vna entitas eſſet ſigillatim taꝫ eſſen
tia ipſa communis ꝗ̃ proprietas. ergo vel perſona non eſ
ſet aliqua vna entitas: et per conſequens nec aliqua enti-
tas ſimplex. vel perſona non eſſet tam hec ꝗ̃ illa ſigillatiꝫ
eſſet autem ſm̄ hypotheſim hec ⁊ illa coniunctim: ⁊ que-
libet eſſet aliquid eius: ⁊ ambe ſimul eſſent ipſa: ⁊ per con
ſequens ipſa non eſſet entitas ſimplex. Si vero eſſentia
communis ⁊ proprietas ſunt aliqua vna entitas que ſigil
latim eſt vtraqꝫ illarum. Quero an ab illa entitate ꝓprie
tas ipſa ſit aliquo modo diſtincta vel non: ſi ſic: tunc de il-
la entitate ⁊ de ipſa proprietate adhuc queratur: ⁊ ſic vel
oportebit deuenire ad aliquaꝫ entitatem perſone: que nõ
eſt aliqua entitas vna: que ſit tam ipſa ꝗ̃ alia: a qua diſtin
guitur ſigillatim: ⁊ ſic tollitur perſone ſimplicitas. vel erit
proceſſus in infinitum. vel vltimo deuenietur ad aliquaꝫ
que erit aliqua talis entitas: que erit ipſa: ⁊ illa a qua ip-
ſa diſtinguitur ſigillatim: ⁊ tamen inter ipſam ⁊ illam nul
la penitus erit diſtinctio. Ex quo ſequitur ꝙ non eſt im-
poſſibile aliqua abinuicem diſtincta eſſe aliquam vnam
entitatem: a qua nullum ipſorum modo aliquo diſtingua
tur: ⁊ ita in principio potuit: ⁊ poni poteſt ꝙ perſone diui
ne vere ſint inter ſe diſtincte: ⁊ tamen hec ſint vna entitas
⁊ eſſentia vnica ⁊ ſimplex a qua nulla earuꝫ ex natura rei
modo aliquo diſtinguatur. ¶ Tertia concluſio ꝗ̃tuꝫ ad
primam partem (videlicet ꝙ nomina perſonarum ⁊ diui-
nitatis de ſe conuerſim predicentur) patet per Decreta-
lem allegatã in prima ratione prime concluſionis. Quan
tum ad ſecunduꝫ (ſcilicet ꝙ inter ipſa non ſemper ſit vtri-
uſqꝫ ad reliquum bona conſequentia) probatur. primo ꝙ
non a parte ſubiecti: quoniam non ſequitur. eſſentia eſt fi-
lius. ergo pater eſt filius: nec etiam ſequitur. pater gene-
rat. ergo eſſentia generat. vtrobiqꝫ enim antecedens eſt ve
rum: ⁊ conſequens falſum. Et ſic patet ꝙ nedũ vtrũqꝫ ad
reliquũ: ſed neutrũ ad alterũ ſequitur a parte ſubiecti re-
ſpectu cuiuſlibet predicati. Sꝫ etiã nõ reſpectu cuiuſlibꝫ
ſubiecti vtriuſqꝫ ad reliquũ ſit bona cõſequẽtia. patꝫ naꝫ
non ſequitur: filius eſt eſſentia. ergo filius eſt pater: quia
ecõuerſo ſequeret: ſꝫ antecedẽs eſſet falſuꝫ. Ratio autem
quare ſic ſequit ⁊ nõ ecõuerſo. eſt ꝓpter ipſius eſſentie cõ
munitateꝫ: qꝛ ꝗ̃uis nõ ſit niſi vnica ſingularis eſſentia: ſi-
cut ⁊ vnicus pater: nõ tamẽ omne quod eſt eſſentia eſt pa
ter: ſicut omne quod eſt pater eſt eſſentia: et loquor de pa-
tre ⁊ eſſentia in diuinis preciſe. ¶ Quartam concluſionẽ
videlicet ꝙ neutrius predicatio de altero eſt formalis:
et intelligo per predicationem formalem. iuxta modernũ
modum loquendi: eam que eſt in primo modo dicẽdi per
ſe. ¶ Probo. et primo ꝙ hec non ſit formalis. pater eſt di
uinitas: quia nullius abſtracti mere abſoluti de aliquo
per ſe relatiuo predicatio in recto eſt formalis. ergo hec
non eſt formalis. conſequentia patet. antecedens pro-
batur: quia nulla talis eſt in quale quid ſiue in quale
eſſentialiter: ſicut eſt predicatio differentie eſſentialis de
ſpecie: cum nullum ſic quod predicatur predicetur in
abſtracto. ¶ Item hec predicatio non eſt in quid: quia
nulla predicatio: cuius ſubiectum aliquid ſignificat / vel
conſignificat: quod non eodem modo ſignificat / vel con-
ſignificat predicatũ: eſt in quid. Unde nec predicatio aia-
lis de muſico / vel riſibili eſt in quid: nec etiã entis de vno/
vel de bono: ꝗ̃uis nihil ſignificet per bonũ et vnũ: qđ non
ſignificet per ens: ſed qꝛ bonũ ⁊ vnũ aliqua cõſignificãt: ꝗ
nõ cõſignificat ens: qꝛ ens quicquid ſignificat ꝑmo ſignificat:
et nihil conſignificat: ideo hmõi predicationes. omne bo-
num eſt ens: ⁊ omne vnũ eſt ens: non ſunt in quid: ⁊ qꝛ oĩs
predicatio formalis eſt ĩ quid / vel in quale quid. ergo patꝫ
antecedẽs. ¶ Preterea. Loquendo in creaturis iſte non
ſunt formales. pater eſt aĩal. ſimilitudo eſt qualitas. ergo
nec iſta. in diuinis pater eſt diuinitas. Antecedens eſt no
tum: qꝛ nec aĩal eſt diffinitio / vel differentia / vel per ſe ge
nus patris / nec qualitas ſimilitudinis. conſequẽtia pro-
batur ex eo: quoniã nulla alia cauſa apparet ꝓpter quã
iſte non ſint formales: niſi qꝛ ſubiecta ſunt connotatiua: et
non predicata: quia nullam penitus entitatem ſignificãt
vel conſignificãt ſubiecta: quã non ſignificant predicata:
ſicut patꝫ ex dictis de relatiuis. ¶ Deinde probo ꝙ hec
non ſit formalis. diuinitas eſt pater: quoniam iſta non eſt
in quid / nec in quale quid. ergo non eſt formalis. conſe-
quentia patet. ⁊ antecedẽs quãtum ad ſcđam partem no
tum eſt ex ſumma ſimplicitate diuinitatis. Et quantum
ad primam probatur: qꝛ interroganti quid eſt deitas non
conuenienter reſpondetur pater: nec aliquid quod relati-
ue predicatur: quoniam nullum tale ſm̄ Auguſti. indicat
ſubſtantiam. i. quid eſt ipſum de quo dicitur: vt probatũ
eſt cum tractarem de relationibus. q. 2. ¶ Confirmatur
per Anſel. in moſ. dicentem ſic. ꝙ relatiuis quidem nulli Cap. 6.
dubium: quia nullum eorum ſubſtãtiale eſt: et illi de quo
relatiue dicitur: quia ſi quid de ſumma natura dicitur re
latiue non eſt eius ſignificatiuũ ſubſtantie. ¶ Item ſub-
dit. ꝙ nullum relatiuorum ſimpliciter demonſtrat alicu-
ius eſſentiam. ⁊ iuxta finem capituli dicit notum eſſe nul
lum relatiuorum deſignare ſimplicẽ ſumme nature ſub-
ſtantiam. Conſtat autem illud non eſſe intelligendum
quaſi talia relatiua de deo dicta non ſignificant illam en-
titatem que eſt dei ſubſtantia: ſed aliam ſibi quandam ac
cidentem: cum nulla talis ſit ibi: ſed pro quanto dicuntur
non deſignare ſubſtantiam: quia cum predicantur non ſi-
gnificant quid eſt illud de quo dicuntur: et ideo non ſub-
ſtantialiter / ſeu in quid predicantur. Et hoc totum ſum-
ptum eſt ab Auguſti. 5. de trinita. qui frequenter dicit ꝙ
nullum eorum que relatiue dicuntur dicitur ſm̄ ſubſtan-
ſtantiã: nec tamen omne tale dicitur ſm̄ accidens. Unde
deus non dicitur pater ſm̄ accidens: nec tamen ſm̄ ſub-
ſtantiam: vt dicit ibidem. ¶ Deinde coniunctim vtrãqꝫ
partem illius concluſionis probo per eundem. 7. de trini Cap. 5.
ta. dicentem ꝙ aliud eſt deo eſſe / et aliud patrem eſſe. Et
ibidem dicit. ꝙ hoc eſt illi deum eſſe quod eſt eſſe: et per Cap. 4.
conſequens aliud eſt eſſe deum. aliud eſſe patrem. Simi-
liter Anſel. de ꝓceſ. ſpiritus ſanctus. non enim eſt inquit Cap. 2.
idem eſſe deum quod eſt eſſe patrem / aut filium. Ex his
infero. ergo neutra horum eſt formalis. deitas / vel deus
eſt pater / aut pater eſt deitas / ſiue deus: et patet conſe-
quentia: quia de quibuſcunqꝫ quorum vnius de alio pre-
dicatio eſt formalis: vt hic accipit predicatio formalis. ſ.
que eſt per ſe in primo modo: verũ eſt dicere ꝙ eſſe hoc eſt
eſſe illud. verbi gratia. qꝛ hec eſt formalis. homo eſt aĩal
non vere dicitur ꝙ eſſe hoĩem eſt eſſe aĩal: ⁊ vna cauſa eſt
vtriuſqꝫ: quia ſcilꝫ de eſſentiali ratione hominis eſt ꝙ ſit
animal / ſiue in eius diffinitione eſſentiali ponit animal: ⁊
ideo eſſe hominem eſt eſſe animal: ⁊ hec dicitur formalis
homo eſt animal: et ſi econuerſo: hec eſt formalis animal
eſt homo. eſſe animal eſſet eſſe hominem: et quia non
ſic eſt: ideo nec ipſa eſt formalis: in propoſito autem nec

Digitized by Google

eſſe deum eſt eſſe patrē: nec eſſe patrem eſt eſſe deū: vt patet per Aug. quare neutra eſt formalis. ¶ Confirmatur
T.c.11. ex eo: quia dicit Philoſophus. 7. metaphyſi. in. 10. cap. Et primo dicemus quedā de eo logice. vbi iquirit de qͦ quid erat eſſe. ibi enim in principio determinat ꝙ omne illud: ⁊ ſolum: eſt alicui eſſe qͦ de ipſo dicitur per ſe in primo modo. vnde dicit non enim eſt tibi eſſe muſicum eſſe: quia nō ſm teipſum es muſicus. quid ergo eſt tibi eſſe qͦ es ſm teipſum. Et quia illud poſſet itelligi de eo ꝙ eſſes ſm te in ſecundo modo: ſtatim hic concludit in ſequenti
Cōmē.11. particula: ſicut ibi patet in textu. et Cōmē. Et ideo quia homo ſm ꝙ homo eſt animal et rationale: vt ly ſm ꝙ. denotat illam predicationē eſſe per ſe primo modo. ideo homini eſſe: eſt eſſe animal: et eſſe rationale: ſic in propoſito. ſi hec eſſet per ſe in primo modo deus eſt pater: tūc deum eſſe eſſet eſſe patrē: et ſi hec eſſet in primo modo pater eſt deus: tunc patri eſſe vel eſſe patrē eſſet eſſe deū: et vtrūqꝫ ꝯñs eſt falſum ſm Augu. ¶ Sed nunquid he ſunt vere. pater eſt formalitate diuinitas. deitas eſt formaliter pater. intelligendo formaliter ſicut prius. i. per ſe in primo modo. ¶ Reſpōdeo. Quis forte non oporteret eas diſtinguere: eo ꝙ de virtute ſermonis notāt ſenſum diuiſionis: quia tamen multi tales diſtinguunt et pro maiori declaratione diſtinguo ꝙ vel dicte propoſitiones ſumuntur in ſenſu cōpoſito: ⁊ tunc denotatur ꝙ ille predicationes. pater eſt diuinitas: et diuinitas eſt pater: ſunt formales: qͦ eſt iprobatū: ⁊ per conſequens in illo ſenſu ille ſunt falſe. Vel ſumuntur in ſenſu diuiſo: et tūc dico ꝙ prima eſt vera. Nam in illo ſenſu nō denotatur ꝙ ſua de ineſſe ſit formalis: ſed ꝙ predicatio in qua idem predicatum predicatur de pronomine demonſtrante illud pro quo ſubiectum ſupponit eſt formalis: ⁊ hoc eſt verum. Nam demonſtrato eo pro quo ſupponit pater in prima propoſitione hec eſt formalis. hoc eſt deitas. non minus hec. hoc eſt animal: demonſtrato eo pro quo ſupponit homo in iſta. homo eſt animal. ¶ Confirmatur. quia demonſtrato eo ꝓ quo ſupponit pater. ſi queratur quid eſt hoc. bene reſpondetur deitas: ſicut patet. Et etiam poteſt ꝓbari p Anſel.
Cap.15. in monol'. et ideo hec eſt vera. pater eſt formaliter deitas: et hec que eſt eadem in ſignificatione pater eſt per ſe primo modo deitas. Secunda vero etiam in illo ſenſu non eſt vera: quoniam iſta non eſt formalis. hoc eſt pater. demonſtrato eo pro quo in illa ſupponit diuinitas: et eſt ratio: quoniam nullum predicatum relatiuum reſpōdetur ad queſtionem factam per pronomen demonſtratiuum. dicēdo quid eſt hoc: quicquid ſit illud qͦ demonſtratur: vt ſupra patet. et ideo hec non eſt vera. deitas eſt formaliter vel in primo modo dicendi per ſe pater: Quis iſta ſit veriſſima: diuinitas eſt pater: vt probatum eſt ſupra.

Nunc tertio mouenda ſunt aliqua dubia. Et primū eſt. An hec. eſſentia eſt eadem formaliter paternitati vel patri (qͦ pro eodem nunc accipio) ſit vera an oppoſita eius. Secūdum vtrum hec. eſſentia formaliter diſtinguatur a patre vel eius oppoſita ſit vera. Tertium de veritate iſtarum. eſſentia et pater ſunt idem formaliter. eſſentia et pater diſtinguuntur formaliter. Quarto de dicto aliquorum ſatis vulgato: ſcilicet eſſentia et pater non ſunt idem conuertibiliter et adequate: vel ſunt idem non conuertibiliter et inadequate. ¶ Ad primum dico ꝙ iſte terminus formaliter dupliciter quantum pertinet ad propoſitum poteſt capi. Vno modo ſm ꝙ eſt quidam modus verificabilis de tota propoſitione ſeu potens reddere propoſitionem modalem: et equiualens huic toti per ſe primo modo: qualiter eo vſus ſum in precedenti queſtione. Alio modo poteſt accipi ſm ꝙ eſt caſus vel caſuale huius principalis forma vel formalitas: ſicut hoc aduerbium realiter eſt caſuale huius nominis res: ⁊ eius ſumptum eſt reale: ſic in propoſito principale eſt forma/ vel formalitas: ſumptum eſt formale: ⁊ caſus eſt formaliter. Si primo modo accipiatur. dico ꝙ iſta eſt falſa. eſſentia eſt formaliter eadem paternitati. ⁊ eſt ratio: quia illud predicatum non poteſt predicari de eſſentia / nec de pronomine demonſtrante illud pro quo ſupponit eſſentia predicatione formali: eo ꝙ ly eadē. ſit terminus relatiuus: ⁊ propter eandem cauſam dico ꝙ ſic accipiēdo formaliter hec non eſt vera. pater eſt formaliter idem eſſentie: Quis hec ſit vera in ſenſu diuiſo pater eſt formaliter eſſentia. Si vero ſumatur ſecūdo modo eſt vera: quia tunc equiualet iſti. eſſentia eſt eadem formalitas cum patre/ vel eadem forma: ſicut iſta. eſſentia eſt eadem realiter patri. equiualet iſti eſſentia eſt eadem res cum patre. ¶ Ad ſecundum dico. ꝙ ſi vtrolibet modo accipitur ly formaliter: propoſitio eſt falſa: quoniam nec illa predicatio in qua hoc predicatum diſtinguit̄ a patre. predicatur de eſſentia/ nec illa in q̄ predicat̄ de pronomine demonſtratiuo eſt formaliter: ⁊ per cōſequens ſi ly formaliter accipiat̄ primo propoſitio data eſt falſa. ¶ Sed contra: ſequitur. eſſentia non eſt formaliter eadem patri. ergo eſſentia formaliter diſtinguitur a patre. primo quia ſequitur eſſentia nō eſt eadem patri. ergo eſſentia diſtinguitur a patre: ſuppoſita conſtantia extremorum. ergo vtrobiqꝫ addito ly formaliter. erit conſequentia bona: et primum antecedens eſt datum in ſolutione precedentis dubij. ¶ Reſpondeo negando conſequentiam. ¶ Et ad probationem dico. ꝙ illa regula non eſt vera: de quocūqꝫ addito. inſtantia. demonſtratis duobus qualibus. ſcꝫ albo et nigro: optime ſequitur. hoc quale non eſt ſimile illi quali. ergo eſt diſſimile illi: et tamen non ſequitur. hoc nō eſt per ſe primo modo ſimile illi. ergo eſt per ſe primo modo diſſimile illi. Nam antecedens eſt verum: ⁊ cōſequens falſum. Similiter ſequitur. hec linea non eſt curua. ergo eſt recta. ⁊ tamen non ſequitur. hec linea non eſt per ſe primo modo/ vel neceſſario curua. ergo eſt per ſe primo modo recta/ vel ergo eſt neceſſario recta: ⁊ multe alie inſtantie dari poſſent. Similiter in p̄ſenti materia. ſequit̄ eſſentia non eſt eadē patri. ergo diſtinguitur a patre: Quis antecedens ſit falſum: ⁊ tamen non ſequitur. eſſentia non eſt contingenter eadem patri. ergo contingēter diſtinguitur a patre: quia antecedens eſt verum: ⁊ conſequens falſum: ſed nunquid ſequitur. eſſentia non eſt formaliter eadē patri. ergo diſtinguitur formaliter a patre: ita ꝙ ly formaliter. poſtponatur verbo et non preponatur: ſicut in conſequentia proxime facta. ¶ Reſpōdeo ꝙ ſi diſtingui exponatur per non eſſe idem: vt multi volunt: conſequentia ē bona: ⁊ cōſequēs verum: Quis ſi ly formaliter. preponeretur verbo: vt in precedētibus prebonebatur eſſet falſum. propter cauſam aſſignatam: ſed illa cauſa non habet hic locum: quia propter negationem incluſam in hoc verbo diſtinguitur: ſi ſic exponatur: vt dictum eſt equiualenter negatur iſte modus formaliter: ⁊ per conſequēs non oportet ꝙ aliqua propoſitio ſit formalis in qua illud predicatur affirmetur de illo ſubiecto / aut' de pronomine demonſtrante illud pro quo ipſum ſupponit. Vnde ⁊ ſimiliter hec eſſet concedenda eſſentia diſtinguitur contingenter a patre: ſicut et iſta cui equiualet: eſſentia eſt et pater eſt: ⁊ eſſentia non eſt contigenter pater: nec oportet ꝙ aliqua iſtarum ſit contingens: eſſentia diſtiguit̄ a patre/ aut hoc diſtinguitur a patre: demonſtrato eo pro quo in prima ſupponit eſſentia. Si vero ly diſtinguitur. exponatur per eſſe non idem: vt alij magis placet. Dicendum ꝙ conſequentia non valet: et conſequens eſt falſum: ſicut ⁊ hec cui equiualet ſm hunc modū exponendi. eſſentia eſt non eadem formaliter patri. Nam quia iſta eſt affirmatiua: ſi ly formaliter intelligatur determinare cōpoſitionem: ita

ꝙ nō differat ſic dicere:aut dicere eſſentia eſt formaliter non idem patri:oporteret aliquam eſſe veram et formalē in qua illud predicatum non idem predicaretur affirmatiue de eſſentia:vel de pronomine demonſtratiuo:qḋ eſt impoſſibile.et eodem modo hec eſt falſa:eſſentia non eſt idem patri contingenter. Qualiter autem hoc verbum diſtingui debeat exponi primo vel ſecundo modo nō curo pro nunc:quia talis concertatio nō eſt multum vtilis: et ſufficit ſcire quid ſit dicendum: vtrolibet modo exponatur. Si vero ly formaliter.accipitur ſecundo modo ſic iſta eſt falſa.eſſentia diſtinguitur formaliter a patre:et illa ſimiliter:ī qua ly formaliter.preponeretur verbo:quia et iſta eſt falſa:eſſentia eſt diſtincta formalitas a patre:⁊ iſta eſſentia eſt diſtincta formaliter a patre. Et ſimiliter. iſta eſſentia non eſt eadem formalitas cum patre. ❡ Ad tertium patet ex dictis qḋ dicēdū. Nam ſi in prima ꝑpoſitiōe.ſ.iſta eſſentia ⁊ pater ſunt idem formaliter.ſi ly formaliter accipiatur primo modo:propoſitio eſt falſa. Si autem ſecundo modo eſt vera. Secunda vera propoſitio ſcilicet hec.eſſentia eſt pater diſtinguitur formaliter:ita ꝙ ly formaliter.poſtponatur verbo:ſi ly diſtinguitur exponitur per non eſſe idem:⁊ accipiatur primo modo ipſa eſt vera:ſi autem exponatur per eſſe non idem ipſa eſt falſa. Si autē ly formaliter preponatur verbo:qualitercūq; verbum illud exponatur falſa eſt. Si autem formaliter accipiatur ſecundo modo:ſiue preponatur ſiue poſtponatur falſa eſt:ſicut et hec:eſſentia ⁊ pater ſunt diſtincte formalitates:intelligendo.ſ.ꝙ ſint inter ſe vel abinuicem diſtincte:quem ſenſum ex cōmuni vſu accipimus ex propoſitione predicta. ❡ Ad quartum dicēdum ꝙ illud dictū dupliciter exponitur. Uno modo ꝙ non ſunt idem conuertibiliter:quia nō cuicūq; eſſentia eſt eadem:eſt pater idem.cuicūq; aūt pater eſt idem.eſſentia etiā eſt eadem. Et ꝗuis modus exponēdi eſt multum cōmunis apud illos qui vtuntur illo dicto.et bonum etiam intellectū poſſit habere:quia tamen cōcedimus aliquo modo ꝙ pater eſt idem filio ⁊ ſpiritui ſancto:⁊ ecōtra.iuxta illud concilij.non aūt aliud pater:non aliud filius aut ſpiritus ſanctus:ſed idem omnino:vt cōſubſtantiales eſſe credātur:⁊ illud qḋ eccleſia cantat in hymno. Nunc ſancte nobis ſpiritus vnum patri cum filio ⁊c̄.⁊ ſi vnum patri.ergo idem patri.ad bonum intellectum:ideo videtur mihi ꝙ aliter poſſet intelligi illud dictum et ſine aliqua apparenti calūnia.ſ.ꝙ ideo dicitur ꝙ non ſunt idem cōuertibiliter ſed inconuertibiliter:quia omne qḋ eſt pater eſt eſſentia:ſed non omne qḋ eſt eſſentia eſt pater:et ſimiliter de filio ⁊ ſpiritu ſancto.et ſic intelligendo dico illud dictum eſſe verū

Ad rōnes Sco. adductas ſuperius in pmo arti.

et vtile multum in iſta materia. ❡ Nunc reſtat reſpōdere ad rationes opinionis recitate. Ad primam cum dicitur ꝙ eſſentia eſt vna realiter:ꝓprietates ſunt plures realiter realitate relatiua.ergo differunt. ❡ Reſpondeo.primo ꝙ ſi argumentum ſit efficax:probaret ꝙ eſſentia non eſſet realiter proprietates:qḋ eſt hereticū ⁊ cōtra iſtūmet doctorem in verbis ſine medio precedentibus.vbi ait.eſt ergo eſſentia diuina paternitas et ꝗcūq; alia alia ꝓprietas:⁊ econuerſo:licet non formaliter. ❡ Ad argumētum tamen dico:ꝙ ſicut eſſentia eſt vna ſubſtantiandi eſſentia realiter:ita proprietates ſunt vna eſſentia realiter:⁊ ſicut proprietates ſunt plures nō quidem eſſentialiter:ſed plures proprietates realiter:ita eſſentia eſt plures proprietates realiter:licet non ſit plures eſſentie:et ita ſi ſuppleantur propoſitiones.addendo illis adiectiuis ſua ſubſtantiua:ſicut oportet in iſto argumento:et multis alijs circa iſtam materiam patebit ꝙ non concludunt. ❡ Ad aliam cum dicitur ꝙ pater habet rem communicabilem ⁊ rem incōmunicabilem ⁊c̄. Iſtud argumentum etiam probaret ꝙ nō eſſet eadem res nec eadem eſſentia:quia ſicut di-

cūt: ꝙ non eſt eadem realitas que eſt communicabilis et que eſt incommunicabilis realiter:ſic nec eadem res eſt que eſt cōmunicabilis ⁊ que icōmunicabilis eſt. Similiter nec eadem eſſentia:et tamen conſtat ꝙ proprietas eſt res et eſſentia quedam. dico ergo ad argumentum ꝙ antecedens eſt falſum:et vt apparet non bene conſonum fidei propter illam partem que dicit ꝙ pater habet aliquā rem vel realitatem vel aliquam entitatem (nō curo de nomine) nō communicatam filio. Nam manifeſte repugnat expreſſe determinationi eccleſie in illo cap. Dānamus. vt in tertia concluſione queſtionis.circa diſtin.26.in prima reſponſione illius queſtionis patet euidēter. Et ſi arguatur contra hoc:quia ſi ſic ſequitur ꝙ pater communicauit filio paternitatem.dico ꝙ hoc conſequens poteſt habere duplicem ſenſum. Unus eſt ꝙ communicauit filio entitatem illam que eſt paternitas:et ſic concedo illud. Alius cōmunicauit filio paternitatem:id eſt cōmunicauit filio ꝙ filius eſſet pater:⁊ iſte ſenſus eſt falſus:nec ſequitur ex primo qui verus eſt:⁊ quem omnes habent cōcedere:ſicut omnes cōcedunt:ꝙ cōmunicauit eſſentiam que eſt paternitas. ❡ Ad aliud dicendum ꝙ pater nullo ſui trāſitiue conuenit aut diſtinguitur a filio:ſed ſeipſo primo cōuenit eſſentialiter cum filio:⁊ diſtinguitur perſonaliter ab eodem:ſicut ibidem ad eādem rationem clarius eſt reſponſum. ❡ Ad aliam dico ꝙ aſſumptum fundamentum illius rationis.ſ.ꝙ beatus intuendo deum videt diſtinctam deitatem a proprietate:eſt falſum:immo videt eam penitus indiſtinctam ſicut eſt in rei veritate:⁊ ideo argumentationi (que ſuper hoc fundatur) non oportet vlterius reſpōdere. ❡ Ad primā auctoritatē.omnis eſſentia que relatiue dicitur ⁊c̄.dico primo ꝙ falſe additur ibi ly aliud.nihilominus tamen ſiue ſit ſiue nō:auctoritas non eſt contra:quia non aliud vult Augu.niſi ꝙ oīs eſſentia que dicitur aliquid relatiue dicitur etiam aliqd ad ſe:vt dictum eſt ſupra de relationibus.q.2.et cum dicitur ꝙ in re eſt eſſentia:que eſt ad ſe et non ad aliquid:et pater dicitur relatiue:ſed non eſt formaliter eadem entitas ad ſe et nō ad ſe. Dico primo.ꝙ ita poteſt argui:ꝙ nō eadē entitas eſt realiter ad ſe:et non ad ſe:⁊ ſic ſi argumētum valeat:valebit illud ad probandum ꝙ non ſunt vna res. Secundo dico.ꝙ iſtud contradicit auctoritati allegate que dicit. ꝙ omnis eſſentia que relatiue dicitur eſt aliquid ⁊c̄.et ſi pater non eſſet aliquid ad ſe ⁊c̄.ergo eſſentia eſſet aliquid ad aliud et aliquid ad ſe:alioquin nō oīs res que dicitur relatiue eſſet aliquid ad ſe:vt dicit auctoritas. Dico ergo ꝙ auctoritas eſt expreſſe ad oppoſitum eius ad quod inducitur:⁊ eſt pro concluſione quā teneo. Nam ex ea patet et ſupra diſtin.5.eſt diffuſius declaratum.ꝙ omnis entitas de mundo que eſt relatiua vel aliquid ad aliud eſt etiam abſoluta:ſeu aliquid ad ſe:nulla tamen eſt illud ad aliud:qḋ ipſa eſt ad ſe:ſic in propoſito dico.ꝙ pater eſt pater ad aliquid ſeu relatiue:ſed cum hoc eſt diuinitas et eſſentia non ad aliquid ſed ad ſe. Similiter eſſentia eſt eſſentia ad ſe ⁊ non ad aliquid:⁊ eſt pater ad aliquid:et non ad ſe. Nec propter iſta oportet ponere aliquam diſtinctiōem in patre:quoniam etſi aliqua entitas relatiua poneretur in illo:preter eſſentiam cōmunem adhuc illa eſſet entitas quedam et eſſentia. Et conſtat:ꝙ non diceretur entitas vel eſſentia relatiue:vt ibi ſupra oſtenſum eſt ex intentione Augu.ibidem. ❡ Et notandum ꝙ vbi ſancti dicunt aliquid eſſe vel dici ad ſe.aliquid vero ad aliqd. illud poteſt itelligi de illis terminis abſoluto et relatiuo:et eſt ſenſus:ꝙ ille predicatur de aliquo ad aliquid.ille autem non ad aliquid:ſed ad ſe abſolute.cum hoc autem ſtat ꝙ predicentur de eodem.poteſt etiam intelligi de rebus pro quibus termini tales ſupponunt aut verificantur:et tunc cum dicitur.de aliquo ꝙ

Digitized by Google

eſt ad aliquid debet intelligi ꝙ eſt ipſum ad aliquid. ver-
bi gratia. cum dicitur ꝙ pater eſt ad aliquid: debet intel-
ligi ꝙ eſt ipſum ad ſe. verbi gratia. ſi dicatur ꝙ homo eſt
ad ſe: intelligendum eſt ꝙ homo eſt homo ad ſe. Sed pa-
tet ꝙ ſimul cum hoc ꝙ homo eſt homo ad ſe: etiam eſt pa
ter ad aliquid: ⁊ cum hoc ꝙ deus eſt creator ad aliquid:
eſt etiã deus et ſpiritus ad ſe: nec ſequitur ſicut patet ad
bonum intellectum. non eſt deus ad aliquid. ergo non eſt
ad aliquid. ¶ Ad aliam auctoritatem eiuſdem dico: ꝙ
ly eo et quo. poſſunt dupliciter accipi. Uno modo ſm ꝙ
ſunt pronomina: que poſſunt pro aliquibus entitatibus
extra animam ſupponere: quo modo nõ accipit argumẽ-
tum: et tunc dico ꝙ non ſic accipit Aug. cum ait ꝙ filius
non eſt eo verbum quo ſapientia: quia hoc eſſet prorſus
falſum: quoniam filius vnica ſimpliciſſima entitas eſt: et
ea eſt ſapientia: ⁊ verbum ⁊ filius ⁊ omne qđ eſt: ⁊ ideo ſic
acceptis illis vocabulis vere dicitur ꝙ filius eſt eo ver-
bum quo ſapientia. i. ea entitate eſt verbũ qua eſt ſapien
tia: ⁊ ſimiliter econuerſo ea entitate qua eſt verbum eſt ſa
pientia: propter qđ ſm hanc acceptionem etiam vere di-
citur ꝙ eo eſt ſapientia quo verbum. Alio modo ly eo et
quo. poſſunt accipi: vt ſunt coniunctiones: et hoc dupli-
citer. Nam aliquando ſic accepte ſumuntur vt equiualẽt
dictioni in qua nota eſt reduplicationis: vt inquantũ ſm
ꝙ: et huiuſmodi: et ſic reddunt propoſitionem reduplica-
tiuam: ⁊ ſm hũc modum iſte due equalent. homo inquã-
tũ animal eſt ſenſibilis: et homo eo quo eſt animal eſt ſen-
ſibilis: ita ꝙ ly quo. ponatur ad terminũ reduplicatiuũ.
Alio modo poſſunt accipi vt ſunt cõiunctiones cauſales
equiualentes iſtis: ideo: et quia: et eodẽ modo reddentes
ꝓpoſitionẽ cauſalẽ: et hoc modo iſte due equalent homo
eo quo eſt animal eſt ſenſibilis: et homo quia eſt animal
eſt ſenſibilis. Nunc ad propoſitum dico ꝙ Augu. accipit
in verbis allegatis ly eo et quo. primo modo. ſ. vt habens
vim reduplicandi et idem valet iſta. filius non eo eſt ver-
bum quo eſt ſapientia: qđ et iſta. filius non inquantum ſa
pientia eſt verbum: et hec eſt vera: quia ſua oppoſita eſt
falſa. ſ. hec filius inquantum ſapiẽtia eſt verbum: quoniã
tunc ſequitur: ꝙ pater eſſet verbum: cum pater ſit ſapien-
tia: et eodem modo accipit ly eo. et quo. cum ibidem ait:
ꝙ eo ſapiẽtia quo eſſentia. Nam iſtis vocabulis acceptis
contracte ad eſſentiam et ſapientiam dei. hec eſt vera. fi-
lius inquãtum eſt eſſentia eſt ſapientia. Et quia pater eſt
eſſentia ⁊ ambo vna eſſentia: ideo concludit in fine prece-
dentis capituli per iſtud medium. ꝙ pater et filius ſunt
vna ſapientia: et ne quis putaret ꝙ ſicut ſunt vna ſapien-
tia ſic eſſent vnum verbum cum ipſum verbum ſit ſapien
tia: ideo ait: ꝙ filius non inquantum ſapientia: eſt verbũ.
hoc expreſſe eſt intentio ſua in illo caplo ſicut patet dili-
gẽter aduertenti. Et quis (vt puto) iſte fuerit itellectus
7.de tri. Augu. poſſet tamen intelligi et bene ſecũdo modo. etiam
cap.2. vt ly eo: et quo. teneantur cauſaliter vt eſſent nota cauſa-
litatis preciſe: et tunc eſſet ſenſus ꝙ filius non ꝑciſe: quia
eſt ſapientia eſt verbum: et hoc eſt verum: quia tunc pa-
ter (cum ſit ſapientia) eſſet verbum. Sed ad hunc ſen-
ſum non videtur poſſe intelligi quod ſequitur: ſcilicet ſa-
piẽtia nullo eo quo eſſentia. non enim quia eſſentia: ideo
ſapientia: non plus ꝙ̃ econtra: ideo eſſentia: quia ſapien-
tia: vt videtur: et ideo precedens modus conuenientior
eſt. Ex neutro autem iſtorum modorum exponendi di-
ctum Auguſt. ſequitur ꝙ filius aliquo modo extra ani-
mam ſit ſapientia: et alio ſit verbum: ſicut concludere ni-
titur argumentum: ſicut non ſequitur ꝙ albedo aliquo
alio extra animam ſit ens: et alio ſit albedo: quãuis vtroq;
modo iſta ſit vera. albedo non inquantum ens eſt albedo:
⁊ ſimiliter iſta albedo non inquantum color eſt albedo: et
tñ non per aliud a parte rei eſt color ⁊ ꝑ aliud eſt albedo.

¶ Ad primam rationem principalem dicendum: ꝙ ma-
ior eſt falſa: vel ſi ſumitur in ſenſu in quo eſt vera forma ar-
guendi non valet: nec poteſt reduci in ſyllogiſmum prime
figure qui ſit regulatus per dici de omni: ſicut eſt dictũ.
diſtin.5. queſtio. prima in reſponſione ad primam ratiõnẽ
factam ad queſtio. ¶ Ad ſecundum etiam dicendum: ſi-
cut ibidem dictum eſt ad ſecundam rationem ibi factam
¶ Ad tertiam quãuis diuerſimode a diuerſis reſpondea-
tur. dico ꝙ illis adiectiuis: vnũ ⁊ idem ſunt addenda ſub
ſtantiua: ⁊ tunc ſm ꝙ alia ⁊ alia adderentur: ſtatim pate-
ret quid dicendum eſſet: ſed quia ſic ſine ſubſtantiuis pro
feruntur: ratio videtur facere difficultatem ſoluendi: vbi
tamen nulla eſt. Unde ſi ſupplendo propoſitiones argua
tur ſic: quecunq; vni ⁊ eidem eſſentie vel rei ſunt eadẽ res
vel eſſentia inter ſe ſunt eadem res vel eadem eſſentia: ſed
pater et filius vni ⁊ eidem eſſentie ſeu rei ſunt eadem res
vel eſſentia. Sequitur ergo pater ⁊ filius ſunt eadẽ eſſen-
tia. vel ergo ſunt eadem res. que cõcluſio vera eſt ⁊ catho
lica. Si vero adderetur illis adiectiuis hoc ſubſtantiuũ
perſona. ſic dicendo: quecunq; vni et eidem perſone ſunt
eadem illa inter ſe ſunt eadem perſona: ſed pater et filius
ſunt huiuſmodi ſcilicet vni ⁊ eidem perſone eadem perſo
na. ergo pater ⁊ filius inter ſe ſunt eadem perſona. concluſio eſt falſa. non eſt dubium: ⁊ minor etiam ſimiliter falſa
eſt. nulli enim vni perſone ſunt eadem perſona pater ⁊ fili-
us. iuxta illud Augu. 7. de trini. hec tria non vnam perſo Cap.6.
nam dicimus ſicut vnam eſſentiam ⁊ vnum deum: ⁊ in li-
bro. 15. dicit. ꝓ nõ vnius dei: ſed vnus deus eſt ⁊ tres ſunt Cap.23.
ille nõ vna perſona. ⁊ ratio eſt: quia ipſa eſſentia cõmunis
tribus non eſt ſm ſe perſona aliqua tribus communis.
Si tamen in concluſione illius rationis ſcilicet ergo pa-
ter ⁊ filius ſunt idem: ly idẽ eſſet ſingularis numeri: ⁊ neu
tri generis. ipſa eſſet concedenda. non autem ſi ſit generis
maſculini: ſicut iſta conceditur. pater ⁊ filius ſunt vnum.
⁊ negatur iſta. pater ⁊ filius ſunt vnus. Ex hac autẽ. pa-
ter ⁊ filius ſunt idem: iſto modo conceſſa: non ſequitur ꝙ
pater ſit filius: nec ſimiliter ex iſta. pater ⁊ filius ſunt vna
res vel eſſentia: que prius conceſſa eſt ⁊c. ¶ Ad quartũ
dico ꝙ (ſi maior intelligatur ſic. ꝙ de quibuſcunq; ⁊c. il-
la ſunt diſtincte res inter ſe: ita ꝙ res que eſt vnus non eſt
res que eſt aliud) propoſitio eſt falſa. ¶ Ad probationẽ
cum dicitur ꝙ alias ſequitur ꝙ de aliquibus pro eodem
omnino ſupponentibus verificarentur huiuſmodi predi-
cata. Ex quo vlterius ſequitur ꝙ contradictoria erunt ſi-
mul vera. Reſpondeo negando primam conſequentiam:
quia eſto ꝙ illud pro quo ſupponit vnus terminorum non
ſit res diſtincta ab eo pro quo alter terminus ſupponit: ſ;
eadem res cum illo: poſſibile tamen eſt: ꝙ illud ꝓ quo ſup
ponit vnus ſit aliquis vel aliquid: quod vel qui non eſt il-
lud pro quo ſupponit reliquus terminus: ⁊ per cõſequẽs
non eſt omnino idem cum illo: quia non conuertibiliter ⁊
adequate: quamuis non ſit ab eo vllo modo diſtinctum.
¶ Ex quo patet ꝙ oppoſitum conſequentis illius conſe-
quentie prime ſtat cum antecedẽte: quod eſt ꝙ illa de qui
bus huiuſmodi predicata verificantur nõ ſunt res diſtin-
cte: ac per hoc conſequentia non valet. ¶ Poteſt etiam
dici ſm viaʒ vnius doctoris ꝙ vnus terminus non ſuppo
nit pro eo pro quo ſupponit alter: licet ſupponat ꝓ eo qđ
eſt illud pro quo ſupponit alter: ⁊ vtroq; modo vitatur cõ
tradictoria eſſe ſimul vera. Aliter poſſet reſpõderi ad ma
iorem: ⁊ finaliter tamen redit in primam reſponſionem. vi
delicet ꝙ illa maior eſt vera quando ſi illa de quibus ve-
rificantur predicata contradictoria non ſunt adinuicẽ res
diſtincte: predicationes huius ſeu propoſitiones ſunt cõ-
tradictorie vel inferentes contradictorias. Nam impoſſi
bile eſt aliqua contradictoria ſimul eſſe vera de quibuſcũ
q; predicatis ſint vel ſubiectis. ⁊ circa quecunq; materiam

Digitized by Google

cum autem ex tali verificatione predicatorum contradictoriorum non ſequitur aliquas predicationes contradictorias eſſe veras. poſito ꝙ illa pro quibus verificantur non ſint res diſtincte adinuicem: tunc ex tali verificatione non neceſſario arguitur illa eſſe res diſtinctas: nec ex talibus predicatis habet illa maior veritatẽ: et hoc eſt rationabiliter dictum: quia etiam finalis ꝓbatio illius reſoluitur ad hoc ꝙ contradictoria eſſent ſimul vera. Si ergo hoc non ſequatur remanet illa propoſitio non probata. Tunc ad minorem dico ꝙ ille propoſitiões in quibus verificantur illa predicata non ſunt contradictorie: poſito ꝙ eſſentia et perſona non ſint aliquo modo res diſtincte adinuicem: cum earum ſubſtãtiua non ſit eadem nec ſynonyma. ſ. eſſentia et pater. Nam eſſentia de aliquo poteſt verificari: de quo nõ poteſt verificari pr. Nec etiã tales propoſitiones inferunt contradictorias: quia non ſequitur. pater generat. ergo eſſentia generat. Et generaliter in quibuſcũq; predicatis que verificãtur de perſona: et non de eſſentia vel econtra diſcurrendo: nunquam per aliquam formam arguendi poſſunt concludi contradictoria: ſicut hoc aliqualiter et diffuſius ſupra diſt. 5. q. 1. oſtenſum eſt: et per conſequens non poteſt concludi mutua diſtinctio eſſentie et perſone. ¶ Ad aliam probationem qua dicitur ꝙ non conceſſa illa maiore perit omnis via probandi aliqua eſſe adinuicem diſtincta. dico ꝙ nõ eſt verum: quia per poſſibilitatem ſeparationis vnius ab alio et corruptionis cum conſtantia alterius. probatur ſufficienter mutua aliquorum diſtinctio. verbi gratia. ſi ſortes nunc eſt in iſto loco demonſtrato. et poteſt non eſſe in iſto loco: ipſo tamen exiſtente: optime concluditur ꝙ ille ſit diſtinctus a loco illo: quia ſi non ſit diſtinctus ab eo: ſed ſit ipſe quandocũq; ſortes erit: erit in iſto loco: immo verius loquendo erit locus: et per conſequens quando nõ erit in loco illo: erit in eo: et ſic ſimul he contradictorie eſſent ſimul vere. ſor. eſt in iſto loco. ſor. non eſt in iſto loco. Similiter ſi ſortes ſit albus et poteſt nõ eſſe albus ſe manente: optime concluditur ꝙ albedo per quã eſt albus ſit ab ipſo diſtincta: et iſtis modis ꝓceſſit Philoſophus ad probãdum materiam diſtingui a forma et locum a locato. Et ſi talia poſſent applicari ad diuinitatem et perſonam. vel ꝙ deitas poſſet non eſſe: perſona exiſtente. vel econuerſo: aut perſona poſſet nõ eſſe deitas poſtq̃ eſt diuinitas: ſe manente: optime concluderetur vnam ab alia eſſe diſtinctã: alioquin ſequitur cõtradictoria eſſe ſimul vera: et ſic patet ꝙ alia via remanet ad probandũ aliqua mutuo diſtingui: que magis procedit ex poſſibilitate ſucceſſiue verificatiõis aliquorum predicatorum de eodem ſubiecto: ſeu contradictoriorum propoſitionum q̃ ex ſimultate verificationis cõtradictoriorum predicatorum de diuerſis ſubiectis. ¶ Ad quintum nego illam partem antecedentis. proprietas non eſt ex ſe neceſſe eſſe: nec formaliter infinita: accipiendo proprietatem pro ipſa perſona: nec faciendo vim in hoc. vtrum hec predicata: neceſſe eſſe: et infinitum: predicentur in primo modo de perſona vel nõ: dico tamẽ ꝙ ſicut deitas eſt ex ſe neceſſe eſſe et formaliter infinita: ſic et quelibet perſona. Et cum ꝓbatur per hoc: quia alias ſequitur ꝙ in diuinis eſſent tria infinita et tria neceſſe eſſe. nego conſequentiam: ſumendo conſequens in ſenſu in quo eſt falſum. Non enim ſequitur: ſicut non ſequitur ꝙ ſint tres diuinitates non obſtante ꝙ quelibet perſona ſit ſm ſe et formaliter deus: quia non quelibet ſit a ſe deus: vt filius et ſpiritus ſanctus. Et eſt ratio: quia quelibet perſona eſt illa vnica et ſingularis diuinitas: ſicut dicit Decretalis. nec diuinitas ſe habet ad perſonas vt ſpecies vel genus ad indiuidua. Et ideo non pluraliter dicitur de illis tribus ſimul: ſed ſingulariter tantum: vt dicit Auguſtinus. 7. de trinitate.

Ca. 6.

Similiter filius non eſt aliud neceſſe / ſeu alia neceſſitas / vel infinitas / q̃ illa que eſt pater et ſpiritus ſanctus: ſicut nec alia: ſed eadem diuinitas: et ideo non ſunt tres neceſſitates / vel infinitates. ¶ Et eodem modo dicendum ad ſextum: ꝙ quelibet perſona eſt perfectio ſimpliciter et non alia / q̃ ipſamet deitas: ſicut nulla perſona eſt aliqua alia entitas / q̃ diuinitas: et ideo ſicut nulli deficit diuinitas: ſic nec aliqua ꝑfectio ſimplex que ſit in alia. ¶ Ad ſeptimũ ſm viã vni⁹ doctoris negãda foret iſta conſequentia. eſſentia eſt non filiatio. ergo eſſentia non eſt filiatio: et ad regulam illam Philoſophi dicit: ꝙ non tenet vniuerſaliter: niſi in predicationibus denominatiuis. vnde (vt dicit) ſi eſſet vnus homo cõmunis qui eſſet ſor. et pla. (ſicut forte Philoſophi poſuerunt) hec eſſet vera. homo cõmunis eſt non plato: et hec eſt falſa homo communis non eſt plato. Ita in propoſito quia eſſentia vna eſt paternitas et filiatio / ſiue pater et filius ſubſtantiue: quamuis hoc dictum non poſſet forſitan reprobari: bene puto tamen ꝙ Philoſophus non minus dixiſſet illam regulam tenere in alijs predicationibus non denominatiuis. Unde ita bene dixiſſet ſequitur ſortes eſt non lignum. ergo ſortes non eſt lignum: ſicut ſequitur ſor. eſt non albus. ergo ſor. non eſt albus: et ita vniuerſaliter ĩ terminis ſubſtãtiuis et predicationibus identicis: ſicut in terminis adiectiuis et predicationibus formalibus. iuxta modũ loquendi antiquum / ſeu denominatiuis niſi aliud impediret. Et ideo aliter reſpondeo ad rationem illam: et nego illam conſequentiam eſſentia eſt paternitas. ergo eſſentia eſt non filiatio: et cum probatur ꝙ omnis paternitas eſt non filiatio: eſt paternitas. dicendum eſt ꝙ ſyllogiſmus non eſt regulatus per dici de omni / vel maior eſt falſa. ſicut patet ad primam ſupra: et ideo non ſequitur illa concluſio. Notandum autem ꝙ cum concedo ꝙ eſſentia eſt paternitas ſumo paternitatem ſynonyme ad patrem: et patrem ſubſtantiue: ſicut alias dictum eſt.

¶ Diſtinctionis. xxxv. et. xxxvi. Queſtio. j.

CIrca diſtinctionẽ. 35. in qua Magiſter incipit tractatum de notitia quã deus habet de creaturis: et etiam circa diſtin. 36. Q. uero vtrum ſequẽs preciſe rationem naturalem habeat ponere ꝙ de⁹ intelligat alia a ſe / vel non. ¶ Et arguo primo ꝙ talis habeat ponere ꝙ deus nihil aliud a ſe intelligat: quia ſequitur deus a nullo poteſt aliquid pati: et omne quod intelligit aliud a ſe patitur ab illo. ergo deus non intelligit aliquid aliud a ſe: licet quilibet volens ſequi preciſe rationem naturalem habet ponere antecedens. ergo et conſequens. Aſſumptum probatur: quoniam naturaliter apparet ꝙ deus eſt actus purus: et per conſequens nullius receptiuus in ſeipſo: et per hoc / nec paſſibilis ab aliquo. ¶ Item naturaliter apparet diſcurrẽdo in nobis ꝙ ſemper qui intelligit: aliud recipit ab illo intellectionẽ / vel ſpeciem / vel vtrũq;. Conſtat autem ꝙ de intellectionibus aliorum entium non poſſumus naturaliter aliter iudicare: q̃ ſm ea que videmus in nobis: ergo vniuerſaliter apparet ꝙ omne quod intelligit aliud: patitur ab illo.

Ad oppoſitum arguitur ſic: quia ſequitur. deus eſt cauſa omniũ aliorum ſaltem finalis: et cognoſcit ſe perfectiſſime. ergo cognoſcit ſe eſſe cauſam. Et vltra. ergo cognoſcit alia quorum eſt cauſa. conſequentie ſunt neceſſarie et euidentes: et quilibet naturaliter loquẽs habet ponere antecedẽs. Unde et de facto

Digitized by Google

ſancti et Philoſophi poſuerunt.ergo et conſequēs naturaliter eſt ponendum.

Reſpondeo opinio Ariſto.et Cōmen.ſui Auer. fuit.ꝙ deus nihil aliud a ſe intelli-
12. meta. git.Unde.12.meta.ponit Philoſophus circa itellectio-
T.c.51. nem dei tres concluſiones. Quarū prima eſt ꝙ deus eſt ſubſtātia intellectualis et ſemꝑ actu intelligens. Secunda.ꝙ ſua ſubſtantia eſt ſua intellectio. Tertia.ꝙ deus nihil aliud intelligit preter ſeipſum. ¶ Primam cōcluſionem ꝓbat ex eo ꝙ deus eſt ens omnium nobiliſſimum et digniſſimum.hoc autem non eſſet:ſi non eſſet intelligēs: aut non eſſet ſemper actu intelligens. Unde ait ſi nō intelligat:quid vtiqꝫ erit inſigne venerabile: ſed habet quem
Cōmē.51. admodum vt ſit dormiens:vbi Cōmen.neceſſe eſt inquit ſi eſt intelligens vt ſemper ſit ſm alterum iſtorum duorū modorum aut ſm diſpoſitionem:in qua non vtitur ſciens ſcientia:aut in qua vtitur. Si ergo fuerit in diſpoſitione in qua ſciens non vtitur ſcientia ſua:eſt quaſi dormiens: et non inuenitur in eo diſpoſitio nobilis:et hoc eſt inconueniens. ¶ Secundam concluſionem probat Philoſophus ex eodem: quia ſi ipſe non eſt:vt ait Philoſophus ſua intelligentia.ſ.intellectio:ſed potentia non vtiqꝫ erit optima ſubſtātia:per intelligere enim honorabile ei ineſt: vult dicere ꝙ cum ipſe non ſit in nobili diſpoſitione niſi ꝑ intelligentiā: ſi ſua ſubſtantia non eſt ſui intelligētia ipſa non erit ex ſe optima ⁊ perfectiſſima:ſed perficiṫ ꝑ aliud: ſcꝫ per ipſam intellectionem. hoc modo eſt incōueniens.
T.r.c.51. ¶ Tertiam concluſionem ꝓbat ipſe ⁊ Commen.pluribꝰ rationibꝰ. Primo quia ſi intelligeret aliud a ſe.tunc ſua ſubſtantia non eſſet intellectio eiuſdem: ſed erit potentia per quam ſit intellectio:qđ eſt contra ſecūdā cōcluſionē. ¶ Secundo.quia erit tūc aliquid nobilius eo:qđ eſt falſum.conſequentia ꝓbatur:quia intellectuum eſt perfectio intelligentis.ſ.cauſaliter:quia cauſat in intelligente ſuam perfectionem que eſt intellectio.omne autē tale inquantum huiuſmodi eſt perfectius illo. ¶ Tertio.quia tunc non eſſet ſimpliciter independens et non indigens alio.conſequens iſtud eſt falſum.conſequētia probatur: quia intellectus dependet ab intellecto:et ſubſtantia dei eſt ſua intellectio:vt probatum eſt in ſecūda cōcluſione. ¶ Quarto ſi ſic.ergo deus patiṫ ⁊ mouetur ab alio. conſequēs eſt falſum.probatur conſequentia.quia omne qđ intelligit aliud tranſmutatur in ſua ſubſtantia in aliud:⁊ mouetur ab alio. ¶ Quinto ſi ſic.tunc ſua intellectio nō eſſet nobiliſſima ⁊ cū ſua perfectio ſit in intelligendo ipſe non eſſet nobiliſſimus:qđ eſt cōtra primam cōcluſionem. cōſequētia ꝓbatur:qꝛ itellectio rei vilis nō eſt nobilis ſꝫ vilis:⁊ ideo etiam apud nos melius eſt nō meditari quedā ꝙ̄ meditari:⁊ non videre melius eſt ꝙ̄ videre. Et ideo concludit Commen.ꝙ cum impoſſibile ſit ipſum intelligere vilius aut nobilius:cum non ſit nobilius eo et intelli-
Cōmē.51. git.ergo ſe tm̄ itelligit. ¶ Sexto.addit Commen.aliam rationem:quia ſi itelligeret alia aut in vniuerſali tm̄:aut in particulari:non in vniuerſali:quia intellectio talis eſt imperfecta ⁊ in potentia:nec in particulari:quia particularia ſunt infinita:⁊ infinita a nulla ſcientia determinantur. ergo nō itelligit ſingularia diſtincte ⁊ in particulari.
Aureolꝰ ¶ Septimo.ad eādē concluſionē arguitur ſic per alios:
di.35.q.2 impoſſibile eſt diuiſionē continui totaliter euacuari.aut
arti.2. enim ſtaret diuiſio in aliqua indiuiſibilia.et hoc nō:quia tunc ſequitur ꝙ continuum componitur ex indiuiſibilibus:aut ſtaret diuiſio in aliqua diuiſibilia. Et hoc etiam dici non poteſt: quia ſic non eſſet euacuata ſed poſſibilis eſſet vlterior diuiſio. Ex quibꝰ patet ꝙ impoſſibile eſt diuiſionem continui totaliter euacuari:ſed hoc ſequitur ſi deus intelligeret alia a ſe. Nam intelligeret continuum: et eius diuiſio euacuata eſſet in conceptu eius:qđ probatur:quia aut eius intuitu eſſent omnēs partes cōtinui diuiſe et diſtincte:ita vt non relinquatur vlterior diuiſio: ⁊ per conſequens diuiſio cōtinui erit euacuata:aut alique partes tm̄ in certo numero:quarum quelibet eſſet diuiſibilis:⁊ hoc non poteſt eſſe: quia nunc diuinus intuitus eſſet in potentia et ſibi aliquid poſſet acquirere.ſ.diuidēdo vnāquāqꝫ illarum partium:quinimmo poſſet ſic diuidendo procedere in infinitum:ſicut ⁊ noſter itellectus:qđ eſt penitus impoſſibile. Ex quo vltimate ſequitur ꝙ impoſſibile eſt deū intelligere alia a ſe. ¶ Octauo.ſeqꝛtur ꝙ in conceptu diuino eſſet magnitudo quedam actualiter infinita.conſequens falſum eſt:quia qua ratione infinita magnitudo eſſet in cōceptu dei:eadem ratione poſſet poni in effectu:qđ tamen vt dicunt implicat cōtradictionē. Probatur conſequētia:quia intellectus noſter qualibet magnitudine poteſt concipere maiorem: et cuilibet concepte ſemper addere.ergo multo magis hoc poterit intellectus diuinus.aut ergo ſic procedet ſucceſſiue:quod dici non poteſt:ne ſit īpotens et imperfectus:vt intellectus noſter:aut ſtat in aliqua magnitudine īfinita cui addi nō poteſt:et patet propoſitum. ¶ Nono.ſequitur ꝙ totus proceſſus numerorum eſſet euacuatus:⁊ poſitus in actu in conceptu diuino:qđ etiam eſt impoſſibile: quia vel eſſet ſtatus ad numerum finitum:vel ad aliquem infinitū: non ad finitum:quia quilibet finitus poteſt eſſe radix numeri quadrati vel cubiti. Et per conſequens vltra eum eſt proceſſus poſſibilis in numeris: nec etiam ad infinitū:quia nullus numerus poteſt eſſe infinitus:⁊ nihilominus hoc dato habetur propoſitū:ꝙ.ſ.euacuatus eſt proceſſus numerorum. ¶ Decimo.ſi verum ſit:ꝙ deus poteſt qualibet creatura creabili creare perfectiorem ſm ſpeciem:ita ꝙ in talibus perfectionibus ſpecificis ad ſupra ſit proceſſus poſſibilis in infinitum: vt multi opinantur:aut tota illa multitudo ſpecierum poſſibilium eſt in diuino ītuitu actualiter:aut non actualiter:ſed ſub quodam proceſſu: aut nullo modo non poteſt dici primum: quia tunc deus videret aliquam creaturam infinitam diſtantem a prima ſpecie in infinitum: qđ probatur:quia aut intuetur quālibet diſtantem modo finito a ſpecie: et ſic non erit proceſſus in infinitū in ſpeciebus:aut intueṫ aliquā diſtātē in infinitū: et ꝑ conſequens illa erit infinite nobilis et perfecta:nec poteſt dari ſecundum:quia tūc intellectus diuinus eſſet potentialis et imperfectus. ergo relinquitur tertium:ſcꝫ ꝙ nec intelligat illas. ¶ Hec ſunt motiua huius partis:quibus multo fortioribus apparet probari partem oppoſitam. Ideo cōcluſionem oppoſitam teneo:quam probo primo ſic. Sequens naturalem rationem habet ponere deum intelligere.ergo habet ponere deū intelligere alia a ſe. Antecedēs eſt cōceſſum, etiam a tenentibus oppoſitam partem.⁊ probatur ratione:quoniam nomine dei itelligimus illud qđ eſt entium omniū nobiliſſimū:cuius nobilitatē non(niſi ex his que nota ſunt nobis)poſſumus naturaliter inueſtigare.cum ergo ī rebus notis:omnes cōmuniter iudicemus eas que cognoſcunt nobiliores eſſe his que naturaliter carent cognitione:et ex cognoſcentibus eas que intelligunt nobiliores eſſe ceteris:que et ſi cognoſcunt aliquo modo.verbi gratia.per ſenſus corporales:non tamen intelligūt:rationabiliter concludendū eſt ꝙ ipſe deus intelligat. Conſequentia quoqꝫ quaſi ex eadem radice probatur. Nam ſicut naturaliter iudicamus cognoſcentia non cognoſcibilibus eſſe digniora ſic etiā virtutes per quas plura cognoſcimus:et hoc ꝙ plura cognoſcimus per eas:iudicamus eſſe digniores et perfectiores. Unde etiam ſicut dicit Philoſophus in prohemio metaphyſi.et ſi nunꝙ̄ diceret adhuc dictum in ſe verū eſt:ſenſum viſus pre alijs diligimus.etiā preter vtilitatem quā habemus ex ipſo.⁊

Digitized by Google

nihil habere debentes ſupple per directionē viſus: ⁊ cau
ſa eſt vt dicit:quia plures rerum differentias nobis oſtē
dit:⁊ ſicut eſt de viſu reſpectu aliorum ſenſuum:ſic gene
raliter omnis virtus ex ſua natura plurium rerum diffe
rentias ſm ſpeciem apprehenſiua ſeu cognitiua eſt ſim
pliciter ſm ſuam naturam perfectior ceteris que nō ſunt
tot differentiarum entium cognitiue.ergo(cum deus ſit
omnium nobiliſſimus.) Si naturalem rationem quis ſe
quatur non minus habet ponere ꝙ plures differentias ⁊
maiores rerum cognoſcat ceteris cognitionem habenti
bus:et per conſequens cognoſcat alia a ſe:ꝗ̃ habeat po
nere ꝙ ipſe ſimpliciter intelligat. ¶ Forte dicetur ꝙ non
oportet propter nobilitatis excellentiam in deo:reſpectu
aliorum cognoſcentiū ponere ꝙ plurā cognoſcat ꝗ̃ alia:
ſed ſufficit ꝙ cognoſcat aliquod nobilius ꝗ̃ illa cogno
ſcunt. Nunc autem dicitur ꝙ ipſe cognoſcit ſeipſum:qui
eſt quid nobiliſſimum omnium cognoſcibilium: ⁊ per cō
ſequens eius cognitio eſt nobiliſſima: ⁊ ipſe eſt cognoſcēs
nobiliſſimum. ¶ Iſta reſponſio nō valet.primo quidem:
quia ratio probat deum non eſſe nobiliſſimum niſi intelli
gat alia. vnde reduco iſtā rationem:et poteſt eſſe ad prin
cipale. Omnis natura ex ſe ꝑmo plurium cognitiua eſt
nobilior omni alia que non eſt ex ſe primo tot cognoſciti
ua. Dico autem ex ſe primo propter organa et potentias
(ſi diſtincte ſint ab eſſentijs)quarum dicuntur eſſe potē
tie:et ſic propoſitio in omnibus nobis notis patet per in
ductionem eſſe vera. Unde ſenſitiua animalis perfecti:
vt leonis vel equi ſimpliciter nobilior eſt qualibet anima
vel re alia que non eſt tot cognitiua: et humana anima ꝗ̃
eſt pluriū cognitiua:ꝗ̃ cuiuſcū̄ꝗ alterius animalis ani
ma ſimpliciter nobilior ꝗ̃libet aliorū:et ſi eſſet etiā pluriū
cognitiua ꝗ̃ angelus vel deus vtiꝗ et angelo et deo eſſet
nobilior. Secūdo non valet:quoniam et ſi forſan ꝓterui
ter poſſet ſuſtineri:non tamen rationabiliter. nam et ſine
maiori proteruia eque dici poſſet: ꝙ non oportet propter
dei ſaluādū nobilitatem ponere:ꝙ ipſe itelligat:quinimo
hoc nō poſito adhuc eſt eius natura nobiliſſima: nec cer
te magis poterit conuinci ipſum eſſe intellectualis natu
re ex preeminentia rerum intellectualium inquātum hu
ius ad non intellectuales:ꝗ̃ poterit conuinci ipſum plu
ra intelligere ceteris intellectualibꝰ naturis: ex eo ꝙ que
plurium ſunt cognitiue:et digniores et perfectiores ſunt
his que pauciora cognoſcunt. ¶ Secundo probo eādē
concluſionem ſic.poſſibile eſt plurium effectuum equali
ter et indifferenter poſſibilium produci ab aliquo deter
minato actiuo natura:in aliquo determinato paſſiuo ali
quid determinate produci reliquis eorum nō productis.
ergo poſſibile eſt aliquod actiuum ſingulorum eorūdem
effectuum poſſibilium diſtincte cognitiuū et libere pro
ductiuum concurrere cum predicto agente naturali ad
determinate aliquid ex illis producendum.et vltra.ergo
deus cognoſcit alia a ſe.antecedens ſtatim patet. Nam
conſtat ꝙ actuum naturale eſt in potentia ad producen
dum plures effectus eiuſdem rationis. verbi gratia. di
uerſas formas ſubſtantiales ex eadem materia:et ſimili
ter accidentales:vt corpus luminoſum plura lumina: et
eadem pars medij eſt ſimul in potentia ad recipiendum
et indifferenter vtrūꝗ eſt in potentia ad omnia illa lumi
na:et tamen ſi approximetur corpus luminoſum illi par
ti medij illuminabilis:non ꝓducit omnia illa lumina poſ
ſibilia:ſed aliquod tm̄ determinate. Idem apparet de ca
lefactiuo et frigefactiuo et ceteris agentibus naturali
ter:et ſimiliter generans determinate aliquam ſingularē
formam ſubſtantialem:⁊ non ſimul producit omnes. con
ſequentia vero probatur ex hoc:ꝙ ſi aliquis effectus de
terminate producitur:oportet aliquam eſſe cauſam natu
raliter vel libere determinatam ad eius productionē po
tius ꝗ̃ ad aliorum. talis autem non poteſt eſſe illud acti
uum naturale:nec etiaꝫ aliquod aliud:cū quodlibet acti
uum naturale potens in vnuꝫ illorum:indifferenter poſſit
in quemlibet. ſimiliter nec paſſiuuꝫ eſt magis determina
tum ad recipiendum vnum ꝗ̃ alium:oportet ergo hoc ꝓ
uenire ex aliqua cauſa libera que ⁊ ſi ꝗ̃libꝫ poſſit:vult ta
men hunc vel illum determinate producere.ad hoc auteꝫ
neceſſarium eſt ꝙ ꝗ̃libet diſtincte cognoſcat.alioquin nō
ſe libere determinaret ad aliquā:⁊ per cōſequēs nullū de
terminate ꝓduceret. Ex hac cauſa puto Commen. fuiſſe
coactū ponere ꝙ ad cuiuſlibet indiuidui animaliū ⁊ plan
tarū generationē: ⁊ generaliter cuiuſcū̄ꝗ alterius quod
per ſe:⁊ non a caſu fit a natura.concurrit ſimul cū princi
pio naturali immediato intelligentia agens: que ad gene
rādū hoc modo indiuiduū: vtitur illo naturali principio
ſicut artifex inſtrumento. Unde ipſe in de ſomno ⁊ vigi.
ait.quod declaratū eſt in libro de animalibus ⁊ vegetabi
libus. ꝙ indiuidua animaliū ⁊ plantarū ſunt determina
ta in eſſe ⁊ determinataꝝ cauſarū: in generabilibus autē
per ſemina ⁊ intellectionē agentē. In non generabilibus
vero ſunt determinata per corpora ⁊ elementa ⁊ corpora
celeſtia ⁊ intelligentiā agentē:⁊ cū iſta indiuidua habent
determinatum eſſe: neceſſe eſt vt natura eoꝝ ſit intellecta
apud formā abſtractā:cuius ꝓportio ad illa eſt:ſicut pro
portio forme artificij id eſt artis ad artificiatuꝫ.et ſtatim
poſt dicit: ꝙ natura ſenſibilis mouetur ab hac forma ab
ſtracta ſicut inſtrumēta mouētur a forma artificij:⁊ ideo
viſum eſt inquit Cōmen. ꝙ nullū indiuiduuꝫ ſit eſſentiali
ter .i. per ſe a natura:niſi per ſcientiā antecedentē:quoniā
inſtrumentū artificis (ſicut dicit Ariſto.)non mouetur ni
ſi ſm artificē. Ex quo patet ſm eum ꝙ illa intelligētia pre
cognoſcit indiuiduum:quod determinate ꝓducitur.⁊ ſic
patet conſequentia prima. Secūda vero ſatis eſt euidēs
quoniā cū nō oporteat plura talia agētia libera poni: ſed
ſufficiat vnū quod ad omnes effectus quorūcū̄ꝗ agētiū
naturaliū cōcurrat libere: vt dictū eſt:aut tale eſt deus ⁊
habetur ꝓpoſitū:aut ſi nō eſt deus eſt nobilius deo:quod
eſt impoſſibile.cū dei nomine intelligamus quod eſt in en
tibus nobiliſſimū. Et patet conſequentia:qm̄ ens tāte po
tentie ⁊ cauſalitatis:ac etiā intelligibilitatis nobilius eſt
ceteris:nec aliquis ſane mentis diceret oppoſituꝫ. ¶ Ad
hanc rationē poſſet dupliciter reſpōderi. vno modo ad an
tecedens. Et dicitur primo ꝙ poſſet dici ꝙ non ſunt plu
res effectus poſſibiles produci ab eodem agente natura
li in vno paſſo:ſed vnus tm̄. Secundo quia eſto ꝙ ſint plu
res:inter illos tamen eſt ordo eſſentialis ꝗ̃tum ad produ
ci:⁊ ideo non quilibet poteſt primo produci. ſecūdo poſſet
negari vltima cōſequentia. Nam diceretur ꝓ eſto: ꝙ de
tur tale agens liberū determinate productiuū : non tamē
ſequitur ꝙ quodlibet diſtincte cognoſcat:quoniā volun
tas vel homo per voluntatē libere et determinate ꝓducit
aliquam volitionē circa aliquod obiectū determinatum:
⁊ tamen non cognoſcit diſtincte ꝗ̃libet volitionē ꝓduci
bilē ab eo circa illud obiectū. ¶ Iſta nō tollunt predictā
rationem. Nam primum apparet naturaliter eſſe falſuꝫ:
qm̄ ſi ſolus vnus effectus eſſet poſſibilis produci ab vno
agente in eodem paſſo(verbi gratia. vnum lumen ab vno
corpore luminoſo) cuꝫ poſtꝗ̃ illud eſſet productū:ſi ipſuꝫ
corrūperetur:vel propter interpoſitionem alicuius opaci
vel remotionē agentis.adhuc remoto obſtaculo:⁊ preſen
te eodem agente circa idem paſſum cauſaretur lumen:ſe
quitur ꝙ illud idem numero ſecūdo modo cauſaretur: qđ
fuit primo cauſatum:⁊ ſic naturaliter corruptum idē nu
mero repararetur:quod videtur impoſſibile per naturaꝫ.
¶ Preterea. Quicquid ſit de effectu aliquo indiuiſibili
aut de diuiſibili totali : ſeu perfectiſſimo poſſibili produ
ci ab agente:de partibus tamen formalibus ſeu ſm inte

in de ſom. et vigil.

ſionē effect⁹ habet; tales ptes.null⁹ poſſʒ negare:qn ptes
ſint ꝓducibiles ab eodē agēte i eodē paſſo:ꝛ tñ ex eis ali-
qñ aliq̄ deteriate ꝓducit añ aliā:ꝛ tūc ſtat rō tota. ¶ Se
cūdū etiā falſū ē:qm int ea q̄ ſūt eiuſdē rōnis ꝛ oīno ſilia.
null⁹ ē ordo vl ēē pōt.nō eñ ē rō ꝓpt quā vnū ſit pri⁹ alio
poti⁹ q̄ ecōuerſo. ¶ P̄. Idē agēs nāle eoſdē effect⁹ qs in
aliq̄ paſſo ſucceſſiue ꝓducit:poſſet i eodē ſil ꝓducere. ḡ
nō ē eq̄lis ordo q̄ ad ꝓduct int effect⁹ eiuſmodi.ꝯña pʒ:aſ
ſūptū dclarat. Nā ſi aliqd corp⁹ lumioſū qd p ꝯtinuū mo
tū appropiquās alicui pti medij cauſauit i illa:lumē(ꝟbi
gra.10.graduū) fuiſſet genitū i eo loco i q̄ eſt: qn tm̄ lumē
ꝓductū ē:tūc ſtati illd totū lumē ſil cauſaſſet:ſicut expiē
tia docet:et nō pri⁹ vnū gradū q̄ aliū. ¶ Ad illud aūt qd
ſcdo dr:negādo ꝯñā ʒ vltimā dico.q̄ rō mihi demſatiua ē
ad ꝓbādū q̄ nō ſolū ad actiōes naturaliū agētiū:ſʒ ēt a d
q̄ſcūq; ēt liber agētiū de⁹ libere ꝯcurrat imediate:alioqn
nihil deteriate ꝓduceret. Nā q̄uis volūtas libera ſit ad
cāndū ꝛ nō cāndū volitionē:hāc tm̄ vl illā volitionē nūq̄
deteriate cāret:niſi de⁹:q̄ hāc vl illam ꝛ quālʒ ſilem poſſi
bilē diſticte cogſcit: vellet deteriate eā ꝓducere:ita q̄ qr
de⁹ ita vult cū volūtate ꝯcurrere ad cātionē hui⁹:ꝛ nō il
li⁹:iō hec ab vtroq; ita ꝓducit q̄ non illa. Et idē dico de
ptib⁹ itēſiuis volitōis quā volūtas aliqñ ꝑ itēdet. Nūq̄
eñ vna ps poti⁹ q̄ alia pri⁹ ꝓduceret:niſi agēs hāc ꝛ illā
diſticte cogſcēs vellet ꝯcurrere cū volūtate ad ꝓducēdū
prio hāc ꝛ poſtea illā:ꝛ q̄ de⁹ ꝯcurrat tāq̄ cā ptial ad oēs
q.24. actōes volūtat;:expſſe dīt Aug.83.q.vbi ait.q̄ q̄cq̄d i mū
do gerit pti diuinit⁹ gerit:pti nr̄a volūtate:ꝛ p̄cedētia ꝛ ſe
quētia ad hāc itētiōes ꝓcedūt ſi iſpiciāt. Itē.q.78.di.q̄
de⁹ opat p artifices qdcūq; opus ſiat ab eis:ꝛ ꝯſtat q̄ ipi
volūtarie opant. Poſſʒ aūt i eadē ꝟtute eadē ꝯclo ꝓbari
ex remiſſiōe alicui⁹ forme(.ꝟ.g.lumis)qd ad excludēdū
quādā rñſiōes datā ponat totū ſil ꝓductū fuiſſe:ꝛ ſucceſ
ſiue tñ remitti p ꝯtinuā agēt; elōgatōes.tūc eñ vna ps añ
aliā deſinet:cū tñ oēs oīno eq̄ ꝓpinq̄ ꝛ oīb⁹ modis vnifor
mit ſe hēbūt ad ipʒ agēs: ꝛ nulla cā oīno aſſignari poſſit:
ꝓpt quā vna añ aliā corrūpat:niſi qr oīno de⁹ ipe ſic vult
deteriate prio ꝯcurrere ad deſinēdū ꝯſuare iſtā:q̄ illā. ꝛ
idē ē d alijs formis naturalib⁹:ſic.ſ̄.di.17.ſolōne cuiuſdā
rōnis vbi agit de itēſiōe formaꝝ corpaliū dictū ē. ¶ Ter
tio ad ꝯcōnē q̄ſi ex ſili fūdamēto ꝑt argui. Nā videm⁹ q̄
agēs naturale i oīb⁹ ſuis ptib⁹ vniforme i diuerſis ptib⁹
eiuſdē materie ēt pēit⁹ vniformis.diuerſos cāt effect⁹.ꝟ.
g.ſpma marꝭ agēs i vniformē oīno materiā fet⁹ diuerſa
mēbra ꝛ organicas ptes cāt ex illa.ex vna eñ pte cāt ner-
uū:ex alia os:ꝛ ex alia carnes:ꝛ ſic d alijs. Propt q̄d aūt
ex vna pte gñat caro ꝛ nō os:ꝛ ex alia ecōuerſo:ipoſſibile
ē dicere:niſi pōat aliqd agēs liberꝝ imediate ꝯcurrere ſm
ſe:ꝛ illd ad ſic agēdū deteriet.nō eī ad hoc ꝑvalere ſol vl
celū:vl aliqd aliō naturalr actiuū:cū qbʒ tale idifferēt ſe
hēat ad q̄ſlʒ illi⁹ materie ptes:nec ex ſe talr deteriari poſ
ſit:nec certe tal diſticta cātio caſui ē tribuēda:qm cal⁹ nō
ē niſi i his q̄ raro accidūt.hoc aūt euenit ſēp: ꝛ oporteret
ſʒ hoc q̄ſi oēs naturales actōes attribuere caſui:qd pēit⁹
ē abſurdū.tale ꝟo vl ē ꝛ liberꝝ agēs oīno de⁹ ē:ꝛ ſic agere ſi
ne alioꝝ cognitiōe nō pōt. ¶ Quarto ſic.ex q̄buſdā effe-
ctib⁹ apparētib⁹ ꝛ expt; cogimur ponere aliqd ens:qd hʒ
certā notitiā d futur; ꝯtigētib⁹ ad vtrūlʒ.ḡ naturalr opʒ
pōere q̄ de⁹ cogſcat alia a ſe. Añs ꝓbo.prio q̄dē:qm viſū ē
ꝛ exptū apd plimos ē:q̄ſdā plima ꝛ freq̄nt ꝓphetaſſe fu
tura:ꝛ ita euēiſſe:ꝛ q̄ſdā habuiſſe ꝛ hēre ꝟa ſōnia d futur;:
ꝛ q̄ſdā ēt hūiſſe notitiā iterp̄tādi tā ſōnia q̄ ꝓphetias ꝛ i
terp̄tatiōe idigētes:ſic nō ſolū ex xp̄iāoꝝ ꝛ iudeoꝝ libris:
q.4.c.2. ſʒ ēt gētiliū pʒ:ꝛ ēt phoꝝ.vt Aui.6.natu.ꝛ Cōmē. Auer.
Vñ i libello ſuo de ſōno ꝛ vigi.ait. Determinādū ē de natu
ra ſōnioꝝ:ꝛ q̄ ē ſui gñis de ꝯp̄hēſiōib⁹ diuis:q̄ nō acq̄rūt
ſm acq̄ſitōeʒ hoiʒ. Dicam⁹ ḡ.q̄ iſtaꝝ ꝯp̄hēſionū q̄dā dīr
ſōnia:ꝛ q̄dā diuiatōes:ꝛ q̄dā ꝓphetie:ꝛ q̄dā hoies negāt
iſta:ꝛ dicūt ea accidere a caſu. Sʒ negare ea ē negare ſē
ſata:ꝛ maxime negare ꝟa ſōnia.null⁹ eñ hō eſt q̄ nō vide
rit ſōniū qd enūtiauit ei aliqd futuꝝ:ꝛ cū hō experimētaue
rit hoc multotiēs videbit q̄ hoc nō accidit caſu: ſed eēn-
tialiter:ꝛ ille alie cōp̄hēſiones ꝛ ꝓphetie: lʒ nō ſint viſe
vt ſomnia ita cōiter:tñ ſunt valde famoſe: et ea q̄ famoſa
apd oēs/aut ſūt neceſſaria ſm totū. aut ſʒ partē. Impoſ
ſibile eñ eſt:vt famoſum ſit falſum ſm totū. Hec Cōmē.
Cui⁹ dictū ſpāliter volui allegare:qm in p̄ncipali ꝯcluſio
ne opinionē oppoſitā hʒ:ꝛ tñ hoc aſſumptū ꝯfitet:ꝛ dicit
nō poſſe negari. Conſtat aūt q̄ talia nō ꝓueniūt caſualr:
ſicut etiā ipe Cōmē. ꝓbauit in p̄dictis verbis de ſōnijs:ꝛ
eadē etiā fortior ꝓbatio eſt de ꝓphetijs. Nā ipoſſe eſt.q̄
idē hō frequēter ꝟe ꝓphetet a caſu. Nā qd eſt caſuale ra
riſſime accidit.ḡ ſunt talia ꝛ acq̄runt hmōi hoīb⁹ ab aliq̄
cā determinata ꝛ ipoſſe ē aliquā aſſignare niſi illa habeat
notitiā de illis futuris:de q̄b⁹ ꝓphetias vel ſōnia cauſat
in hoie.alioqn nō p ſe:ſed cāliter talia cāret. ¶ Scdo;idē
añs probat ex eo:q̄ exptū eſt plures hoies hēre circa ea q̄
ſunt agēda p ipos quoſdā q̄ſi naturales ꝛ indeliberatos/
ac iprouiſos inſtinct⁹ et ipulſus corde ad eligēdū ex ꝯdi-
ctorijs qd eis meli⁹ eſt:quos hoies Phs in libello de bo-
na fortuna bñ fortunatos dicit. Taliū aūt inſtinctuū/nec
natura/nec rō hoīs pōt eē cā p̄maria:vt ibi ꝓbat Phs:ſʒ
.opʒ q̄ ibi ſit q̄d meli⁹ hñs notitiā de futuris:in q̄bus vult
tales hoies dirigere ꝛ ꝓpterea tales iſtinct⁹ cāt i eis.ꝯña
ſat; eſt euidēs. Nā aut hmōi ens cognoſcēs futura ē de⁹
et habet ꝓpoſitū. Nā ſeq̄t ex hoc q̄ ipſe cognoſcat alia a
ſe/aut eſt aliq̄d ifra deū:ꝛ tūc p locū a minori:ſeq̄t q̄ talē
notitiā de⁹ maxie habeat:cū ipe ſit maxie nobilitatis. Et
cōfirmat iſta ꝯña ex intētiōe aduerſarioꝝ. Nā Auerrois in de ſoñ.
hmōi reuelationē ꝓpter ſuā nobilitatē dr eē cōp̄hēſio- et vigil.
nes diuinas: q̄ nō cōp̄hendunt p acq̄ſitionē hoīs:vt.ſ̄.
allegatū eſt. Itē ifra ait: q̄ iſte modus datiōis cognitio-
nis rei future eſt valde nobilis ꝛ attribuit principio no-
biliori volūtatis:imo ē a re diuina:ꝛ ē ex pfecta ſollicitu-
dine circa hoiem. Si ḡ talia noſſe eſt pfectionis:ꝛ ex hoc
attribuit principio nobiliori hoīs.ꝯñs eſt q̄ de⁹ q̄ oīm no
biliſſim⁹ eſt:hmōi pfectione nō careat. Vñ Auic. vbi ſu-
pra de hac materia tractās:q̄ſi principiū aſſumit:q̄ oīa q̄
in mūdo ſunt p̄terita p̄ſentia ꝛ futura:hñt eſſe in ſapiētia
creatoris. ¶ Itē Phs vbi ſupra:illos inſtinct⁹ bñ fortu- In lib. de
natoꝝ reducit in p̄ncipiū ſupra rōnē hoīs:qd eſt melius ꝛ bo. for.
nobili⁹ ea:ꝛ expſſe tale p̄ncipiū dicit eē deū. q̄ videt ꝛ fu-
turū ꝛ p̄ñs et quoꝝ rō periſt.i.p̄terita:quoꝝ notitia periſt
a memorijs hoīm. vñ rō iſta nō dʒ cuiq̄ facilis videri:qm
ꝓpter ipſam Phs coact⁹ eſt in p̄ncipali ꝯcluſiōe q̄ in hoc
inq̄rit ſibi ꝯdicere:vt ex dictis ē euidēs. ¶ Propter iſta
mihi appet q̄ q̄lʒ volēs naturalē ſeq̄ rōnē in auctoritate
excluſa cogit ponere deū hēre notitiā oīʒ alioꝝ: nec rōnes
ad ptē oppoſitā vllā hñt penit⁹ efficaciā. Vñ ad primā q̄
ſit ꝓ tertia ꝯcluſione p dī.(Nā due p̄me ei⁹ ꝯcluſiones ꝟe
ſūt)dicēdū q̄ ꝯña illa nō ē bona:nec ꝓbari pōt niſi forſan
argueret ex hoc q̄ ita eſt in nobis: ſed talis ꝓbatio nulla
eēt: p eo q̄ itellect⁹ nr̄ aliqñ eſt i potētia tm̄ ad itelligēdū
aliō:aliqñ ꝟo actu intelligit illd:ꝛ ideo erit de potētia ad
actū p acq̄ſitionē alicui⁹ pfectiōis in ipſo q̄ ē itellectio il-
lius. De⁹ aūt ſemp actu intelligit ꝛ nūq̄ eſt in potētia ad
intelligēdū:ꝛ ideo nō eſt ſilr de nobis ꝛ de ipſo. ¶ P̄. Si
ſic vellem⁹ arguere de ei⁹ itellectione:ſicut eſt de nr̄a tūc
(cū itellect⁹ nr̄ nō intelligat actu ſeipm niſi p itellectionē
a ſe eēntialr diſtinctā)arguerem⁹:q̄ de⁹ nō intelligeret ſe
ipm/vel ſua itellectio nō eſt ſua ſubſtātia:ꝛ vtrūq; eſt fal-
ſum ꝛ ꝯtra Phs hʒ. ¶ Ad ſcdaʒ etiā negāda eſt ꝯña. Et ad
ꝓbationē dicēdū:q̄ illud nō hʒ ꝟitatē de itelligēte cui⁹
intellectio nō diſtiguit a ſua ſubſtātia:q̄lis de⁹ eſt. ¶ Ad

tertiã negãda eſt etiã conſequentia. Ad probationem dicendum:ꝙ non eſt vera de intellectio:e que non eſt cauſata ab intellecto:ſicut eſt itellectio diuina. Unde etiam nos multa intelligimus que non ſunt:a quib⁹ tamen non dependet intellectio qua illa intelligimus. ¶ Ad quartã etiã nego conſequẽtiam. Et ad ꝓbationem dico:ꝙ nõ eſt vera vbi intellectio non diſtinguitur ab itelligẽte. ¶ Ad quintã etiã conſequentiam nego. Ad ꝓbationem dico:ꝙ q̃uis intellectio rei vilis preciſe foret vilis. vel minus nobilis intellectione nobilioris rei:intellectio tamen illius rei nobilioris et huius vilis ſimul non eſt minus nobilis. vna autẽ intellectio dei eſt intellectio ſui et omniũ alioꝝ.

¶ Item quãuis ſit vile occupare itellectum circa vilia vbi quis impeditur ab intelligẽdo nobiliora: aut cum ex intellectione vilium quis iducitur ad operãdum aliquid vile:vbi tamẽ neutrum cõtingeret:hoc non eſſet vile:etiã in nobis. vnde ſicut dicit Augu. in de vtilitate credendi. vbi diſtinguit intelligere ⁊ credere et opinari. intelligere ſemper ſine vitio eſt. Nam intelligere magna et honeſta vel etiã diuina beatiſſimũ eſt. intelligere autẽ ſuperflua nihil nocet:ſed fortaſſe diſcere nocuit. cum tempus neceſſariorum occuparet:ipſa etiam noxia non intelligere:ſed facere aut pati miſerũ eſt:non enim ſi quis intelligit quomodo poſſit inimicus ſine ſuo periculo occidi:intelligentia ipſa ac non potius cupiditate reus eſt: que ſi abſit q̃d innocentius dici poteſt? deus autem ipſe nec minus itelligit ſe ⁊ quecũq; nobilia:nec ad aliquid vile duci põt:ex eo ꝙ intelligit vilia. ideo nec eorum intellectione vileſcit.

¶ Ad ſextum dico:ꝙ intelligit diſtincte et in particulari omnia:et infinita: quod quidem non eſt impoſſibile ei cuius intellectio eſt infinita ⁊ immenſa. ¶ Ad ſeptimum (cum dicitur:impoſſibile eſt diuiſionẽ continui totaliter euacuari:loquendo de diuiſione non realis ſeparationis vel diſtinctionis:ſed de diuiſione que ſit per ſignificationem intellectus diſtinguentis:qui ſecum cõpatitur realẽ cõmunitatem continui ſic diuiſi:in quo etiã ſenſu procedit ratio) nego illud aſſumptum: q̃uis etiam loquendo de diuiſione actualis diſtinctionis in effectu ſi hoc intelligitur eſſe ſimpliciter impoſſibile:etiã per diuinã potentiam eſtimẽ ipſum eſſe falſum:ſicut in quadã reſpõſione publica dixi alias:⁊ forte alibi a ꝓpoſito in ſpeciali diſcutiam:ſed hoc non eſt neceſſarium ad propoſitum. ¶ Ad probationem (cum queritur vtrum iſta diuiſio ſtet ad indiuiſibilia vel diuiſibilia) dico ꝙ poteſt dici dupliciter aliquod indiuiſibile. i. carens partibus quibuſcũq; actu diuiſis vel poſſibilibus quoquo modo diuidi vel diſtingui:ſicut multi imaginantur eſſe punctum: et ſicut in rei veritate quodlibet ſimplex eſt indiuiſibile. Alio modo poteſt dici aliquod indiuiſibile:quia ſi habeat in ſe partes: quelibet tamen eſt actu diuiſa a qualibet alia:ita ꝙ ipſm nec eſt aliquo modo vel ſm aliquid ſui diuiſibile:cum ſit iſto modo actu diuiſum. ¶ Et per oppoſitum ſuo modo aliquid dici poteſt diuiſibile dupliciter. vno modo quia habet partes actu vel potentia diuiſas. Alio modo:quia habet partes non actu diuiſas. Hoc premiſſo et loquendo de diuiſione de qua dictum eſt. dico ꝙ iſta diuiſio totalis continui non ſtat ad indiuiſibilia primo modo:ſtat autẽ ad indiuiſibilia ſecũdo modo. non intelligo autem ꝓ ſtare ꝙ ſit aliqua vltima diuiſio vel aliqua vltima diuiſa que in ſe non includat partes actu diuiſas: ſed intelligo ꝙ ſtat ad indiuiſibilia. id eſt illud eſt totaliter diuiſum in indiuiſibilia iſto ſecundo modo:que tamen ſunt diuiſibilia primo modo ſumendo diuiſibile. Unde dico:ꝙ quãcũq; partem quãtulcũq; paruam ſumpſeris illa includit partes actu diuiſas in conceptu diuino:immo infinitas includit:nec aliquam potes ſumere:quin ſumas infinitas: ⁊ ſicut de facto quodlibet continuũ habet infinitas partes potẽtiales:et quelibet quantũlibet parua includit infinitas:nec aliqua ſumi poteſt idiuiſibilis etiam quin ſumantur tales partes potentiales infinite. Sic dico:ꝙ in conceptu dei continuũ eſt totaliter actu diuiſum in partes:quarum quelibet etiam eſt actu totaliter diuiſa ⁊ includit infinitas actu diuiſas. Ex his autem patet. ꝙ non ſequitur:ꝙ continuum componitur ex indiuiſibilib⁹ primo modo ſicut intendit argumentum deducere. Et aduerte:ꝙ iſta ratio eſt ſatis impertinens ad propoſitum: quoniam eſto ꝙ deus nihil itelligeret extra ſe:adhuc eadem difficultas poteſt fieri. Nam conſtat ꝙ q̃uis partes continui non ſunt diſtincte nec actu ſeparate. vna tamen non eſt alia:et ſic ſunt diſtincte abinuicem:et per cõſequens ꝙ cõtinuum eſt in rerum natura totaliter diſtinctum. de tali diſtinctione loquendo: et tunc poteſt queri ad quid ſtat iſta diſtinctio? Utrum ad diuiſibilia vel indiuiſibilia: et vltra ſicut procedit argumentum.

¶ Preterea. Iſta ratio eque bene militat contra ſuum factorem. Nam quicquid ſit:ꝙ intuitus diuinus terminetur ad res extra vel ad eſſentiam ſuam tantummodo (vt ipſe vult) nihilominus non negat (ſicut nec negare poteſt aliquis chriſtianus) deum cognoſcere diſtincte aliquas creaturas exiſtentes et poſſibiles exiſtere quocunq; modo terminetur vel non terminetur eius intuitus ad ipſas creaturas: nec etiam negare poteſt quin diſtincte cognoſcat partes continui: et tunc poteſt ab eo queri ſicut ipſe querit ab aliis. Utrum eius cognitio ſiſtat ad indiuiſibiles vel diuiſibiles partes continui. et vltra conſequenter ſicut ſupra allegatum ſeu argutum fuit:et eodẽ modo tres ſequentes rationes ita ſunt contra eum ſicut ſunt contra alios ſi inſpiciantur. ¶ Ad octauum concedo deum intelligere magnitudinem infinitam:ſicut etiaꝫ Auguſtinus concedit deum intelligere numeros infinitos. 12. de ciuitate dei. et concedo vlterius ꝙ poſſet producere in effectu magnitudinem infinitam: nec hoc eſt ſibi impoſſibile ſicut infra diſtinctio. 44. patebit. ¶ Ad nonum ſi intelligitur ꝙ proceſſus numerorum eſſet euacuatus in conceptu dei id eſt ꝙ omnis numerus poſſibilis eſſet actu cognitus a deo concedo conſequens. Dico enim cũ Auguſtino vbi ſupra:ꝙ omnes ſimul ⁊ quemlibet numerum poſſibilem deus intelligit:⁊ per conſequens etiaꝫ concedo ꝙ infinitos eſſe certiſſimum eſt:quoniam in quocunq; numero finem faciendum putaueris:idem (ipſe nõ dico) vno addito augeri:ſed quantumlibet ſit magnus:et quamlibet ingentem multitudinem continens in ipſa ratione atq; ſcientia numerorum non ſolum duplicari:verũ etiam multiplicari poteſt. Ita vero ſuis quiſq; numerus proprietatibus terminatur. vt nullus eorum par eſſe cuiq̃ alteri poſſit. ergo et diſpares inter ſe atq; diuerſi ſunt: ⁊ ſinguli quiq; finiti ſunt:et omnes infiniti ſunt:ita ne numeros propter infinitatem neſcit deus: ⁊ vſq; ad quandã ſummam numerorum ſcientia dei proueniens et ceteros ignorat quis hoc vel dementiſſimus dixit? ideo ſic ſubdit Abſit vt dubitemus:ꝙ ei notus ſit om̃is numerus: cuius intelligentie vt in pſal. cantatur: non eſt numerus. infinitas itaq; inquit numerorum q̃uis infinitorum numeroꝝ nullus ſit numerus: non eſt tamen incomprehenſibilis ei cuius intelligentie non eſt numerus: cuius auctoritas vltima parte patet ꝙ Auguſtinus concedit conſequens illud: quod ratio illa infert. Cum vero probatur ipſum eſſe falſum: quia vel eſt ſtatus ad numerum finitum vel infinitum. Dico ꝙ nec ad aliquem infinitum eſt ſtatus: cum quilibet ſit finitus vt in ſecunda parte auctoritatis dicit Auguſti. nec etiam eſt ſtatus ad aliquem finitum: cum vltra quemlibet intelligat maiorẽ: alioquin nõ intelligeret quemlibet:et ideo dico:ꝙ in nullo ſiſtit cognitio dei: quaſi ille ſit maximus quem cognoſcit. ¶ Sed conformiter

Cap. 18.

Digitized by Google

eſ loquendo: poteſt dici: ꝙ ſiſtit in omnibus : quia omnes cognoſcit:et nullus eſt quem non cognoſcat. ¶ Sed con tra hoc: quia ſaltem oportet dicere ꝙ cognoſcat totã mul titudinem comprehendentem numeros omnes:quod cõ cedo. ¶ Contra iſtud autem ipſe arguit. quia ſm hoc ſe quitur ꝙ deus intelligeret omnem multitudinem nume ralem ſeu finitam diſcedentem ab illa totali multitudine infinita:et per conſequens attingit vltimum numerum.a quo ſtatim proceditur ad illam multitudinem infinitam: ſed certum eſt ꝙ eſt impoſſibile talem numerum dari.

¶ Reſponſio concedendo primã cõſequentiam: quia nul lus numerus eſt vltimus inter illos : nec ab aliquo proce ditur immediate ad multitudinem infinitam: immo vltra quẽlibet ſunt infiniti numeri: quoꝝ quilibet tamen eſt fini tus.ſicut pꝫ ex prima parte auctoritatis. ¶ ꝑ. Hec ratio etiã cuilibet opinãti eandẽ ingerit difficultatẽ ponẽti cõ tinuũ eſſe diuiſibile in infinitũ. Nã qualitercũqꝫ eius par tes ponãtur eſſe diſtincte vel plures: oportet iſto modo eſ ſe infinitas multitudines partiũ : ⁊ oẽs eſſe quot eſſe pñt: ita ꝙ loquẽdo de tali diſtinctione que ꝓceditur inter ptes cõtinui:cuius diſtinctio eſt totaliter euacuata ⁊ poſita in actu.queraꝰ ergo in quo numero vel multitudine partiuꝫ ſiſtit iſta diſtinctio.ſ. Utrũ in infinita vel finita:⁊ ſic cõſe quenter vt eſt argutũ de numeris. ¶ Ad decimuꝫ illo di cto cõceſſo.dico ꝙ tota illa multitudo actualiter eſt in cõ ceptu diuino. ⁊ cũ arguitur cõtra: qꝛ tũc deus videret ali quã infinitã ⁊c̃.nego cõſequentiã: ⁊ patꝫ inſtãtia in nume ris quoꝝ multitudinẽ actualiter totã totalẽ videt deus:⁊ tñ nõ videt aliquẽ numerũ diſtantẽ infinituꝫ a prima ſpe cie nũeri:qꝛ nullus talis eſt:eſto ꝙ ſint infiniti nũeri:⁊ quo libꝫ ſemꝑ ſit ſequẽs maior. ſic in ꝓpoſito nulla ſpẽs diſtat in infinitũ ab aliqua:aut illã in infinitũ excedit : ſed finite tñ:⁊ tñ poſſibilis eſt ꝓceſſus infinitus in eis:ſicut etiã eſt in numeris ¶ Sed nũquid deus intuitiue cognoſcit alia vel abſtractiue/ ¶ Reſpõ. ꝙ quecũqꝫ deꝰ nouerit ſiue ſint ſiue fuerit ſiue ſint poſſibilia eſſe.cognoſcit intuitiue. Pro batur:quia quodlibꝫ nouit immediate ⁊ non per aliquod medium cognitum medians inter cognitionem ⁊ rem co gnitam.ergo quamlibet nouit intuitiue.conſequentia pa tet ex deſcriptione intuitiue notitie poſita ſupra diſtin . 3. antecedens eſt certum : quoniam nullum tale mediuꝫ eſt poſſibile:quia non eſt creatura vt conſtat:nec deitas (cuꝫ illa nullo modo ex natura rei ſit diſtincta a dei notitia:ꝗ̃ immo ſit illi eadeꝫ omnibus modis ex natura rei: quibus ipſa notitia eſt eadem ſibimet) ⁊ per conſequens nõ plus nec verius dici poteſt : ꝙ deitas mediat inter notitiam il lam et creaturam:ꝗ̃ inter diuinitatem et creaturam:⁊ ꝗ̃ notitia mediet inter diuinitatem et creaturam : quorum nullum ſm proprietatem ſermonis vere dicitur. ¶ Et ſi
q̃ſtio.45. dicatur : ꝙ Auguſtinus dicit. 83. queſtio . ꝙ non extra ſe quicꝗ̃ poſitum deus intuebatur . vt ſm id conſtitueret quod conſtituebat : nam hoc opinari ſacrilegum eſt. Ex quo videtur velle ꝙ non intuitiue videat creaturas.
Cap.14. ¶ Item in .15. de trinitate dicit ꝙ deus pater omnia no uit in ſeipſo.⁊ ſimiliter commune dictum: ꝙ deus omnia videt in eſſentia ſua : in qua omnia velut in ſpeculo relu cent:et perfectiſſime repreſentantur : et per conſequens non immediate intuetur creaturas ipſas : ſed mediante eſſentia ſua ac per hoc abſtractiue tantum intelligit crea turas. ¶ Ad primum dicendum: ꝙ Auguſtinus non ab ſolute negat deum fuiſſe intuitum aliquid extra ſe: ſed ꝙ non intuebatur : vt ſm id conſtitueret ⁊c̃. volens ne gare quicꝗ̃ aliud a deo fuiſſe ſibi exemplar ſecunduꝫ quod conſtitueret que conſtituebat : ſicut nobis eſt ali quid exemplar ſecũduꝫ quod aliquid aliud operamur: ſed ille ſibi ſufficit ad conſtituẽdum quicquid cõſtituere vult:et certe illud opinari ſacrilegum eſt:nec minus eſſet ſacrilegum opinari ꝙ aliquid extra ſe abſtractiue intelli geret: vt ſm illud conſtitueret quod cõſtituit. ¶ Rurſus notandum.ꝙ Auguſt. dicit:non intuebaꝰ extra ſe quicꝗ̃ Ca.3.8. poſitum:quod certe verum eſt: quia nihil tunc erat extra deum poſitum : non quin intueretur aliquid extra ſe po nendum:⁊ nunc intueatur aliquid extra ſe poſitũ. Unde etiam ꝙ tunc nihil erat extra deum dicit.4.ſuper geneſ. ad litteram.ſcilicet ꝙ res fiendas ipſe non cernebat extra ſeipſum:ſicut nos cernimus oculis corpora que vtiqꝫ nõ dum erant dum diſponerentur vt fierent: et addit imme diate ⁊ ꝙ iuuat ꝓpoſitum:nec intra ſe iſta cernebat ſicut omnino cernimus phantaſias corporum que non preſto ſunt oculis. Ex quo innuit ꝙ non abſtractiue/ſeu per ali quod medium iſta cernebat:⁊ concludit : quo ergo modo niſi eo quo ſolus poteſt ⁊ hoc eſt verum:quia ſolus poteſt intuitiue non exiſtentia cernere. ¶ Ad ſecundum dicen dum:ꝙ Auguſti.non vult aliud:niſi ꝙ nihil aliud a patre eſt ſibi ratio/vel cauſa / aut medium videndi : que videt: ſed ipſe eſt ſua notitia ⁊ omnium aliorum:⁊ eodem modo intelligendum eſt : ꝙ deus omnia videt in eſſentia ſua:qꝛ ſcilicet ipſa ſua eſſentia eſt notitia quorũcũqꝫ:nec aliquod aliud preter ipſam eſt ſibi neceſſarium ad intelligẽdum. Quod vero additur de relucẽtia ⁊ repreſentatione eſſen tie diuine:ſi intelligitur ꝙ eſſentia repreſentet intellectui diuino : ſic ꝙ eius intellectio imediate feratur in eſſentiã et mediate in repreſentata:ſicut in nobis:cum aliqua ab ſentia in eorum ſpeciebus cognoſcimus. dictũ illud vtiqꝫ falſum eſt. Nam cum intellectus diuinus ⁊ intellectio et eſſentia ſint penitus indiſtincta et eadẽ omnibus modis: quelibet eſſentia eſt eadẽ eſſentie:et intellectio intellectio ni.non minus omnia repreſentantur in intellectione/ꝗ̃ in eſſentia:nec eſſentia magis repreſentat intellectui / ꝗ̃ in tellectus eſſentie : immo ꝓprie loquendo/ nec eſſentia re preſentat intellectui / nec intellectus eſſentie / nec intelle ctio fertur in creaturas mediante eſſentia / nec econuerſo: ſed tam eſſentia/ꝗ̃ intellectus : ⁊ eſt intellectio immedia te ſui et omniũ aliorũ. ¶ Si vero intelligatur ꝙ eſſentia diuina ſit repreſentatiua creaturarũ reſpectu intellectus creati:dictum illud verum eſt : ⁊ eodem modo ipſa intel lectio diuina eſt etiam repreſentatiua:ita ꝙ in ea velut in ſpecie poteſt intellectus creatus alia cognoſcere. Aduer tendum autem:ꝙ notitia intuitiua ſic accepta:vt nunc in ſolutione huius dubij ſumo:non in plus ſe habet/ꝗ̃ ſcien tia viſionis.iuxta vnam acceptionem ſcientie dei:de qua infra diſt.39. dicetur:⁊ conuertibiliter ſe habet cum ſcien tia ſimplicis notitie:hoc eſt ꝙ iſte terminus ⁊ ille vniuer ſaliter conuertuntur. ¶ Ad argumentum principale re ſpondendum eſt negando antecedens.propter illam par tem:omne quod intelligit aliud a ſe patitur ab illo/nec ra tio valet:quia licet ſic eſſet in nobis: nõ tamen ſic eſtiman dum eſt de deo / neqꝫ hoc ſequitur : ſicut nec in deo dici mus intellectionem diſtingui ab intellectu:cum tamẽ di ſtinguatur in nobis.

¶ Diſtinctionis.xxxviij. Queſtio.j.

Super diſtinctionẽ.38.i q̃ Magiſter tractat de ꝑſciẽ tia dei reſpectu reꝝ enuntiabiliũ futuroꝝ. Queritur primo vtrũ aliqua enuntiatio ſingularis de ineſſe ca thegorica de futuro i materia cõ tingenti ad vtrũlibet ſit vera. ¶ Et arguo ꝙ nõ . qꝛ ſi aliqua talis eẽt vera ſequeretur per naturam con

Digitized by Google

tradictorioꝝ ꝙ ſua contradictoria eſſet falſa: ſed hoc non
eſt verũ: cũ contingens ad vtrũlibet non ſit plus determi-
natum ad eſſe ꝙ̄ ad non eſſe: alioquin nõ eſſet contingẽs
ad vtrũlibet: nec eſt poſſibile vnã partẽ contradictionis
eſſe verã determinate: et aliã determinate falſam. cũ non
ſit potior ratio ꝙ vna ſit vera ꝙ̄ ꝙ reliqua. ¶ Secũdo ſi
aliqua talis ꝓpoſitio eſſet vera. ergo vel eſſet neceſſaria
vel contingens. non neceſſaria: qꝛ tunc illud futurum ne-
ceſſario eueniret: et ſic non eſſet ad vtrũlibet: nec contin-
gẽs: qꝛ tunc poſſet eſſe nõ vera: ⁊ ſi ſic vel poſſet eſſe nõ ve
ra ante poſitionẽ illius futuri in eſſe: qḋ enuntiat vel non
ante: ſed tñ poſt. ¶ Si ſecundo modo ſequiṫ ſicut prius
ꝙ illud neceſſario ponetur in eſſe et non contingenter. pri-
mum autẽ non poteſt dici: qꝛ qua ratione in aliquo inſtã-
ti vel tempore ante poſitionem illius in eſſe ipſa eſt vera:
eadem ratione et in quolibet anteꝙ̄ illud ponetur: et per
conſequẽs neceſſe eſt ipſam eſſe veram toto tempore pre-
cedente eſſe illius: ac per hoc illud neceſſario eueniret.
¶ Aſſũpta ꝯña pꝫ: qꝛ ſicut oẽ qḋ ẽ qñ ẽ neceſſe eſt eſſe: vt
dicit p̄hs. ſic oẽ qḋ ẽ verũ: qñ eſt verũ: neceſſe ẽ eſſe verũ.
Vñ ex eodẽ poſſet argui alr̄ ſic. ſi talis ꝓpõ nũc eſt ꝟa. ğ
ſuũ enũciabile nũc eſt futurũ: ⁊ vltra. ğ nũc neceſſario eſt
futurũ. pria ꝯña eſt euidẽs. Et ſcđa ſic ꝓbaṫ: qꝛ ſicut oĩe
qḋ eſt qñ eſt neceſſe eſt eſſe: ita oẽ qḋ eſt futurũ qñ eſt futu
rũ: neceſſe eſt eſſe futurũ: ⁊ ſi neceſſe eſt eſſe futurũ neceſſa
rio euẽiet ¶ Tertio idẽ ꝓbaṫ auctoritate p̄hi pꝛio ꝑiher.
vbi expꝛeſſe determinaṫ ꝙ nulla talis ꝓpoſitio eſt vera.

Ad oppoſitũ arguo ſic. ſi nulla hmõi ꝓpõ eſt ve
ra igiṫ q̄libet eſt falſa. ğ cuiuſlibꝫ
ꝯdictorie eſt ꝟa: ğ aliqua eſt ꝟa. ğ de pꝛio ad vltimũ ſi nul
la eſt ꝟa aliqua eſt ꝟa: ⁊ ſic ꝯdictoria ſimul ſunt ꝟa: qḋ eſt
īpoſſibile. pꝛia ꝯña ꝓbaṫ: qꝛ oīs enũciatio ẽ oṙo in q̄ eſt ve
rũ vel falſũ: vt pꝫ ex eiꝰ diffinitiõe pꝛio ꝑihermenias: ⁊ ſe-
cũda ꝯña pꝫ ꝑ legẽ ꝯdictoriaꝝ: relique ꝯñe ſunt ex ſe note.

In hac q̄ſtiõe erũt articuli tres. Nã qꝛ iſter aliqͦs eſt
cõtrouerſia: q̄d circa hoc q̄ſitũ fuerit opina
tus Ph̄s. ¶ Pꝛio oſtẽdã q̄ fuit eiꝰ opio. qḋ etiã tãgit ter
tiũ argu. ¶ Scđo videbiṫ q̄d ꝯm ꝟitatẽ tenẽdũ ſit de q̄ſi
to. ¶ Tertio qꝛ de ꝯtigẽti ꝑncipalr̄ inq̄riṫ videbiṫ qñ ꝯtin
gẽs eſt cõtigẽs: an. ſ. qñ eſt aut qñ nõ eſt: ⁊ ſiṙ cũ hoc de ve
ritate illiꝰ ꝓpoſitiõis P̄hi aſſumpte in tertio argumẽto.

Quantũ ad p̄mũ ſciẽdũ: ꝙ p̄hs tractãs in pꝛio ꝑi
her. de enũciatiõibꝰ ꝯdictorijs: ⁊ oſtẽdẽs
q̄liter ſe hñt adīuicẽ ſꝫ ꝟitatẽ ⁊ falſitatẽ: determiat: ꝙ cu
iuſlibet ꝯdictiõis ſiue ſit ꝓpoſitionũ q̄ꝝ vna eſt vl̄is ⁊ alia
ꝑticularis: ſiue ꝓpõnũ ſingulariũ de p̄ſiti vel de p̄terito.
vna pars eſt determinate ꝟa et altera determinate falſa.
¶ Sꝫ nõ eſt ſic de q̄buſlibet ꝓpõnibꝰ ꝯdictorijs de futu-
ro ſingularibꝰ: qꝛ nõ de illis q̄ ſunt circa futura cõtingen-
tia ad vtrũlibꝫ. Vñ q̄ntũ ad hoc põit ipſe duas ꝯcluſiones
¶ Quaꝝ pꝛia eſt: ꝙ nõ oīs ꝓpoſitio ſingularis de futuro
cathegorica ⁊ de ineſſe de ſimplici predicato affirmatiua
vel negatiua eſt ꝟa vel falſa: ita ꝙ nõ cuiuſlibet ꝯdictiõis
de futuro hec ꝑs determinate eſt ꝟa vel illa: ⁊ ſiṙ nec iſta
determinate vel illa eſt falſa: qꝛ non ꝯdictionis de futuro
cõtigẽti ad vtrũlꝫ. ꝟbi g. huiꝰ ꝯdictionis. antichꝛiſtꝰ erit.
antichꝛiſtꝰ nõ erit. nec hec pars determiate antichꝛiſtꝰ erit
eſt ꝟa vel falſa: nec hec ꝑs determiate antichꝛiſtꝰ nõ erit ẽ
ꝟa vel falſa. ¶ Et itelligẽdũ eſt dictũ p̄hi de ꝓpõnibꝰ ſin
gularibꝰ q̄ꝝ ſubiecta ſunt ſimplicia videlicꝫ vel ꝓnoīa de
mõſtratiua p̄ciſe: vt hoc. iſtud vel illud. vel noīa ꝓpꝛa. vt
Plato ⁊ antichꝛiſtꝰ. Nã habẽtiũ ſubiecta cõpoſita mlt́e
ſunt falſe: ⁊ oppoſite ſũt ꝟe. ꝟ. g. ſi demõſtreṫ vnꝰ ethiops
⁊ dicaṫ hoc albũ diſputabit cras: cõſtat ipſaꝫ eſſe falſaꝫ:
⁊ eiꝰ oppoſitã. ſ. hãc. hoc albũ nõ diſputabit cras. eſſe verã
eodẽ demõſtrato. ſiṙ ſi ethiops q̄dã voceṫ Plato. hec de
terminate eſt falſa. Plato albus diſputabit cras: ⁊ eius op
poſita eſt ꝟa: ſũpto hoc noīe Plato vtrobiq̄ꝫ ꝓ ethiope il
lo. ¶ Scđa ꝯcluſio p̄hi ẽ: ꝙ lꝫ neutra taliũ determiate ꝟa
ſit. nõ tñ ꝓpõ ſingularis negatiua de copulato p̄dicato ex
p̄dicatis illaꝝ ambaꝝ ẽ ꝟa. ꝟbi gr̃a. q̄uis nec hec ſit vera
antichꝛiſtꝰ erit. nec iſta. antichꝛiſtꝰ nõ erit. iſta tñ nõ eſt ꝟa
antichꝛiſtꝰ neq̄ꝫ erit: neq̄ꝫ nõ erit: qḋ tñ poſſet aliq̄bꝰ appa-
rere ſequi ex pꝛio. ¶ Pꝛimã ꝯcluſionẽ ſic intellectã ꝓbat
p̄hs dupl̄r. Pꝛio ſic. ſi oīs (inq̄t ipſe) affirmatio vel nega
tio ꝟa vel falſa eſt: ⁊ oẽ neceſſe ẽ eſſe vel nõ eſſe. Hãc ꝯñaꝫ
ꝓbat dupl̄r. Pꝛia ꝓbatio in hoc fundaṫ ꝙ ſemꝑ ꝟitateꝫ
ꝓpõnis cõcomitaṫ eſſe rei: ita ꝙ ſꝑ ſic eſt vel non eſt: ſicut
ꝓpõ enũciat ſi eſt ꝟa: q̄cũq̄ꝫ ꝓpõ ſit illa: ⁊ ecõuerſo eſſe rei
cõcomitaṫ ꝟitas ꝓpõis enũciãtis ſicut ẽ. nõ eſſe aũt rei
ſequiṫ falſitas ꝓpõis ⁊ ecõuerſo. Vñ ait: qñ ſi verũ eſt di
cere: qm̄ eſt albũ vel nõ eſt albũ: neceſſe eſt albũ vel nõ al
bũ eſſe: ⁊ ſi eſt albũ vel nõ eſt albũ. verũ ẽ affirmare vel ne
gare: ⁊ ſi nõ eſt mẽtiṫ ſupple affirmãs. ⁊ ſi mẽtiṫ nõ ẽ. Vñ
Boetius exponẽs ait ſic. ꝙ de futuro poſſit eſſe iudiciũ: a
p̄ſẽtibus trahit exẽplũ. ait eñ hãc eſſe rerũ ꝯñaꝫ: vt rẽ ſub
ſiſtẽtẽ ꝓpõis ꝟitas cõſequaṫ ꝟitatẽ ꝓpõis rei de qua lo
quiṫ ꝓpõ eſſentia cõcomitaṫ. ¶ Et infra. ꝟitas q̄dẽ rei
q̄ eſt: ⁊ res q̄ eſt ꝟitati: falſitas ꝟo rei q̄ nõ eſt ⁊ res que nõ
eſt falſitati cõuertiṫ. Si ergo affirmatio eſt ꝟa ita erit: et
ſi negatio eſt ꝟa ita nõ erit. Sic igiṫ nihil erit ad vtrũlibꝫ
Nã ad vtrũlibet vt ait ibi p̄hs nihil magis vel ſic vel non
ſic: ſe hꝫ aut habebit. Et Boetiꝰ. vtrũlibet eſt cuiꝰ euẽtus
dubiꝰ eſt vel indiſtinctꝰ. i. ꝙ eq̄lr̄ eſſe vel nõ eſſe cõuenit. ſi
aũt nihil ad vtrũlꝫ. ğ oĩa neceſſario erit vel neceſſario nõ
erit. ¶ Scđo ꝓbaṫ eadẽ ꝯña. qꝛ ſi oīs affirmatio vel ne-
gatio ⁊c̄. tũc inq̄t p̄hs ſi aliq̄d eſt nũc albũ: verũ erat dice
re pꝛio: qm̄ erit albũ: ⁊ ſꝑ fuit verũ dicere de q̄lꝫ eoꝝ q̄ fa-
cta ſunt: qm̄ erit: ꝙ ſi ſemꝑ verũ eſt dicere qm̄ eſt vel erit:
nõ põt hoc nõ eſſe vel nõ futurũ eſſe: qḋ aũt nõ põt nõ fie-
ri: īpoſſibile eſt nõ fieri: ⁊ qḋ īpoſſibile eſt non fieri: neceſſe
eſt fieri. oĩa ğ q̄ futura ſunt neceſſe eſt fieri. Et ꝓbata iſta
ꝯña ꝓbat p̄hs illud ꝯñs eſſe falſũ: qm̄ aliõqn non oporte
ret de futuriꝰ ꝯſiliari: neq̄ꝫ negociari: qm̄ ſi facimꝰ hoc illḋ
erit. ſi nõ facimꝰ nihil minꝰ erit: qm̄ nihil ꝓhibet in milleſi
mũ annũ hũc dicere qm̄ illud erit: hũc vero negare. Et ſi
nullꝰ hoc diceret: nihilominꝰ illud erit vel nõ erit: qꝛ non
ꝓpter noſtrũ affirmare vel negare illud erit vel non erit.
Vñ (vt ait ibi Boetiꝰ) ſiue dicaṫ aliq̄d ſiue nõ: q̄cq̄d ꝟe p̄-
dici potuiſſet illḋ etiã ſi nõ p̄dicaṫ: euẽire neceſſe ẽ. idcir-
co eñ ꝟe p̄dicaṫ: qꝛ ꝟe p̄dici põt. Et idcirco ꝟe p̄dici põt:
qꝛ īmutabilr̄ futuꝝ ẽ. pꝫ etiã falſitas ꝯñtis: vt ait Ph̄s. qꝛ
manifeſtũ eſt nos eẽ ꝑncipiũ futuroꝝ: ⁊ dños actuũ nr̃oꝝ
multa poſſe eẽ: ⁊ nõ eẽ: ⁊ nõ oĩa ex neceſſitate enũtiare ſic
declarat ꝑ exẽpla. ¶ Secundo ꝓbat Ph̄s eãdẽ ꝯcõnẽ
iuxta finẽ dicti libri ſic. ſicut ſe hñt res ad eẽ vel nõ eẽ: ſic
oṙones enũtiãtes illas eẽ vl̄ nõ eẽ ad ꝟitatẽ vel falſitatẽ:
ſꝫ futura ꝯtigẽtia ſũt īdetermiata ad eẽ ⁊ nõ eẽ ſimpl̄r. ğ
⁊ ipſe oṙones īdetermiate ſũt: ⁊ nõ plꝰ hec q̄ enũtiat rẽ fu-
turã eſſe. eſt ꝟa: q̄ꝫ illa q̄ enũtiat eã nõ eſſe futurã nec ecõ
uerſo: ⁊ ſic pꝫ p̄ma ꝯcl̄o. ¶ Scđam ꝯclõnẽ ꝓbat Ph̄ꝰ i
illa pte. at ꝟo qm̄ neutrũ ⁊c̄. dupl̄r. Pꝛio qꝛ ſi hec hec eẽt
ꝟa. ãtichꝛiſtꝰ neq̄ꝫ erit neq̄ꝫ nõ erit. ſumaṫ gr̃a exẽpli hic.
ſeq̄tur ꝙ nõ cuiuſlibꝫ ꝯdictionis ſi vna ꝑs eſt falſa: altera
eſt ꝟa. q̄nimo ꝯtiget ꝙ alicuiꝰ ꝯdictiõis vna ꝑs erit falſa:
⁊ reliq̄ nõ erit ꝟa: quod eſt ꝯ p̄mũ ꝑncipiũ. ꝯña ꝟo pꝫ: qꝛ ſi
hec ẽ ꝟa. antichꝛiſtꝰ neq̄ꝫ erit neq̄ꝫ nõ erit. ğ hec affirmati
ua. antichꝛiſtꝰ erit ẽ falſa: qꝛ ipſa affirmat illḋ qḋ illa ī ſua
p̄ma pte negat ꝟe: ſꝫ ꝓbatũ eſt ī p̄ma ꝯclõne ꝙ illa nõ eſt
ꝟa. antichꝛiſtus nõ erit. ğ haꝝ duaꝝ ꝯdictoriaꝝ affirma-
tiua eſt falſa: ⁊ negatiua nõ eſt vera. Et eodẽ mõ ꝓbaṫ: ꝙ
negatiua eſt falſa: et affirmatiua nõ vera: qꝛ ſi hec eſt ꝟa.
antichꝛiſtꝰ neq̄ꝫ erit neq̄ꝫ nõ erit. ğ ꝓpṫ hoc: qꝛ dꝛ: neq̄ꝫ non
erit. ſequiṫ ꝙ hec ſit falſa. antichꝛiſtꝰ nõ erit. Et ꝓbatum

Digitized by Google

eſt in prima concluſione ꝙ hec non eſt vera. antichriſtus
erit. ergo huiꝰ ꝯtradictiõis nõ eſt vera affirmatiua: cũ iſti
negatiua ſit falſa: quod pariter repugnat primo principio
cuius lex eſt. ꝙ ſi vna pars eſt falſa: reliqua eſt vera que-
cunqȝ ſit illa. Hanc rationem ponit Philoſophus cũ ait
principium enim cum ſit affirmatio falſa: erit negatio nõ
vera: ⁊ cum ſit hec falſa. ſ. negatio: contingit affirmatio-
nem non eſſe veram. amplius ſi illa ſit vera: ſequitur ſicut
dicit Boetius ꝙ ambe erunt falſe: qꝛ nec eſſet ꝙ affirma-
tio dicit eſſe futurum: nec non eſſet quod negatio non eſſe
predixit: ⁊ ſic vtraqȝ eſt falſa: quod eſt impoſſibile. ❡ Se-
cundo ꝓbat Philoſophus eandem concluſionem. quia ſi
illa eſſet vera ſequitur ꝙ tale futurum ex neceſſitate erit
et non ad vtrũlibet. Conſequentiam probat per fundamen
tum prime rationis ad primam concluſionem: quoniam
ſicut in predicatis ſimplicibus dictum eſt: quia ſi verũ eſt
dicere ꝙ hoc eſt album: oportet illud eſſe album: ⁊ eodem
modo ſi de futuro dicatur. ſic etiam eſt in predicatis com
poſitis: ⁊ ideo ait ꝙ ſi verum eſt dicere de aliquo: quoniã
eſt album ⁊ magnum oportet vtraqȝ eſſe: et ſimiliter ſi ve-
rum erit cras: opꝫ eſſe cras. i. ſi verũ eſt dicere de aliquo
ꝙ erit album et magnum cras: oportet ipſum eſſe album
et magnum cras. ergo ſi verũ erit dicere ꝙ neqȝ erit neqȝ
non erit. oportet ipſum neqȝ fore neqȝ nõ fore: ⁊ ſic non erit
ad vtrũlibet. i. contingens fore ⁊ non fore. Tunc Philoſo
phus concludit concluſionem primam que eſt principali
ter intenta: q̃ſi ſecũda non principaliter: ſed potius ad ex-
cludendũ oppoſitam que videret̃ forſitan alicui ſequi ex
prima: introducta fuit dicẽs. Que ergo contingũt incon-
ueniẽtia. hec ſunt. ⁊ hmõi alia. ſi oẽs affirmationes et ne-
gationes vel in his que in vniuerſalibus dicũtur vniuer-
ſaliter: vel in his que ſunt ſigularia: neceſſe eſt oppoſitarũ
hanc eſſe verã: illam vero falſam. ❡ Ex his ergo patꝫ ipſm
voluiſſe ꝙ alicuius oppoſitionis cõtradictorie nõ eſt hec
pars demonſtrata vera: et illa falſa / aut econuerſo. Sed
cum ipſe in principio huius inquiſitiõis dicat. ꝙ in his q̃
ſunt ⁊ que facta ſunt. i. preſentibus ⁊ preteritis: neceſſe eſt
affirmationem / vel negationẽ veram eſſe / vel falſam eſſe.
in vniuerſalibus quidẽ vniuerſaliter ſemper hãc quidem
veram: illã vero falſam: et in his etiam que ſunt ſingula-
ria. i. cõtradictorijs ſingularibus. Conſtat ꝙ in oppoſitio
nibus contradictorijs de futuro: ſaltem que ſunt ſingula-
res nõ hec determinate ſit vera ⁊ illa falſa: quod ⁊ ſtatim
explicite ibidem ipſe propoſuit: ⁊ conſequẽter ſicut ex re-
citatis patet prolixe probare conatus eſt: ⁊ eãdẽ prorſus
ſententiam concludit in fine illius libri. Sed aduertendũ
ꝙ q̃uis Philoſophus dicat ꝙ non cuiuſlibet cõtradictio-
nis hec eſt vera: illa vero falſa: tñ cũ hoc vult ꝙ cuiuſlibet
cõtradictionis altera eſt vera et altera falſa: nec vnq̃ ibi
inuenit̃ dicere: ꝙ nõ cuiuſlibet contradictionis altera eſt
vera / ⁊ altera falſa: ſed ſemꝑ cum ſigno ſingulari / vel cum
pronoīe demõſtratiuo: nunq̃ aũt cũ particulari quale eſt
alter vel altera: quinimo cũ tali ſigno dicit expſſe oppoſi-
tum: etiã in cõtradictionibus ſingularibus de futuro ad
vtrũlibet. Unde de talibus loquens circa finem ait. Ho-
rum enim neceſſe eſt quidem alteram partem cõtraditio-
nis eſſe veram vel falſam: non tan tamẽ hoc vel illud: ſed
vtrũlibet. i. non tamen hanc deſignatam vel illam: ſed vnã
vel alteram indiſtincte. ❡ Ex quo manifeſte patet. ꝙ de-
monſtratis quibuſcũqȝ duobus contradictorijs ſingula-
ribus de futuro hec particularis ſm Philoſophum eſt
vera: altera harum duarum eſt vera: et tamen nulla eius
ſingularis eſt vera. ita ꝙ non cõtingit dicere hec eſt vera
ſiue hec ſiue illa demonſtratur. Et ſimiliter hec particu-
laris eſt vera / altera iſtarum eſt falſa: ⁊ tamen non habet
aliquã ſingularem veram: quoniam non conuenit vere di
ci hec eſt falſa / ſiue demonſtretur affirmatiua / ſiue nega-
tiua. Ex iſtis autem patet euidenter ꝙ opinio fuit Phi-
loſophi ꝙ nulla propoſitio ſingularis de futuro contingen
ti eſt determinate ſm ſe ſumpta vera vel falſa. Et miror
multũ quomodo aliquis intelligens: putet Philoſophũ
illud ſenſiſſe preſertim ſaltem cum oppoſitum dicentes
nullum textũ / vel ſententiam Philoſophi ad ꝓbationem
ſui dicti adducant vel adducere poſſint: quod autem di-
cunt quidam: non eſſe veriſimile ipſum ſic erraſſe cum
multa manifeſta inconueniẽtia ex hoc ſequantur iſta ap-
parenter: non eſt amicabilis excuſatio: ſed potius ſm ve-
ritatem accuſatio: quoniam ſequela inconuenientiũ non
eum illud non ſenſiſſe: ſed non debuiſſe ſenſiſſe cõuincit.
❡ Preterea. Cõſtat ꝙ etiã Tullius tam magnus Phi-
loſophus qui propter rationem ſupra factã Philoſophi
negauit omnẽ preſciẽtiam futurorum: vt patebit in que-
ſtione ſequẽti: habuit etiam in premiſſis concluſione cum
Philoſopho cõuenire. ❡ Itẽ moderni magni doctores
dixerũt cõcluſionem Philoſophi nõ ſolũ fuiſſe de inten-
tione Philoſophi: ſed etiam eſſe veriſſimam et vtiqȝ de-
monſtratiuam: ꝓpter quod non ſic excluditur ex toto ve-
riſimile ꝙ Philoſophus illam fuerit opinatus q̃uis ipſa
ſit falſa. Cui etiam accidit ꝙ in pluribus alijs turpiſſime
errauit. Et in aliquibus etiã ſibi contradixit: vt patet in
concluſione precedenti. ❡ Supra dictã quoqȝ cõcluſio- Aureolꝰ
nem quã nullus debet dubitare fuiſſe: quidam doctor di 1. ſenten.
cit eſſe veriſſimam ⁊ ad eius oppoſitam neceſſario ſequi di. 38. q. 1.
inconuenientia ad que deducit Philoſophus. Unde ad arti. 3.
eius declarationem probat duas concluſiones. ❡ Qua-
rum prima eſt ꝙ ſi talis propoſitio eſt vera illa immutabi
liter ⁊ ineuitabiliter eſt vera. ❡ Secunda ꝙ ex illa ineui
tabiliter ⁊ neceſſario ſequitur: ꝙ tale futurum neceſſario
ponatur in eſſe. ❡ Prima probatur dupliciter. Primo
quidem: quia ſi ipſa mutari poſſet ne ſit vera: aut ergo in
inſtanti quo eſt vera. Aut in precedenti. Aut in ſequenti
vſqȝ ad inſtans in quo res fiet. Aut in inſtanti in quo res
fiet. Nec poteſt dici primum: quia tunc in eodem inſtanti
eſſet vera ⁊ non eſſet vera. Nec ſcḋm. tum qꝛ in inſtãti da
to eſt vera. ergo et in omni precedenti fuit vera. Et ita ſi
tunc mutari poterat in falſitatẽ poterat ſimul eſſe vera ⁊
nõ vera. tum qꝛ ſi in inſtanti precedente mutaretur: ſequi-
tur ꝙ ante amitteret veritatem q̃ haberet: quod nihil eſt
dictu. Nec tertium dici poteſt: qꝛ ſi in aliquo tali inſtanti
(vtpote cras) ſit falſa: impoſſibile eſt ꝙ fuerit heri vera. de-
tur enim oppoſitum. ſcꝫ ꝙ fuerit heri vera: et hodie falſa
hoc erit propter aliquam mutationem factam in re: ſed
hoc eſt falſum: quia nondum res eſt / nec ſubeſt alicui po-
tentie in actu: ⁊ per conſequens (cum nihil mutetur circa
rem) nihil mutabitur circa propoſitionem. Nec valet di-
ci quartum. ſ. ꝙ in inſtanti in quo res fiet mutetur ꝓpoſi-
tio a ſua veritate: tum quia veritas illa tranſit in preteri-
tum. Nam vſqȝ ad illud inſtans verum fuit ꝙ illud erit:
quod autem tranſit in preteritum incommutabile eſt: vt
patet. 6. ethicorum. hoc ſolo priuatur deus ⁊c. Cum Cap. 3.
etiam ſi tũc mutetur / aut hoc erit: quia ſignificatum eius
poneretur in eſſe: et ſic non mutabitur: ſed potius confir-
mabitur in ſua veritate / aut oppoſitum ſui ſignificati po-
netur in eſſe: et tunc etiam non mutabitur: quia ſequi-
tur ꝙ nunq̃ fuit vera: ſed ſemper falſa. Cum ergo in nullo
inſtanti talis propoſitio poſſit mutari a veritate in falſi-
tatem: neceſſario eſt immutabiliter vera ſi ipſa eſt vera.
❡ Secundo ſic. illud quo poſito in eſſe pro aliquo inſtãti
ponetur pro ſemꝑ in eſſe: ſi pro aliquo inſtãti ponatur eſſe
ponitur immutabiliter eſſe. patet quia illud quod ſibi de
terminat ſempiternitatẽ in eſſendo in nullo tempore mu-
tari poteſt: ſed ſi propoſitio de futuro pro aliquo inſtanti
ponitur vera: ponitur pro ſemper vera. Nam ſi pro ali-
quo inſtãti eſt vera: pro quolibet inſtanti precedẽti ⁊ ſub-

Digitized by Google


ſequenti: q̃diu ſuum ſignificatum eſt futurum: eſt vera.
Et tunc in inſtanti quo illud ponitur tranſit a futuritione
in preſentialitatem: ⁊ eſt verum ꝙ illud eſt: ⁊ poſtea in pre
teritionem ⁊ erit verum deinceps in eternum ꝙ illud fuit
⁊ ſic perpetuabiliter illa veritas permanebit. ſi ergo pro
poſitio de futuro ponitur pro aliquo inſtanti vera eſt im
mutabiliter vera. ¶ Secunda propoſitio probatur: quia
ſequitur cõſequentia neceſſaria: propoſitio de futuro eſt
vera. ergo tale futurum ponetur in eſſe: hoc probatur du
pliciter. ¶ Primo quia ex oppoſito conſequentis ſequi
tur oppoſitum antecedentis. ſequitur enim tale futurū.
(verbi gratia ſor. erit) non ponetur in eſſe: ergo ſortes non
erit. ⁊ vltra. ergo hec non eſt vera ſortes erit: et ita vniuer
ſaliter ſequitur. futurum quod propoſitio enunciat futu
rum: ⁊ non erit vel non ponitur in eſſe. ergo illa propoſitio
de futuro non eſt vera. ¶ Secundo idem probatur: quia
idem penitus ſignificant futurum ⁊ venturum. ergo ſi ali
quid eſt futurum: ſequitur ꝙ illud eueniet: et ſi hec eſt ve
ra: aliquid. verbi gratia. ſortes erit de neceſſitate hec eſt
vera. ſor. eueniet: ⁊ ponetur in eſſe. ⁊ ſic patet ꝙ hec conſe
quentia eſt etiam neceſſaria. propoſitio de futuro eſt vera
ergo tale futurũ ponetur in eſſe. ergo ſi antecedens eſt im
mutabile et ineuitabile conſequens eſt immutabile ⁊ ine
uitabile. probatum eſt autem ſupra ꝙ ſi propoſitio de fu
turo eſt vera. ipſa eſt immutabiliter vera. igitur ſi propo
ſitio de futuro eſt vera. futurū ineuitabiliter ponetur in
eſſe: ⁊ ſic nihil contingenter eueniet: vt deducebat Philo
ſophus. Et hoc quantum ad primum articulum.

Nunc ſecundo videndum quid ſm veritatem ſentiendum eſt de queſito. Et
circa hoc pono. 8. concluſiones. ¶ Prima eſt ꝙ omnis ꝓ
poſitio ſingularis de futuro eſt vera vel falſa. ita ꝙ cuiuſ
libet talis contradictionis contingit vere dici. hec pars
determinate eſt vera ⁊ illa falſa: Quis nos que ſit determi
nate vera vel falſa neſciamus. Et hanc concluſionem pro
bo primo ex eodẽ principio ſuper quo principaliter Phi
loſophus ſuſtentatus eſt in probando concluſionem oppo
ſitam: videlicet ꝙ veritatem propoſitionis ſequitur eſſe rei
⁊ econuerſo. Et non eſſe rei concomitatur falſitas propo
ſitionis ⁊ econuerſo. quod quidem tenet in qualibet mate
ria: et in cuiuſlibet temporis propoſitionibus ſm Philo
ſophum/ vt ſupra patet. Sumo ergo iſtam gratia exempli
antichriſtus erit. Et arguo ſic. hec eſt vera: aut non vera.
ſi eſt vera habeo propoſitū. ſi non tunc ſic ſequitur. hec. an
tichriſtus erit non eſt vera. ergo antichriſtus nõ erit: ⁊ an
tecedens eſt verum per reſponſionem. ergo ⁊ conſequens
erit verū. vltra. ergo hec eſt falſa antichriſtus erit: per le
gem contradictoriarum qua etiam Philoſophus ſupra
in ſecunda concluſione vſus eſt: videlicet ſi vna eſt vera re
liqua eſt falſa ⁊ econuerſo. ⁊ ſic habetur propoſitum: ſcili
cet ꝙ hec. antichriſtus erit eſt vera vel falſa: quia ſequi
tur. hec eſt falſa. ergo eſt vera vel falſa. Similiter ex alio
habetur intentum: quia oppoſita eſt vna ſingularis de fu
turo: ⁊ eſt vera vt concluſum eſt. ꝙ autem ſequatur. hec
non eſt vera antichriſtus erit. ergo antichriſtus non erit:
ſicut aſſumptum eſt primo. patet quia ex oppoſito conſe
quentis ſequitur oppoſitum antecedentis: ſequitur enim
per principium aſſumptum de mutua conſequentia rei
ad veritatem propoſitionis. antichriſtus erit. ergo hec eſt
vera antichriſtus erit: ⁊ per conſequens cõtradicit illi an
tecedenti. ¶ Secundo ex eodem principio arguo ſic. aut
hec propoſitio antichriſtus erit eſt vera. ⁊ habeo propoſi
tum: aut non: ⁊ tunc arguo. ſi hec non eſt vera. ergo anti
chriſtus non erit. patet ex proxima probatione per illud
aſſumptum ⁊ vltra per aliquod principium. quia ſcilicet
non eſſe rei cõcomitatur falſitas. in propoſitionibus ſequi
tur. antichriſtus non erit. ergo hec eſt falſa/ antichriſtus
erit. ergo quicquid ſequitur ad cõſequens ſequitur ad an
tecedens. ſequitur hec antichriſtus erit non eſt vera. ergo
hec antichriſtus erit eſt falſa: et ſi ſic, ergo et⁹ oppoſita eſt
vera. Et ex eodem principio, ſequitur ſi vtraqꝫ ſm ſe ſit ve
ra/ vel falſa: ⁊ ſic contradictorie erunt ſimul vere/ et ſimul
falſe: quod eſt ſimpliciter falſum ⁊ inconueniens ⁊ Phi
loſophuſmet in hac materia reputat etiam impoſſibile:
vt patet in probatione ſue ſecunde cõcluſionis. ꝙ autem
vtrũqꝫ ſequatur probo: ⁊ vt breuitas fiat ſit. a. iſta propoſi
tio antichriſt⁹ erit. ⁊ ſit. b. oppoſita. ſ. antichriſtus nõ erit:
et ita in ſequentibus ſupponant. a. et. b. pro illis propoſi
tionibus: tunc ſic. a. non eſt vera. ergo. a. eſt falſa. patet ex
premiſſis rationibus. ¶ Item. b. non eſt vera. ergo. b. eſt
falſa. patet eodem modo: et ſic ambe falſe. ¶ Et vlterius
ſic. a. eſt falſa. ergo per legem cõtradictoriarum. b. eſt ve
ra. et per idem ſequitur. b. eſt falſa. ergo. a. eſt vera: et ſic
ambe ſimul vere: ⁊ ambe ſimul falſe. ¶ Secũdo ad idem
ex alio principio veriſſimo et firmiſſimo: videlicet ꝙ con
tradictionis non eſt dare medium per abnegationẽ quod
idem Philoſophus dicit eſſe veriſſimum. 4. meta. iuxta T.c.27.
finem: ⁊ negãtes hoc ipſe improbat ibidem. Unde poſtꝙ
probauit contradictoria non cõtingere eſſe ſimul vera ſa
tis cito ſubdit. at vero nec contradictionis medium nihil
eſſe cõtingit: ſed neceſſarium/ aut dicere/ aut negare vnũ
de vno quodcũqꝫ ſit illud. ¶ Item in propoſita materia
vult idem principium eſſe verum. Unde in ſcḋa cõcluſio
ne dicit ⁊ probat ꝙ non vere dicitur de aliquo contingen
ti/ neqꝫ erit/ neqꝫ non erit. Et hoc arguitur ſic. impoſſibile
eſt eſſe mediũ hoc modo inter cõtradictoria aliqua. ergo
impoſſibile eſt aliquã ꝓpoſitionem eſſe/ neqꝫ verum/ neqꝫ
falſam. ergo. a. non eſt neqꝫ vera neqꝫ falſa: et per ꝯñs eſt
vera vel falſa: et ita de. b. et de qualibet ſingulari demon
ſtrata poteſt inferri. Secunda conſequentia patens eſt.
et primam probo: ſicut ipſe Philoſophus vbi ſupra. 4. T.c.27.
meta. probat antecedens. ſumit enim pro principio diffi
nitionem veri et falſi dicẽs. dicere nãqꝫ ens non eſſe/ aut
hoc (ſcilicet non ens) eſſe falſum. aut enim ens eſſe/ aut nõ
eſſe verũ eſt. ¶ Ex quo patet ꝙ quelibet propoſitio enun
tians eſſe quod eſt/ vel fuiſſe quod fuit/ aut futurum eſſe
quod erit/ vel non eſſe quod non eſt/ vel non fuiſſe qḋ non
fuit/ aut non fore quod non erit: eſt vera. ſecus autem eſt
falſa. Si ergo ſit poſſibile aliquã propoſitionem eſſe neqꝫ
verã neqꝫ falſam: ſit illa gratia exẽpli. a. tũc arguo. a. non
eſt vera neqꝫ falſa. ergo neqꝫ antichriſt⁹ erit neqꝫ antichri
ſtus nõ erit. patet. quia ſi nõ ſequitur ſtabit oppoſitum. ſ.
vel antichriſtus erit vel antichriſtus nõ erit. Si igiť an
tichriſtus erit. ergo. a. enũtiat fore illud quod erit: ⁊ per
conſequẽs eſt vera: ⁊ repugnat antecedẽti. Si vero anti
chriſtus nõ erit. ergo ipſa eſt falſa: quia enũtiat fore quod
non erit: quod etiam antecedenti repugnat: et per conſe
quens primum conſequens ſequebatur: ſcilicet neqꝫ anti
chriſtus erit/ neqꝫ antichriſtus non erit. Ex quo vltra ſe
quitur. antichriſtus neqꝫ erit neqꝫ non erit. ergo habetur
medium in contradictione. ¶ Forſitan concidet quis
iſtam conſequentiam. a. non eſt vera neqꝫ falſa. ergo neqꝫ
antichriſtus erit neqꝫ antichriſtus non erit: ſed vlterio
rem negabit in qua infertur iſta cathegorica de predica
to copulato antichriſtus neqꝫ erit neqꝫ non erit. ¶ Con
tra. Primo quidem ex cõceſſo habetur propoſitum: quia
ex quo iſta eſt impoſſibilis. neqꝫ antichriſtus erit neqꝫ an
chriſtus non erit. ergo iſta ex qua ſequitur eſt impoſſibi
lis quod eſt propoſitum: quod autem hec ſit impoſſibilis
patet: quia ex ipſa ſequitur ꝙ vtraqꝫ cõtradictoria ſit fal
ſa: ſicut etiam patet per probatinonẽ Philoſophi: ac etiã
Boetij ſupra in prima ratione ſecunde concluſionis illud
autem repugnat primo principio: ac etiam ipſi Philoſo
pho. 4. meta. ac etiam. vbi ſupra qui reputat impoſſibile T.c.27.

Digitized by Google

ꝙ ſi vna contradictoriarum ſit vera reliqua non ſit falſa. ⁊ econtra. ¶ Secundo quia ſecunda conſequentia etiā eſt neceſſaria. ex eo ꝙ ſemper ex copulatiua cuius partes ſunt due ſingulares de ineſſe negatiue ad cathegoricam ſingularem etiam de ineſſe negatiuam de predicato copulato ex predicatis partium copulatiue et de eodem ſubiecto eſt neceſſaria conſequentia (verbi gratia. ſor. non ſcribit neqꝫ ſor. diſputat. ergo ſor. neqꝫ ſcribit neqꝫ diſputat) nec eſt poſſibile inſtantiā reperire in aliqua materia. ¶ Preterea. Oppoſitū conſequentis. videlicet hec. antichriſtus erit vel non erit. nullo modo eſt compoſſibile cū iſta: neqꝫ antichriſtus erit neqꝫ antichriſtus non erit ſicut patet cuilibet intuēti. ergo iſta cōſequentia eſt bona ¶ Preterea. Probo iſtā principalē cōſequētiā ex eodē fundamento ſic. ſi. a. non eſt vera. cū ipſa enūciet antichriſtū fore. ergo antichriſtus non erit: ⁊ ſi ipſa non eſt falſa. ergo nec antichriſtus non erit. ergo ſi ipſa nō eſt vera neqꝫ falſa. ergo antichriſtus quem enunciat fore neqꝫ erit neqꝫ non erit. Et due prime cōſequentie patent ex diffinitionibus veri ⁊ falſi. ⁊ tertia eſt euidēs: qꝛ vtrūqꝫ antecedēs infert ꝓpoſitū cōſequens. ¶ Preterea. Philoſophus per
4. meta. t.c.27. hoc preciſe ꝙ omnis affirmans vel negans neceſſario verū dicit vel mentitur. ꝓbat ꝙ nullius contradictionis eſt mediū. ergo cū oportet vlterius concedere ꝙ omnis enunciatio ſit vera vel falſa. ¶ Preterea. Ipſe ibidē ꝓbās nullius cōtradictionis eſſe mediū arguit: ꝙ ſi alicuius ponatur. eadē ratione ⁊ cuiuſlibet ponetur. niſi quis loquatur ad libitū. vnde ait. amplius preter omnes oportet eſſe mediū cōtradictionis niſi orationis cauſa dicatur. ita in ꝓpoſito ſi alicuius cōtradictionis negatur hāc eſſe verā: illam vero falſam: eodē modo dici poterit in qualibet ſiue ſint ꝓpoſitiones de preſenti ſiue de preterito. Et certum eſt: ꝙ nunqꝫ magis illud poterit reprobari ꝙ̄ in illis de futuro: qm̄ nō poterit argui efficaciter niſi virtute primi principij quod quidem equaliter valet vel non in oībus. quapropter iſta peroptime infringunt primum principium.

¶ Preterea. Sicut contradictionis ſingularium cathegoricarum de futuro contingenti negatur hanc determinate eſſe veram: illam vero falſam: pariter poterit negari ꝙ contradictoriarū de futuro contingenti: quarū vna ſit vniuerſalis reliqua particularis: ſimiliter. hypotheticarū vt copulatiue ⁊ diſiunctiue ⁊ vniuerſaliter quarūcūqꝫ cōtradictoriarū. circa futura contingentia. hec determinate ſit vera: illa vero falſa: ⁊ per cōſequens vniuerſaliter excludi poterit primū principiū a materia futurorū: ac per nihil certū poterit affirmari vel negari de eis: quod etiaꝫ ipſi Philoſopho repugnat. ¶ Tertio pricipaliter ex alio principio ab omnibus ⁊ a Philoſopho etiā in hac materia conceſſo ſcilicet ꝙ impoſſibile eſt aliqua contradictoria eſſe ſimul vera in quacunqꝫ materia formentur. arguo principaliter ad cōcluſionē ſic. ſequitur. a. non eſt vera neqꝫ falſa. ergo antichriſtus erit: ⁊ antichriſtus non erit. ergo ſi antecedēs eſt verū. cū conſequens includat duas cōtradictorias due contradictorie erunt ſimul vere. probo autē conſequentiā primā. quia ſi. a. non eſt vera cum ſit ꝓpoſitio affirmatiua. ergo enunciat fore quod non erit. patet ex diffinitione veri: ⁊ non enūciat fore niſi antichriſtū. ergo antichriſtus non erit. ſi quoqꝫ ipſa non eſt falſa. ergo enunciat fore illud quod erit. patet quia ex quo enunciat antichriſtuꝫ fore ſi antichriſtus non erit. eſt falſa: patet ex diffinitione falſi. ergo ex oppoſito cōſequentis ſcilicet nō eſt falſa: ſequitur oppoſitū antecedentis ſcilicet antichriſtus erit. ¶ Quarto iſta poſitio repugnat alijs pricipijs in ſe veris ⁊ a Philoſopho alibi cōceſſis tāqꝫ certiſſimis primo quidem: quia ſicut ſupra demonſtratis quibuſcunqꝫ ſingularibus de futuro contradictorijs hec particularis eſt vera. altera illarum eſt vera. ſi ergo vt dicit nec hec demonſtrata eſt vera nec illa ſequitur ꝙ eſt aliqua particularis vera cuius ſunt alique ſingulares: et nulla tamen eſt vera. patet: ſed hoc expreſſe repugnat ſibi primo priorū iuxta principium. vbi probans conuerſionem propoſitionum: ⁊ primo quidem vniuerſalis negatiue tandē ad hoc virtualiter reducit ꝙ ſi particularis eſt vera affirmatiua oportet ꝙ predicatum verificetur de ſubiecto pro aliquo ſingulari demonſtrato: ⁊ per conſequens ꝙ aliqua ſingularis eius ſit vera. verbi gratia. conuertatur iſta. nullum b. eſt. a. nullum. a. eſt. b. probat quia non ſequitur. oppoſitum detur. ſcilicet aliquod. a. vt. c. eſt. b. tunc non erit verum vt ait ꝙ nullum. b. eſt. a. quia. c. qd̄ eſt. b. eſt. a. ⁊ ꝑ conſequens. b. eſt. a. quod eſt oppoſitum primi. conſtat autē ꝙ totum hoc ſubſtentatur in eo: ꝙ deſignatur aliquod ſingulare ſub. a. de quo verificatur. b. Unde et Auerrois ibidem ſumpto oppoſito primi cōſequētis. ſcilicet hoc quod daꝫ. a. eſt. b. ponamus inquit illud aliquod ſenſibile ſitqꝫ. c. ⁊c̄. Si autem dicatur ꝙ non oportet dare aliquod ſingulare ſignatū ſub. a. probatio nulla erit. Nam ille due non formaliter contradicunt. nullum. b. eſt. a. quoddam. a. eſt. b. quare nō ꝓbabitur conuerſio illa. ⁊ per cōſequēs nec ecōuerſo alicuius alterius propoſitionis. cum quelibet probetur vltimate per conuerſionem vniuerſalis negatiue: ⁊ vltra ſequitur ꝙ omnis perfectio ſyllogiſmorum quā per conuerſionem perficiuntur ſit inualida ⁊ infirma. ⁊ ſic tollitur magna pars logice ⁊ doctrine Philoſophi. Unde in hac materia hec conuerſio: ⁊ conſequentia poſſet negari. nulla propoſitio ſingularis cathegorica de futuro contingenti eſt vera propoſitio. ergo nulla propoſitio vera eſt propoſitio ſingularis cathegorica de futuro contingenti.



Nam oppoſitum conſequentis non repugnat antecedenti formaliter. nec dabitur aliqua ſingularis ex qua poſſet inferri oppoſitum antecedentis. nec poteſt dici ꝙ per propriam conuerſionem habetur oppoſituꝫ antecedentis: qꝛ vt dictum eſt: quelibet alia propoſitio conuertitur virtute cōuerſionis vniuerſalis negatiue: ſicut patet prīo priorum. ſed negare iſtam conuerſionem certum eſt nō eſſe bene logicum. ¶ Preterea. Sequitur vnum de duobus. videlicet ꝙ erit aliqua ꝓpoſitio vniuerſalis falſa cuius quelibet ſingularis eſt vera: vel due contradictorie ſimul vere: quod eſt abſurdum. de ſecundo quidem patet ratione primi principij. de primo autem quia per propoſitionem vniuerſalem ſi eſt affirmatiua non denotatur niſi ꝙ predicatum affirmetur vere de quolibet ſingulari ſui ſubiecti/ aut ꝙ vere negatur a quolibet ſingulari ſui ſubiecti ſi ſit negatiua: ⁊ ideo vniuerſalis et copulatiua ex oībus eius ſingularibus ſemper conuertuntur: ⁊ impoſſibile eſt vnā eſſe veram quin reliqua ſit vera ⁊ ecōuerſo. propter quod ⁊ commune dictum eſt. ꝙ ad veritatem vniuerſalis ſufficit quamlibet ſingularem eius eſſe veraꝫ. Sed conſequētiam probo. Nam demonſtratis gratia exempli. a. ⁊. b. ſꝫ Philoſophum. hec eſt vera. altera illarum eſt vera. aut igitur hec etiam eſt vera neutra iſtarum eſt vera que eſt contradictoria prime: ⁊ ſequitur ſecunda pars conſequētis: aut ipſa eſt falſa: quod dicere oportet: cum eius cōtradictoria ponatur vera: ⁊ tunc ſequitur prima pars conſequentis: quia vtraqꝫ ſingularis eius eſt vera. Nam hec eſt vera. hec demonſtrata. a. non eſt vera. Et ſimiliter hec eſt vera. hec demonſtrata propoſitione. b. non eſt vera: et iſte ſunt ſingulares iſtius vniuerſalis: neutra iſtarum eſt vera demonſtratis. a. ⁊. b.

¶ Itē ſequit̄ ex hac opiniōe Philoſophi ꝙ aliq̄ diſiūcti

Digitized by Google

ua erit vera cuius nulla pars erit vera:quod etiam vide-
tur inconueniens logico.cõſequentia patet. Nam hec co
pulatiua eſt falſa.antichriſtus nõ erit/ neqꝫ antichriſtus
non erit. Nam ex ipſa ſequitur ꝙ due contradictorie ſint
ſimul vere.ſicut ſupra per Philoſophum in ſua ſecunda
concluſione ⁊ Boetium declarabatur ꝙ ex iſta de copu-
lato predicato antichriſtus/neqꝫ erit/ neqꝫ non erit ſequi-
tur: ꝙ due contradictorie ſunt ſimul falſe.et eque paten-
ter nihil plus ſequitur ex ipſa copulatiua. cum ergo ipſa
ſit falſa ſequitur per legem contradictoriarũ ꝙ eius con-
tradictoria eſt vera.ea autem eſt iſta diſiunctiua. vel an-
tichriſtus erit/vel antichriſtus nõ erit.cuius neutra pars
eſt vera ſm Philoſophum. ❡ Ultimo ſpecialiter cõtra
doctorem illum conſentientem in oppoſita concluſione
Philoſophi arguo theologice.qꝛ ſi vera ſit iſta poſitio:ſe-
quitur ꝙ nulla prenuntiatio ſingularis de futuro contin-
genti contẽta in ſacra ſcriptura eſſet vera:patet cõſequẽ-
tia.ſed probo conſequens eſſe falſum.ſumo enĩ hanc ſcri-
pturam actu.1. Hic Ieſus qui aſſumptus eſt a vobis in
Cap.1. celum ſic veniet aut hec eſt vera:et habeo ꝓpoſitum/aut
non eſt vera:⁊ tũc ſequitur ꝙ hic Ieſus non veniet: quod
eſt expreſſe hereticum: ⁊ conſequentia patet ex principio
primo aſſumpto. ❡ Preterea. In ſacra ſcriptura non ſo-
lum tales prenuntiationes ponuntur: ſed etiam habetur
expreſſe ꝙ ipſe ſunt vere. ergo dicere illas non eſſe veras
Cap.8. eſt hereticum.Aſſumptum patet ex Apoca. Ioan.ibi enĩ
dicitur. Et abſterget omnem lachrymam ab oculis eorꝫ:
que eſt prenuntiatio ſingularis de futuro contingenti.Et
immediate dicitur Ioãn ſcribe:qꝛ hec verba fideliſſima
ſunt ⁊ vera. ❡ Preterea. Aug.in libro de predeſtinatio-
ne gratie qui etiam intitulatur de voluntate dei.Cum in
ſacrarum inquit voluminibus litterarum / ſeu futurorũ
quid prophetico ſpiritu prenuntiationibus/ ſeu preterito-
rum hyſtorica veritate narrantibus/ ſeu vite monita apo
ſtolica auctoritate tradentibus : aliqua veluti diuerſum
ſonante ſentẽtia/vel monetur lector/vel ſollicitatur audi-
tor:ſequitur hic lucidius apparere : ibi altius latere:niſi
ꝗ tñ deeſſe nouerit veritatẽ. Ecce ꝙ nunꝗ deeſt veritas
in his que ſpiritu prophetico futura prenuntiantur.plu-
rime autẽ auctoritates:tam canonis ꝗ ſanctorum ad id
poſſent adduci:ſed iſte nunc ſatis ſint. ❡ Secũdo ſi nulla
enuntiatio ſingularis ⁊c̃.ſequitur ꝙ deus non certe ⁊ de-
terminate preſciret que pars contingentis ſit futura / vel
non. patet quia cuiuſcũqꝫ ſciti enuntiatio ſi formetur eſt
vera.ſed conſequens eſt hereticum expreſſe:vt patebit in
ſequenti queſtione. ❡ Secunda cõcluſio eſt ꝙ omnis ta-
lis propoſitio vera de eo:quod eſt vere futurum:quando-
cũqꝫ fuit ſi fuit.fuit vera.Et ſi ſemper fuiſſet:ſemper fuiſ
ſet vera.probo ſic ⁊ ſumatur a.gratia exempli: quia ſicut
de vna probatur:ita de qualibet poteſt ꝓbari. Et arguo
ſic.a.eſt vera. ergo antichriſtus erit ſi antichriſtus erit qñ-
cũqꝫ fuit.ſi fuit.fuit vera.⁊ ſi ſemper fuiſſet: ſempere fuiſ
ſet vera.maior patet ex primo principio aſſumpto ex pri-
me concluſionis probatione. minor probatur. quia ſi.a.
ſemper fuiſſet ſemper enũtiaſſet antichriſtum fore: ⁊ per
conſequens enũtiaſſet futurum quod vere futurum erat:
et per conſequens per diffinitionem veri ſequitur ꝙ ſem-
per fuiſſet vera : et ſuppono ꝙ ſicut nunc.a.ſignificat: ita
ſemper ſignificet:quia ſi non fuiſſet ſignificatiua/aut fuiſ
ſet inſtituta ad aliquid ſignificandum probatio non pro-
cederet.Eodem modo poteſt probari ꝙ ſi aliqua talis eſt
falſa ſi ſemper fuiſſet:ſemper fuiſſet falſa.ſic arguendo.ſi
b.eſt falſa.ergo antichriſtus non erit. Patet quia ſi anti-
chriſtus erit ipſa nõ eſt falſa.ergo ſi b.ſemper fuiſſet: ſem
per fuiſſet falſa:quia enuntiaſſet non fore quod vere erat
futurum. ❡ Tertia concluſio ꝙ nulla propoſitio ſingula
ris de ineſſe affirmatiua / vel negatiua de futuro : cuius
enuntiabile ſit vere futurum contingens ad vtrũlibet eſt
neceſſario/vel ineuitabiliter vera. Probo ſic. Cuiuſlibet
talis ſingularis contradictoria eſt poſſibilis. ergo nulla
eſt neceſſaria / vel ineuitabiliter vera. Conſequentia pa-
tet. quia alioquin contingeret aliqua cõtradictoria ſimul
eſſe vera. Antecedẽs probatur ex eo:ꝙ tale cõtingens po
teſt fore poteſt ⁊ non fore.⁊ ſi ponatur ineſſe ſicut eſt poſſi-
bile.tunc affirmatiua erit vera. ⁊ per conſequens contra-
dictoria negatiue eſt poſſibilis. Si vero non poneretur in
eſſe:tunc negatiua erit vera: et per conſequens contradi-
ctoria affirmatiua eſt poſſibilis. ❡ Quarta concluſio.ꝙ
nulla ꝓpoſitio de ineſſe particularis/vel vniuerſalis affir-
matiua enuntians aliquam entitatem contingẽtem futu-
ram eſſe futurã eſt neceſſaria. Probatur qꝛ hec eſt poſſi-
bilis:nulla entitas contingens futura erit. ergo nulla ta-
lis vniuerſalis/vel particularis eſt neceſſaria .conſequen-
tia patet: quia illud antecedens eſt incompoſſibile cuili-
bet tali vniuerſali/vel particulari. Antecedens autem pa
tet : quia poſſibile eſt ꝙ nulla huiuſmodi vnꝗ fiet : et per
conſequẽs ꝙ nulla ſit futura:quo poſito hec erit vera.nul
la entitas contingens futura erit. ❡ Ex hoc infero ꝙ fal
ſum dicũt aliqui doctores ponentes has eſſe neceſſarias.
omne contingens futurũ erit. ſi futurum in vtraqꝫ ſuma-
tur pro aliqua entitate contingente futura: et patet quia
hec eſt poſſibilis. nullum futurum contingens erit : que
eſt contradictoria particularis et contraria vniuerſalis.
Dico tamen ꝙ vtraqꝫ harũ eſt neceſſaria.ſi ſubiecta ſtent
pro enuntiabilibus complexis enũtiationum de futuro:
tam affirmatiuarum/ꝗ negatiuarum.probo. qꝛ impoſſi-
bile eſt:quin cuiuſlibet contradictionis de futuris cõtin-
gentibus alterum contradictoriorum enuntiabilium ſit
futurum.hoc patet.quia ex oppoſito ſequitur ꝙ eſſet poſ
ſibile eſſe aliquas duas enuntiationes de talibus futuris
inuicem contradictorijs:quarum neutra eſſet vera:quod
eſt falſum. patet quia illud enuntiabile dico futurum qđ
cõtingit enuntiari per enuntiationem: de futuro veram
affirmatiuam/vel negatiuam: ſicut ſi hec eſt vera. ego le-
gam cras. dicimus ꝙ futurum eſt ꝙ ego legam cras. Et
ſi iſta ſit vera. ego non legam cras : dicimus ꝙ futurum
eſt ꝙ ego non legam cras. Hoc modo loquitur Auguſti-
nus de vno martyre cum ait. futurum erat vt reges terre
qui propter idola perſequebantur chriſtianos ꝙ propter
chriſtum idola delerent : dicens. futurum non quidem
hanc enuntiationem:ſed quod per ipſam ſignificatur.Et
eodem modo dici poteſt de enuntiabili enuntiationis ne-
gatiue.futurum erat: vt reges propter chriſtum idola nõ
adorarent : ⁊ ſicut talia enuntiabilia dicuntur futura ſic
poteſt dici ꝙ erunt: quo modo loquendi frequẽter vtitur
ſcriptura diuina. Unde Oſee tertio. Et erit in die illo di Cap.3.
cit dominus vocabit me vir meus ⁊ non vocabit me baa-
lim. Et loquitur de ſynagoga. vbi patet ꝙ de vtroqꝫ enũ-
tiabili: ſcilicet affirmatiue et negatiue dicit:et erit et hoc
ſepiſſime in ſcripturis propheticis inuenitur:que locutio
vtrum ſit propria/vel impropria nõ curo. ergo neceſſe eſt
aliqua eſſe futura : ex quo ſequitur ꝙ hec non poteſt eſſe
falſa/aut non eſſe vera.omne futurum erit/ac per hoc eſt
neceſſaria:⁊ per conſequẽs etiam ſua particularis: ꝗuis
autem ipſa ſit neceſſaria: nulla tamẽ eiꝰ ſingularis eſt ne-
ceſſaria : quia nullũ tale futurũ eſt de neceſſitate futurũ:
cum cuiuſlibet oppoſitũ ſit poſſibile:⁊ ideo nulla talis eſt
neceſſaria .hoc futurũ erit : quia quelibet huiuſmodi im-
plicat ꝙ illud ſit neceſſario futurum:quod tamen contin-
git non eſſe futurum : et per conſequens quelibet huiuſ-
modi eſt contingẽs ⁊ non neceſſaria. ❡ Quinta cõcluſio
eſt:ꝙ quelibet talis ſingularis põt nunꝗ fuiſſe vera. ꝓbo
quia quodcunqꝫ per huiuſmodi propoſitionem enuncia-
tur fore poteſt non eſſe futurum.et quodcũqꝫ enunciatur

Digitized by Google

non eſſe futurum: poteſt eſſe futurum. ergo quelibet talis poteſt nūq̄ fuiſſe vera. Antecedens eſt notū ex eo: ꝙ illud eſt contingens ad vtrūlibet. Conſequentia probatur: quia de quolibet ſequitur hoc non eſt futurū. ergo nunq̄ fuit vera propoſitio enuncians ipſum eſſe futurū. quinimo ſi aliqua enunciauit ipſum eſſe futurū: ipſa fuit falſa. ⁊ intelligo ſemper: ꝙ pro eo tempore ⁊ illo modo enunciauerit ipſum eſſe futurum: quo ponitur non eſſe futurum. ¶ Sexta concluſio. ꝙ quelibet talis ſingularis de futuro enuncians pro aliquo determinato tēpore vel inſtanti futuro. poteſt eſſe ſucceſſiue vera ⁊ falſa. ſic tamen ꝙ affirmatiua poteſt eſſe falſa poſtq̄ fuit vera. non autem vera poſtq̄ fuit falſa: et negatiua poteſt eſſe vera poſtq̄ fuit falſa. non autem falſa poſtq̄ fuit vera. Prima pars probatur: ſcilicet de affirmatiua ſic. poſſibile eſt ꝙ eius ꝯtradictoria ſit vera. poſtq̄ ipſa fuit vera. ergo poſſibile eſt ꝙ ipſa ſit falſa poſtq̄ fuit vera conſequentia patet quia quandocūq̄ ſua ꝯtradictoria eſt vera ipſa ſi eſt: eſt falſa. Antecedēs probatur: quia ſi ponatur ineſſe illud quod enunciat futurum: poſtea ſua contradictoria eſt vera. verbi gratia. iſta antichriſtus erit in. c. ſit. c. nomen proprium alicuius determinate futuri. Si antichriſtus erit in. c. ſicut ponitur ſi iſta ſit vera. poſt. c. hec eius oppoſita erit vera. antichriſtus non erit in. c. quia nūq̄. c. erit poſtea ⁊ tunc illa affirmatiua erit falſa: ⁊ erit verū dicere de ipſa ꝙ ipſa eſt falſa poſtq̄ fuit vera. ¶ Qꝫ autem ipſa non poſſit eſſe vera poſtq̄ fuit falſa. probatur: quia ipſa non poteſt eſſe vera niſi ante. c. ſuppoſito ꝙ nullum inſtans preteritum poſſit eſſe futurum: ⁊ ſequitur ſi in aliquo inſtanti ante. c. ſit vera ꝙ ſemper quādocūq̄ prius fuit ſi fuit. fuit vera: vt patet ex ſecunda cōcluſione. ſi vero ſemper fuit vera quādocūq̄ fuit poſtq̄ fuerit. ergo nūq̄ ante fuit falſa. ⁊ per cōſequens impoſſibile eſt ꝙ ipſa ſit vera poſtq̄ fuit falſa.

¶ Scda pars ꝯcluſionis. ſ. de negatiua ꝓbatur ſic. affirmatiua poteſt eſſe falſa poſtq̄ fuit vera. ergo negatiua eius oppoſita poteſt eſſe vera poſtq̄ fuit falſa. antecedēs ꝓbatū eſt. cōſequētia vero patet. quia ſemꝑ quādo affirmatiua vera negatiua (ſi eſt) eſt falſa: et quando affirmatiua eſt falſa negatiua eſt vera. Qꝫ autem ipſa nō poſſit eſſe falſa poſtq̄ fuit vera. ꝓbo. quia iſta. antichriſtus nō erit in c. nō poteſt eſſe falſa in. c. nec in aliquo alio inſtāti poſt. c. patet. ergo ſi debeat eſſe falſa hoc erit in aliquo inſtāti ante. c. quod ſi ponatur: ſequitur: vt patet ex ſcda cōcluſione ꝙ ſemꝑ quādocūq̄ prius fuit ſi fuit. fuit falſa: ⁊ per cōſequēs nūq̄ fuit vera. Ex quo ſequitur ꝙ impoſſibile eſt ipſam eſſe falſam poſtq̄ fuit vera. ¶ Cōcluſio ſeptima eſt ꝙ nulla talis ꝓpoſitio affirmatiua vel negatiua poteſt eſſe ſucceſſiue vera aut falſa: ⁊ vera pro inſtanti illo pro quo enūciat aliquid fore vel non fore. Hoc patet quia ſi pro quocunq̄ inſtanti ante illud pro quo enunciat aliqua talis ꝓpoſitio ſit vera: ſequitur ꝙ nunq̄ prius fuit falſa: ſed ſi fuit quandocunq̄ fuit: fuit vera: et ſi pro aliquo inſtanti ante illud ponitur eſſe falſa. conſequens eſt ꝙ nunq̄ antea fuit vera: ſed ſi fuit quandocunq̄ fuit: fuit falſa: ⁊ iſta patent ex ſecunda concluſione. ¶ Octaua propoſitio eſt ꝙ ſi illa propoſitio dicatur mutabiliter vera que poteſt mutari de veritate in falſitatem ſeu magis proprie loquendo que poteſt eſſe vera et falſa ſucceſſiue: ſic ꝙ aliquando verum ſit dicere de ipſa. hec eſt falſa: et prius fuit vera. illa vero dicatur immutabiliter vera que non ſic mutari poteſt: ⁊ ſimpliciter falſa dicatur immutabiliter falſa in eodem ſenſu: quelibet propoſitio taliū affirmatiua vera eſt ſimpliciter loquendo mutabiliter vera: ⁊ quelibet negatiua falſa eſt mutabiliter falſa: affirmatiua vero falſa eſt immutabiliter falſa: et negatiua vera eſt immutabiliter vera. Et patet ex ſexta concluſione. Non ſimpliciter autem loquendo: ſed cum determinatione ſcilicet: ꝙ ſit vera/ vel falſa mutabiliter ante illud inſtās pro quo enuntiat. i. ꝙ poſſit eſſe ſucceſſiue vera ⁊ falſa/ aut falſa ⁊ vera ante inſtans illud. Sic enim dico ꝙ nulla eſt mutabiliter vera/ vel falſa: ſed quelibet vera eſt immutabiliter vera: ⁊ quelibet falſa immutabiliter falſa: et totū patet ex ſeptima concluſione. ¶ Ex predictis etiā patet. quomodo tales ꝓpoſitiones poſſunt incipere eſſe vere/ vel falſe: ⁊ quomodo non poſſunt. Nam ſicut aliqua ꝓpoſitio poteſt/ vel non poteſt eſſe vera poſtq̄ fuit non vera/ aut falſa: poſtq̄ fuit non falſa. ſic poteſt incipere eſſe vera/ vel falſa. affirmatiua aūt poteſt eſſe falſa. poſtq̄ fuit nō falſa: quia poteſt eſſe falſa poſtq̄ fuit vera. vt patet ex ſexta concluſione. ergo poteſt incipere eſſe falſa: ⁊ quia non poteſt eſſe vera. poſtq̄ fuit non vera: vt ibidem patet. ideo non poteſt incipere eſſe vera. Et ſimili modo probatur ꝙ negatiua poteſt incipere eſſe vera. ⁊ non pōt incipere eſſe falſa. Et aduerte. ꝙ ꝓprie non dicitur ꝓpoſitio incipere eſſe vera ex hoc preciſe: ꝙ ipſa eſt vera: et non fuit prius vera: quia ſi nunq̄ ipſa fuit prius. et modo ſit: et ſit vera. verum eſt ꝙ ipſa eſt vera: et nunq̄ prius fuit vera: nec tamen quelibet talis proprie dicitur incipere eſſe vera: ſed illa tantū que prius non fuit vera/ aut ſi fuiſſet: fuiſſet nō vera. alioquin quelibet propoſitio vera nouiter formata diceretur incipere eſſe vera: et ſic vna propoſitio geometrica inciperet eſſe vera: quod tamen in cōmuni vſu loquendi abſurdum diceretur. Quia vero ante inſtans/ vel tempus futurum pro quo enuntiat propoſitio: nulla talis poteſt eſſe falſa. poſtq̄ fuit nō falſa/ aut vera. poſtq̄ fuit nō vera. vt patet ex ſeptima cōcluſione: patꝫ ꝙ nulla pōt ante illud inſtans/ vel tēpus incipere eſſe vera/ vel incipere eē falſa. ¶ Sed contra poteſt argui ſumēdo aliquā talem ꝓpoſitionem ⁊ ſit gratia exēpli. b. ſic. b. non eſt vera: ⁊ poteſt ante inſtans pro quo enūtiat eſſe vera. ergo. b. poteſt ante illud inſtās incipere eſſe vera. Antecedens patet ex tertia cōcluſione: et conſequentia tenet: ex eo ꝙ in antecedente includitur vtraq̄ exponēs conſequentis. ¶ Et poſſet ſic confirmari conſequētia. nam ſequit̄. b. nō eſt vera: ⁊ erit ante illud inſtās vera. ergo. b. ante illud inſtās incipit/ vel incipiet eſſe vera. ergo eodē modo ſequit̄. b. non eſſe vera ⁊c̄. ergo pōt incipere ⁊c̄. ¶ Rn̄o ad primū ꝯcedo antecedēs poſito ꝙ b. ſit ꝓpoſitio falſa: et nego ꝯñam: ⁊ eſt ratio quia eſto ꝙ iſte eſſent exponētes ꝯñtis: quia tn̄ illud verbū poteſt non precedit in añte niſi alterā earum: ⁊ in ꝯñte precedit illū infinitum incipere: ⁊ per ꝯñs equiualet vtrāq̄ exponentē cōſequentis: ideo per añs non denotatur ꝙ copulatiua/ de ineſſe compoſita ex illis exponentibus poſſit eſſe vera ante illa ante illud inſtās: ſed ſolum denotatur ꝙ vna illarum: ſcilꝫ hec b. eſt vera. ſit poſſibilis ante illud inſtans: ſed in conſequēte denotatur ꝙ tota copulatiua poſſit eſſe vera ante illud inſtās: ⁊ ideo conſequētia non valet. ¶ Et per idem patet ad ſcdm ꝙ prima conſequentia: cuius antecedens ⁊ conſequēs ſunt mere de ineſſe eſt bona: q̄uis añs includat incōpoſſibilia. Unde ſcda conſequētia non valet: nec ſequitur ex prima ꝓpter cauſam dictam. ſed bene ſequitur: poſſibile eſt ꝙ. b. non ſit vera: ⁊ erit ante illud inſtās vera. ergo. b. pōt incipere ⁊c̄. ſic tn̄ ꝙ añs ſumeretur in ſenſu cōpoſito ⁊ denotaretur totam copulatiuā ſequētem eſſe poſſibilem: ſed tunc tale antecedens eſt falſum.

Quantum ad tertium articulū in quo videndū eſt: an cōtingens eſt cōtingens qn̄ eſt vel qn̄ non eſt: premitto quid intelligo per hoc nomen cōtingēs. Et dico iuxta ſentētiā Philoſophi primo priorꝫ ꝙ idem ꝙ per hanc orationem. poſſibile nō neceſſarium. Nam impoſſibile non dicimus cōtingere/ neq̄ etiam neceſſariū niſi equiuoce: vt ibi dicit Philoſophus. Et ideo diffiniēs contingens ait. Dico autem contingere/ vel contingens ꝙ cum non ſit neceſſarium poſito ineſſe/ nihil erit

Digitized by Google

per hoc impoſſibile. Et qꝛ poſſibile dicitur quo poſito nõ
ſequitur impoſſibile. idẽ eſt hoc totũ dictu ꝙ cõtingẽs eſt
ꝙ cũ nõ ſit neceſſariũ eſt poſſibile. Eſt ergo diffinitio con
tingẽtis nõ neceſſariũ poſſibile vel ecõuerſo. poſſibile nõ
neceſſarium. ſicut ergo aliquid dicitur poſſe eſſe ⁊ nõ ne-
ceſſe eſſe aut poſſe non eſſe et non neceſſe non eſſe: ſic dici-
tur contingens eſſe vel contingens non eſſe: et non ſolum
quando eſt predicatur ſecundum adiacẽs: ſed etiã quã
do tertium qualecũqꝫ ſit predicatum. Et qꝛ nõ neceſſe eſ-
ſe: et poſſibile nõ eſſe ſe cõſequũtur. ideo cõtingens quod
eſt poſſibile eſſe ⁊ nõ neceſſe eſſe: eſt poſſibile eſſe ⁊ poſſibi
le nõ eſſe. ¶ Et hinc eſt: ꝙ frequẽter dicitur: ꝙ cõtingens
eſt indeterminatũ ad eſſe ⁊ non eſſe: quod nõ debet intelli
gi de indeterminatione de ineſſe: videlicet ꝙ cõtingẽs nõ
ſit nec nõ ſit: qꝛ hoc eſt impoſſibile reſpectu cuiuſcũqꝫ pre
dicati: alias eſſet poſſibile ꝙ duo contradictoria eſſent ſi-
mul falſa. Sed intelligẽdũ eſt de indeterminatione de ne
ceſſario negatiue. videlicet ꝙ nõ eſt neceſſe eſſe nec neceſ
ſe nõ eſſe: vel de indeterminatiõe de poſſibili affirmatiue.
videlicet ꝙ poteſt eſſe ⁊ poteſt nõ eſſe: qui duo ſenſus ſen-
tẽtialiter equipollẽt. ¶ Hoc premiſſo pꝫ ꝙ tũc cõtingẽs
eſt cõtingẽs quãdo poteſt eſſe ⁊ poteſt nõ eſſe. ¶ Ad vidẽ
dũ ergo vtrũ quãdo res eſt ſit cõtingẽs eſſe: aut quãdo nõ
eſt. videndũ eſt vtrũ quãdo res eſt. poſſit nõ eſſe: an quan-
do nõ eſt. hoc autẽ poteſt dupliciter intelligi. Uno modo
ꝙ quãdo res eſt tunc ſit in potẽtia vt in futuro nõ ſit. Alio
modo ꝙ tũc ſit in potẽtia vt nõ ſit tũc: ⁊ hoc adhuc dupli
citer. Uno modo ſic ꝙ ꝓpoſitio enũcians ipſum non eſſe/
tunc poteſt eſſe vera in futuro. Alio modo ꝙ tunc ſit poſſi
bile ipſam eſſe verã. verbi gratia ſit. a. aliquod ſingulare
actu exiſtens nũc ſiue in inſtãti preſente: quod vocetur. b.
ꝙ nũc. a. poſſit non eſſe poteſt intelligi tripliciter. vno mo-
do ꝙ nũc. a. poteſt in futuro nõ eſſe: ita ꝙ poſſibile eſt poſt
nũc ſeu poſt inſtãs. b. hãc eſſe verã. a. nõ eſt. Secũdus ſen
ſus eſt ꝙ nũc. a. poteſt in futuro non eſſe in iſto inſtanti qđ
eſt. b. ita ꝙ poſſibile eſt ꝙ poſt. b. hec ſit vera. a. nõ eſt in. b.
Tertius ſenſus eſt ꝙ nũc. a. poteſt nõ eſſe nũc: aut ꝙ poſſi
bile ſit hanc. a. nõ eſſe: vel. a. nõ eſt in. b. eſſe nũc verã. ⁊ eo
dẽ modo poteſt etiã tripliciter intelligi ꝙ res que nũc nõ
eſt poteſt eſſe. ¶ Scđm ſenſum primũ articulus iſte non
habet difficultatẽ. Nã certũ eſt. ꝙ poteſt ſic ꝓbari breui-
ter ꝙ aliqđ nũc eſt: quod nõ impoſſibile eſt nõ eſſe. ergo ali
quid nũc eſt quod nũc poteſt nõ eſſe: ⁊ vltra. ergo aliquid
quando eſt poteſt non eſſe. Et eodẽ modo poteſt argui. ꝙ
aliquid (quãdo nõ eſt) poteſt eſſe: qꝛ aliquid nũc non eſt:
qđ nõ eſt impoſſibile eſſe ⁊c̃. Antecedẽs primũ patꝫ: quia
multa ſunt ſingularia ⁊ corruptibilia ⁊ annihilabilia: ⁊ ꝑ
cõſequẽs nõ impoſſibilia nõ eſſe: que tamẽ nũc actu ſunt
in rerũ natura: ⁊ cõſequẽtie ſunt ſatis euidẽtes. ¶ Pre-
terea. Si hoc nõ ſit verũ ſequitur ꝙ nihil ſit poſſibile non
eſſe niſi quãdo nõ eſt. nec aliquid poſſibile eſſe niſi qñ eſt.
T.c.5. ſicut opinati ſunt megarici: quoꝝ opiniões Philoſophꝰ
reprobat. 9. meta. ſic enim. vt dicit ibi Philoſophus ſe-
quitur ꝙ habens viſuꝫ nõ poteſt videre niſi qñ actu videt
nec edificatoꝛ poteſt edificare niſi quando actu edificat:
nec aliquid qđ non ſit poteſt fieri: aut quod non mouetur
moueri. ⁊ generaliter tollitur omnis poſſibilitas genera-
tionis vel corruptionis vel noue mutationis in entibꝰ que
omnia ſunt abſurda. ¶ Sed cõtra hoc poteſt argui: quia
ſi aliquid quãdo eſt poteſt non eſſe. ergo qñ aliquid poteſt
eſſe: poteſt non eſſe: ⁊ vltra. ergo aliquid ſimul ⁊ ſemel po-
teſt eſſe ⁊ non eſſe. cõſequẽtia prima ptꝫ: qꝛ qñ aliquid eſt
monach poteſt eſſe. ſcđa patet: qꝛ idẽ eſt dictu: qñ poteſt eſſe poteſt
q.2.art.3. nõ eſſe: ⁊ ſimul ⁊ ſemel poteſt eſſe ⁊ nõ eſſe. ¶ Ad hoc di-
cunt aliqui argumentationẽ eſſe neceſſariã: ⁊ cõcedũt cõ
5. moſ. ſequẽs quod dicũt eſſe verũ: licet nõ in ſenſu cõpoſito: qꝛ
vbi ſupra impoſſibile eſt ꝙ idẽ ſimul ſit ⁊ nõ ſit. ¶ Sed illud non eſt
bene dictũ. Nã ſequitur: aliquid ſimul ⁊ ſemel poteſt eſſe
⁊ nõ eſſe. ergo aliquid poteſt eſſe ⁊ non eſſe. ſignetur ergo
aliquid tale: ⁊ illo demonſtrato arguo. Hoc poteſt eſſe et
nõ eſſe. ergo iſta eſt poſſibilis hoc eſt ⁊ nõ eſt: qđ tñ eſt fal-
ſum: ⁊ cõſequẽtia patet: qꝛ quelibet cathegorica ſingula-
ris de poſſibili cuius ſubiectũ eſt nomen ꝓpriũ: aut ꝓno-
men demonſtratiuũ preciſe: ſi eſt vera habet aliquã de in
eſſe poſſibilẽ: ita ꝙ quelibet talis ſi eſt vera: eſt vera taꝫ in
ſenſu cõpoſito ꝙꝫ in ſenſu diuiſo. ¶ Reſpõdeo ergo aliter
⁊ nego cõſequẽtiã ſecũdã: nõ eñ ſequitur: aliquid qñ po-
teſt eſſe poteſt nõ eſſe. ergo aliquid ſimul ⁊ ſemel poteſt eſ-
ſe ⁊ nõ eſſe: ſꝫ ſequitur. ergo aliquid ſimul poteſt eſſe: ⁊ po
teſt nõ eſſe: ita ꝙ cõſequẽs ſit vna copulatiua cõpoſita ex
duabus de poſſibili: iſta tamen nõ infert primã: ſicut etiã
nõ ſequitur. hoc demõſtrato Petro: poteſt portare hũc la
pidẽ: ⁊ ſit lapis põdus adequatũ virtuti Petri ⁊ põt por
tare hũc lapidẽ demonſtrato alio eiuſdem põderis. ergo
Pe. vel hoc eo demõſtrato: poteſt portare hũc lapideꝫ: et
hũc vtroqꝫ demõſtrato. Similiter iſta copulatiua de poſ
ſibili nõ requirit ad eiꝰ veritatẽ vnã de ineſſe copulatiuã
poſſibileꝫ: ſed ſufficit ꝙ vtraqꝫ eius pars diuiſim ſit poſſi-
bilis: ſicut patet in exẽplo addito. Tũc ad ꝓbationẽ cõſe
quẽtie. Dico ꝙ nõ eſt idẽ dictu ⁊c̃. ſed eſt idẽ dictu quan-
do poteſt eſſe poteſt nõ eſſe: ⁊ ſimul ⁊ ſemel poteſt eſſe ⁊ po
teſt nõ eſſe. ¶ Scđm autẽ ſenſum ſcđm adhuc minus ha
bet difficultatẽ articulus iſte. Nã per ſolã preteritionem
inſtantis b. (ſit. b. inſtãs in quo Petrus eſt ſiue Petrus
corrũpatur ſiue maneat) hec erit vera. Petrus nõ eſt in
a. ⁊ ideo hec eſt vera in ſcđo ſenſu. Petrus qui eſt in b. po
teſt non eſſe in b. Sed in tertio ſenſu articuli eſt difficultas.
Et circa ipſuꝫ ſunt opiniones cõtrarie: mihi tamen appa
ret vera eſſe que dicit ꝙ aliquid qđ eſt nũc: poteſt non eſſe
nũc: ſic ꝙ ꝓpoſitio enũcians ipſum nõ eſſe ſit nunc vera.
¶ Hanc concluſionẽ probo primo ⁊ ſuppono cõmuniter
cũ alijs ꝙ eſt aliqua cauſa libera. Et ꝙ cauſa libera i hoc
differt a naturali: qꝛ poſitis omnibus requiſitis ad agen-
dũ poteſt agere ⁊ poteſt non agere. Naturalis autẽ nõ po
teſt nõ agere: ſed neceſſario agit: ſicut patꝫ. 9. meta. ⁊ vtraſ T.c.x.
qꝫ partes doctores cõcedũt. ¶ Tunc ſumo aliquã vnam
cauſam liberã: ⁊ ſit volũtas Pe. que vocatur. a. que poſi-
tis oĩbus requiſitis ad volendũ. c. poteſt elicere volitio-
nẽ circa. c. ⁊ poteſt nõ elicere. Et ſuppono aliud ſatis cõi-
ter cõceſſum ꝙ volũtas poteſt volitionẽ producere in in-
ſtãti: quod ſuo loco ꝓbabitur. Sit ergo inſtãs in quo oĩa
requiſita ad volendũ. c. cõcurrit. b. Arguo ſic. a. poteſt eli
cere volitionẽ circa. c. in inſtanti. b. ⁊ poteſt non elicere il-
lã volitionem in inſtanti. b. ⁊. a. vel elicit talẽ volitionẽ in
b. vel nõ elicit talẽ volitionẽ in b. ergo vel a. poteſt elicere
volitionẽ circa. c. ⁊ in inſtanti. b. ⁊ tñ tũc non elicit: vel po
teſt nõ elicere huiuſmodi volitionẽ in inſtanti b. ⁊ tamen
tũc elicit: ⁊ vocetur volitio illa. d. ⁊ tũc vlterius infero. er
go vel hec ꝓpoſitio d. nõ eſt: poteſt eſſe vera in inſtanti b.
⁊ tamen tũc hec eſt vera. d. eſt. vel hec ꝓpoſitio d. eſt: po-
teſt eſſe vera in inſtanti. b. ⁊ tñ tũc hec eſt vera. d. non eſt:
⁊ ſiue hoc detur: ſiue illud habetur ꝓpoſitũ. Añs primuꝫ
q̃tũ ad primã partẽ eiuſdẽ ex ſuppoſitione prima patet:
quo ad ſcđam vero ex virtute primi principij cõſequẽtia
etiã prima clara eſt: qꝛ ſi a. elicit huiuſmodi volitioneꝫ in
inſtanti b. ⁊ poteſt elicere eã in b. ⁊ poteſt etiam nõ elicere
in b. ergo elicit in b. ⁊ poteſt nõ elicere in b. Eodem modo
patet: ꝙ ſi ipſa nõ elicit ꝙ ipſa nõ elicit: ⁊ tamẽ ipſa poteſt
elicere: cõſequẽtia etiã ſecũda euidẽs eſt: qꝛ ſi a. poteſt nõ
elicere. d. in inſtãti b. hec poteſt eſſe vera. in inſtãti b. a. nõ
elicit d. ⁊ per cõſequẽs hec etiã poteſt eſſe vera. d. nõ eſt:
⁊ ſimiliter ſi a. poteſt elicere d. ⁊c̃. poteſt eſſe vera in inſtã
ti. b. ⁊ per cõſequens etiã hec d. eſt: poteſt tunc eſſe vera.
¶ Ex quo patet: ꝙ vtraqꝫ iſtaꝝ d. eſt. d. nõ eſt: diuiſim po

Digitized by Google

teſt eſſe vera in inſtanti b. et conſtat ꝙ altera tm̄ eſt vera. Si ergo hec ſit vera. d. eſt ergo tūc ipſa eſt ꝟa in inſtāti b. et tm̄ hec. b. non eſt. poteſt tūc eſſe vera: quāuis nō ſit poſſibile ꝙ vtraqꝫ coniunctim ⁊ ſimul ſit vera: ſed ſi affirmatiua eſt vera: negatiua eſt falſa: ⁊ ecōtra: ſi negatiua eſt vera: affirmatiua eſt falſa. Si quis autē ſcḋam ſuppoſitionem premiſſam. ſ. ꝙ voluntas poteſt elicere volitionem in inſtanti non admitteret: formetur ratio de deo: et aliqua creatura quam poteſt deus in inſtāti producere libere: ⁊ pariter concluditur propoſitum. ¶ Preterea. Sit b. inſtans preſens ⁊ arguo ſic: hec conſequētia. deus pōt producere in b. vnum angelū. ergo deus producit in b. vnum angelū. non eſt bona in b. ⁊ antecedēs eſt verum: vt patet ex ſuppoſitionibus: et nō implicat contradictionem. ergo oppoſitū conſequentis poteſt eſſe verū ſimul cum antecedente in inſtanti b. alias cōtingeret ꝙ ⁊ conſequēs ⁊ eius oppoſitum eſſent ſimul falſa in b. ⁊ ſic hec. deus non ꝓducit vnum angelū in b. ⁊ hec. deus poteſt producere vnum angelū in b. poſſunt ſimul eſſe vere in b. ponatur ergo in eſſe: ⁊ habetur ꝓpoſitum: q: tunc ſimul dum iſta eſt vera: deus nō producit vnum angelum in b. hec eſt poſſibilis. deus producit vnum angelum in b. licet ipſa ſit falſa: nec poſſit eſſe ſimul vera cum prima. ¶ Q: autē prima conſequentia ſit ſimpliciter ſumpta non ſit bona in b. vt primo aſſumpſi. ꝓbo primo: q: ſi illa eſſet tunc bona eadem rōne iſta eſſet tūc bona: deus poteſt ꝓducere duos angelos in b. ergo producit duos angelos in b. et ſimiliter hec. deus poteſt producere tres in b. ergo ꝓducit tres in b. Et vltra ergo quotquot poteſt producere in b. tot producit in b. qḋ tm̄ eſt falſum: q: in nullo inſtanti deus poteſt tot producere: quin poſſit tunc plures producere. ¶ Scḋo q: ſi tunc iſta eſſet bona conſequētia: eadem ratione hec eſſet bona: deus non poteſt producere vnum angelū in b. ergo deus non producit vnum angelum in b. et per conſequens hec etiam eſſet bona. deus poteſt non producere vnum angelum in b. et poteſt ꝓducere vnum angelum in b. ergo producit vnum angelum in b. ⁊ non producit vnum angelum in b. ſed cōſtat ꝙ iſta non eſt bona: q: antecedēs eſt verū: ⁊ conſequens implicat contradictionem. ¶ Tertio ꝙ conſequentia non ſit bona: patet ex differentia agentis liberi

9. meta. t. cō. 10. et agentis naturalis ſupra premiſſa. ¶ Hanc cōcluſionē tenere habent quicunqꝫ tenent deum potuiſſe producere creaturam aliquā ab eterno: ⁊ quicūqꝫ etiam tenēt ꝙ poſſibile fuit angelum mereri in primo inſtāti ſui eſſe: de quibus ſuis locis videbitur. ¶ Sed contra eam arguit qui-

Ochā li. 1. di. 38. ⁊ l q. de pḋe. dam doctor tenens partem oppoſitam: ⁊ ſupponit vnum quod dicit eſſe cōmuniter: tam a theologis/ ꝙ̄ a Philoſopho conceſſum. ſ. ꝙ per nullā potentiā etiā diuinā poteſt fieri de preterito non preteritum: quin ſemper ſit poſt verum dicere ꝙ fuit preteritū: quo ſuppoſito arguitur ſic. Hec modo eſt vera. voluntas vult c. in inſtāti b. ponatur ꝙ ita ſit. ergo poſt b. ſemper hec erit vera. volūtas voluit c. in inſtanti b. immo et neceſſaria: quia omnia propoſitio vera mere de preſenti habet aliquā de preterito neceſſariam: ⁊ per conſequens ſua oppoſita erit impoſſibilis. Ex quo ſequitur. ꝙ ſi iſta modo ſit vera in inſtanti b. per nullam potentiam poteſt vnqꝫ fieri ꝙ ipſa ſit falſa in inſtanti b. et per conſequens: nec ꝙ iſta ſit vera in b. voluntas non vult c. in b. ¶ Secundo ad idem poteſt argui ex intentione magiſtri ſecundo ſentētiarū diſtin. 25. vbi ait: ſciendum eſt ꝙ lib. arbi. ad preſens/ vel ad preteritum non refertur: ſed ad futura cōtigentia: quod enim eſt in preſenti: determinatum eſt: nec enim in poteſtate noſtra eſt: vt tunc ſit/ vel non ſit quādo eſt: poteſt enim nō eſſe/ vel aliud eſſe poſtea: ſed non poteſt non eſſe: dum eſt vel aliud eſſe: dum illud eſt quod eſt: ſed in futuro: an hoc ſit/ vel illud ad poteſtatem libe. arbi. ſpectat. Eandem ſententiam ponit venerabiliſſimus Hugo libro. 1. de ſacra. ¶ Tertio p.5.c.22
ſi in inſtanti b. eſt volitio vel aliquid aliud: et poſſibile eſt: ꝙ in eo inſtanti ipſa non ſit: ponatur in eſſe: et tunc ſequitur ꝙ in eodem inſtanti ſit et non ſit: quod eſt impoſſibile. ¶ Quarto poteſt argui per iſtam propoſitionem Philoſophus omne qḋ eſt quando eſt: neceſſe eſt eſſe. ¶ Pro ſolutiōe predictorum premitto ꝙ aliquid qḋ eſt in aliquo inſtanti ſi poſſit non eſſe in illo inſtāti: ſic ꝙ propoſitio enūtians illud non eſſe poſſit eſſe vera in illo inſtāti poteſt intelligi tripliciter. Vno modo ꝙ hoc ſit poſſibile in ſenſu cōpoſito ſic ꝙ in illo inſtāti iſta res ſimul cū hoc ꝙ ipſa eſt nō ſit in illo inſtāti: ⁊ ꝙ tam ꝓpoſitio enuntiās ipſam eſſe ꝙ̄ ꝓpoſitio enūtians ipſam non eſſe cōiunctim: ⁊ ſimul in illo inſtāti ſint vere: ⁊ iſte ſenſus eſt vere īpoſſibilis ꝓpter implicationē cōtradictionis. ¶ Alio modo poteſt cōcipi vel intelligi hoc eſſe poſſibile in ſenſu diuiſo: ⁊ hoc adhuc dupliciter. Vno modo ꝙ aliqua que eſt in aliquo inſtanti dato poſſit iam poſito ineſſe deſinere eſſe ⁊ deeſſe tranſmutari in non eſſe in eodem dato inſtanti: et ꝙ propoſitio enuntians ipſam eſſe deſinat eſſe vera: et de vera fiat falſa: ſic ꝙ in illo inſtāti ipſa ſit falſa: ⁊ econuerſo ſua oppoſita deſinat eſſe falſa: ⁊ fiat vera: ⁊ iſte ſenſus etiā eſt impoſſibilis: quoniā talis tranſmutatio ⁊ ſucceſſio non eſt poſſibilis in inſtanti. ¶ Alio modo: ꝙ abſolute ⁊ ſimpliciter ꝙ poſſibile eſt iſtam rem non tunc eſſe et non poni per ſuam cauſam ineſſe ⁊ propoſitionem enuntiantem iſtā non eſſe eſſe in illo inſtanti veram. Et iſte ſenſus verus eſt: et nihil inconuenientis includit. ¶ Tunc ad rationes. Ad primā conceſſa pro nunc iſta ſuppoſitione: ꝯ̄uis oppoſitum aliqui ⁊ magni doctores tenuerūt etiam theologi. ¶ Dico ꝙ ſi voluntas vult aliquid in inſtāti b. poſtea ſemper erit hec vera: voluntas voluit hoc in inſtanti b. ita ꝙ iſta conſequentia nunc eſt neceſſaria. volūtas vult hoc in b. ergo poſt b. ſemper hec erit vera ſi formetur voluntas voluit hoc in b. Sed dico: ꝙ antecedens eſt contingens: ⁊ poteſt non eſſe verū etiam in inſtanti b. vt probatum eſt: et ſi ponatur ipſum non eſſe verum in b. ſicut eſt poſſibile iuxta tertium ſenſum premiſſum iſta voluntas voluit hoc in b. non erit vera poſt b. et per conſequens nec neceſſaria nec eius oppoſita impoſſibilis. Si tamen ponat̄ antecedens verum in b. quia non eſt poſſibile ꝙ cum hac ſuppoſitione eius oppoſitum ſit verum in b. nec in primo/ nec in ſecundo ſenſu: ideo nec poſt b. iſta erit poſſibilis: voluntas non voluit hoc in b. Et vt dicit arguens per nullā potentiam poterit vnqꝫ fieri ꝙ iſta ſit falſa in b. voluntas vult hoc in b. ſic enim ſequeretur ꝙ ipſa fuiſſet vera in b. ⁊ adhuc fuiſſet falſa in b. ⁊ per ꝯ̄ns eius oppoſita: etiā fuiſſet vera in b. quod eſt impoſſibile. Et ita patet: ꝙ hec ratio procedit contra primum ſenſum ⁊ ſecundum: non autem contra tertium. Et re vera ſi dictus arguens velit loqui conſequenter hoc ipſum haberet tenere. Nam in ſcḋo ſuꝫ quodli. q. 6. tenet ꝙ angelus potuit mereri ⁊ demereri in primo inſtanti. Et ad hoc probandū in quadam ratione aſſumit ꝙ angelus potuit in primo inſtanti ſe libere conformare recte rationi ⁊ non cōformare. Et infra in ſoluēdo quādam obiectionem que eſt ꝙ actus non eſt imputabilis ad meritum/ vel demeritum. niſi fiat ſcienter et contingenter: ita ꝙ poſſit oppoſitum elicere concedit vtrāqꝫ conditionalem eſſe neceſſariam ad actum meritorium: et dicit ꝙ vtraqꝫ poteſt eſſe in inſtanti. Ex quibus euidēter patet: ꝙ in illa. q. vult expreſſe ꝙ angelus in illo inſtanti quo ſe conformauit recte rationi ⁊ habuit actum meritorium (ſi ita fuit) potuit ſe non conformare tunc: et habere tunc actum demeritorium et non habere demeritorium. ¶ Preterea. Ibidem dicit. ꝙ deliberatio vel perfecta cognitio/ aut ſyllogiſmus practicus requiſitus ad actuꝫ meritorium poteſt eſſe non ſolum in tempore et reſpectu

Digitized by Google

actus futuri:ſed etiam in inſtanti : et reſpectu actus qui elicitur in illo inſtanti:ex quo etiam patet:q̄d dictum eſt. ¶ Ad ſecundum dicendum.ꝙ intentio venerabiliſſimi Hugo.et magiſtri directe vadit contra ſecundū ſenſum. Nam poteſtas noſtri liberi arbitrij non eſt reſpectu eius: q̄d fuit(vt.ſ.per nos fieri poſſit q̄d non fuerit)nec etiā reſpectu eius q̄d iam actu eſt:vt poſſimus facere ipſum q̄d actu eſt nō eſſe in hoc inſtanti in quo eſt:Quis poſſemus facere ipſum in futuro non eſſe: ſed non vadit contra tertium ſenſum:nec procedit eorum intentio:ſicut ſtatim patet conſideranti. ¶ Ad tertium dicendum.ꝙ ſimpliciter et abſolute loquendo poteſt poni in eſſe ꝙ iſta volitio non ſit in illo inſtanti: quia poſſibile eſt ꝙ eius cauſa non producat eam in illo inſtanti:et ſi ponatur tunc oppoſitū:nec ponitur nec poſitum eſt : nec ipſa eſt in iſto inſtanti:ſicut nec ipſam producit ſua cauſa:⁊ ſic non ſequitur cōtradictio:ſequitur autem ſi ipſa ponatur ineſſe et ſimul cū hoc eſſet poſſibile iſtam non tunc eſſe: ita ꝙ hec ꝓpoſitio enūtians iſtam non eſſe:poteſt eſſe tunc vera:q̄d ego nō dico. ¶ Ad quartum dico.ꝙ iſta dictio quādo:poteſt ſtare in dicta propoſitione aduerbialiter vel coniunctionaliter: ita ꝙ equiualet huic coniunctioni:ſi. Nam vt dicit Boe. 1.lib.de ſyllogiſmis hypotheticis :ita poteſt fieri conditionalis cum hac conditione cum:ſicut cum hac conditione ſi. Unde ita eſt cōditionalis iſta:cum homo eſt.animal eſt:ſicut iſta:ſi homo eſt.animal eſt.et ſunt eiuſdē poteſtatis vt dicit:et idem iudicium poteſt eſſe de quādo:ſicut de cum. Si vero ly quando.ſtet ibi aduerbialiter vel iſta propoſitio ſumetur in ſenſu compoſito:et ſic eſt vera. Nam per ipſam denotatur ꝙ hec ſit neceſſaria.Omne q̄d eſt quando eſt eſt:et hoc eſt verum:licet nō habeat aliquā ſingularem neceſſariam preter hanc deus vel homo(demonſtrato eo q̄d eſt deus)eſt quando eſt . Nam quolibet alio demonſtrato ſingularis quecūqꝫ eſt contingens.verbi gratia.iſta hoc demonſtrato.pe.eſt quando eſt:eſt contingens. Nam Petro non exiſtente ipſa eſt falſa:⁊ ita q̄libet alia. Uel iſta propoſitio ſumit̄ in ſenſu diuiſo.Et hoc adhuc dupliciter contingit:quia vel ipſa eſt temporalis: et tunc equiualet huic copulatiue:omne q̄d eſt aliquādo eſt:et omne tale tunc eſt neceſſe eſſe:et ſic ipſa eſt falſa:ſicut et ſecūda pars huius copulatiue: quia nulla res preter deum aliquando eſt neceſſe eſſe. Uel poteſt eſſe de tēporali extremo:et tunc vel de temporali ſubiecto:et ſic totum hoc:omne q̄d eſt quādo eſt erit ſubiectum:et reliquū erit predicatum:q̄d denotatur verificari de illo ſubiecto cum modo neceſſitatis:et ſic etiam eſt falſa:q̄d patet arguendo ſic:omne q̄d eſt quādo eſt:neceſſe eſt eſſe: ſed Petrus eſt quādo eſt:ergo Petrum neceſſe eſt eſſe:minor eſt vera.ponatur ꝙ Pe.ſit aliquis homo actu exiſtens:⁊ tamen concluſio eſt falſa: vel poteſt eſſe de temporali predicato:⁊ tunc hoc tm̄ q̄d eſt erit ſubiectum et reliquum p̄dicatum:⁊ ſic adhuc dico ꝙ eſt falſa:Quis aliqui dicāt oppoſitum:ſic arguendo.Omne q̄d eſt neceſſe vel de neceſſitate eſt quādo eſt:ſed Petrus eſt.ergo Petrus de neceſſitate eſt quando eſt.que concluſio eſt falſa : et idem iudicium eſt ſi dicatur. Omne q̄d eſt de neceſſitate eſt quādo eſt:quia tunc ſequeretur ꝙ Petrus de neceſſitate eſſet quādo eſt:et pariter erit falſa . Cuius ratio eſt:quia cum iſta ſit ſingularis habens pro ſubiecto nomen proprium preciſe ſi ipſa eſt vera in ſenſu diuiſo:eſt etiam vera in ſenſu compoſito:et per conſequens hec erit neceſſaria . Petrus eſt quādo eſt:ſed conſtat ꝙ hoc eſt falſum. Nam poſito ꝙ Pe.non ſit:ſicut eſt poſſibile tunc ipſa erit falſa. Nam ſequitur Pe.eſt quando eſt . ergo Pe.eſt aliquando.et vltra.ergo Pe.eſt.et conſtat.ꝙ tunc conſequēs eſt falſum.ergo et antecedens. Et ideo dico:ꝙ ſi iſta propoſitio:omne q̄d eſt ⁊c̄.ſumatur in ſenſu diuiſo:et ly quādo.

Burle⁹ in logica .c. de propo. tꝑalibus.

ſtet aduerbialiter quomodocūqꝫ accipiatur ipſa eſt falſa. Si vero ly quando . ſtet coniunctionaliter modo premiſſo:ſic dico ꝙ iſta propoſitio poteſt eſſe conditionalis vel de conditionato extremo:ſi ſit conditionalis.tunc ly neceſſe poteſt denotare conſequētiam eſſe neceſſariam:⁊ tūc propoſitio eſt vera . Nam hec eſt neceſſaria:omne q̄d eſt ſi eſt eſt:vel ſic. Si omne q̄d eſt eſt:ipſum eſt. Et poteſt denotare neceſſitatem conſequentis: et tūc denotatur .ꝙ ſi aliq̄d eſt(quodcūqꝫ ſit illud)ꝙ ipſum de neceſſitate eſt. Et patet:ꝙ hoc ſit falſum. Si vero ſit de conditionali ſubiecto:tunc etiam eſt falſa: quia denotatur per eam ꝙ de quocūqꝫ dicitur hoc ſubiectum conditionatum eſt ſi eſt.dicitur hoc predicatum eſt:cū modo neceſſitatis:q̄d eſt falſum. Nam vere dicitur ꝙ Pe.eſt:ſi eſt. et tamē hec eſt falſa.Pe. de neceſſitate eſt. Sed ſi predicatum ſit conditionale tunc propoſitio eſt vera: quoniā tūc eius ſubiectum eſt tm̄ hoc q̄d eſt. Et denotatur ꝙ de quocūqꝫ dicitur eſt:dicatur mediāte modo neceſſitatis eſt ſi eſt: ⁊ hoc eſt verum. Unde quocūqꝫ q̄d eſt demonſtrato:hec eſt vera:hoc demōſtrato aliquo de neceſſitate eſt ſi eſt. Ex qua non ſequit̄ . ergo hoc de neceſſitate eſt:ſed eſt fallacia ſm̄ quid ad ſimpliciter . Et hoc eſt q̄d Philoſophus dicit. Non enim idem eſt inquit : omne eſſe neceſſario quando eſt:et ſimpliciter eſſe ex neceſſitate: et accipit quando eſt pro ſi eſt:tunc applicādo ad propoſitum dico:ꝙ Quis volitio vel aliqua res contingens que eſt in aliquo inſtanti de neceſſitate ſit in illo inſtanti:ſi eſt in illo inſtanti:non tamen de neceſſitate eſt in illo inſtanti. ¶ Nunc reſpondeo ad rationes Philoſophi pro prima ſua concluſione. Et cū primo arguit ꝙ ſi omnis affirmatio vel negatio eſt vera vel falſa:omne neceſſe eſt eſſe vel neceſſe eſt nō eſſe. nego conſequentiam. Et ad probationem cum dicitur.ꝙ ſi eſt verum dicere:quoniam aliquid eſt album:neceſſe eſt illud eſſe album . Et eodē modo ſi verum eſt dicere:quoniam aliquid erit album neceſſe eſt illud fore album .Dico ꝙ ſi ly neceſſe.notet neceſſitatem conſequentis vtraqꝫ propoſitio eſt falſa. Unde poſito ꝙ Petrus ſit albus:verum eſt dicere. Petrus eſt albus:et tamen non eſt neceſſe Petrum eſſe album. Si vero notet neceſſitatem conſequentie concedo vtrāqꝫ : ſed tunc non probatur propoſitum:quia licet conſequentia iſta ſit neceſſaria:verum eſt dicere ꝙ Petrus eſt albus.ergo Petrus eſt alb⁹.tamen tam antecedens q̄ꝫ conſeqnens ſimpliciter eſt contingēs. Et ideo eſto:ꝙ iſta ſit vera Petrus erit alb⁹.adhuc Pe. poterit non fore albus:ſicut etiam ipſa poterit non eē vera:et poteſt nunq̄ꝫ fuiſſe vera:cum etiam dicitur ſi affirmatio eſt vera ita ⁊c̄. cōcedo et nego aliam qua infertur. ergo nihil erit ad vtrūlibet nec valet probatio : quia non dicitur aliquid ad vtrūlibet : quia non magis erit q̄ꝫ non erit:aut econuerſo:ſed quia non magis poteſt eſſe q̄ꝫ non eſſe aut econuerſo : ſeu quia et poteſt eſſe et poteſt non eſſe:cum quo bene ſtat ꝙ ipſum determinate erit : aut determinate non erit . ¶ Ad ſecundam probationem concedo quoniam de quolibet eorum que facta ſunt ſemꝑ fuit verum dicere:quoniā erit:et quandocūqꝫ propoſitio fuiſſet formata fuiſſet vera: et ſimpliciter de quolibet eorum que futura ſunt:verum eſt dicere quoniam erit: ⁊ ſic ſemper fuit etiam verum dicere : cum hoc tamen ſtat etiam ꝙ que facta ſunt contingenter fuerunt facta : et propoſitiones enuntiantes quoniam erūt contingenter fuerunt vere:et poterunt nunq̄ꝫ fuiſſe vere:et ea que erunt contingenter erunt ⁊ poſſunt non fore:et ipſe propoſitiones poſſunt nunq̄ꝫ fuiſſe vere:vnde vt patet:vtraqꝫ probatio.que tamen eſt vnica in virtute vertitur ſuper hoc ꝙ ſi propoſitio de futuro ſit vera:et fuerit vera:ſit de neceſſitate vera:et non poſſit nō eſſe aut non fuiſſe vera:q̄d ſi verum eſſet vtiqꝫ ꝓbatio eſſet efficax:ſed illud(vt ſupra ꝓbatū eſt)

Rñſio ad rationes p̄bo poſita ſupra in arti.

prorſus eſt falſum: et ideo probatio que exinde procedit nullius momenti exiſtit. ¶ Ad ſecundam rationem concedo ꝙ ſicut res ſe habent ad eſſe vel non eſſe: ſic orationes ad veritatem vel falſitatem: ſic ſcilicet intelligendo ꝙ ſicut res ſe habent ad eſſe vel non eſſe in preſenti: ſic orationes de preſenti enunciantes eas eſſe vel non eſſe ad veritatem vel falſitatem: et ſicut ſe habẽt ad fuiſſe in preterito vel non fuiſſe: ſic orationes de preterito ad veritatem vel falſitatem. Et ſicut ſe habent ad futurum eſſe vel non: ſic etiam orationes de futuro ad veritatem vel falſitatem: et patet ꝙ ſic debet intelligi propoſitio et aliter nõ habet veritatem. Et tunc ad minorem dico. ꝙ ſunt determinata ad futurum eſſe vel non eſſe hoc eſt determinate erunt vel determinate non erunt: q̃uis contingenter et non neceſſario. Et ideo ſimpliciter orationes tales de futuro ſunt determinate ad veritatem et falſitatem: q̃uis contingenter. Unde talis determinatio de ineſſe tñ non tollit contingentiam futuri que conſiſtit in indeterminatiõe de poſſibili: q: ſcꝫ põt fore ⁊ põt nõ fore: ⁊ nõ in indeterminatione de ineſſe: qua ſcꝫ dicitur ꝙ neq; erit neq; non erit: quia hoc eſt impoſſibile: et oportet alterum tñ determinate fore: contingenter tamen: q̃uis verũq; eorum ſit nobis ignotum: et ideo patet: ꝙ iſta ratio eſt potius ad propoſitum. ¶ Ad rationes ſecunde concluſionis non oportet reſpondere: quia concluſio vera eſt et illam concedo. ¶ Nunc ad rationes illius doctoris pro prima ſua concluſione reſpondeo et premitto ꝙ propoſitionem eſſe immutabiliter veram: poteſt intelligi dupliciter. Uno modo immutabiliter: id eſt neceſſario et ineuitabiliter et non contingenter: in qua ſignificatione ille aliquando videtur vti hoc vocabulo immutabiliter. Alio modo immutabiliter: id eſt ꝙ non poſſit eſſe falſa vel non vera poſtq̃ fuit vera: ſic ꝙ ſit aliquando verum dicere hec nunc eſt falſa: et prius fuit vera: et ſic non eſt aliud propoſitionem eſſe immutabiliter veram q̃ non poſſe mutari de veritate in falſitatem: vel magis proprie loquendo non poſſe eſſe prius veram et poſtea falſam. ¶ Hoc premiſſo dico: ꝙ illa ſua prima propoſitio in vtroq; ſenſu eſt falſa. Nam vt patet ex ſecundo articulo. quelibet talis propoſitio vera de futuro eſt contingenter vera: et poteſt fore et eſſe et fuiſſe non vera: et ideo nulla talis eſt immutabiliter vera in primo ſenſu. Item propoſitio talis vera poteſt eſſe falſa poſtq̃ fuit vera: et per conſequens non eſt immutabiliter vera in ſecundo ſenſu. ¶ Tunc ad primam rationem cum dicit: ſi poteſt mutari ne ſit vera: aut in inſtanti in quo eſt vera aut in precedenti ⁊c. dico ꝙ aut intelligitur ꝙ poſſit mutari ne ſit vera: id eſt ꝙ ſimpliciter poſſit non eſſe vera: aut ꝙ poſſit non eſſe vera poſtq̃ fuit vera: ſi primo modo dico ꝙ etiam in inſtanti in quo eſt vera: et in precedenti et in ſequenti. ¶ Et cum arguitur contra primum ꝙ non: quia tunc ſimul eſſet vera et non vera, nego conſequentiam. Nam q̃uis illa ſit nunc vera antichriſtus erit: quia tamen poſſibile eſt antichriſtum non fore: poſſibile eſt iſtam non eſſe veram nec vnq̃ fuiſſe: et ſi poneretur in eſſe iſta non eſſet tñ non vera: ſed nec tunc nec antea anteq̃ fuiſſet vera. ¶ Et per idem patet ad primam probationem qua probatur ꝙ non in inſtãti precedenti. Secunda vero probatio et ea ſimpliciter que ſequitur contra non vadunt ſm primum ſenſum: ſed ſm ſecundum de mutari. in quo ſenſu ſecũdo dico ꝙ talis propoſitio poteſt mutari de veritate in inſtanti in quo res fiet: non autem in aliquo precedenti. Et ad primam probationem contra hoc (cum dicitur ꝙ iſta veritas trãſit in preteritum) dico ꝙ ꝓbatio eſt ad ꝓpoſitũ. Nam q: trãſit in preteritum ideo non remanet vera: ſed ex tunc illa de preterito eſt vera: ⁊ ipſa: quia enunciat futurum quod nõ eſt futurum eſt falſa. Unde nunc iſta eſt falſa ⁊ heretica. chriſtus crucifigetur: ⁊ tamen fuit vera anteq̃ crucifigeretur. ¶ Ad ſecundam probationem dico: ꝙ ideo mutatur: quia ſuum ſignificatum ponitur in eſſe et fit preſens: nec amplius eſt futurũ: nec ex hoc confirmatur in ſua veritate: vt dictum eſt: ⁊ ſic patet: ꝙ prima eius ratio non valet. Dico vlterius ꝙ ſi valeret probaretur ꝙ nulla propoſitio de preſenti eſt contingens: ſꝫ quelibet neceſſaria: quod tamen eſt euidenter falſum: etiam ſm omnes. probatio ſumo iſtam. ſedet pe. quam quilibet concederet non eſſe neceſſariam: ⁊ ponatur ꝙ nunc primo ſit vera. probo hoc poſito ꝙ ſit immutabiliter vera: quia ſi poſſet mutari: aut in inſtanti in quo eſt vera: ⁊ tunc ſimul eſſet vera ⁊ non vera: quod eſt impoſſibile: aut in inſtanti alio precedente ⁊ hoc non: quia ante non fuit vera: ⁊ non poteſt perdere veritatem anteq̃ habeat illam: nec in inſtanti ſequente: q: tunc illa veritas tranſit in preteritum ⁊c. ergo cum non inueniatur inſtans in quo poſſit mutari: ipſa eſt immutabiliter vera. ꝓbationes omnes ſunt ſue: ⁊ tamen concluſio eſt falſa. ¶ Ad aliam rationem ſi diſtributio illa ſit communis pro omnibus inſtantibus preteritis ⁊ futuris: patet ex dictis ꝙ minor eſt falſa. Si vero ſit reſtricta ad inſtãtia precedentia inſtans factionis rei: ⁊ intelligatur ꝙ ſit immutabiliter id eſt neceſſario vera: tunc maior eſt falſa: et patet ex dictis: ⁊ ex ſecunda ⁊ tertia concluſione ſecundi articuli. ſecunda eius propoſitio eſt vera: nec contra predicta: ideo ad eius rationes non oportet reſpondere. ¶ Ad primam rationem principalem: patet ex dictis. Nam licet contingens non ſit determinatum determinatione de neceſſario: quia ſcilicet de neceſſitate ſit futurum: vel de neceſſitate ſit non futurum. quinimmo ſit indeterminatũ indeterminatione de neceſſario negatiue vel de poſſibili affirmatiue: vt ſupra dictum eſt: eſt tamen determinatuꝫ determinatione de ineſſe: q: ſcilicet vel determinate erit: vel determinate non erit. Et ideo vna propoſitio de futuro eſt determinate vera: ⁊ altera determinate falſa: cõtingenter tamen. ¶ Ad rationem ſecundam dico: ꝙ talis ꝓpoſitio eſt contingens: nec eſt idem apud me propoſitionem hanc vel iſtam eſſe determinate veram vel falſam: ⁊ eam eſſe neceſſariam. ¶ Et quid ſit reſpondendum ad vlteriorem proceſſum: patet ex dictis. Unde ſicut dicebatur: ꝙ iſta omne quod eſt quando eſt ⁊c. eſt tantum vera ſi ſit conditionalis: et denotetur neceſſitas conſequentie: aut ſi ſit de conditionali predicato: qui forte modi mutuo conuertuntur: ſic dico ſimpliciter ꝙ in altero tantuꝫ duorum ſenſuum: vel in vtroq; eſt vera. omne quod eſt verum quando eſt verum de neceſſitate eſt verum: cum hoc tamen ſtat ꝙ ſimpliciter ſit contingenter verum et hoc quo ad primam formam. ¶ Ad ſecundam etiam dico eodem modo: ꝙ omne quod eſt futurum quando eſt futurum de neceſſitate eſt futurum: et cum hoc ſtat ꝙ ſimpliciter loquendo ſit contingenter futurum. ¶ Ad tertiam dico: ꝙ in hac parte Philoſophus deceptus eſt et turpiter et logice et phyſice errauit: vt patet ex dictis. Et virtualiter T.c.27. alibi ſuis dictis contradicit: ſicut 4. metaphyſ. vt patet articulo ſecundo: et in libello de fortuna bona: vbi dicit deum videre futura: ſicut patet in precedenti queſtione: et ideo non ſolum a nobis: ſed a ſeipſo in hac parte negandus eſt.

¶ Diſtinctionis. xxxviij. Queſtio. ij.

COnſequenter circa eandem materiam. Quero vtrum deus ſit preſcius omnium futurorum. ¶ Et arguo ꝙ non. Primo. quia ſi ſic ſequitur ꝙ omne futurum neceſſario eſt futurum. conſequens eſt in toto falſum ſm veritatem: quia nihil eſt fu

Digitized by Google

turum non efficiente vel coefficiente deo vt ſit: deus aut
nihil neceſſario efficit vel coefficit. In ſpeciali quoqꝫ pa-
tet eſſe falſum in actibus futuris voluntarijs hominum:
qui ſi neceſſario forent nec peccarent nec mererētur: nul
lus eſſet dignus laude vel vituperio premio vel ſuppli-
cio: quod omni legi contradicit: et totam humanam con-
uerſationem perimit: nullus enim premium mereretur:
aut penam: ex eo ꝙ non libere agere et non agere poteſt.
conſequentia probatur. primo auctoritate Auguſt. 3. lib.
Cap. 4. de libe. arbi. vbi ait. ꝙ aliter fieri non poteſt ꝗ̄ deus pre-
Cap. 24. ſciuit. Et lib. 6. ſuper Geñ. ait. ꝙ illud quod deus preſcie
ca. 1. ⁊ 4. bat neceſſario futurum erat. Et ſimiliter Anſel. de ꝯcor.
dicit. ꝙ illud quod deus preſcit neceſſe eſt eſſe futurum.
¶ Secūdo probatur ratione. quia ſi aliquod preſcitum
poſſet non eſſe futurum: tunc deus non cuncta preſciret:
quia preſcientia que certa non eſt vtiqꝫ nulla eſt: vt dicit
Cap. 6. Auguſt. 3. de libe. arbi. ¶ Tertio probatur eadem conſe-
quentia. Nam ſequitur. deus preſcit Pe. peccaturum in
a. ſit a. dies craſtina. ergo Pe. peccabit in a. et huius
conſequentie antecedens eſt neceſſarium. ergo et con-
ſequens. et ſic hec eſt neceſſaria. Pe. peccabit in a. er-
go Pe. neceſſario peccabit in a. Prima autem con-
ſequentia patet. ſed ꝙ eius antecedens ſit neceſſarium
patet: tum quia preſcientia dei ſi qua eſt: eſt deus: qui eſt
ſimpliciter neceſſe eſſe: tū quia ſequitur deus preſcit Pe
trum peccaturum in a. ergo deus preſciuit Petrum pec
caturum in a. et ecōuerſo: ſed deus preſciuit ⁊c̄. ergo de⁹
preſcit Pe. peccaturum in a. ſuppoſito ꝙ a. ſit dies futu-
ra. verbi gratia. craſtina. Et vtraqꝫ conſequentia patet:
quia cum ꝗ̄diu res eſt preciſe futura nulla mutatio fa-
cta ſit circa illam: et ideo nulla etiam poſſit eſſe facta mu
tatio impoſſibile eſt quin ꝗ̄diu eſt futura: ſi ſemel deus
preſcit ſemper preſciat: ſed hec eſt ſimpliciter neceſſaria:
ſi eſt vera. deus preſciuit Petrum peccaturum in a. cum
ſit affirmatiua de preterito. ergo et iſta conſequens ad
eam. deus preſcit ⁊c̄. eſt ſimpliciter neceſſaria. ¶ Et ex
hoc poteſt formari argumentum quod videtur multis
quaſi inſolubile: quandocūqꝫ ad aliquod antecedens ſe-
quitur in conſequentia ſimpliciter neceſſaria aliquod cō
ſequens: in cuius poteſtate non eſt impedire antecedens
in eius poteſtate non eſt impedire conſequens. hoc pa-
tet: quia alioquin poſſet impedire conſequens non impe-
diendo antecedens: et ſic eſſet poſſibile ꝙ antecedens eſ-
ſet verum conſequente exiſtente falſo. quod non contin-
git: cum illud dicatur antecedens ad aliud: quod non po
teſt eſſe verum: niſi illud aliud ſit ſimul verum: ſed ad il-
lud antecedens deus preſciuit Petrum peccaturum in
a. ſequitur illud conſequens Pe. peccabit in a. vt proba-
tum eſt: et non eſt in poteſtate Pe. impedire antecedens:
tum quia eſt neceſſarium: vt probatum eſt: tum quia ab
eterno fuit verum: et omne eternum eſt immutabile. er-
go in poteſtate Pe. non eſt impedire conſequens: et per
conſequens non libere: ſed neceſſario peccabit.
¶ Quarto probatur eadem conſequētia: quia ſequitur
deus preſcit b. ergo b. erit. Et vltra ſequitur b. erit. er-
go b. neceſſario erit: et per conſequens ſequitur deus pre-
ſcit b. ergo b. neceſſario erit: vltima conſequentia tenet
per illam regulam. quicquid ſequitur ad conſequens. ſe
quitur ad antecedens. Et prima conſequentia clara eſt ⁊
probata prius: ſed ſecunda probatur: quia ſi non ſequi-
tur. ergo cum antecedente poterit ſtare oppoſitum conſe
quentis: et ſic iſte erunt compoſſibiles b. erit b. poteſt non
fore: et ponatur ꝙ ſint ſimul vere: et quia omne poſſibile
poteſt poni in eſſe: ponatur ꝙ b. non erit: ſed hec contradi
cit prime que dicit b. erit. ergo oppoſitum conſequentis
repugnat antecedenti. Et per conſequens prima conſe-
quentia fuit bona. ¶ Secundo principaliter ad q̄ſtionē

arguo ſic. ſi deus eſt p̄ſcius futurorum aut hoc eſt: quia
futura immediate repreſentantur in eius eſſentia tan-
ꝗ̄ in ſpecie. vel medio cognoſcendi: aut dei notitia: aut
quia determinate nouit determinationem cauſarū a qui
bus dependent ipſa futura. primum non poteſt dici: quia
quicquid dei eſſentia repreſentat / vel vt ſpecies / vel vt no
titia naturaliter repreſentat non minus / ꝗ̄ ſpecies vel no
titia creata: et per conſequens: ſicut impoſſibile eſt ꝙ ali-
quis habeat viſionem albedinis: et non videat albedinē /
aut intueatur ſpeciem albedinis quam habet in anima:
inquātum ſpecies eſt ⁊ imago: ⁊ nō cognoſcat albedinem
ſic erit impoſſibile ꝙ deus habeat notitiā ſuam et cogno-
ſcat ſuam eſſentiā omni modo quo eſt cognoſcibilis: quin
cognoſcat omne futurum eſſe futurū: ſed impoſſibile eſt
cognoſcere deum aliquid eſſe futurum: quin illud erit:
ergo impoſſibile eſt aliquod futurum non fore: quod eſt
falſum. Nec poteſt dici ſecundum: quia quedam futura
depēdent a contingenti determinatione voluntatis crea-
te: ſed non minus apparet impoſſibile precognoſcere de-
terminationem futuram voluntatis create / ꝗ̄ ipſum fu-
turum. ergo ⁊c̄. ¶ Tertio quia aut deus preſcit futura:
quia illa futura ſunt / aut ideo illa ſunt futura: quia deus
preſcit illa: primum non poteſt dici: quia tunc ipſe res fu-
ture eſſent cauſe preſcientie dei: quod eſt impoſſibile: nec
ſecundum quia tunc preſcientia dei eſſet cauſa rerum: vt
eſſent future: ⁊ per conſequens: ideo quis bonam / vel ma
lam voluntatem habebit: quia deus preſcit eum bonam /
vel malam volūtatem habiturum. hoc autem eſt falſum:
q: tunc non ſibi eſſet imputādum ꝙ bene / vel male vellet.

Ad oppoſitum arguitur per Auguſt. 5. de ci- Cap. 9.
uita. dei. vbi iuxta principiū
ait contra Ciceronem: ꝙ confiteri eſſe deum ⁊ negare eſſe
preſcium futurorum apertiſſima inſania eſt. Et iuxta fi-
nem dicti capituli ait. qui enim non eſt preſcius omnium
futurorum non eſt vtiqꝫ deus.

In hac queſtione erunt articuli tres. Nam
primo videbitur de queſi-
to. Secūdo de modo quo deus cognoſcit futura. Tertio
vtrum cum preſciētia dei ſtet ꝙ futura ſint contingenter
futura.

Quantum ad primum premitto ꝙ futurorum
quedam ſunt incomplexe ſignificabi
lia: et talia ſunt omnes entitates poſſibiles eſſe: que aliqñ
actu erunt: quedam vero ſunt ſignificabilia complexe tā-
tum. i. per enuntiationes / vel aliqua equiualentia enūtia-
tionibus. ¶ Primo modo dicimus ꝙ antichriſtus eſt fu
turus: ⁊ ꝙ volitio mea quā cras habebo eſt futura. Nam
iſta entitas poſſibilis que ſignificatur per hoc nomen an-
tichriſtus aliquando erit. Et eodē modo volitio mea cra
ſtina. Secūdo modo dicimus ꝙ futurum eſt. ꝙ chriſtus
apparebit in nubibus: ⁊ ꝙ ipſe iudicet mūdum: ꝙ celum
non moueatur: ⁊ ſimilia que ſignificātur per verbo enun-
tiationes de futuro affirmatiuas vel negatiuas: vt in pre
cedenti queſtione dictum eſt: ⁊ vt in ſequentibus paucio
ribus terminis vtar: ⁊ quod dicetur intelligatur. Prima
futura vocentur res future: et alia enuntiabilia futura.
¶ Hoc premiſſo pono duas concluſiones ad iſtum arti-
culum. Prima eſt. ꝙ deus eſt preſcius omnium rerū fu-
turarum. Secunda ꝙ eſt preſcius omnium enuntiabiliū
futurorum. ¶ Primam concluſionem probo primo ra-
tione ſic. deus diſtincte cognoſcit omnes res poſſibiles.
ergo preſcit omnes res futuras. conſequentia patet: quia
omnis res futura eſt poſſibilis diſtinguendo futurū con
tra preſens: vt nunc loquimur de futuris: ⁊ preſcire nō eſt
aliud / ꝗ̄ euidenter cognoſcere futura. Antecedens pro-
batur ex eo quod di. 35. probatum eſt: nihil poſſe in mūdo
produci non producente / vel cōproducente deo libere et

Digitized by Google

contingenter: ⁊ per conſequens eo non cognoſcente illud.
dum eſt poſſibile. immo certe ⁊ quodlibet eiuſdem ratio-
nis: alioquin non plus vnum determinate produceret ꝙ
Cap.15. aliud: ⁊ hac rōnē ſans innuit Aug. 5. ſup Geñ. ad litam.
volens ꝓbare deū p̄cognouiſſe cūcta creata īductis qui-
buſdā auctoritatibꝰ ſcripture ait. ¶ His itaqȝ huiuſmo-
di teſtimonijs ꝓbaꝶ. ꝙ hec oīa prius ꝙ̄ fierent erāt in no-
titia facientis ⁊ ſequiꝶ. ꝙ̄ ſufficere debeat: vt quiſqȝ no-
uerit vel credat ꝙ deus hec omnia fecerit: non enim opi-
nor eū tā excordē: vt deū que non nouerat feciſſe arbitre-
Cap.28. tur. Et infra quomodo inquit ea faceret que ſibi nota nō
erāt: non enim quicꝙ̄ fecit ignorās: vbi patet: ꝙ ex hoc ꝙ
deus fecit omnia ꝓbat ꝙ omnia facta p̄cognouit. Et cer
te pari ratione omnia factibilia p̄cognoſcit: hoc idē ꝓba-
Cap.33. tur auctoritate eiuſdē de fi. ad pe. Firmiſſime tene ⁊ nul
latenus dubites deo incōmutabili non ſolū p̄ſentia ⁊ pre-
terita: ſed etiā futura omnia incōmutabiliter eſſe notiſſi-
ma. Cui diciꝶ deus qui occultorū es cognitor: q̄ ſcis oīa
Cap.7. anteꝙ̄ fiāt. Et. 15. de trini. dicit. ꝙ ſapientie dei p̄terita et
futura: cum p̄ſentibus ſunt cūcta p̄ſentia ⁊ vno conceptu
ſimul p̄ſto ſunt vniuerſa. ¶ Ad hoc etiam eſt auctoritas
Cap.23. Eccleſia. vbi legitur. domino enim anteꝙ̄ crearētur om-
nia ſunt cognita. ſicut et poſt perfectum reſpicit omnia.
¶ Secundā concluſionē ꝓbo etiā ratione ſic: deus p̄ſcit
multa enuntiabilia futura contingenter. ergo preſcit oīa
enuntiabilia futura. conſequentia patet: quia ſi eſt poſſi-
bile aliqua taliū eſſe p̄ſcita poſſibile eſt etiā quelibet: ſup
poſito ꝙ deus poſſit ſimul īfinita ſcire: ſicut neceſſario cō
iunciꝶ. ex eo ꝙ omnes res poſſibiles ⁊ diſtincte cognouit:
vt ꝓbatū eſt: ⁊ ille ſunt infinite. Antecedēs ꝓbaꝶ: qꝛ cum
deus ꝑfecte ſe cognoſcit q̄cq̄d vult ſe facturū cognoſcit
ſe velle illud facturum. Et ꝑ ꝯſequēs cū ipſe bene ſciat ꝙ
eius volūtas īpediri nō poteſt ſequiꝶ ꝙ cognoſcat ꝙ ipſe
faciet quicquid vult ſe facturum. ¶ Hoc etiam probaꝶ
Cap.3. per Aug. 15. de tri. vbi allegās verbū ſaluatoris. Mat. 6.
Cap.6. Nouit verbū dei pater noſter q̄d vobis neceſſariū ſit an-
teꝙ̄ petatis ab eo: nec iſta ex aliquo tēpore cognouit: vt
noſſet: ſed futura omnia tēporalia atqȝ in eis etiā quid: ⁊
quādo ab illo petituri fueramus: ⁊ quos ⁊ de quibꝰ rebꝰ
vel exauditurus vel non exauditurus eēt ſine initio ante
Cap.20. p̄ſciuit. Et. 5. de ciui. dei. in fine. dicit ꝙ p̄ces valent ad ea
impetranda que ſe petentibus conceſſurum eſſe p̄ſciuit.
Cap.31. Item de fi. ad pe. firmiſſime tene ⁊c̄. trinitatem deū ante
omnia ſecula ſcire quibus eſſet per fidem gratiam largi-
turus ⁊c̄. In quibus omnibus patet: ꝙ omnia quot deus
diciꝶ p̄ſcire ſunt futura enuntiabilia. Item Boe. in lib. 5.
de conſo. omnia alia deum aſſerit cognoſcere. d. que ſint
que fuerint: ventūtaqȝ vno mētis cernit in ictu. Et iuxta fi
nem libri. omne naqȝ futurum diuinus p̄currit intuitus.
Et paulo poſt. manet ſpectator cunctorū preſcius deus.
Cap.6. ¶ Ad hoc etiā eſt auctoritas ſcripture. Io. 6. vbi ſcribiꝶ
Sciebat enim ab initio Ieſus qui eſſent credētes ⁊ quis
Cap.13. traditurus eſſet eū. Et eiuſdē infra. ꝙ ipſe erat ſciens oīa
que ventura erāt ſup eum ¶ Preterea. Si hoc negetur
ſequitur ꝙ nulla que deus ꝑ ſeipſum: vel per angelos aut
ꝓphetas in nouo vel veteri teſtamento futura predixit:
ipſe p̄ſciuit: vel nō vera p̄nūtiauit: vel ſi vera: non ex ſcien-
Cap.10. tia quā de eis haberet: ſed caſualiter tm̄: qđ ipium eſt opi
Cap.10. nari. Et propter hoc beatus Augu. 5. de ciui. dei. dicit ꝙ
Aureolꝰ nephas eſt negare deū eſſe p̄ſciū futuroꝝ. Et lib. 1. contra
di.39.q.1. Marimū. nōne deus omniū eſt p̄ſcius futuroꝝ quis hoc
arti.1.p.1. negabit inſanus. Ex p̄dictis patet manifeſte ꝙ nec vera
⁊ articu.3. nec cōſona dictis ſanctorum ⁊ ſcripture eſt illa opinio il-
ꝓpo.2. lius doctoris qui dicit ꝙ iſta eſt falſa: deꝰ ſcit ꝙ aliquid
eſt futurum vel ꝙ aliquid erit: ⁊ iſta. deus ſcit ꝙ antichri
ſtus erit: ⁊ ſimiles omnes quibꝰ ſignificaꝶ deum determi
nate ſcire aliqua futura. Cuius ratio eſt: quia nulla talis

propoſitio de futuro eſt determinate vera: ⁊ ꝑ conſequēs
nec ab aliquo ſcita: cum ſcientia ſit tm̄ verorum. ¶ Et di
cit iterum. ꝙ iſta eſt īpropria deus ſcit quid eſt futurum
vel venturū: quia nihil determinate eſt futurum vel ven-
turū: ſed tm̄ ſub diſiunctione hoc vel illud. Et hoc vtiqȝ
deus ſcit. ſ. hoc vel illud affirmatio vel negatio eſt ventu-
ra: ſed determinate neſcit ꝙ affirmatio ſit ventura: qꝛ nec
eſt ventura determinate: deus aūt ſcire non poteſt qđ nō
eſt: alias ſciret falſum. hec ipſe. Conſtat aūt ꝙ hoc qđ di-
cit primo. ſ. hāc eſſe falſam. deus ſcit quid eſt futurū: aut
deus ſcit ꝙ hoc puta antichriſtus vel iudicium genera-
le eſt futurū. expreſſe contradicit auctoritatibus tam ad-
ductis: nec indiget declaratione. Motiuū autē ſuū nul-
lū eſt: ⁊ ſuper falſo fundatur: vt patet in queſtione precē-
denti. Secūdū etiam dictū. ſ. ꝙ nihil eſt determinate fu-
turū: ſed tm̄ ſub diſiunctione: nullum eſt: quia non minus
eſt aliquid (eorū que non ſunt) futurū: ꝙ̄ aliquid qđ nunc
eſt: prius ꝙ̄ eſſet fuit futurū: ſed conſtat ꝙ omne qđ nunc
eſt factum prius ꝙ̄ fieret aut eſſet fuit futurum. Unde
Boe. 5. de conſo. nullum inquit arbitror eſſe dicturum ꝙ
que nūc ſiūt: anteꝙ̄ fierent euētura non fuerint. ergo ⁊c̄.
¶ Preterea. Si nihil eſt determinate futurum: ergo oīs
ſingularis ꝓpoſitio enuntians aliquid eſſe determinate
futurum eſt falſa: qđ eſt contra eum. ¶ Preterea. Con-
tra eum ſunt rationes facte in precedenti queſtione pro
prima cōcluſione ſecūdi arti. Quod vero tertio dicit. ꝙ
deus ſcit ſub diſiunctione hoc vel illud eſſe futurum: et ſi
verum ſit: tamen non ſufficit: quoniam et ego etiam cer-
tiſſime ſcio et ſic deus nō plus ſciret quid eſſet futurum
ꝙ̄ ego: aut alius quilibet: qđ nefas et impium eſt dicere
vel ſentire. ¶ Unde contra dictum hoc directe arguit
Boe. 5. de conſo. proſa tertia. que eſt inquit: hec preſcien-
tia aut nihil certum: nihil ſtabile cōprehēdit: aut q̄d hoc
refert. i. differt vaticinio illo ridiculo tyreſie: quicquid di
cam aut erit aut non erit: quid etiam diuina prouidētia:
humana opinione preſtiterit ſi vti homines incerta iudi-
cat: quorum eſt incertus euentus. Opinio ergo iſta tenē-
da non eſt propter quā rātūmodo predictaꝝ concluſionū
ꝓbationibus aliquātulū volui inſiſtere. Nā apud alios
catholicos nullatenus vertuntur in dubium. et hec de
primo articulo.

Quantum ad ſecūdū articulum. videlicet quo-
modo contingentia futura vera cer-
titudinaliter cognoſcūtur a deo. Eſt ſciēdum ꝙ difficul
tas in hoc maxime eſt de enūtiationibꝰ contingentibꝰ fu
turis. Nam eſto ꝙ deus cognoſcat Petrū poſſibilē ⁊ al-
bedinē poſſibilē: adhuc cū poſſibile ſit Petrū fore albū:
et poſſibile ſit etiā ipm̄ nō fore album: difficile eſt videre
quomodo deus certitudinaliter nouit: ꝙ determinate
Petrus erit albus: vel ꝙ non erit. ¶ Et quantū ad hoc
dixerūt aliq̄ ꝙ deꝰ habet penes ſe ideas: que q̄dē non ſo-
lū repreſentant ſimplices terminos: ſed etiā cōplexiones
terminoꝝ cū oībꝰ circūſtātijs tēporis et loci. Unde deus
habens penes ſe ideas antichriſti ⁊ inſtātis futuri: ⁊ tem
pli ⁊ ſeſſionis nouit ꝑ eas determinate ꝙ antichriſtus in
tali inſtāti ſedebit in tēplo tāꝙ̄ ipſe ſit deꝰ. ¶ Contra iſtā Sco. ꝯtra
opinionē arguit doctor vnus primo quidem: qꝛ rationes iſtā opi. 1.
cognoſcendi terminos alicuius cōplexi non ſufficienter ſen. di. 38.
cauſant notitiam illius: niſi illud ſit natū cognoſci ex ter-
minis: ſed complexum contingens non eſt natū cognoſci
ex terminis: quia tunc non ſolum eſſet neceſſariū: ſed etiā
immediatum: ergo tales rationes vel idee nō ſufficiūt ad
cognoſcendum hmōi cōplexa. ¶ Secūdo. qꝛ eodem mo
do ſunt idee poſſibilium nō futurorum ſicut futurorum:
ergo idea futuri non repreſentat ipſum determinate futu
rum magis: ꝙ̄ idea poſſibilis non futuri. ¶ Tertio. quia
non magis idea futuri repreſentat ponendo ipſum eſſe in

Digitized by Google

Aureol⁹ hoc nunc ꝙ̄ in illo. ¶ Alius autē dicit has rationes non
di.38.q.1. eſſe efficaces contra iſtam opinionem: ꝗuis ipſa in ſe fal-
articu.1. ſa ſit. ¶ Unde dicit ꝙ ad primam rationem illi dicerent
ꝓpo.3. ꝙ complexio terminorum futura eſt aliquid aliud a ter-
minis propter qđ habet propriam ideā in deo vltra ideas
ſimplicium terminorum: et ſic per ideam huiuſmodi illa
futura complexio certitudinaliter cognoſcitur. ¶ Ad ſe-
cundam dicerēt. ꝙ quia fienda futura ſunt: idcirco eſt in
deo idea repreſentans cōplexionem pro illo tunc quo fie-
Contra rent. Et ſimiliter dicerent ad tertium. ¶ Sed iſta defen-
Aure. ſio nulla eſt. Nam cum dicitur. ꝙ complexio eſt aliquid
aliud a terminis habens ꝓpriā ideā in deo: ſi ad ꝓpoſitū
debeat ſumi: cum non ſolum ipſorum terminorū vocaliū
vel mentalium aut aliorum que ſunt ſigna rerum ponan-
tur idee: ſed ipſarum rerū per huiuſmodi terminos ſigni-
ficatiuarum ſm opinionem iſtam: oportet ꝙ intelligatur
ꝙ iſta complexio terminorum ſit aliquid in re extra ſignifi-
catum per copulam verbalem diſtinctū a rebus ꝑ termi-
nos ſimplices propoſitionis ſignificatis: habens ꝓpriam
ideam in deo: ſic autem intelligendo hoc dictum eſt peni-
tus falſum: qđ patet tam auctoritate Philoſophi primo
perihermenias. Ubi ait. ꝙ ipſum eſt ſi purum dixeris ni-
T.cō.8. hil eſt. i. nihil ſm ſe ſignificat: ſed eſt purum ſyncathego-
reuma. Item. 6. metaphyſi. dicit. ꝙ ens qđ eſt in affirma-
tione et negatione eſt paſſio mentis: et nullam naturam
extra ſignificat preter ens qđ eſt quid aut quātū aut qua-
le ⁊c̄. qđ tamen falſum eſſet cū quodlibet quid aut quan-
tum ⁊c̄. ſignificetur per ſimplices terminos predicamen-
tales. Et ibi dicit ex quibus cōponitur affirmatio et ne-
gatio. ¶ Preterea. Hoc improbatur per ratiōem. Nam
ſumo iſtam deus eſt creator. ſi ly eſt. ſignificet aliquam
entitatem aliam a ſignificatis per terminos. puta ꝑ ſubie-
ctum et predicatū huius propoſitionis: cū ſubiectū ſigni-
ficet deitatē: et ꝑdicatū quālibet creaturā: licet non ſem-
per ſupponat pro qualibet: oportebit ꝙ ly eſt. ſignificet
aliquam entitatem: que nec eſt deus nec creatura: quod
eſt impoſſibile. ¶ Preterea. Qua ratione complexio
vnius propoſitionis ſignificat huiuſmodi entitatem: ea-
dem ratione et cuiuſlibet: et ſic complexio huius. deus
eſt deus ſignificabit vnam entitatem que non eſt deus.
¶ Item complexio huius. deus non eſt lapis. et huius.
chimera non eſt ens: et cuiuſlibet alterius negatiue habe-
bit ſuam talem aliquā entitatem: qđ eſt nimis mirabile.
¶ Preterea. Cum quelibet entitas poſſit ſignificari ali-
quo termīo qui poſſit pro illa etiam ſupponere in aliqua
propoſitione cuius ſit ſubiectum: ſit a. nomen entitatis ſi-
gnificate per copulam huius ꝓpoſitionis ſortes ſedet. et
formetur iſta ꝓpoſitio a. eſt ens. vel a. eſt ꝓductū. aut ali-
qua alia: pari ratione copula iſtius ꝓpoſitionis cuius eſt
ſubiectum a. ſic ſignificabit aliam entitatem: ⁊ tunc de il-
la poterit aliquid enuntiari: et copula etiam iſtius enun-
tiationis ſignificabit aliam. Et ſic vel oportebit concede-
re ꝙ ad cuiuſlibet ꝓpoſitionis formationem fiat vna no-
ua entitas extra animam, diſtincta a propoſitione: ⁊ alijs
preexiſtentibus rebus: vel ꝙ in qualibet ſunt actu infi-
nite tales: quorum vtrūqꝫ nimis eſt patenter abſurdum.
¶ Preterea. Scđm iſtam viam reſpondendi: ad nullius
complexi notitiam ſufficeret noſcere res importatas per
terminos: ⁊ ſic nullus (quātūcūqꝫ intuitiue et clare vidēs
Petrum ⁊ eius albedinem) poſſet cognoſcere ꝙ Petrus
eſt albus: niſi cognoſceret entitatem quādam aliam īpor-
tatam per eſt. ego autem experior ꝙ nullam talem cogno-
ſco: et puto ꝙ multi tam intelligentes ꝙ̄ etiam ruſtici nō
cognoſcunt tales entitates: qui tamen cognoſcunt ꝙ Pe-
trus eſt albus: et ſimilia enuntiabilia contingentia.
¶ Preterea. Si deus cognoſcat ꝙ antichriſtus ſedebit
in templo pro tempore a. ex eo ꝙ habet ideas et termino-
rum et complexionis huius enuntiabilis: cum ſit poſſibi-
le ꝙ antichriſtus curret pro tēpore a. ꝑ vnicū inſtās: et nō
ſedebit tūc in tēplo: ⁊ ꝑ conſequēs hoc ſit ꝑcognoſcibile a
deo. ſequit̄ ꝙ ſi antichriſtus tūc curreret: vel aliqua idea
eſſet in deo que nunc non eſt in deo: qđ eſt ſacrilegum di-
cere: vel deus ſimul habet ideam vtriuſqꝫ complexionis
⁊ terminorum eorūdem: ac per hoc ſm iſtam viam ſimul
cognoſcit ꝙ ipſe tunc curret ⁊ ſedebit: quod eſt falſuꝫ. Et
per idem patet: ꝙ ſolutio ad ſecundam non poteſt ſtare: qꝛ
quodlibet poſſibile non futurum poteſt eſſe futurum.
Nam quodlibet tale deus poſſet facere quādo ſibi place-
ret: ⁊ per conſequens quodlibet tale poteſt habere ideā re-
preſentantem ipſum: pro aliquo tempore futurum: ⁊ ſi ſic.
ergo habet eam: vel noua idea eſſet poſſibilis in deo: ⁊ ſic
patet: ꝙ tales ſolutiones non ſufficiunt contra rationes
iſtas. Siue tamen rationes iſte ſimpliciter ſint efficaces
contra opinioneꝫ ſiue non ipſa opinio in ſe ſtare nō poteſt
pro eo ꝙ ponit ideas eſſe intellectui diuino media: vel ra-
tiones cognoſcendi creaturas: cum tamen nulluꝫ tale me-
dium ſit ponendum: vt patet ſupra diſtinctione trigeſima
quinta. ¶ Primus ergo doctor iuxta proprias ſententiā
reſpondet ad articulum iſtum dicens hoc poſſe poni du-
pliciter. Uno modo ꝙ intellectus diuinus videndo deter-
minationem volūtatis diuine videt illud fore pro. a. quia
illa voluntas determinat illud fore pro. a. ſcit enim illam
voluntatem eſſe immutabilem ⁊ non impedibilem: vel ali-
ter (quia iſta via videtur ponere quendam diſcurſum in
intellectu diuino: quaſi ex intuitione determinationis vo-
luntatis ⁊ immutabilitatis eius concludat hoc fore) po-
teſt poni ꝙ intellect⁹ diuinus aut aufert ſimplicia: quoꝝ
vnio eſt contingens in re: aut ſi complexionem offert: of-
fert eam ſicut neutraꝫ: ⁊ voluntas eligens vnam partem
ſcilicet coniunctionem iſtorum pro aliquo nunc in re: fa-
cit illud eſſe determinate verum: hoc erit pro. a. hoc autē
exiſtente determinate verum: eſſentia eſt ratio cognoſcen-
di diuino intellectui illud verum: ita ꝙ vt ſubdit in primo
inſtanti quo talia complexa contingentia offeruntur per
intellectuꝫ: non ſunt vera: quia nihil eſt tunc per quod ha-
beant veritatem determinatam: poſita autem determina-
tione voluntatis diuine iam ſunt vera in illo ſecundo in-
ſtanti: ⁊ tunc ſunt cognita: ⁊ fuiſſent etiam cognita in pri-
mo inſtanti: ſi tunc fuiſſent vera. ¶ Sed iſte modus dicē-
di: ſicut ⁊ primus deficit in hoc: ꝙ ponit aliquid eſſe medi-
um: ⁊ ratio cognoſcendi intellectu diuino. ¶ Preterea.
Ultra hoc deficit: quia talia inſtantia ⁊ prioritatem ⁊ po-
ſterioritatem ponit in deo: que ſm veritatem nullo modo
poſſunt poni: vt ſupra diſtinctione nona probatum eſt.
¶ Preterea. Impoſſibile eſt ꝙ pro aliquo inſtanti talis
complexio de futuro ſit neutra. alias ꝓ tunc daretur me-
dium in contradictione. ¶ Preterea. Conceſſo tali ꝓceſ-
ſu intellectus et voluntatis dei circa futura ꝗuis ex hoc
forte pateret: qualiter deus determinate cognoſcit futu-
ra fienda ab eo ſolo: aut ab eo ⁊ cauſa creata naturaliter
cauſante: nō tamen ſic poteſt haberi ꝙ certe cognoſcat fu-
tura dependentia a contingenti libertate voluntatis crea-
te: quia ſicut arguit vnus alius contra iſtum: aut determi- Ockā .1.
nationem voluntatis diuine circa futuram exiſtentiam ſen. di.38
contingentis dependentis a libertate volūtatis create ne-
ceſſario ſequitur determinatio volūtatis create circa idē
aut non: ſi ſic. ergo ita naturaliter agit voluntas creata: ſi-
cut quecunqꝫ cauſa naturalis: quia ſicut voluntate diui-
na exiſtente determinata ad vnum oppoſitorum non eſt in
poteſtate rei naturalis non coagere: ⁊ ipſa non determina-
ta non coegit cauſa naturalis: ita volūtate diuina exiſtē-
te determinata reſpectu alicuius actus ꝓducibilis a vo-
luntate creata: voluntas non poteſt libere non coagere: et
hoc aūt eſt falſum: quia tunc nullus eius actus eſſet ſibi

Digitized by Google

imputandus. Si vero determinationem voluntatis diuine non neceſſario ſequitur determinatio voluntatis create: tunc ad ſciendum: vtrum effectus ponetur vel non ponetur: non ſufficit noſſe determinationem voluntatis diuine: ſed oportet noſſe cum hoc determinationem voluntatis create: que vt patet ex dictis non cognoſcitur ꝑ determinationem voluntatis diuine: et per conſequens per talem determinationem non apparet ꝙ deus habeat certam notitiam omnium futurorum. ¶ Aliam rationē facit ibidem Ocham contra Scotum: que etiā aliquo modo eſt contra fundamentum probationis cōcluſionis ſecunde precedentis articuli. Arguit enim ſic. quando aliquid determinatur contingēter: ita ꝙ poſſibile eſt ipſum nūꝗ fuiſſe determinatum per talem determinationē: nō poteſt haberi euidentia certa ⁊ infallibilis: ſed voluntas diuina ita determinat̃ ꝙ adhuc poſſibile eſt ipſam nūꝗ fuiſſe determinatam. ergo per eius determinationē non poteſt haberi certa notitia. ¶ Hec ratio non valet: quoniam maior eſt falſa: quia iſta poſſibilitas ad nunꝗ fuiſſe determinatum: non tollit certitudinē preſciētie: dūmodo ponatur actualiter determinatio et neceſſaria conſequentia effectus in futuro ad dictam determinationem et notitia perfecta talis conſequentie. que omnia concurrūt in propoſito: ſed ſolum arguit ꝙ poſſibile eſt illud tale non fuiſſe preſcitum fore: ſicut poſſibile eſt voluntatem non fuiſſe determinatam ad illud: et ideo ex hoc ꝙ deus perfectiſſime nouit quicquid ſe ſolo aut cū creatura vult ſe pro aliquo tempore facturum vel non facturum. Et quicquid vult ſe facturum faciet: ⁊ non facturum nō faciet conformiter ad ſuam voluntatem. concluditur ꝙ certiſſime ipſe nouit quicquid eſt facturum vel non. Contingenter tamen ſicut ⁊ futurum contingenter eſt futurum. Nihilominus tamen nō ideo deus nouit ſic futura: quia nouit ſe ſic velle: aut determinationem ſue voluntatis: vt imaginatur precedens opinio: quinimmo ſi per impoſſibile deus non eſſet volens: eſſet aūt intelligens ſicut eſt: et futura eſſent futura: adhuc deus propter excellentiā ſue intelligentie noſſet quecūqꝫ futura. ¶ Dico ergo quātū ad iſtum articulum conformiter intentioni Aug. Dam. atqꝫ Boe. necnon etiam plurium doctorum magnorum modernorum: ꝙ modus iſte quo dei ſapientia cuncta futura certe pnoſcit incomprehenſibilis ⁊ inexplicabilis nobis eſt: aliqualiter tamen ex his que videmus in nobis ad ea que ipſius ſunt aſſurgentes poſſumus et debemus concipere: ꝙ ſicut ea que noſtris oculis ſunt preſentia intuitiue videmus: ac per huiuſmodi intuitionem certe iudicamus: vbi et qualiter res viſa exiſtat: ac plures alias contingentes veritates de preſenti ſic intellectualis eternuſqꝫ oculus dei: intuitiuam omnium rerum habet viſionem: immo vt proprius loquar ipſe eſt incomprehenſibilis quedam intuitio: que immediate ſuper quālibet rem actualiter vel poſſibiliter exiſtentem ſimul fert̃: quapropter tam circa futura ꝙ̄ circa preſentia. et ꝑterita omniū contingentium veritatum certum et diſtinctum ac veraciſſimum habet iudicium: immo quia in eo nō diſtinguitur iudicium et intuitio: ſicut in nobis: ipſa diuina intui-
Cap.vlti. tio eſt tale immēſum iudicium. Iſtud eſt ꝯforme Dam. lib. 1. vbi de deo loquēs. Increabile inquit ſine principio immortale et incircūſcriptibile ⁊c̄. et ſequitur: hec omnia et ſimilia natura habet non aliunde ſuſcipiens. Et infra. amꝑ. autē ſupple natura vel naturaliter habet ⁊ ſimplici cognitione cognoſcere omnia diuina ⁊ omnium conſideratiuo et immateriali ſuo oculo: et ſimpliciter intueri et preſentia ꝑterita ⁊ futura ante generationē eoꝝ. ¶ Bea-
Cap.7. tus quoqꝫ Aug. 15. de tri. Quis hominū ergo inqͥt pōt cōprehēdere iſtā ſapiētiā qua nouit deus oīa: ita vt nec ea que dicuntur preterita ibi pretereant / nec ea que dicuntur futura quaſi deſint expectentur vt veniāt: ſed eſſe preterita et futura cum preſentibus ſint cūcta preſentia / nec ſingula cogitentur: et ab alijs ad alia cogitando tranſeatur: ſed in vno conſpectu ſimul preſto ſunt vniuerſa. Ecce vterqꝫ dicit vno ſimplici cōſpectu deo cuncta eſſe preſentia. id eſt ſimul ⁊ actualiter cognita. Et ideo dicit Augu. ꝙ que preterierunt: non ibi preterierūt: quia ꝯuis ſm̄ ſuum eſſe reale preterierint ⁊ non actu ſint: a notitia tamen dei non preterierunt. id eſt non deſtiterunt cognoſci: ſicut accidit in nobis. Et eodem modo futura ſint illi preſentia non quidem ꝙ actualiter coexiſtant deo in ſuo eſſe realiter: quia ſic non eſſent futura: ſed qꝛ actualiter iſta intuetur eque clare: ſicut ſi actualiter exiſterent: nec vt iſta cognoſcat: oportet eum expectare: vt fiāt: ſicut nos oportet. Et eadem penitus eſt imaginatio Boe. 5. de conſola. proſa. 6. et vltima. vbi ex eo ꝙ ſubſtātia dei eterna: eſt et tota ſimul nullam ſui eſſe habens ſucceſſionem: concludit ꝙ ſimpliciter ſua cognitio eterna eſt: ⁊ ſimul tota: nullā omnino ſucceſſionem patiens: quaſi aliqua prius / et aliqua poſterius comprehēdat. ¶ Et ex hoc ſimul omnium preſens certum et verax iudicium habet. vnde ait: quoniam omne iudicium ſm̄ ſui naturam que ſunt ſubiecta ſibi cōprehendit. Eſt autem deo ſemper eternus / ac preſentarius ſtatus: ſcientia quoqꝫ eius omnem temporis ſupergreſſa motionem in ſua manet ſimplicitate preſentie: infinitaqꝫ preteriti et futuri ſpatia complectens omnia: quaſi iam gerantur in ſua cognitione comprehendit. Itaqꝫ ſi preſcientiam penſare velis qua cuncta dinoſcit non eſſe preſcientiam quaſi futuri: ſed ſcientiam nunꝗ deficientis inſtantie rectius eſtimabis. Unde non preuidētia ſed prouidentia potius dicitur: quod porro a rebus infimis conſtituta: quaſi ob excelſo rerum cacumine cuncta proſpiciat. Et ſubdit. Si enim diuini humaniqꝫ digna collatio vti. id eſt ſicut vos veſtro tēporario viſu preſenti quedam videtis: ita ille omnia ſuo cernit eterno. quare hec diuina prenotio naturam rerum proprietatemqꝫ non mutat: taliaqꝫ apud ſe preſentia ſpectat qualia in tempore olim futura prouenient: ⁊ ſunt verba philoſophie ad Boe. Et paulopoſt ita inquit. Cuncta deſpiciens diuinus intuitus qualitatē rerum minime perturbat: apud ſe quidem preſentium ad conditionem vero temporis futurarum. In his patet: ſimilitudo et ſententia ſuperius poſita: et ꝙ nō intēdit Boe. ꝙ futura ſint actualiter preſentia eternitati ſm̄ ſuum eſſe vere nature quod nondum eſt. aliter naturam et proprietatem rerum mutaret: ſed ſolum ſm̄ ſuum cognoſci: id eſt ꝙ ſunt actu ſimul et preſentialiter deo cognita.

Quantum ad tertium articulū. ſ. Utrum ſimul ſtent ꝙ deus preſciat futura: ⁊ ꝙ futura ſint contingenter futura? Dico ꝙ ſic. Ad cuius declarationem premitto aliqua. ¶ Primum eſt. ꝙ futura non ideo dicunt̃ ꝯtingēter futura: qꝛ erūt / ⁊ nō erūt / nec qꝛ nō erūt / nec nō erunt. Nā vtrūqꝫ ꝓdictoꝝ eſt īpoſſibile: nec qꝛ illa erunt / vel non erunt: quia tunc quodlibet impoſſibile eſſet futurum cōtingens: quodlibet enim erit / vel non erit nec quia poſſunt fore / vel poſſunt non fore propter eandē rationem: ſed preciſe quia poſſunt fore / et poſſunt non fore: et illud patet: etiam ex diffinitione contingentis poſita primo priorum: et in precedenti queſtione. ¶ Secundum eſt. ꝙ eorum que dicuntur futura: quedam ſunt incomplexe ſignificabilia. verbi gratia. antichriſtus: et vniuerſaliter omnis entitas que non eſt / et aliquando erit: quedam vero ſunt complexe tātum ſignificabilia: ſicut ꝙ antichriſtus erit: et vniuerſaliter omne quod per veram propoſitionem de ineſſe de futuro contingit enuntiatur: ſicut in precedenti queſtione dictum eſt. ¶ Tertium. ꝙ preſcientia dei de futuris poteſt dupliciter accipi: vno

modo prout eſt ſimplex intuitio futurorum incomplexe ſignificabilium ſiue entium. Alio modo vt eſt notitia iudicialis ſiue iudicatiua ſeu quod idem eſt: vt eſt euidens et certum iudicium futurorum enuntiabilium ſiue complexe ſignificabilium. dicimus enim ꝙ et deus intuetur et cognoſcit perſonam antichriſti que nõ eſt: eſt tamen futura: et ꝙ ipſe certitudinaliter ſcit et vere et euidenter iudicat ꝙ antichriſtus erit. ¶ Quartum eſt ꝙ impoſſibile eſt diuinum iudicium eſſe falſum: et vniuerſaliter eſt impoſſibile preſcientiam eſſe falſam: et hoc etiam eſt verum et communiter conceſſum. ¶ Quintum eſt. vnum quod eſt probatum in precedentibus: ſcilicet ꝙ omne futurum deus preſcit. ¶ Ex his autem infero vnam concluſionem: ſcilicet ꝙ nullius enuntiabilis contingentis futuri deus eſt neceſſario iudicium: ſiue quod idem eſt. Nullum enuntiabile futurum contingens deus neceſſario preſcit: aut iudicat eſſe futurum: cuiuſlibet autem entitatis future ſeu contingentis incomplexe ſignificabilis deus neceſſario eſt intuitio et notitia: ſeu quālibet entitatem futuram deus neceſſario clare ꝑcognoſcit.

¶ Primam partem huius concluſionis probo ſic. Impoſſibile eſt diuinum iudicium eſſe falſum. ergo nullum enunciabile contingens futurum deus neceſſario preſcit aut iudicat eſſe futurum. Antecedens eſt ſumptum. conſequentia declaratur: quia ſi detur oppoſitum conſequētis. ſcilicet ꝙ aliquod futurum enuntiabile contingens deus neceſſario iudicat fore. ſit. verbi gratia. illud antichriſtus ſedebit in templo: tunc ſic. ſequitur: deus iudicat ꝙ antichriſtus ſedebit in templo: et antichriſtus non ſedebit in templo. ergo diuinum iudicium eſt falſum. Patet conſequentia: et antecedens eſt poſſibile per datum: quia eſt vna copulatiua cuius vna pars eſt neceſſaria per hypotheſim: et ſecunda eſt poſſibilis: ex eo ꝙ eius oppoſitum eſt mere contingens. ergo eius partes ſunt compoſſibiles: et per conſequens tota iſta copulatiua eſt poſſibilis. ergo conſequens etiam poſſibile eſt. ſcilicet diuinum iudicium eſſe falſum: ſed hoc cōtradicit primo antecedenti. quare prima conſequentia fuit bona: et ſic patet prima pars concluſionis. Ex quo etiam ſequitur. ꝙ quodcunqȝ contingens futurum enuntiabile deus preſcit ipſe poteſt non preſcire: et nunquam preſciuiſſe. Nam ſequitur. hoc (quocunqȝ futuro tali demonſtrato) deus nō preſcit: ergo hoc nunquam deus preſciuit: et antecedens eſt poſſibile. ergo et conſequens. conſequentia vero patet: quia ſequitur. hoc deus non preſcit. ergo hoc non eſt verum vel vere enuntiabile. Nam omne verum enuntiabile futurum deus preſcit: et ſequitur. hoc non eſt verum: ergo nunquam fuit verum. patet ex precedenti queſtione: et vltra ſequitur. ergo deus hoc nunquam preſciuit. ¶ Secundam partem concluſionis probo ſic. quorumlibet contradictoriorum enuntiabilium neceſſe eſt alterum eſſe verum. ergo quālibet entitatem futuram deus neceſſario cognoſcit. Antecedens patet ex precedenti queſtione. cōſequentia probatur: quia de qualibet entitate contingit contradictoria enuntiari. cum ergo impoſſibile ſit ꝙ aliquod enuntiabile ſit verum et non ſit deo notum: neceſſario cuiuſlibet entitatis alterum contradictoriorum enuntiabilium eſt deo notum. ergo et ipſa entitas. Nam impoſſibile eſt aliquod enuntiabile complexum eſſe cognitum quin illud de quo eſt ſit notū. ¶ His premiſſis probo concluſionem principalem huius articuli. videlicet ꝙ ſimul ſtent ꝙ deus preſciat futura, et ꝙ illa ſint contingenter futura: et quia hoc declarato in vno faciliter patet declaratio in ceteris: ſumatur gratia exempli hoc futurum contingens. Petrus peccabit in tempore a. ſit a. nomen ſingulare alicuius diei future: tunc arguo ſic. he ſunt compoſſibiles. Petrus peccabit in a. et Petrus poteſt non eſſe peccaturus in a. ergo he ſunt compoſſibiles. deus preſcit Petrum peccaturum in a. et Petrus poteſt non eſſe peccaturus in a. et ergo ſimul ſtāt ꝙ deus preſciat Petrum peccaturum in a. et ꝙ Petrus contingenter et non neceſſario peccabit in a. et hec vltima conſequentia patet: quia ſi Petrus peccabit in a. et poteſt non eſſe peccaturus in a. ergo non neceſſario peccabit in a. ſed contingenter. Primum antecedens probo. dicitur primo quidem. quia vtraqȝ iſtarum eſt vera. Petrus poteſt eſſe peccaturus in a. Petrus poteſt non eſſe peccaturus in a. Patet ex ratione contingentis: et altera iſtarum eſt vera. Petrus peccabit in a. Petrus non peccabit in a. patet ex queſtione precedente. ergo vel ille due ſunt ſimul vere. Petrus peccabit in a. Petrus poteſt non eſſe peccaturus in a. vel iſte. Petrus non peccabit in a. Petrus poteſt eſſe peccaturus in a. quodlibet horum detur tantum valet ad propoſitum: quia per illud ſimili modo probatur intentum. Detur ergo primum gratia exempli. ¶ Secundo idem probo. quia iſte ſunt compoſſibiles. deus iudicabit mundum: deus poteſt nō eſſe iudicaturus mundum. patet: quia prima eſt poſſibilis: et ſecunda eſt neceſſaria: ergo pariter iſte ſunt compoſſibiles Petrus ⁊c̄. tunc probo primam conſequentiam. ¶ Et primo: quia ſequitur. Petrus peccabit in a. ergo deus preſcit Petrum eſſe peccaturum in a. patet: quia omne verum futurum deus preſcit: cuicūqȝ autem antecedens eſt compoſſibile: eidem eſt compoſſibile et conſequens. ¶ Secundo. quia cuicunqȝ aliquid eſt abſolute ſm̄ ſe compoſſibile: ſi ſciatur eſſe tale non minus eſt illi compoſſibile quā ſi penitus ignoraretur. Nam ſcientia nihil veritatis vel neceſſitatis / aut contingentie addit ſcito. ſicut ergo nunc eſt incompoſſibile ꝙ Petrus ſit peccaturus in a. et tamen poſſit eſſe non peccaturus: ita non, eſt incompoſſibile: ꝙ deus ſciat Petrum eſſe peccaturum in a. et tamen ipſe poſſit non eſſe peccaturus. Nam non magis ex hoc neceſſario peccabit: quia deus ſcit eum eſſe peccaturum: quā ſi hoc ipſum deus penitus ignoraret. ¶ Et hanc rationem ponit Boetius. quinto de conſola. proſa ſexta. Quid ergo inquit poſtulas vt neceſſaria fiant que diuino lumine luſtrantur cum ne homines quidem neceſſaria faciāt: eſſe que vident: num enim que preſentia cernis aliquam eis neceſſitatem tuus addit intuitus. Unde ſubdit. ſicuti vos cum pariter ambulare videtis hominem in terra: et ſolem oriri in celo quāquā vtrūqȝ ſit ſimul conſpectum: tamen decernitis et hoc voluntarium: illud eſſe neceſſarium iudicatis: ita ergo cuncta deſpiciens diuinus intuitus qualitatem rerum minime perturbat et cetera. vult dicere ꝙ dei notitia non facit ꝙ illud quod contingenter fit fiat neceſſario nec econtra. Et poteſt hoc aliter declarari iuxta intentionem eiuſdem in precedenti parte: quia poſito per impoſſibile ꝙ nec deus nec alius ſciret Petrum peccaturum in a. conſtat ꝙ contingenter eſt peccaturus. Demum ponatur ꝙ accedat preſcientia dei: et ſciat deus ipſum eſſe peccaturū. conſtat ꝙ non aliter erit peccaturus quā ante erat: aliter ſcientia adueniens mutaret conditiones rerum: mutaret et veritates: et prius contingentes redderet neceſſarias: quod eſt falſum: et ideo ſicut eſt in precedenti queſtione tacta non plus certa preſcientia futurorum repugnat eorum contingentie quā veritas propoſitionum de futuro: nec econtra: ſi ergo non ſibi aduerſantur: ꝙ verum ſit Petrum eſſe peccaturum: et tamen poſſit non eſſe peccaturum: nec etiam aduerſa ſunt ꝙ deus ſciat Petrum peccaturum et ipſe poſſit non eſſe peccaturus. ¶ Secundo retenta eadem hypotheſi gratia exempli. arguo principaliter ad concluſionem ſic: iſta duo. deus preſcit Petrum pec-

Digitized by Google

caturum in a.et deus poteſt preſcire Petrum non eē pec
caturum in a.non ſunt adinuicem repugnantia.ergo nec
iſta.deus preſcit Petrum ꝛc.ꝛ Petrus poteſt nō eſſe pec
caturus in a. conſequentia eſt clara:quia ſequitur. deus
poteſt preſcire Petruꝫ non eſſe peccaturum in a.ergo po
teſt Petrus non eſſe peccaturus in a.et quicquid ſtat cū
antecedente ſtat cum conſequente. Antecedens autē pro
batur:quia hec eſt poſſibilis: deus preſcit Petruꝫ pecca
turum:ſicut ꝛ iſta Pet.peccabit: immo de facto vel ipſa
eſt vera vel oppoſita eius: vt vero tantūdem ſit ad propo
ſitum. videlicet vt ſupra dicebatur ſupponatur ꝙ iſta ſit
vera vt prius: rurſus iſta eſt neceſſaria. deus poteſt pre
ſcire Petrum non eſſe peccaturum in a.ꝗuis ſua de ineſ
ſe ſit contingens. Nam iſta eſt neceſſaria. Petrus poteſt
non eſſe peccaturus in a. et ipſa antecedit ad illam. deus
poteſt preſcire Petrum non eſſe peccaturum in a.ergo ꝛ
hec etiam eſt neceſſaria: ac per hoc alteri compoſſibilis.
Et ꝙ hec antecedat ad illam. patet: quia impoſſibile eſt
aliquid eſſe futurum: quin ſit et fuerit a deo preſcitum.
Cap.10. hanc rationem innuit etiam Auguſtinus quinto de ci
uitate dei in fine. vbi ait. ꝙ homo quem deus peccatu
rum preſciuit peccat quidem actu: ſi nolit omnino non
peccat: ſed ſi peccare noluerit etiam hoc ipſe preſciuit:
ita ꝙ neceſſario ſequitur. iſte non peccat. ergo deus pre
ſciuit ipſum non eſſe peccaturum: et antecedens eſt in
poteſtate eius. vt ait. ac per hoc iſta ſunt compoſſibilia:
deus ſcit hunc peccaturum:et iſte poteſt non peccare.ꝗ
uis iſte ſint incompoſſibiles. deus ſcit hunc peccaturum
ꝛ iſte non peccabit. ¶ Tertio ad idem ſic. ſequitur. deus
ſcit Petrum peccaturum.ergo deus ſcit Petrum libere
peccaturum. Et vltra ergo deus ſcit Petrum poſſe non
eſſe peccaturum:ꝛ vltra.ergo Petrus poteſt non eſſe pec
caturus. ergo quia quicquid ſequitur ad conſequens ſe
quitur ad antecedens:ſequitur. deus ſcit Petrum pecca
turum.ergo Petrus poteſt non eſſe peccaturus: ſed con
ſtat ꝙ antecedens ꝛ conſequens ſunt compoſſibilia: quin
immo antecedens non poteſt eſſe verum: niſi conſequens
ſit ſimul verum. Prima conſequentia patet:quia nullus
peccat niſi voluntarie ꝛ libere. Si ergo deus ſcit aliquem
peccaturum; cum ſcientia non ſit: niſi que vera eſt: et dei
ſcientia diminuta eſſe nō poſſit: vtiqꝫ ſcit ꝙ ipſe libere pec
cabit. Et ita poſſet argui de quolibet actu voluntario: et
generaliter de quolibet futuro contingenter. Naꝫ dei pre
ſcientia non aliter preuidet res fore ꝗ̄ ille future ſint: cuꝫ
falſa eſſe non poſſit: talia autem ſunt futura mere contin
genter. ergo deus preuidet iſtas cōtingenter eſſe futuras
ꝛ ideo non ſolum ex preſcientia dei non excluditur contin
gentia futurorum: immo certe potius neceſſario conclu
Cap.5. ditur: propter quod beatus Auguſtinus.3. de libero arbi
trio. vbi hanc totam rationem ponit in virtute ad oſtendē
dum ignorantiam eorum qui putant ex dei preſcientia ſe
qui nihil eſſe contingens: ꝛ in noſtra poteſtate: ſed omnia
neceſſaria. Attende inquit queſo quanta cecitate dicatur
ſi preſciuit deus futuram voluntatem meam:quoniam ni
hil poteſt aliter fieri ꝗ̄ preſciuit:neceſſe eſt vt velim ꝙ ip
ſe preſciuit:ſi autem neceſſe eſt: tam non voluntate ſed ne
ceſſitate illud me velle fatendum eſt. O ſtultitiam ſingu
larem. Quomodo ergo non poteſt aliud aliquid fieri ꝗ̄
deus preſciuit:ſi voluntas non erit:quam voluntatem fu
turam ille preſciuit. Vult dicere ꝙ directe concluditur
oppoſitum: quia ſi velim neceſſitate: ꝛ deus preſciuit me
velle voluntate ac libertate: ſequitur ꝙ aliter velim ꝗ̄ ip
ſe preſciuit me velle. Et infra. cum inquit ſit preſcius de
us voluntatis noſtre: cuius eſt preſcius:ipſa erit: volun
tas ergo erit:ꝗ voluntatis eſt preſcius: nec volūtas eſſe po
terit:ſi in poteſtate nō erit: ergo ꝛ poteſtatis eſt preſci⁹:nō
ergo per eius preſcientiam: poteſtas mihi adimitur que
propterea mihi certior aderit: quia ille cuius preſcientia
non fallitur:affuturam mihi eſſe preſciuit. Et ſic patet.ꝙ
ex infallibilitate diuine preſcientie manifeſte cōuincitur
liber euentus: et contingentie futurorum. Ex quo patet
euidenter ꝙ non inuicem aduerſantur / nec mutuo ſe re
pellunt. ¶ Sed contra predicta poteſt multipliciter ar
gui. ¶ Primo quidem: quia ſi cum dei preſcientia ſtaret
contingentia futurorum preſcitorum ſequeret̄ ꝙ dei pre
ſcientia eſſet fallibilis:et poſſet euacuari: quod eſt impoſ
ſibile. conſequētia declaratur. Tum quia ſi deus preſciat
me aliquid libere eſſe facturū et in mea poteſtate eſt mu
tare propoſitum:ꝛ illud non facere:ſi non fecero: falletur
preſcientia dei. Tum quia ſequitur:deus preſcit a.fore ꝛ
a.non erit.ergo dei preſcientia/vel deus fallitur:ergo ſim
pliciter ſequitur:deus preſcit a.fore:et poſſibile eſt a.non
fore.ergo deus poteſt in ſua preſcientia falli. Patet con
ſequentia: quia ſicut ad duas de ineſſe ſequitur iſta de in
eſſe:ita ad vnam de ineſſe / et alteram de poſſibili: ſequi
tur iſta de poſſibili. ¶ Preterea. Si a. preſcitum a deo
fore poteſt non fore. ponatur ꝙ non erit:ſequitur a.preſci
tū a deo fore non erit:ergo deus preſciēs eum fore decipi
tur:et antecedens eſt poſſibile. ergo conſequens eſt poſſi
bile. ergo deus poteſt in ſua preſcientia falli. ¶ Secun
do principaliter ſequitur. ꝙ dei preſcientia eſſet mutabi
lis:quod eſt impoſſibile:cum in deo non ſit tranſmutatio/
nec viciſſitudinis obumbratio. Jaco. primo. conſequen Cap.1.
tia declaratur dupliciter: primo quia ſi deus nunc pre
ſcit a.fore.et poſſibile eſt a.non fore. poſſibile eſt deū pre
ſcire a. non fore. ꝙ ſi ponatur ineſſe. ſequitur ꝙ deus pri
mo preſciat a.fore.et poſtea preſciat a.non fore. Nam im
poſſibile eſt ꝙ ſimul preſciat vtrūqꝫ.talis autem ſucceſſio
preſcientie non poteſt ſine viciſſitudine ꝛ mutatione.qua
re ꝛc. ¶ Secundo quia impoſſibile eſt tranſire de cōtra
dictorio in contradictorium:ſeu ꝙ idem eſt vnum contra
dictorium verificari poſt reliquum: niſi interueniat ali
qua mutatio in re ſignificata. ¶ Patet.quia ab eo ꝙ res
eſt/vel non eſt ꝛc. Unde rebus non mutatis non mutatur
veritas propoſitionis. ſed ſi ponatur ꝙ a. preſcitum fore
non erit.hec primo erat vera.deus preſcit a.fore: et poſt
ea hec erit vera.deus non preſcit a.fore.ergo aliqua mu
tatio erit facta:et conſtat ꝙ non in a. quia adhuc eſt peni
tus nihil ſicut prius:et de nihilo in nihil/vel de non eſſe in
non eſſe non eſt poſſibilis tranſmutatio. vt patet.5.phyſi. T.c.7.
ergo in deo: cum nihil aliud ſit ſignificatum / vel pars ſi
gnificati alicuius illorum contradictoriorum: niſi forte
diceretur ꝙ tempus futurum conſignificatur: ſed illud
non tollit propoſitum: quia etiam in illo cum ad hoc pe
nitus ſit futurum et non ens non eſt facta mutatio.
¶ Tertio principaliter ſic. omne quod deus preſcit:de
neceſſitate ipſe preſcit. ergo omne quod deus preſcit ne
ceſſario eueniet.conſequentia patet: ꝗ aliās poſſet deus
preſcire aliquid euenturum quod non eueniet: quod eſt
impoſſibile: quia tunc iſta non eſſet preſcientia: ſed falſa
futuri eſtimatio. Antecedens probatur primo: quia pre
ſcientia eſt perfectio ſimpliciter: et omnis perfectio ſim
pliciter de neceſſitate eſt in deo. Secundo quia omne
quod deus preſcit ꝛ non poteſt non preſcire:poſtꝗ̄ ipſum
preſcit deus de neceſſitate preſcit: ſed omne quod deus
preſcit deus non poteſt non preſcire poſtꝗ̄ preſcit ipſum.
alias minueretur preſcientia ſua et mutaretur. ergo om
ne quod deus preſcit de neceſſitate preſcit.
¶ Quarto principaliter ſic. de futuris contingentibus
non poteſt haberi ſcientia. ergo nec preſciētia. conſequen
tia patet: quia preſcientia nichil aliud ſignificat / ꝗ̄ fu
turorum ſcientiam. Antecedens patet ex diffinitione ſci

Digitized by Google

re data in primo poſteriorum. Scire eſt rem per cauſam
cognoſcere: ⁊ quoniam illius eſt cauſa: ⁊ quoniam impoſ-
ſibile eſt aliter ſe habere: alioquin non eſſent contingentia
ſed neceſſaria. ergo ipſorum non poteſt eſſe ſcientia.
¶ Ad primum reſpondeo negando conſequentiam. Ad
primam probationem reſpondit Boetius. 5. de conſolatio-
ne dicens. reſpondebo propoſitum quidem tuum te poſſe
deflectere: ſʒ qm̄ ⁊ illud te poſſe: ⁊ an facias quoue cõuer-
tas: preſens prouidentie veritatis intuetur: diuinã te pre-
ſcientiam non poſſe vitare. Et ſtat in hoc ſolutio ꝙ deus
preſciuit ꝙ ad hanc ⁊ illã partem potes voluntatem con-
uertere: ⁊ ſcit etiam ad quam partem de facto conuertes
Et ſi ad oppoſitam eſſes conuerſurus illud etiaʒ ipſe pre-
ſciuiſſet. Et ſi oppoſitũ elegeris: hoc etiam ipſe preſciuit:
⁊ eſt conformis ſolutio dicto Auguſti. allegato in ſecũda
ratione ad principalem concluſionem preſentis articuli.
Et eſt vera ⁊ ſic nõ fallitur preſcientia dei. ¶ Ad ſecũdaʒ
probationem eiuſdem conſequentie dico ꝙ iſta conſequẽ-
tia qua ex duabus de ineſſe infertur illa de ineſſe: eſt bo-
na: ſed antecedens eſt impoſſibile propter incompoſſibili-
tatem ſuarum partium: ꝗuis vtraqʒ ſm̄ ſe ſit poſſibilis.
Vlterius autem nego aliaʒ conſequentiam: que ex illa in-
fertur. Et ratio quare prima valet ⁊ non ſecunda eſt: quia
per illam deus decipitur que eſt conſequens prime cõſe-
quentie nõ ſignificatur: niſi ꝙ deus iudicat vel preſcit ali-
quid fore: quod tamen non erit. Et hoc bene infertur ex il-
lo antecedente: ſed per illam. deus poteſt decipi: que acci-
pitur pro conſequente ſecunde cõſequentie: denotatur eſ-
ſe poſſibile ꝙ deus preſciat aliquid fore: quod tamen non
erit: vel non fore quod erit: ita ꝙ hec ſit poſſibilis deus ali-
quid preſcit fore quod non erit. hoc autem non ſequitur ex
illis duabus: quarum vna eſt de ineſſe altera de poſſibili:
quia per illud antecedens ſm̄ ꝙ eſt verum non denotatur:
ꝙ iſti. deus preſcit. a. fore. ſit compoſſibilis illa de ineſſe:
que correſpondet huic. poſſibile eſt. a. nõ fore: quod tamẽ
oporteret. Et per hoc patet ꝙ prima probatio conſequen-
tie non valet. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ illa. a. preſcitum
a deo fore poteſt non fore: non debet ſic poni ineſſe. a. pre-
ſcitum a deo fore non erit: ſed ſic. a. non erit: ſicut iſta. pe-
trus ſedens poteſt ſtare. non debet ſic poni ineſſe. petrus
ſedens ſtat: ſed ſic. petrus ſtat. ſimiliter iſta: preſcitum fo-
re poteſt non fore: non debet ſic poni ineſſe. preſcitum fore
non erit: ſed ſumpto aliquo quod eſt preſcitum fore. verbi
gratia. antichriſto: debet ſic poni. antichriſtus non erit: ſi-
cut etiam patet in iſta ſedens poteſt ſtare. Ex iſtis autem
ſic de ineſſe non ſequitur. ergo deus decipitur. Si tamen
argueretur ſic. poſſibile eſt. a. preſcitum a deo fore non fo-
re: ⁊ ſi ſumeretur in ſenſu compoſito: tunc ſua de ineſſe eſ-
ſet hec. preſcitum fore non erit: ad quam vtraqʒ ſequeretur
deum decipi. Sed prima de poſſibili in illo ſenſu non eſt
vera. ¶ Ad ſecundam rationem nego conſequentiam.
Ad primam probationem dico concedendo ꝙ poſſibile eſt
deum preſcire. a. non fore: ſʒ ſi ponatur ineſſe ante: ſcilicet
iſtud inſtans pro quo preſcitur fore. vt videtur ſumere ꝓ-
batio iſta: et ſequens. dico ꝙ non ſequitur ꝙ deus primo
preſciat. a. fore: ⁊ poſtea preſciat. a. non fore: ſed ſequitur
ꝙ non preſciat nunc nec vnꝗ̄ anteꝗ̄ preſciuit. a. fore: ſed
ſemper preſciuit. a. non fore: ⁊ hoc modo ſoluit venerabi-
parte. 2. liſſimus Hugo libro primo de ſacra. quandam rationem
cap. viii. qua dicitur: ꝙ ſi euentus rei que preuiſa eſt fore impedi-
retur: prouidẽtia ipſa mutaretur vel caſſaretur: quod eſt
impoſſibile. Nos inquit ad hoc reſpondemus: quia ſi mu-
taretur euentus quod fieri poteſt: non mutaretur: nec caſ-
ſaretur prouidentia: quia hoc omnino fieri non poteſt: ſed
potius nunꝗ̄ fuiſſet preuiſum quod nunꝗ̄ fuerat futurũ
et conſtaret prouidentia in eo vt non fieret ſicut in eo mo-
do conſiſtit vt fieret non mutata vt poſt aliam alia eſſet: ſʒ
vt nunꝗ̄ alia eſſent. Hec ipſe. Et eſt ſimile ei quod in pre-
cedenti queſtione dicebatur de propoſitione contingenti
vera de futuro que ſi ponatur falſa ſequitur ꝙ ſemper fu-
it falſa. et nunꝗ̄ prius fuit vera. Et eodem modo ſi falſa
que poteſt eſſe vera ponatur eſſe vera. ſequitur ꝙ nũꝗ̄ pri-
us fuit falſa. Et per illam patet ad ſecundam probatio-
nem: quia iſto poſito non ſequitur ꝙ hec primo ſit vera. de-
us preſcit. a. fore: quinimmo ſequitur ꝙ nec iſta nũc ſit ve-
ra nec antea vnꝗ̄ fuerit vera. ¶ Ad tertiam rationem di-
co ꝙ antecedens eſt falſum. Ad primam probationem di-
co eũdo ad vnum locutionis ꝙ preſcientia eſt perfectio ſim-
pliciter ⁊ ſumma: quia eſt deitas et concedo ꝙ de neceſſi-
tate eſt in deo: vel proprius loquendo ipſa de neceſſitate
eſt deus: ſed ex hoc non ſequitur. ergo omne quod deus
preſcit de neceſſitate preſcit: ſicut volitio dei etiam de ne-
ceſſitate eſt deus: ⁊ tamen non ex hoc ſequitur. ergo om-
ne quod deus vult de neceſſitate vult. Nam antecedens
eſt verum ⁊ conſequens falſum. Si tamen iſta: preſcientia
eſt perfectio ſimpliciter. ſumeretur loco huius: eſſe preſci-
um eſt perfectio ſimpliciter: ſeu iuxta interpretationẽ hu-
ius dicti: in vnoquoqʒ vel vnicuiqʒ melius eſt eſſe preſciũ
ꝗ̄ non preſcium: poteſt diſtingui ſm̄ ꝙ iſte terminus pre-
ſciũ poteſt ſumi reſpectu rerum futurarum: ⁊ ſic dicendũ
eſt ꝙ non eſt ſimpliciter deo melius eſſe preſcium: quoniã
ſi nulla res eſſet futura ſicut poſſibile eſt ſm̄ potentiã dei
accipiendo res futuras vt diſtinguuntur contra preſen-
tes: deus nullius rei future eſſet preſcius: nec tamen eſſet
minus bonus vel perfectus ꝗ̄ ſit nunc. ſuppoſito tamen
ꝙ alique ſint future minus eſſet perfectus: immo ipſe non
eſſet deus: ſi non eſſet earum preſcius: vt dicit. Auguſti. 5. Cap. x.
de ciuitate dei. ⁊ allegatum eſt ſupra. Et eſt ſimile ei quod
dicit Anſel. in mon. ꝙ non eſt melius deo eſſe ſummum ꝗ̄ Cap. 6.
non ſummum: quia ſi nulla alia res eſſet ipſe non eſſet ſum-
mus: ⁊ tamen non eſt minus perfectus vel minus bonus.
Poſitis tamen alijs rebus ſi non eſſet ſummus: conſtat ꝙ
ipſe non eſſet deus. Alio modo poteſt accipi ille terminus
in reſpectu ad futura enunciabilia tam affirmatiue ꝙ ne-
gatiue ſignificabilia: ⁊ illo modo poteſt concedi ꝙ deo me-
lius eſt eſſe preſcium: ⁊ ꝙ de neceſſitate eſt preſcius futu-
rorum: nullius tamen futuri qualitercunqʒ ſumatur ipſe
eſt de neceſſitate preſcius. Et ratio eſt quia neceſſe eſt ali-
qua enunciabilia de futuro cõtingentia eſſe vera ⁊ eſſe fu-
tura: nullum tamen talium eſt de neceſſitate verum vel fu-
turum: ſicut patet ex quarta concluſione ſecundi articuli
precedentis queſtio. Ideo non ſequitur deus de neceſſi-
tate futura preſcit. ergo omne quod preſcit deus de neceſ-
ſitate preſcit: nec etiaʒ ſequitur. ergo omne futurum deus
de neceſſitate preſcit. Nam in prima ly futura. ſupponit
confuſe tm̄: nec contingit deſcendere per diſiunctiuam ad
aliqua ſingularia. Exemplum. non ſequitur: petrus de ne-
ceſſitate erit in futuris inſtantibus. ergo in quocunqʒ in-
ſtanti petrus de neceſſitate erit. Nam antecedens eſt ve-
rum poſito ꝙ petrus ſit nunc ⁊ non contingat dare vltimũ
inſtans eſſe petri: vt multi tenent: ⁊ tamen conſequens eſt
falſum. et ideo poteſt dici ad aſſumptam propoſitionem
ꝙ licet ſit perfectionis ſimpliciter preſcire futura: non ta-
men eſt perfectionis ſimpliciter preſcire hoc vel illud fu-
turum determinate. ¶ Ad ſecundam probationem dicẽ-
dum ꝙ minor ſimpliciter intellecta vt ſonat eſt falſa. ⁊ per
conſequens etiam maior propter falſam implicationem.
Nam omne quod deus preſcit erit ⁊ poſtꝗ̄ erit deus non
preſciet ipſum: ⁊ ſic patet ꝙ omne quod deus preſcit deus
poteſt non preſcire poſtꝗ̄ ipſum preſciuit: hoc tamen non
eſt cum aliqua mutatione dei: ſed ex ſola poſitione ineſſe
illiꝰ qđ prio erat futurũ: ⁊ nõ actu erat: ⁊ fit nõ futurũ poſt
ꝗ̄ fuit futurum: ſicut etiã ꝓpõ vera de futuro poſtꝗ̄ fuit
vera poteſt abſqʒ ſui mutatione per ſolaʒ mutationem rei

Digitized by Google

eſſe falſa. ¶ Ad illud vero quod additur ꝙ dei preſciētia minueretur: patet quid dicendum .39. diſt. Si autem minor intelligeretur cōtracte: ſic ſcilicet ꝙ omne quod deus preſcit deus non poteſt non preſcire ante inſtans pro quo ipſum preſcit poſtq̄ ipſum preſcit ipſa eſſet vera: ⁊ maior falſa. Nam quodlibet tale ante illud inſtans deus poteſt non preſcire: vt ſupra probatum eſt: et tamen nullum tale poteſt deus ante illud inſtans non preſcire poſtq̄ ipſum preſciuit: ſicut nec aliqua propoſitio enuntians illud fore poteſt ante illud inſtans pro quo enuntiat illud fore non eſſe vera: ⁊ ideo illa maior eſt ſimpliciter neganda. ¶ Ad quartum dicendum q̄tum ad preſens ꝙ ſcientia poteſt accipi dupliciter. vno modo ſtricte pro ea que accipitur per demonſtrationē: ⁊ illo modo de nullo enuntiabili contingenti / ſiue de preſenti / ſiue de futuro pōt haberi ſcientia. Alio modo communiter pro omni euidenti ⁊ certa notitia / vel iudicio alicuius enuntiabilis: ⁊ ſic de contingentibus poteſt eſſe ſcientia. Unde multe ſingulares veritates contingentes de preſenti hoc modo ſciuntur: virtute notitie intuitiue quam habemus de rebus: et taliter eſt ſcientia preſcientia dei. argumētum autem procedit ſm primam acceptionem ſcientie. ¶ Ad principale dicitur: ꝙ omne futurum cōparatum ad cauſam primam et dei preſcientiam eſt neceſſarium / ſeu neceſſario futurum: cōparatum autem ad cauſas ꝓximas ⁊ ſm ſuam naturam conſideratum eſt contingens / ſeu contingenter futurum: nec eſt incōueniens idem diuerſis reſpectibus eſſe neceſſarium et contingens.

Diu' Thomas. 1. ſē. diſtin. 38.
Dñs Egidius. 1. ſē. diſti. 38. q. vltima.

Et hec reſponſio eſt ſancti Thome in ſcripto. diſtin. 38. Et ſimiliter Egidij eadem diſt. q. vltima. Et videtur pro ſe habere Boetium. 5. de conſolatio. proſa vltima. vbi virtutē argumenti dicti ponens in alijs verbis. Si dicas inquit quid euēturum deus videt illud non euenire non poſſe: quod autem non poteſt non euenire illud ex neceſſitate contingere: nec ad hoc nomen neceſſitatis aſtringas: fatebor rem quidem ſolidiſſime veritatis: ſed cui vix aliquis niſi diuinus ſpeculator acceſſerit. Reſpōdebo nāq̄ idem futurum cum ad diuinam notionem refertur neceſſarium: cum vero in ſua natura perpenditur liberum prorſus / atq̄ abſolutum videri. ſimiliter infra dicit hec ſi ad diuinam notitiam referantur neceſſaria: ſi per ſe conſiderentur: neceſſitatis nexibus ſunt abſoluta. ¶ Hec reſpōſio poteſt tripliciter intelligi. vno modo ꝙ abſolute ⁊ ſimpliciter concedatur aliquid vnum eſſe neceſſarium ⁊ contingēs: nihilominus tamen ab alio vt cauſa prima habet ꝙ ſit neceſſarium: et a cauſa proxima / vel ex ſe ꝙ ſit contingens: ſicut de vno eodēq̄ concederetur ꝙ eſt calidum et dulce: q̄uis ab alia cauſa ſit factum calidum et alia dulce. Alio modo non ſic ꝙ iſta abſolute ſumpta idem eſt neceſſarium et contingens concedatur: ſed ꝙ de eodem vtraq̄ harum concedatur: hoc eſt neceſſario futurum a cauſa prima: et propter dei preſciētiam: et hec ſimpliciter hoc eſt ſm ſuam naturam et a ſua cauſa proxima contingenter futurum: ſicut de eodem diceremus ꝙ a deo eſt ſcitum fore: et non eſt a cauſa proxima ſcitum fore: nec tamen abſolute concederemus ꝙ ipſum eſt ſcitum fore et ipſum non eſt ſcitum fore: quia ille due vltime contradicunt: et due prime non: quinimo ſunt ſimul vere. Tertio poteſt intelligi reſpōſio iſta idem comparatum ad dei notitiam eſſe neceſſario futurum. id eſt ſi aliquid eſt preſcitum a deo futurum neceſſe eſt ipſum eſſe futurum: ita ꝙ ſit neceſſitas conditionata / ſeu denotatur illam cōditionalem eſſe neceſſariam: idem quoq̄ ſm ſe ſumptum et abſolute et ſimpliciter eſt contingenter futurum: q̄uis iſtum tertium ſenſum minus videatur parere iſta reſponſio ſm proprietatem ſermonis. Egidius tamen aliquando hunc ſenſum videtur concipere. Si primo modo accipiatur reſponſio vtiq̄ implicat contradictionem. Nam ſi aliquid. verbi gratia. a. eſt contingenter futurum. poteſt ergo non fore. et conſequens hec eſt poſſibilis a. non erit: ponatur ergo ꝙ ſit vera. Ex alia parte: ſi a. eſt neceſſario futurum. hec eſt neceſſaria: et per conſequens quandocunq̄ erit: erit vera a. erit. et ſic ſimul aliquando erunt contradictorie vere. Nec iuuat in hoc diuerſitas cauſarum: quia nō minus eſt impoſſibile ꝙ a diuerſis cauſis duo contradictoria verificentur / q̄ ab eadem: alias ego poſſem verificare vnum et tu reliquum.

¶ Preterea. ſm hoc quodlibet futurum eſſe ex ſe poſſibile non foret ex alio: puta ex cauſa prima eſſet impoſſibile non fore: et ſic ſequitur imaginatio dicentium aliquid eſſe poſſibile ex ſe ⁊ impoſſibile ex extrinſeco: quam includere contradictionem demonſtrat efficaciter Commenta. primo celi. Manifeſtum inquit eſt ſm Ariſto. ꝙ poſitio alicuius poſſibilis ex ſe. et impoſſibilis ex extrinſeco eſt poſitio contradicēs diffinitioni poſſibilis. dictum enī eſt ꝙ cum poſſibile ponitur eſſe ens. id eſt cuꝫ ponitur in eſſe non ſequitur impoſſibile: ſed ꝙ erit falſum poſſibile: ⁊ non impoſſibile falſum: et cum conceſſum fuerit ꝙ diffinitio cuiuſlibet poſſibilis eſt huiuſmodi ſi aliquid poſuerit aliquod poſſibile eſſe in ſe: et impoſſibile ab extrinſeco continget: vt eius potentia in actu ſit impoſſibilis non falſa poſſibilis. Hec Commenta. ¶ Si vero intelligitur reſponſio iſta in ſecundo ſenſu adhuc eſt falſa. primo quia ſequitur ſimpliciter et abſolute loquendo ꝙ omnia futura neceſſario erunt: et nihil erit ad vtrūlibet ⁊ contingens in entibus: quod manifeſte eſt falſum et contra philoſophiam theologiam et fidem noſtram. Nam ſic perit libertas arbitrij et meritum et demeritum: vt arguendo dicebatur et contra experientiam humanam. Nam vt dicit Auguſti. 5. de ciuita. dei. multa facimus: que ſi nollemus vtiq̄ non faceremus: quo primitus pertinet ipſum velle. Nam ſi volumus ipſum eſt. ſi nolumus non eſt. non enim vellemus ſi nollemus. Sed ꝙ ita ſequatur apparet. Naꝫ neceſſario ſequitur: quodlibet futurum eſt neceſſario futurum a cauſa prima. ergo quodlibet futurum cauſa prima neceſſario cauſabit: et per conſequens quodlibet futurum neceſſario erit / nec obſtat ꝙ non cauſetur neceſſario a cauſa proxima. Nam ſiue cauſatur ab ea / ſiue non: neceſſario cauſabitur a prima: et ſic neceſſario erit.

Cō. 124.
1. c. 124.
Cap. 11.

¶ Preterea. Sequeretur ꝙ que a ſola cauſa prima ſunt fienda erunt ſimpliciter neceſſario fienda ab iſta: et que a ſola ea ſunt facta priuſq̄ facta fuerunt fuiſſent neceſſario fienda: ⁊ ſic mundus fuiſſet neceſſario creādus a deo: et quorumcunq̄ futurorum hominum anime neceſſario eſſent a deo fiende: quod eſt falſum: cum deus nullā creaturam produxerit / aut producturus ſit neceſſario: ſed mere contingenter et libere. Et conſequentia patet: quia talia non habent a cauſis proximis cum nullā habeant contingentiam. ¶ Preterea. Sumo aliquod contingēter futurum a voluntate mea / ſeu contingenter a me fiendum: et ſit a. ſi a. ſit neceſſario futurum a cauſa prima / aut eſt ſic neceſſario futurum ab illa. ꝙ ſiue volam ego illud facere / ſiue non: nihil minus erit a cauſa prima: et tunc ſequitur ꝙ illud non ſubeſt mee poteſtati. aut ſolū ſub conditione eſt neceſſario futurum ab illa: puta ſi ego volam illud facere: et tunc ſequitur ꝙ non plus fuit neceſſario futurum a cauſa prima / q̄ a me: et tamen a me non fuit futurum neceſſario: ſed mere contingenter: vt dicit reſponſio. ergo nec a cauſa prima eſt neceſſario futurum.

¶ Preterea. Nullum futurum deus neceſſario ſcit eſſe futurum: vt ſupra probatum eſt. ergo nullū futurum neceſſario eſt futurū a cauſa prima / aut ꝓpter dei preſcientiam. ꝯña ptꝫ: q2 ſi aliquod ſit: ponatˀ illud eſſe a. nunc aūt ſequitˀ a. erit a cauſa prima vel ꝓpter dei preſciētiā. ergo a. deus preſcit eſſe futurum: ſed antecedēs eſt neceſſariū

Digitized by Google

ſi hec ſit vera a. neceſſario erit a prima cauſa: vel propter
preſcientiam dei ſicut conceditur. ergo ⁊ cõſequens eſt ne
ceſſarium. ergo hec eſt vera. a. deus neceſſario preſcit eſſe
futurum ⁊ per conſequens aliquod futurum deus neceſ-
ſario ſcit eſſe futurum: quod contradicit antecedenti.
¶ In tertio autem ſenſu reſponſio vera eſt et in illo ſenſu
loquitur Boetius ſicut manifeſte patz ex his que ſine me
dio ſubiungit verbis ſupra primo pro iſta reſponſione alle
gatis. ait enim. due ſunt etenim neceſſitates: ſimplex vna:
veluti ꝙ neceſſe eſt omnes homines eſſe mortales: altera
conditionalis vt ſi quem ambulare ſcias: ambulare eum
neceſſe eſt: quod enim quiſqꝫ nouit illud aliter eſſe ꝙ̃ no-
tum eſſe nequit: ſed hec conditio minime ſecum illam ſim
plicem trahit: hanc enim neceſſitatem nõ propria facit na
tura: ſed conditionis adiectio: nulla eniꝫ neceſſitas cogit
incedere voluntate gradientem: ꝙ̃uis eũ cũm gradiatur
incedere neceſſarium ſit. Eodem ergo modo ſi prouiden-
tia quid preſens videt. id eſſe neceſſe eſt: tametſi nullã na-
ture habeat neceſſitatem: at qui deus ea futura que ex ar
bitrij libertate proueniunt preſentia contuetur. hec ergo
ad intuituꝫ relata diuinum neceſſaria fiunt per conditio-
nem diuine notionis: per ſe vero conſiderata ab abſoluta
ſue nature libertate non deſinunt. Hec ipſe. Ubi expreſſe
patet ꝙ cum dicit talia ad intuitum relata diuinum eſſe
neceſſaria per conditionem diuine notionis non aliud in-
telligit niſi ꝙ ſunt neceſſaria neceſſitate conditionali con-
ditione adiecta circa dei notionem: quod idem valet: ac ſi
diceretur ſi talia ſunt a deo ſcita fore: ipſa neceſſe eſt fore:
per ſe vero. id eſt ſimpliciter ⁊ ſine conditione ſumpta libe
re ⁊ contingenter eueniunt: ſicut quis libere ⁊ contingen-
ter ambulat. Et tamen ſi tu ſcias eum ambulare neceſſe
eſt eum ambulare: ⁊ ſi ambulat neceſſe eſt eum ambulare
id eſt incompoſſibile eſt te ſcire ipſum ambulare et ipſum
non ambulare. et impoſſibile eſt ipſum ambulare ⁊ non
ambulare. vbi ſolum notatur neceſſitas conſequentie. et
Cap. 10. hanc etiam ſolutionem in ſententia ponit Auguſti. 5. de
Cap. 4. ciuitate dei. ⁊ Anſel. de concor. ⁊ vtraqꝫ bona eſt. Uerum
quia illud primum argumentum in forma qua factuꝫ eſt
videtur inferre ꝙ iſta neceſſitas non ſolum ſit conſequen-
tie: ſed etiaꝫ conſequentis. ideo reſpondeo ad ipſum negã
do conſequentiam. ¶ Ad primam probationem eius di-
3. de li. ar. co ꝙ Auguſti. vult ibi notare hanc eſſe impoſſibilem. ali-
capit. 4. ter fit ꝙ̃ deus preſciuit: ſeu hanc copulatiuam: aliter fiet
⁊ tamen ſic fiendum eſſe deus preſciuit: ⁊ per conſequens
hanc conditionalem eſſe neceſſariam ſi ſic fiendum deus
preſciuit ſic fiet: ⁊ eodem modo intelligendum eſt dictum
Boetij proxime allegatum: quod quiſqꝫ nouit illud aliter
eſſe ꝙ̃ notum eſt nequit: quod patet: quia ipſum ſumitur
ad probandum iſtam conditionalem eſſe neceſſariam: ſi
quem ambulare ſcias: neceſſe eſt eum ambulare: et ſimilẽ
in ſententia Magiſter ponit ſolutionem in iſta diſtinctio-
in de con. ne. ¶ Ad aliam probationeꝫ ex dicto Anſel. dico ꝙ illud
ca. 1. 2. 4. dictum Anſel. ꝙ deus preſcit futurum neceſſe eſt eſſe fu-
turum: et ſimiliter aliud eiuſdeꝫ ibidem. neceſſe eſt omne
futurum eſſe futurum et plura alia que ibi dicit ſunt eo-
dem modo intelligenda: ſcilicet vt notetur neceſſitas con
ditionalis ſiue conſequentie: quam ipſe vocat neceſſitatẽ
ſequentem poſitionem rei: ⁊ iſta huiuſmodi dicta ſuman
tur ſm intentioneꝫ eius: vt equiualeant conditionalibus
Et ꝙ hoc ſit ſm intentionem eius patet: quia in principio
eiuſdem capituli. 4. ait. cum dico: ſi erit ex neceſſitate erit
hoc ſequitur neceſſitas rei poſitionem non precedit. id eſt
valet ſi ſic pronuntietur: ꝙ erit ex neceſſitate erit: non eniꝫ
aliud ſignificat hec neceſſitates: niſi ꝙꝛ ſi ſit non poterit ſi-
mul nõ eſſe. Ubi pꝫ quod dictũ eſt primo quidẽ: qꝛ dicit:
hoc valere illam conditionalem ⁊ aliã cathegoricã: que li
cet ſm formã ſuã non equiualeret: ſm intellectum tamen
eius quidam format equiualet illi/ ſeu vt equiualens ſu-
mitur. ſecundo quia ait ꝙ talis neceſſitas non ſignificat
niſi impoſſibilitatem huius copulatiue: aliquid erit ⁊ ip-
ſum non erit: et per conſequens non niſi neceſſitatem con-
ditionalis oppoſite: ⁊ in hoc ſenſu etiam exponit ſe infra:
rem inquit futuram neceſſe eſt eſſe futurã: quoniam ne-
quit futurum eſſe ſimul non futurum: ⁊ ſimiliter iuxta fi-
nem capituli. dicit ꝙ idẽ ſenſus eſt ſi dicatur: quod deus
preſcit neceſſe eſt eſſe futurum. Et ſi dicatur. ſi deus pre-
ſcit neceſſe eſt illud eſſe futurum. ¶ Unde notandum ꝙ
illud dictum eiuſdem ibidem ꝙ quotiens idem dicimus
de eodem neceſſe eſt eſſe quod dicitur: vt omne futurum
eſt ex neceſſitate futurum: et omnis homo ex neceſſitate
eſt homo et ſimilia: ꝙ̃uis de virtute ſermonis ſit falſum:
tamen ſm intellectum eius qui talia intelligebat: vt dicit
quidam doctor tenet ſubintellecta conſtantia ſubiecti: vt
puta ſuppoſito ꝙ homo ſit: neceſſe eſt ꝙ homo ſit homo: ⁊
ſuppoſito ꝙ aliquid ſit futurum neceſſe eſt illud eſſe futu
rum: et ſic de alijs: ſeu ꝙ idem eſt: vt ſumuntur equiualen
ter conditionalibus: ſicut patet: quia ſemper ibidem iun-
git conditionalem cum cathegorica: vnde ait. Cum enim
dicitur ꝙ omnis homo eſt homo / aut ſi eſt homo. homo
eſt aut omne album eſt album: et ſi eſt album. album eſt.
neceſſe eſt eſſe quod dicitur: quia non poteſt aliquid eſſe
ſimul et non eſſe: que probatio clare demonſtrat eius in-
tellectum eſſe qui dictus eſt. ſic inquã illud dictum et ſi-
milia ſumpta ſunt vera. ¶ Ad ſecũdam probationem di-
cendum ꝙ ad certitudinem preſcientie: vt nunc eſt ſermo
de ea non requiritur ꝙ illud quod preſcitur non poſſit nõ
fore: ſed ſufficit ꝙ euidẽter cognoſcatur ꝙ illud erit: ſicut
ad certam notitiam de curſu petri currentis non requiri-
tur ꝙ ipſe non poſſit non currere: ſed ſufficit ꝙ intuitiue
et euidenter cognoſcatur ꝙ currit. Unde neganda eſt illa
primã conſequentia. quia ꝙ̃uis futurum poſſit non eſſe
futurum: non tamen non erit futurum: et hoc clare deus
nouit ꝙ ſi de facto illud non eſſet futurũ: vtiqꝫ deus noſ-
ſet euidenter illud non eſſe futurum. ¶ Ad tertiam pro- Ad tertiã
bationem reſpondet. ſ. Tho. concedendo conſequentiam: ꝓbationẽ
et ꝙ antecedẽs eſt neceſſarium abſolute: ſed dicit ꝙ quã- diu' Tho
do in antecedẽte ponitur aliquid pertinens ad actum ani mas par:
me. conſequens eſt accipiendum non ſm eſſe quod in ſe te. 1. q. 14.
eſt: ſed ſm eſſe quod eſt in anima. Aliud eni eſt eſſe rei in arti. 13.
ſeipſa: aliud eſſe rei in anima. vtputa ſi dicam ſi anima in-
telligit aliquid: illud eſt immateriale: intelligẽdum eſt ꝙ
illud eſt immateriale ſm eſſe quod habet in anima: vel in
intellectu: non ſm ꝙ eſt in ſeipſo: et ſimiliter ſi dicam. ſi
deus ſcit aliquid illud erit. conſequens intelligendum eſt
prout ſubeſt diuine ſcientie: ſcilicet prout eſt in ſua pre-
ſentialitate: et ſic neceſſarium eſt ſicut ⁊ antecedens: quia
omne quod eſt quando eſt ⁊c̃. vt dicitur primo periher-
menias. ¶ Sed ſalua eius reuerentia illa ſolutio non cõ
tinet veritatem: nec in eo quod concedit: nec in eo quod
aſſumit. Primum probo: quia capiam iſtam cathegori-
cam: antichriſtus erit ſm ſe extra omnem cõſequentiam:
et quero vtrum ipſa ſit neceſſaria vel contingens: non po
teſt dici primum: quia tunc eadem ratione quelibet ſin-
gularis de futuro contingẽti vera eſſet neceſſaria: ⁊ que-
libet falſa impoſſibilis: et ſic ſequeretur ꝙ nihil penitus
eſſet ad vtrũlibet: ſed omnia neceſſario euenirent: vel non
euenirent: quod eſt contra ſanctos et fidem catholicam.
ergo eſt contingens. ergo in quacũqꝫ conſequentia ipſa ſu
matur ſemper erit ſimpliciter et abſolute cõtingẽs. Nam
ſicut falſa propoſitio poteſt eſſe conſequens in conſequen
tia neceſſaria: cuius antecedens eſt falſum: nec tamen et
hoc ipſa eſt minus falſa: et vera poteſt eſſe ꝯñs ad aliam
verã: ⁊ etiã ad falſam: nec eſt ex hoc minus vera: ⁊ neceſſa
ria poteſt eſſe ꝯñs ad neceſſariam: ⁊ etiã ad cõtingentem

Digitized by Google

nec tamen eſt ex hoc contingens aut minus neceſſaria. ſic
ꝓpoſitio contingens non obſtante ꝙ ſumatur in conſequē
tia neceſſaria nõ eſt ex hoc neceſſaria aut minus ꝯtingēs
Unde etiā cū dicitur. ſi deus ſciuit antichriſtū futurum
antichriſtus erit: non erit conſequens minus contingens
ꝗ prius. Ex quo etiam vlterius ſequitur ꝙ illud antece-
dens eſt contingens: cuius oppoſitum dicit reſponſio.
¶ Preterea. Cum dicitur ꝙ conſequens eſt abſolute ne-
ceſſarium: prout ſubeſt diuine ſcientie: ſcilicet prout eſt in
ſua preſentialitate: aut intelligitur ꝙ futurum. verbi gra-
tia. antichriſtus nõ eſt in ſua preſentialitate id eſt actu in
rerum natura ſm ſuum eſſe proprium diſtinctum a deo:
ꝛ ſm ſuam talem preſentialitatē ſubeſt ſcientie dei: et ſic
propter falſam implicationem illud dictum eſt falſū: alio
quin ſequeretur ꝙ iam actu antichriſtus eſſet productus
ꝛ creatus a deo: immo certe cū non habeat hodie magis
actu eſſe ꝗ habuerit heri ꝛ pridie: ꝛ etiaꝫ ab eterno: ſequi
tur ꝙ antichriſtus ab eterno fuerit a deo creatus: ꝛ ſimili
modo quodlibet futurum ꝛ totus mundus etiam. Nam
ꝛ mundum deus preſciuit futurū: ſed omnia iſta ſunt fal
ſa ꝛ contra ſcripturā dicentem ꝙ in principio creauit de-
us ꝛc̄. ꝛ contra euidentem veritatem. Nam videmus ali-
qua fieri de nouo: ꝛ in ſe implicantia cõtradictionē: q2 ſm
hoc aliqđ eſſet futurū ꝛ nõ eſſet futurū: ſꝫ preſens: prima
ꝯña patet: quia omnis entitas vel natura actu exiſtens di
Cap.3. ſtincta a deo eſt a deo creata iuxta illud Auguſt. de fi. ad
Petrum. Principaliter itaq; tene omnem naturam que
non eſt trinitas ab ipſa ſancta trinitate que ſolus deus et
eternus deus creatam ex nihilo. Et plura ſequuntur ad
propoſitum: aut intelligitur ꝙ antichriſtus eſt in ſua pre-
ſentialitate non modo predicto: ſed ſolum quia preſentia-
liter a deo cognoſcitur: ita ꝙ deus non eſt in potentia ab-
ſciente actum ad cognoſcendum antichriſtum diſtincte
ſm ꝙ ſcimus nos qui nõ poſſumus futura cognoſcere dū
ſunt futura: ſed ſm ꝙ iſta ſunt ſm ſe futura: ita cognitio
eoꝛuꝫ in nobis eſt futura. ſi tamen cognoſceretur a nobis:
in deo autem futuroꝛuꝫ eſt perfecta cognitio non futura
ſed preſens: ſicut nec preteritoꝛum cognitio preteribit: ſed
eſt preſens: ſm quem modum intelligenda ſunt dicta ſan-
ctoꝛū: cum dicunt tam futura ꝗ preterita eſſe deo cogni-
ta ꝛ preſentia: vt ſupra dicebatur. Si inquam ſic intelli-
gitur nõ ex hoc tollitur quin antichriſtus ꝛ ſimiliter quod
cunq; futurum contingens ſit contingenter futurum ſm
ſuum eſſe reale: ꝛ per conſequens quin hec ſit ſimpliciter
contingens antichriſtus erit. Et probatio que adducitur
ex dicto Philoſophi non eſt ad propoſitum: quia de nul-
in pher. lo futuro vere dicit̄ ꝙ eſt. ¶ Et preterea iſta auctoritas
ſi ſit vniuerſalis non eſt vera de neceſſitate abſoluta: ſꝫ cõ
ditionata tm̄: vt patet ex precedenti queſtione. ¶ Secun
do deficit ſolutio in eo quod aſſumit. Nam iſta conſequē
tia eſt bona. ſi anima vere intelligit lapidem eſſe materia-
lem ꝛ extenſum. ergo lapis eſt materialis et extenſus: nec
tamen conſequens eſt intelligendum ſm eſſe quod lapis
habet in anima: quia ſm reſponſionem illud eſt immate-
riale ꝛ inextenſum. ¶ Preterea. Iſta cõſequentia eſt bo
na deus ſciuit ꝛ ſcit antichriſtum eſſe futurum. ergo anti
chriſtus eſt futurus: ꝛ antecedens eſt verum: ꝛ tamen ſm
reſponſionem conſequens non eſt intelligendū ſm eſſe qđ
habet in dei ſcientia: quia ſm illud eſt preſens vt dicit.
¶ Reſpondeo ergo aliter ad rationem: ꝛ dico ꝙ illud an-
tecedens eſt contingens ꝛ non neceſſarium. ¶ Ad primā
probationem in contrariū concedo ꝙ preſcientia dei qua
deus preſcit pe. peccaturum in. a. eſt neceſſe eſſe: ſꝫ ex hoc
non ſequitur ꝙ deus neceſſario preſciat pe. peccaturum
in. a. nec ꝙ hec ſit neceſſaria deus preſcit pe. ꝛc̄. ſicut etiā
volitio qua deus vult beatificare vnaꝫ animam eſt neceſ
ſe eſſe: ꝛ tamen non neceſſario deus vult illam beatificare

nec hec eſt neceſſaria. deus vult beatificare hanc animā.
¶ Ad aliam probationem dico ꝙ illa de preterito deus
preſciuit pe. peccaturum in. a. eſt ſimpliciter contingens.
Unde ſciendum ꝙ propoſitionum de preterito quedam
ſunt que vt ſint vere dependent a veritate quarūdam de
futuro: ſicut iſta. Nam ad hoc ꝙ ipſa ſit vera requiritur
ꝙ hec ſit vera. pe. peccabit in. a. que vtiq; eſt de futuro: ſi-
cut etiam iſta. deus predeſtinauit pe. quia ad eius verita
tem requiritur ꝙ illa de futuro ſit vera. deus dabit petro
vitam eternam: et multe alie ſunt huiuſmodi: quedam ve
ro ſunt quarum veritates non dependēt a veritatibus ali
quarum de futuro: ſicut he. deus creauit mundum. deus
fuit incarnatus: petrus fuit albus: ꝛ alie innumerabiles:
quicquid autem ſit de vltimis: de primis tamen conſtat ꝙ
ille ſunt contingentes: ſi ille de futuro: a quibus depēdēt
ſint contingentes: alioquin nõ dependerent ab eis. iſta au
tem pe. peccabit in. a. vtiq; eſt contingens. quare ꝛ illa. de
us preſcit ꝛc̄. ¶ Per hoc etiam patet ſolutio ad aliam
formam que multum ponderatur ab aliquibus. dico eñ
ꝙ in poteſtate pe. eſt impedire antecedens id eſt facere ꝙ
antecedens non ſit verum: nec vnꝗ fuerit verum: ꝛ face-
re ꝙ eius oppoſitum ſemper fuerit verum: quod patet: q2
in poteſtate pe. eſt non peccare in. a. et per conſequens fa-
cere ꝙ illud ſit verum. pe. non peccabit in. a. ſed ad hoc ne
ceſſario ſequitur deum nunꝗ preſciuiſſe eum peccaturū
in. a. quinimmo preſciuiſſe eum non peccaturum. Et hoc
in virtute dicit Auguſti. 5. de ciuitate dei. in fine. vbi dicit Cap.10.
ꝙ homo quem deus preſciuit peccaturum peccat quidē
ſed ſi nolit: hoc etiam ipſe preſciuit. Idem quoq; virtuali
ter Boetius. 5. de conſolatione. Reſpondebo quidem pro
poſitum tuum mutare te poſſe ꝛc̄. vt in reſponſione ad pri
mum dubium tertij articuli allegatum eſt. His etiaꝫ ſen-
tentialiter ex toto concordat venerabiliſſimus Hugo de
ſacra. libro primo. vbi dicit ꝙ illud quod ab eterno preſci Pte.2.ca.
tum eſt. ab eterno futurum eſt: ꝛ non prius preſcitum fu- 17.ꝛ.18.
it ꝗ futurum fuit: ꝛ anteꝗ fuit: quando adhuc futurum
fuit: potuit eſſe: ſed contingenter: vt non fieret: ꝛ ſicut ſem
per futurum fuit: vt non fieret: ſic ſemper potuit eſſe quā-
diu futurum fuit vt nunꝗ fieret: et ſubdit ꝙ currebant ſi-
mul ab eterno duo hec: quod futurus fuit: et quod eſſe po
tuit: quod futurum non fuit ꝛ ſi factum fuiſſet: quod eſſe
potuit: ꝛ tamen futurum non fuit: futurum fuiſſet et pre-
ſcitum quod futurum non fuit: nec preſcientia huius fu-
turi mutata fuiſſet: ſed nunꝗ habita quia futurum non
fuiſſet. ¶ Item infra. dicimus inquit: quia poſſibile eſt Cap.22.
non fieri quod futurum eſt: et ſi non fieret quod fiet: ꝛ non
fieri poſſibile eſt: nunꝗ futurum fuiſſet nec preuiſum. Si
igitur ꝗdiu res futura poteſt fieri vt non ſit futura: ꝛ per
conſequens ꝙ nunꝗ fuerit futura: ꝛ nunꝗ preſcita vt di-
cit: ſic in poteſtate alicuius facere eſt ꝙ non ſit futura: ita
in eius poteſtate eſt facere ꝙ nunꝗ fuerit preſcita: et per
conſequens ꝙ nunꝗ fuerit verum ꝙ deus illam fore pre-
ſciuit. Ad hoc quoq; eſt intentio Magiſtri in. 39. diſtin.
vbi dicit ꝙ deus poteſt ſcire quod nunꝗ ſciuit ꝛ non ſcire
quod ſciuit ꝛ preſcire quod non preſciuit: et eadem ratio-
ne non preſcire quod preſciuit. Ex his patet ꝙ probatio-
nes quibus probatur illud antecedens non poſſe impedi-
ri non valent: ꝙ non prima: quia falſum aſſumit: cum di-
cit ipſum eſſe neceſſarium. nec ſecunda: quia cuꝫ dicitur
ꝙ ipſum ab eterno fuit verum: vel hoc intelligitur de ipſa
enuntiatione creata: que eſt antecedens iſtius conſequen
tie. ꝛ patet ꝙ illa non fuit ab eterno vera: quia nec ipſa fu
it ab eterno. ſi tamen fuiſſet ab eterno: ab eterno fuiſſet ve
ra: ꝛ non tamen neceſſario: ſed contingenter: vel intelliga-
tur de enuntiabili per ipſum ſiue de eius ſignificato com-
plexo: et tale quamuis poſſet concedi ꝙ fuit ab eterno
verum denominatione extrinſeca a veritate increata ſ

Digitized by Google

et iudicio dei eterno: iudicante pe. eſſe peccaturum in a.
non tamen ipſum fuit eternum cũ nunq̃ fuerit: aut ſi ali-
qua entitas ſm ſe: ſicut nec aliquod cõplexe tantũmodo
ſignificabile: vt ex precedentibus patet: quomodocũq; ta-
men ſit de hoc vtrum debeat concedi ipſum fuiſſe verum
ab eterno / vel non. dico q ipſum non fuit verum neceſſa-
rio: ſed ſi fuit verum contingẽter mere: ꝛ quod addutur. ſ.
q omne eternum eſt immutabile; concedi debet. Nam nihil
eſt eternum preter deum: ſed ex hoc nihil ad propoſitum.
¶ Ad quartam probationem eiuſdem conſequentie prin-
cipalis prime rationis reſpondeo negando ſecũdam con-
ſequẽtiam. ſ. hanc b. erit. ergo b. neceſſario erit. ſuppoſito
q ly neceſſario ſit determinatio conſequentis tm̃. ¶ Ad
probationem concedo q iſte poſſunt ſimul eſſe vere. b. erit
b. poteſt non fore. ꝛ q dum hec eſt vera b. erit. hec eſt poſ-
ſibilis b. non erit: q̃uis autem ſit poſſibilis: non tamen eſt
vera: nec poteſt ſimul cum illa eſſe vera: vtpote ſibi cõtra-
dictorie oppoſita. Ex hoc tamen non habetur q illa cõſe-
quentia ſit bona: quia ad bonitatem conſequentie nõ ſuf-
ficit q aliquid potens ſtare cum oppoſito cõſequentis re-
pugnet antecedenti: alioquin hec eſſet bona conſequẽtia.
aliquis homo diſputat. ergo omne animal diſputat. Nas
cum oppoſito cõſequentis quod eſt. animal non diſputat
poteſt ſtare iſta. nullus homo diſputat: que tamen repu-
gnat cõtradictorie antecedenti. Sed requiritur q oppoſi-
tum conſequentis / vel aliquid neceſſario conſequens ad
ipſum repugnet antecedenti: q2 ſi nec ipſum / nec aliquid
neceſſario ipſum conſequens repugnat antecedẽti ipſum
vtiq; ſtare poterit cũ antecedẽte: ꝛ per pñs cõſequẽtia nõ
eſt neceſſaria: alioquin conſequens ꝛ oppoſitũ eius ſimul
ſtarent: quia ſemper conſequẽs ꝛ antecedens ſimul ſtant.
cum antecedens non poſſit eſſe verum ſine conſequente. ſi
conſequentia ſit neceſſaria: in ꝓpoſito autem ad iſtam b.
poteſt non fore: non neceſſario ſequitur iſta b. non erit. qua-
re ꝛc. ¶ Ad ſecundam rationem principalem dicendum
ſicut ex dictis in ſecundo ar. poteſt patere q deus eſt pre-
ſcius futurorum: quia in eo velut in notitia omnia repre-
ſentantur. vel proprius loquendo: quia ipſe eſt notitia in-
tuitiua omnium entitatum actualium et iudiciũ: ꝛ vera-
ciſſimum omnium vere enuntiabilium et cõplexe ſignifi-
cabilium: ꝛ hoc non ſibi accidentaliter: ſed ex propria na-
tura conuenit. nec contingenter: ſed neceſſario: ꝛ quia ita
eſt: ideo ſicut in tertio arti. eſt probatum. cuiuſlibet enti-
tatis actualis / vel potentialis ipſe neceſſario eſt intuitio:
et quãlibet neceſſario cognoſcit ꝛ nullius enũtiabilis cõ-
tingentis eſt neceſſario iudicium: neq; aliquod huiuſmo-
di neceſſario iudiciare / vel per modum iudicij cognoſcit:
ſed mere contingẽter / nec contra hoc eſt aliqua probatio
ſumpta ex ſimilitudine creaturarum: cum nulla creatu-
ra poſſit oiquaq; ſimilis eſſe deo in modo cognoſcendi: ſi-
cut nec in eſſentia / nec in perfectione equalis. ¶ Pro ſo-
lutione vero tertij argumenti principalis eſt ſciendum: q
difficultas in eo quod querit argumentum conſurgit non
ſolum ex tactis in arguendo: ſed ex contrarietate auctori-
Ca. 13. tatum: quas Magiſter ponit in preſenti diſtinctione. ait
enim Auguſti. 15. de trinita. vniuerſas creaturas et ſpiri-
tuales / et corporales: non quia ſunt. ideo nouit deus: ſed
ideo ſunt: quia nouit: nõ enim neſciuit que fuerat creatu-
rus: quia ergo ſciuit creauit: non quia creauit ſciuit: nec
aliter ſciuit creata: q̃ creanda ꝛc. ſic in ſimili videtur q
non ideo preſcit res futuras: quia future ſunt: ſed ideo
ſunt future: quia deus preſcit eas. ecõtra vero Origenes
ſuper epiſtolam ad Ro. ait. non propterea aliquid erit: q2
illud ſcit deus futurum: ſed quia futurum eſt: ideo ſcitur
a deo anteq̃ fiat. ¶ Preterea. Magiſter arguit q quia
deus preſcit: ideo res ſunt future: quia nulla eſſent futu-
ra: niſi ea deus preuidiſſet: ꝛ preſciuiſſet. nec poſſunt non

euenire: cum deus illa preſciuerit. ergo preſcientia videtur
preſciti cauſa eſſe eueniendi: et conſequentia videtur ex
hoc probari: quia illud eſt cauſa alterius: ad cuius poſi-
tionem illud ponitur: et ſine cuius poſitione non ponitur.
¶ Preterea. q non ideo preſcit quia ſunt future arguit:
quia tunc eius quod eſt eternum: aliud ab eo eſſet cauſa:
et ex creaturis penderet preſcientia creatoris: ꝛ creatum
eſſet cauſa increati. ¶ Deinde reſpondens Magiſter di-
cimus inquit: res futuras nullatenus eſſe cauſam pſcien-
tie dei: nec id ſciri / vel preſciri: quia future / vel facte ſunt:
ita exponentes: quod ait Orige. i. q quia futurũ eſt: ideo
ſcitur a deo anteq̃ fiat. neq; ſciretur niſi futurum eſſet: vt
non notetur ibi cauſa niſi ſine qua non ſcit: ita etiam dici-
mus ſcientiam / vel preſcientiam dei non eſſe cauſam eo-
rum que fiunt: niſi talem ſine qua non fiunt. Si tñ ſcientiã
ad notitiam tantum referamus. Si vero ſcientie nomine
includitur ꝛ beneplacitum / atq; diſpoſitio: tunc recte po-
teſt dici cauſa eorum que deus facit: ꝛ poſtea ſm hoc ex-
ponit auctoritatem Auguſti. ideo ſunt quia nouit. i. quia
ſcienti placuit: ꝛ quia ſciens diſpoſuit. ¶ Sed ſicut dicit
Egidius ſuper litteram huius diſtinctionis ſolutio Ma- Dñs Eg.
giſtri non ſufficit: quia dictum illud Origenis dicit eſſe 1. ſen. dit.
intelligendum tantũ de cauſalitate ſine qua non: quoniã 38. i expõ-
tunc pari ratione vere diceretur: q ꝓpterea aliquid erit: ne littere.
quia deus ſcit illud futurum: quod negat Orige. Nam
etiam ſm Magiſtrum preſcientia eſt cauſa ſine qua non
futurorum. ¶ Reſpon. ergo aliter: ꝛ dico q q̃uis preſciẽ-
tia dei: que non eſt aliud q̃ volũtas: ꝛ eſſentia dei ſit cau-
ſa omnium rerum que fiunt. iſta tamen propoſitio: quia
deus preſcit: ideo res ſunt future: ſi ſit cauſalis: ꝛ nõ equi-
ualens preciſe huic conditionali: ſi deus preſcit res ſunt
future. ꝛ nomine preſcientie non includatur beneplacitũ
vel diſpoſitio: abſolute neganda eſt. Nam ſicut non quia
propoſitio de futuro eſt vera: ideo res quam enuntiat fo-
re erit. nec ſi ego preſcirem aliquid fore. ideo q2 preſcirem
illud foret: q̃uis neceſſe eſſet. ſi ego preſcirem illud foret:
alias non preſcire: ſed falſe opinarer illud fore. Sicut
etiam q̃uis neceſſario conſequens ſit. vt ſi qua memini il-
la fuerit: non tamen quia memini illa fuerunt. ſic nõ ideo
res ſunt future: quia deus preſcit illas eẽ futuras. Et eſt
ratio: quoniam nec vera preſcientia / nec ſcientia inquãtũ
huiuſmodi eſt cauſa: quia ita ſit in re: ſed tantum ſigna.
¶ Et ideo Boetius. 5. de conſolatione. poſtq̃ arguerat
contra quoſdam dicentes. non ideo quidem eſſe eventurũ:
quoniam id prouidentiam futurum eſſe proſpexit. Sed
econuerſo: quoniam quod futurum eſt illud diuinã pro-
uidentiam latere non poſſe. determinãdo in perſona phi-
loſophie approbat dictum iſtorum: quãtum ad primam
partem. Cuius ratio eſt: q2 preſcientia non eſt cauſa euen-
tus futurorum: ſed ſignum tantũmodo: omne aũt ſignum
tantum quid oſtendit. non vero efficit quod deſignat. Al-
terius autem propoſitionis: ſcilꝫ ideo deus preſcit futu-
ra: quia illa futura ſunt: poteſt duplex ſenſus eſſe. Unus
quo denotaretur res futuras cauſas eſſe preſcientie: quia
deus preſcit futura: ſicut ſi dicam q coloratum mihi ob-
iectum eſt. ideo video: denoto coloratum obiectum cau-
ſam eſſe viſionis: qua formaliter ſum videns: ꝛ in iſto ſen-
ſu propoſitio illa eſt falſa: et eam negat Magiſter in iſta
diſtinctione: ac etiam procedit ratio ſupra facta vltimo.
hunc quoq; ſenſum poſſe fieri ex propoſitiõe illa: ꝛ ipſam
in hoc ſenſu falſam eſſe: ſatis innuit Boetius. vbi ſupra
arguens cõtra dictũ proxime recitatũ. Jam vero inquit
prepoſterum eſt: vt eterne preſciẽtie temporalium rerum
euentus cauſa eſſe dicatur: quid eſt aliud autem arbitrari:
ideo deum futura: q2 ſunt euentura ꝓuidere: q̃ putare:
que olim acciderẽt cauſam ſumme eſſe illius ꝓuidentie:
nec hoc dictũ poſtea in aliqua parte ſoluit / vel improbat

Digitized by Google

in iſto etiam ſenſu non eſt intelligendum dictum Orige. Alius ſenſus poteſt eſſe quo preciſe denotetur ꝙ quia res ſunt future. ideo preſcientia vel ſcientia dei eſt preſciētia: ⁊ iſti termini preſcius preſcientia verificentur de deo: ita ꝙ iſta ſit vera. deus eſt preſcius futurorum: dictū eſt enim ſupra ꝙ eſſentia diuina eſt naturaliter et neceſſario ſimplex notitia: ⁊ apprehenſio entitatum enuntiabilium: aut contingentium non neceſſario: ſed contingens eſt iudiciū ⁊ cuiuſlibet futuri contingentis eſt contingenter preſcientia: quoniam quodlibet tale poteſt non eſſe futurum: ⁊ per cōſequens deus cuiuſlibet poteſt non eſſe preſcius. vt ergo ipſe ſit preſcius: neceſſario requiritur ꝙ aliqua ſint futura: ⁊ propterea: quia illa futura ſunt: ⁊ eius infinite immēſeque ſcientie repugnat quicꝙ neſcire: ideo eſt preſcius futurorum: ita ꝙ talis locutio ſit iſto modo cauſalis quomodo iſta: quia homo eſt animal. ideo hec eſt vera: homo eſt aīal: ⁊ ſicut vniuerſaliter dicitur ꝙ eſſe ſic in re: ſicut propoſitio enūtiat: eſt cauſa ꝙ illa ſit vera ſecundum quem modum Philoſophus in poſtpredicamentis. capitulo de priori dicit: ꝙ nequaꝙ oratio cauſa eſt vt ſit res. verūtamen videtur quodammodo res cauſa eſſe vt ſit oratio vera. Dum enim res eſt aut non eſt vera oratio vel falſa dicatur neceſſe eſt: ⁊ ſicut poſſibile eſt: ꝙ res ſit cauſa ꝙ oratio ſit vera: abſꝙ hoc ꝙ ſit cauſa orationis aut alicuius entitatis in ea: vel vt oratio ipſa ſit: ſicut patet: ſi oratio precedat eſſe rei. verbi gratia. ſi petro ſtante formetur iſta oratio petrus ſedet: deinde ſedeat pe. tunc pe. ſedere eſt cauſa ꝙ illa ſit vera: nec tamen eſt cauſa illius: aut alicuius entitatis in ea: ſic in propoſito: ⁊ ſecundum talem modum loquendi de cauſa poteſt vt videtur concedi: ꝙ res eſſe futuras cauſa vel potius cōcauſa eſt vna cum immenſa perfectione diuine ſcientie. ꝙ deus ſit preſcius ſeu preſcientia. vel ꝙ iſti termini poſſint vere dici de eo. ac per hoc dici ꝙ quia res future ſunt: ⁊ dei ſcientiam nihil poteſt latere: ideo preſcit deus illas eſſe fu-

Cap. viii. turas: ⁊ ſic puto ꝙ intellexerit Origenes. ¶ Hoc etiā ſenſu Hugo li. de ſacra. dicit. ꝙ omne quod fit: ab eterno preuiſum eſt futurum eſſe: quia ab eterno futurum eſt. Unde talem cauſalem ipſe ponit nec in hoc ſenſu negat hic Magiſter illam propoſitionem: ſed in primo ſenſu. quod ſatis patet ex eo quod ſupra diſtin. 35. dicit. dicit enim ibi contra determinationem ſuam qua dixerat quod in deo non poterat fuiſſe preſcientia: quia poterat deus nihil eſſe facturus: ⁊ per conſequens poſſibile fuit ꝙ nulla eſſent futura ꝙ ſi fuiſſet nulla fuiſſet in deo preſcientia: cum preſcientia nō ſit niſi futurorum. ¶ Contra hoc inquam recitans opinionē quorūdam dicentium. ſi potuit preſcientia dei non eſſe in deo ab eterno et potuit non eſſe. ſi vero potuit non eſſe. cū preſcientia dei ſit eius ſcientia: ⁊ ſcientia ſit eius eſſentia. potuit ergo non eſſe ab eterno illud quod eſt diuina eſſentia. ¶ Reſpondet Magiſter cum dicit. ſi nulla eſſent futura non eſſet in deo preſcientia vel non eſſet preſcius deus. Si in dicendo hanc cauſam attendis: ſcilicet ꝙ nulla eſſent ſubiecta eius ſcientie vnde ipſa poſſit dici dei preſcientia: vel ipſe preſcius: quod vtrumꝙ dicitur propter futura: verus eſt intellectus: ecce ꝙ propter futura deus dicitur preſcius: ⁊ ꝙ ſi nulla eſſent futura non poſſet dici preſcius. ¶ Ex quo patet ꝙ iſtam: quia aliqua ſunt futura: deus eſt preſcius. concedit in ſecundo ſenſu premiſſo: et ſequitur immediate: ſin autem ex ea ratione id dicit: ꝙ non ſit in deo preſcientia: qua preſcit futura: vel ꝙ ipſe nō ſit deus qui eſt futurorum preſcius: falſa eſt intelligētia: ⁊ in hoc vt patet virtualiter negat primum ſenſum.

15. de trini. Cap. 13. ¶ Auctoritas vero Auguſti. loquitur de notitia dei ſecundum ꝙ eſt ſimpliciter apprehenſio omnium entitatū: in quo ſenſu vtiꝙ falſum eſt: ꝙ quia ſunt: ideo nouit. quinimmo ſiue ſint ſiue non: non minus nouit. Unde res non cauſant ſuam notitiam in deo ſicut in nobis: nec ad ipſas cognoſcendū indiget deus earum exiſtentia vel preſentia: ſicut nos et ideo taliter de notitia loquendo: abſolute neganda eſt iſta: quia res ſunt: ideo illas deus nouit: ſicut negat Auguſti. quod autem addit: ſed ideo ſunt: quia nouit: accipienda eſt notitia ſimul cum beneplacito et diſpoſitione: iuxta expoſitionem Magiſtri ſuperius recitatam. ¶ Ad rationem vero qua probatur ꝙ quia preſciuit: ideo res ſunt future. dicendum ꝙ conſequentia illa non valet/ nec illa probatio ſufficit ad veritatem talis cauſalis: alioquin ex quibuſcunꝙ propoſitionibus conuertibilibus adinuicem poſſet fieri vera cauſalis: et ſic iſta eſſet vera: quia homo eſt riſibilis ideo eſt rationalis: et ſic de alijs multis falſis cauſalibus. ¶ Et per hoc patet ad argumentum in forma principali qua dicitur: aut deus preſcit futura: quia illa futura ſunt: aut ideo illa ſunt futura: quia deus preſcit illa. Nam ſi prima pars huius diſiunctiue intelligitur in primo ſenſu eius dato ſupra: neganda eſt: quia vtraꝙ pars eius falſa. Si vero in ſecundo ſenſu intelligitur. dicendum ꝙ ideo preſcit: quia illa ſunt futura: non tamen ideo preciſe: ſed quia cum hoc eius ſcientiā nemo poteſt effugere. Et cum probatur ꝙ non: quia tunc res future eſſent cauſe preſcientie dei. negāda eſt conſequentia: ⁊ inſtantia non ſequitur: quia pe. ſedet: ideo hec propoſitio que prius erat falſa. pe. ſedente eſt vera. ergo pe. ſedēs eſt cauſa illius veri/ vel vere propoſitionis. Nam antecedens eſt verum: et conſequens falſum: vt ſupra dictum eſt: ita in propoſito: ſed poſſet cōcedi. ergo res future/ vel potius ꝙ res ſunt future eſt cauſa vel concauſa ꝙ deus vel ſciētia dei ſit preſcientia. iuxta intellectum datum: ſicut et alia conſequentia aſſumpta poteſt cōcedi. ergo pe. ſedens: vel ꝙ pe. ſedet eſt cauſa ꝙ illa propoſitio ſit vera.

¶ Diſtinctionis. xxxix. Queſtio. i.

Circa diſtinctionē trigeſimā nonam. Quero pariter cum Magiſtro. Utrum ſcientia vel preſcientia dei poſſit augeri vel minui. Et arguo primo ꝙ poſſit augeri: quia aliquid deus poteſt ſcire: ⁊ preſcire: quod nec ſcit nec preſciuit: et cū hoc ſcire omne quod nunc ſcit. ergo dei ſcientia poteſt augeri. cōſequentia patet. quia ſcientia quāto eſt plurium ſcitorum: tāto eſt maior. Antecedens probatur dupliciter. Prima: quia ſicut dicit Magiſter in littera. ſcientia dei non eſt niſi de his que ſunt/ vel fuerunt/ vel erunt: et preſcientia non niſi de futuris. deus autem poteſt multas res facere quas nunꝙ faciet: et per conſequens multe poſſunt eſſe future que non ſunt future. Si ille autem eſſent future: eſſent vtiꝙ a deo ſcite et preſcite: que tamen nunc non ſunt ſcite/ nec preſcite. ¶ Secundo quia aliquis non eſt cras lecturus qui poteſt eſſe lecturus. ergo deus aliquem non ſcit/ nec preſcit eſſe lecturum: quem tamen eſſe lecturum cras deus poteſt preſcire. ¶ Secundo arguitur ꝙ dei ſcientia poteſt minui: quia aliquid deus ſcit quod poteſt non ſcire: et aliquid preſciuit quod poteſt non preſcire. ergo ⁊c. Probatur aſſumptum. Nam deus ſcit me legere nunc/ ſeu in iſto tempore preſenti demonſtrato quod vocetur. a. ⁊ hoc deus poteſt nō ſcire. Nam die craſtina deus non ſciet me legere in. a. quamuis ſciet me legiſſe in. a. Similiter aliqua res futura poteſt fieri preſens: ⁊ tūc non erit preſcita: que tamen modo eſt preſcita.

In oppoſitum arguitur. quia ſcientia dei eſt omnino intrāſmutabilis: cum ipſa ſit deus. ergo eſt inaugmentabilis: et immutabilis.

Digitized by Google

decl.q. **Diſtinguo** primo duplicē ſenſuꝫ queſtiōis: quoꝝ
Primus ꝛ quem de virtute ſermonis
facit eſt. Utrū illa res ꝑ qua ſupponit hic terminus ſciē-
tia vel preſciētia dei poſſit augeri vel minui: ꝛ in hoc ſen-
ſu queſtio determinata eſt apud oēm catholicū ad partē
negatiuā. cū dei ſciētia non ſit aliud ꝙ̄ dei eſſentia ꝛ ſub-
ſtātia: que omnino immutabilis eſt. Alius ſenſus eſt quē
diſputatores per hanc queſtionē intendūt: ꝛ eſt: vtrū de⁹
poſſit aliquid perfectius vel imperfectius ſcire vel preſci
re ꝙ̄ ſcit: aut plura vel pauciora: Iſtis eñi modis conſue-
tū eſt dici: ꝙ in nobis augetur vel minuitur ſciētia. Et in
hoc ſenſu etiā quantū ad primā partē huius diſiunctiue:
queſtio nō habet dubiū: qm̄ certū eſt ꝙ nullā rem vel ali-
quid cognituꝫ a deo de⁹ vno tēpore perfectius cognoſcit
ꝙ̄ alio: nec etiā imperfectius. non eñi ꝑficit nec deficit in
cognitione. ¶ Et ad hoc ſufficiat auctoritas Augu. cum
Cap. 13. eius ꝓbatione. 15. de trini. vbi ait. ꝙ vniuerſas creaturas
ſuas ꝛ ſpūales ꝛ corporales: nō q: ſunt ideo nouit: ſꝫ ideo
ſunt q: nouit: ꝛ ſequitur: nec aliter ſciuit ea creata ꝙ̄ creā-
da: nō eñi eius ſapientie aliquid acceſſit ex eis: ſꝫ illis exi-
ſtētibus ſicut oportebat ꝛ quādo oportebat: ita manſit vt
erat: ita ꝛ ſcriptū eſt in libro eccleſiaſtico: anteꝙ̄ crearen-
tur omnia nota ſunt illi: ſic ꝛ poſtꝙ̄ cōſummata ſunt: ſic in-
quit non aliter: ꝛ anteꝙ̄ crearentur: et poſtꝙ̄ creata ſunt:
ſic ei nota ſunt. Hec ipſe. ¶ Pro ſecūda vero parte diſiū-
ctiue. vtrum. ſ. deus plura vel pauciora poſſit preſcire vel
ſcire. premitto aliquas diſtinctiones de iſtis terminis ſci-
entia ꝛ ſcire ſm ꝙ cōtrahūtur ad ſtandū preciſe ꝑ ſciētia
dei. Nā vno modo poſſunt accipi cōmuniter: nō quidē ſu-
mendo hāc cōmunitatē ſm multitudinē perſone inferio-
rū ſeu ſingularū: quaſi multe ſint ſciētie dei. Nā dei ſcien-
tia vnica tm̄ ꝛ ſimplex eſt: ſed ſm multitudinē cognitoruꝫ
vel ſcitoꝝ: reſpectu quoꝝ dicitur ſciētia: et ſic generaliter
ſumendo reſpectu cuiuſlibet a deo noti vel cogniti cōſue-
uit vocari ſcientia ſimplicis notitie ſeu ſimpliciter notitia
vel cognitio. Alio modo poteſt ſumi ſpecialiter: ꝛ hoc du-
pliciter. ſm ꝙ cognitorum quedam ſunt res vel entitates
actuales vel potentiales: quedam ſunt enuntiabilia: ꝛ pre-
ciſe per propoſitiones vel enuntiationes vel terminos eis
equiualentes ſignificabilia: ſicut me legere: ſeu ꝙ ego le-
go: ꝙ ego legi: vel ſum lecturus: ꝛ ſimilia que per enuntia-
tiones ſignificamus. Et ſm hunc modum aliqui antiqui
diſtinxerunt ſcientiam dei in ſcientiam enuntiabilium et
ſcientiam rerum. Proprie autē et ſtricte ſm vſum diſpu-
tantium: ſcientia enuntiabiliuꝫ dicitur iudicium euidēs
ꝛ certum ipſorum enuntiabilium: ꝛ ſic accipiendo ſciētia
rerum ſignificat ſcientiam dei ſm ꝙ eſt ſimplex apprehen-
ſio entitatum. Scientia vero enuntiabilium ſignificat eā-
dem ſm ꝙ eſt euidens iudicium eorum. Rurſus primo
modo poteſt accipi tripliciter. Nam vno modo generali-
ter reſpectu cuiuſlibet entitatis preterite preſentis vel fu-
ture aut poſſibilis fore: et ſic ſimpliciter vocatur notitia
ſeu ſcientia ſimplicis notitie. ¶ Secundo ſpecialiter re-
ſpectu earum que ſunt vel fuerunt aut future ſunt tantū-
modo: et ſic conſueuit ab aliquibus vocari ſcientia viſio-
nis: ꝛ a Magiſtro in hac diſtinctione ſimpliciter vocatur
ſcientia. ¶ Tertio adhuc ſpecialius ſcilicet reſpectu fu-
turorum tantum: et ſic vocatur preſcientia. Eodē modo
poteſt diſtingui ſeu eodem modo diſtincte ſignificari dei
ſcientia ſm ꝙ illa eſt iudicium enuntiabilium. poteſt enīꝫ
ſumi ſꝫ ꝙ cuiuſlibꝫ enūtiabilis affirmatiue vel negatiue
de ineſſe vel modalis cathegorice vel hypothetice aut aliq̄
a lio mō eſt euidēs iudiciū. Alio mō ſꝫ ꝙ eſt iudiciū deter-
minate aliq̄ꝝ: ꝛ hoc multipliciter poſſet diſtigui. videlicꝫ
ſm vſum communeꝫ dupliciter accipitur. Uno mō reſpe-
ctu enuntiabiliuꝫ de preſenti vel de preterito vel de futu-
ro: ꝛ ſic vocatur ſcientia vel ſcientia viſionis. ſecundo ſpe-
cialius: ſcilicet reſpectu talium enuntiabilium de futuro
tm̄: et tunc dicitur preſcientia. Preter autē hec nomina
ſunt quedam alia vſitata in ſcripturis ad ſignificandum
ſcientiam dei: que tamen dicta de deo reſpectu aliquorū
non tm̄ ſignificant deum illa noſſe: ſed etiam diligere: vel
aliquid circa illa operari vel facturum eſſe: ſicut diſpoſi-
tio: prouidētia: predeſtinatio: ꝛ reprobatio: ꝛ approbatio:
ꝛ forte aliqua alia de quibus alijs locis videndum eſt.

His premiſſis primo videndum eſt. vtrum de-
us poteſt plura vel pauciora ſci-
re: vel preſcire ꝙ̄ ſcit vel preſcit loquendo de ſcientia reꝝ.
Scd̄o idē videndū eſt loquendo de ſciētia enūtiabilium.

Quantū ad primum pono principaliter ſex con-
cluſiones. Prima eſt: ꝙ omnē rem actua-
lem aut potentialem preteritam vel preſentem vel futu-
ram deus actu cognoſcit ꝛ ſcit: loquendo de ſcientia ſim-
pliciter ſeu ſcientia ſimplicis notitie. Probatur auctori-
tate apoſtoli ad Romañ. 4. vbi ait. ꝙ deus vocat ea que Cap. 4.
non ſunt: tanꝙ̄ ea que ſunt Et ad hebre. 4. Omnia inquit Cap. 4.
nuda et aperta ſunt oculis eius. Et ſapientie. 9. de ſapien- Cap. 9.
tia increata ſcribitur ꝙ ipſa ſcit oīa et intelligit. ¶ Ad
hoc etiam ſunt probationes facte pro prima concluſione
primi articuli precedentis queſtionis. ¶ Secunda con-
cluſio eſt: ꝙ ꝙ̄libet entitatem actualem vel potentialem
ꝛc̄. deus neceſſario cognoſcit. Et hec probata eſt in prece-
denti queſtione articulo. 3. Ex his autem duabus infero
quaſdam alias. Una eſt ꝙ nullam rem quam deus neſcit
poteſt ſcire. loquendo de ſcientia modo premiſſo: ꝛ proba-
tur: quia nullam deus neſcit. ¶ Alia eſt ꝙ nullam quam
ſcit poteſt non ſcire: probatur: quia quamlibet ſit neceſſa-
rio. Et pro hac poteſt argui ꝙ ſi aliquaꝫ quam ſcit pōt nō
ſcire: maxīe hoc de rebus videret: que ſunt et poſſunt nō
eſſe: ita ꝙ ſicut res deſinerent eſſe ſic deus deſineret illas
ſcire. Sed hoc eſt falſum: quia non minus ipſe cognouit
res preteritas ꝙ̄ preſentes. Unde Auguſti. 15. de trinita- Cap. 7.
te. Deus ſapientia ſua nouit omnia: ita vt nec que dicun-
tur preterita ibi preterreant: nec ea que dicuntur ibi futu-
ra quaſi deſint expectentur vt veniant: ſed et preterita et
futura cum preſentibus ſunt cuncta preſentia nec ſingu-
la cogitantur: nec ab alijs ad alia cogitando tranſitur: ſed
vno cōceptu ſimul preſto ſunt vniuerſa. Et poſtea loquēs Cap. 14.
de patre ꝛ filio dicit: ꝙ vnuſquiſꝗ eorum omnia que ſunt
in eorum ſcientia ſimul videt: ita vt aliqua videre nō poſ-
ſit non videns alia: ſed ſimul omnia videt: quorum nulluꝫ
eſt quod non ſemper videt: et allegatur in preſenti diſtin-
ctione. Ratione quoꝗ idem patet: quia alias obliuio ca-
deret in deo ꝛ mutabilitas: que repugnant diuine perfe-
ctioni. ¶ Tertia concluſio que ſequitur eſt. ꝙ non plura
ꝙ̄ deus ſcit ipſe poteſt ſcire: nec etiam pauciora ꝙ̄ ſcit ip-
ſe poteſt ſcire. Probatur: quia ſi plura: ſequitur ꝙ aliquā
rem quam neſcit poteſt ſcire: et ſi pauciora: ſequitur ꝙ ali-
quaꝫ quam ſcit poteſt non ſcire. Quarta que ſequitur eſt
ꝙ nullam poteſt incipere ſcire vel non ſcire qualitercun-
ꝗ exponatur hic incipit: et patet ex eiſdem. ¶ Concluſio
tertia principalis eſt: ꝙ loquendo ſecundo modo de ſcien-
tia rerum: ſcilicet de ſcientia viſionis: aliquam rem quaꝫ
deus non ſcit poteſt ſcire: et ſimiliter plures ꝙ̄ ſcit poteſt
ſcire. Probatur: quia poſſibile eſt aliquam que non eſt fu-
tura eſſe futuram: et ſimul cum hoc omnem que eſt futu-
ra manere futurā. ergo ꝛc̄. ¶ Quarta cōcluſio eſt: ꝙ ali-
quā quā de⁹ nō preſcit poteſt ꝑſcire: et ſimiliter plures ꝙ̄
ꝑſcit poteſt ꝑſcire. Et ꝓbaṫ ex eodē: ꝙ̄uis autē he due vl-
time cōcluſiones ſint vere ꝛ ſimpliciter cōcedēde: pro eo
ſenſu diuiſo: quem tm̄ de virtute ſermonis efficiūt: iſte ta-
men. deus poteſt ſcire aliquaꝫ rem quam neſcit: deus po-
teſt plura ſcire ꝙ̄ ſcit: ſunt de virtute ſermonis falſe: ꝛ ſim-
pliciter negande. Et ratio eſt: quia ſenſus diuiſus et ſen-

Digitized by Google

ſus compoſitus earum: ſiue ipſe ſm vtrūq; ſenſum mutuo ſe inferunt: et ideo ſi eſſent vere oporteret ꝙ iſte eſſent poſſibiles: deus ſcit aliquā rem quā neſcit: deus ſcit plura ꝗ qd ſcit: quod tamen eſt falſum. ¶ Similiter iſte ſunt ſimpliciter falſe de virtute ſermonis ⁊ negāde: deus poteſt aliquā rem preſcire quā non preſciuit: deus poteſt plura preſcire ꝗ preſciuit: q: iſte ſunt impoſſibiles. deus preſcit aliquā rem quā non preſciuit: deus preſcit plura ꝗ preſciuit. ergo et ille ſunt falſe. Aſſumptum probatur: quo ad primam partem: quia hec eſt impoſſibilis: aliqua res eſt futura que non fuit futura. Et ſequitur: deus preſcit aliquā rem quā non preſciuit. ergo aliqua res eſt futura que non fuit futura. ¶ Quo ad ſecundam partem probatur: quia hec eſt impoſſibilis: plura ſunt futura ꝗ fuerunt futura. Et ſequitur. deus preſcit plura ꝗ preſciuit. ergo plura ſunt futura ꝗ fuerit futura: quia tamen non omnes aduertunt differentiam inter locutiones in quibus ſolus iſte terminus deus precedit illud verbum poteſt: et totum reſiduum ſequitur: et in quibus precedit verbum hoc totum: aliquam rem quam deus non preſcit: vel hoc totū plura ꝗ deus preſcit. ¶ Et rurſum iſtas vltimas aliqui poſſent accipere in ſenſu compoſito: ideo et has et illas aliqui eligunt: ⁊ ſatis vtiliter propter minus exercitatos in logica. Ad veritatis maiorē declarationem diſtinguere in ſenſu diuiſo concedunt: in ſenſu compoſito negant: et ſic facit Magiſter in preſenti diſtinctione. ¶ Quinta concluſio eſt. ꝙ nullā rem poteſt deus incipere ſcire vel preſcire. Probatur: quia ſi aliquam poſſet icipere ſcire vel preſcire ſignetur illa. Tunc arguo hanc rem ea demonſtrata deus poteſt incipere ſcire vel preſcire. ergo hec res poteſt incipere eſſe futura. conſequentia eſt neceſſaria: et conſequens falſum: vt ex ſuperioribus patet. ergo et antecedens. ¶ Sexta concluſio eſt. ꝙ aliquam rem quam deus preſcit et preſciuit poteſt non preſcire: et pauciora ꝗ deus preſcit et preſciuit poteſt preſcire: in quocunq; ſenſu accipiatur: et ſimiliter ꝙ deus poteſt aliquā rem non preſcire quā preſciuit et pauciora preſcire quā preſciuit. Et omnia hec probantur: q: hec eſt poſſibilis: aliqua res que fuit futura non eſt futura: imo de facto habet multas ſingulares veras: quinimmo tot quot ſunt creature actu exiſtentes que non ſunt vnq; future: diſtinguendo futurū contra preſens. ¶ Itē hec eſt poſſibilis: ⁊ etiā vera. pauciora ſunt futura ꝗ fuerint futura: et quelibet pars concluſionis premiſſe ſequitur ex altera iſtarum: vt ſatis patet ex dictis.

Quantum ad ſecundum articulum. ſ. de ſcientia enuntiabilium: premitto vnam diſtinctionem de enuntiationibus. Nam ſicut enūtiationum quedam ſunt vere ⁊ quedam falſe. Et verarū quedā neceſſarie et quedam contingentes. Falſarum autē quedam poſſibiles, quedam impoſſibiles: ſic enuntiabilium quedam poſſunt dici vera (vtpote ea quorum enūtiationes ſi formentur ſunt vere) quedam falſa vt enuntiabilia enuntiationum falſarum ⁊ verarum: quedā neceſſaria: ⁊ quedam contingentia: et falſorum quedā poſſibilia: quedam impoſſibilia correſpondenter ad ſuas enūtiationes a quibus extrinſece huiuſmodi enuntiabilia denominari poſſunt. ¶ Hoc premiſſo pono aliquas concluſiones. Quarū prima eſt. ꝙ omne enuntiabile eſt neceſſario ſcitū a deo: loquēdo de ſciētia nō quidē vt eſt iudiciū: ſed vt ſimpliciter eſt appꝛehēſio. Non autē omne enūtiabile eſt ſcitū a deo ſm ꝙ ſciētia eſt iudicium. Prima pars ꝓbat̄ primo ſic: neceſſe eſt quorūlibet contradictoriorum enuntiabilium alterum eſſe a deo ſcitum iudiciarie ſiue iudicatū. ergo omne enuntiabile neceſſe eſt a deo cognitū eſſe vel apprehenſum. Antecedens probatur: quia neceſſe eſt quodlibet verum eſſe a deo iudiciarie ſcitū: ⁊ neceſſe eſt quorumlibet enuntiabilium contradictoriorum alterum eſſe verum. ergo neceſſe eſt quorumlibet contradictoriorū alterum eſſe a deo iudiciarie ſcitum. Ambe premiſſe ſumpte in ſenſu compoſito vere ſunt: ⁊ ſic inferunt veram concluſionem etiam in ſenſu compoſito. Quod autē maior ſit vera patet: quia hec eſt impoſſibilis: aliquod verū non eſt a deo ſcitū. Minor vero patet: quia quarumlibet enūtiationum contradictoriorum ſi formentur neceſſe eſt alterā eſſe veram. Conſequentia vero prima probatur: quia quodlibet enuntiabile eſt pars duorum enuntiabiliū contradictoriorum improprie loquendo ⁊ ſm quandam ſimilitudinem de parte: quia nec aliter poſſumus in propoſito loqui. Nam de quolibet enuntiabili contingit vere dicere ipſum eſſe ſcitum vel non eſſe ſcitū: creditum vel nō creditum: ⁊ ſic quomodocunq; affirmari vel negari. ita ꝙ quodlibet enuntiabile eſt quodammodo pars totaliū enūtiabiliū ſignificabiliū per contradictorias enuntiationes ⁊ per conſequens alicuius enūtiabilis veri: ac per hoc alicuius enuntiabilis a deo iudiciarie ſciti: impoſſibile aūt eſt aliquod enuntiabile totale eſſe ſcitum: quin illud de quo aliud enuntiatur ſit cognitū ⁊ apprehenſum. Et totum hoc poteſt declarari ex ipſis enuntiabilibus. Nam quelibet poteſt eſſe ſubiectū cuiuſdā contradictionis. verbi gratia. iſta. homo eſt aſinus. Nam poſſunt due tales formari. homo eſt aſinus. eſt propoſitio opinata. homo eſt aſinus: non eſt propoſitio opinata. et conſtat ꝙ altera eſt vera: et per conſequens a deo cognita et ſcita eſſe vera. ergo ⁊ iſta. homo eſt aſinus: que eſt ſubiectū vtriuſq; eſt a deo apprehenſa: ꝗuis non ſit ſcita eſſe vera. ¶ Secūdo ad idē ſic. omne enuntiabile neceſſario ſcitur a deo poſſe per aliquam enuntiationem veram vel falſam enūtiari. ergo omne enuntiabile neceſſario eſt a deo apprehēſum. Vel ſic. omne enuntiabile neceſſario ſcitur a deo eſſe verum vel falſum. ergo ⁊c̄. ſecunda vero pars cōcluſionis: ſcilicet ꝙ non omne enuntiabile eſt iudiciarie ſcitum a deo. patet. quia non omne eſt verum ⁊ ſolum verum enūtiabile iſto modo ſcitur. Probatur etiam tota concluſio iſta per auctoritatē Auguſti. xv. de trinita. dicentis. ꝙ nemo falſa nouit: niſi cū falſa eſſe nouit. ꝙ ſi nouit verum nouit: verum enim eſt ꝙ ipſa falſa ſunt. vbi Auguſti. loquit̄ de notitia iudiciaria ⁊ enuntiatiua: qua quis nouit et iudicat euidenter eſſe ſicut eſt ⁊ nō eſſe ſicut nō eſt. hoc vtriq; modo non cognoſcūtur niſi vera: non enim quiſq; cognoſcit: ꝙ homo eſt aſinus. ⁊ ꝓpterea dicit. nemo falſa nouit. Ex quo patet ſecunda pars cōcluſionis. Quod autē addit niſi cū falſa eſſe nouit. Probat primam partem: quia cum quis nouit falſa eſſe falſa. vtiq; apprehendit illa falſa. alias neſciret illa eſſe falſa: nec dubiū ꝙ deus nouit falſa eſſe falſa. alias non cognoſceret omne verū: cū verū ſit: falſa eſſe falſa: vt dicit Auguſti. ¶ Ex hac cōcluſione ſequitur loquendo ſic de ſcientia cōmuniter ꝙ nullum enūtiabile quod deus neſcit deus poteſt ſcire: nec plura nec pauciora ꝗ ſcit ſcire: nec aliquod quod ſcit non ſcire: nec aliquid incipere ſcire vel non ſcire: ⁊ omnia hec probātur quia quodlibet neceſſario deus ſcit. ¶ Secunda concluſio eſt: ꝙ loquendo de ſcientia enuntiabilium ſecundo modo: quo etiā modo magis proprie ⁊ ſm communem vſū diſputantium ſumitur aliquod ſeu aliquid enuntiabile quod deus nō ſcit poteſt ſcire: ⁊ aliquod quod ſcit poteſt non ſcire. Probatur: quia aliquod enuntiabile falſū poteſt eſſe verum ⁊ aliquod verum poteſt eſſe falſum.

¶ Tertia concluſio ꝙ poſſibile eſt deum aliquod enūtiabile ſcire quod non ſciuit. Et ſimiliter poſſibile eſt deū aliquid non ſcire quod ſciuit: etiam in ſenſu compoſito ſumpta vtraq; parte concluſionis. Probatur: quia hec eſt poſſibilis: aliquod enuntiabile eſt verum quod non fuit verum: et ſimiliter hec eſt poſſibilis: aliquod non eſt verū

Cap. 10.

Digitized by Google

quod fuit verum. Et ex hoc etiam patet q aliquod enunciabile deus poteſt incipere ſcire: et aliquod poteſt incipere non ſcire: vel deſinere ſcire. Nam aliquod enuntiabile poteſt incipere eſſe verum: et aliquod poteſt incipere eſſe falſum. enuntiabile enim huius enuntiationis. verbum caro factum eſt. ante chriſti incarnationem falſum erat: ſicut et ipſa enuntiatio ſi fuiſſet formata: tunc fuiſſet falſa: et incepit eſſe verum quando primo dei filius fuit homo. ſimiliter chriſtum non ſurrexiſſe: fuit enuntiabile verum in omni tempore precedente chriſti reſurrectionem: et in inſtanti reſurrectionis deſijt eſſe verum: et incepit eſſe falſum. Non eſt tamen cõcedendum q deus poteſt incipere ſcire aliquod enuntiabile. Nam quomodocunq exponitur ly incipit. hec eſt ĩpoſſibilis. deus incipit ſcire aliquod enuntiabile: ſiue enim exponatur ly incipit. per negatiuã de preterito: ſiue per negatiuam de futuro: negatiua per quam exponitur eſt impoſſibilis: ſed ſi ſumatur in predicato ſignum demõſtratiuum. verbi gratia. Deus incipit ſcire hoc enuntiabile: demonſtrando aliquod in ſingulari quod incipit eſſe verum: tunc propoſitio eſt poſſibilis: et ſic eo demõſtrato hec eſt vera. deus poteſt incipere ſcire hoc. ¶ Quarta concluſio eſt. q non plura q̃ deus ſcit vel ſciuit deus poteſt ſcire: nec etiam pauciora. Probatur. non plura q̃ ſunt vel fuerunt vera. poſſunt eſſe vera: nec etiam pauciora. ergo ꝛc. Aſſumptum probatur. quia ſemper alterum enuntiabilium cõtradictoriorum eſt verum: et alterum non: et ſi vnum incipit eſſe verum: reliquum deſinit eſſe verum: et ideo nullo tempore ſunt vel poſſunt eſſe plura vera q̃ alio: et per cõſequens nec pauciora vno q̃ alio tempore poſſunt eſſe a deo ſcita. ¶ De preſcientia vero enunciabilium loquendo cum non ſcit aliud ſcire ſic ſumptum q̃ ſcire enuntiabilia de futuro: et hec ſit neceſſaria. deus ſcit omne verum. Idem eſt iudicium de preſcire et non preſcire enuntiabilium: et de veritate et falſitate ipſorum. de quibus ſuo modo ſentiendum eſt ſicut de enuntiationibus eorũ. de eis autem vt eſtimo ſufficienter eſt dictum diſtinctione precedẽti. q. 1. arti. 2. ¶ Ad rationes queſtionis quid ſit dicendum patet ex dictis.

¶ Diſtinctionis. xl. ꝛ. xlj. Queſtio. j.

Quantum ad materiam predeſtinationis ꝛ reprobationis de qua Magiſter tractat in diſtinctiõe. 40. ꝛ. 41. Quero vtrum quilibet homo fuerit ab eterno predeſtinatus vel reprobatꝰ a deo? ¶ Et arguitur primo q non. Primo ſic. quia ſi quilibet homo ꝛc. vel huius reprobationis ꝛ predeſtinationis eſſet aliqua cauſa in predeſtinato vel reprobato: aut non: non poteſt dici q ſic. Tum quia nullius eterni aliquid temporale poteſt eẽ cauſa: tum quia ſi aliqua cauſa eſſet vtiq eſſent merita aut demerita hominũ: ſed hoc eſt falſum ſm Magiſtrum in diſt. 41. vbi expreſſe dicit: q propter nulla merita preſentia vel futura fuerunt eternaliter aliqui reprobati vel predeſtinati: nec poteſt dici q nulla ſit cauſa: tum quia videretur deus inique agere cum reprobatis. ordinans eos ad penam eternam non propter eorum culpam. Tum quoniam nullus quantum eſt ex ſe: ſit magis dignus pdeſtinari q̃ alius: vel omnes eſſent predeſtinati: qđ eſt falſum: vel deus eſſet acceptator perſonarum vnum eligendo et alium reijciendo: ſed
Cap. 10. hoc eſt contra ſententiam beati Petri Actuum. 10. In veritate comperi q non eſt acceptator perſonarum deus.

¶ Secundo q: ſi quilibet homo eſt eternaliter predeſtinatus / vel reprobatus: quilibet vel de neceſſitate ſaluabitur / vel de neceſſitate damnabitur. hoc autem eſt falſum: quoniam tunc ſuperfluerent oẽs doctrine et monitiones chriſti: ꝛ apoſtolorum / ꝛ prophetarum ceterorũq ſanctorum exhortantium hoĩes ad bene agendum ꝑpter ſpem vite eterne / vel timorem gehenne: quia ſiue bene / ſiue praue quis ageret: nihil inde plus / vel minus ſaluabitᷣ: ſi neceſſario eſt ſaluandus / aut damnabitur: ſi neceſſario eſt dãnandus. conſequentia patet. quia ordinatio ꝛ propoſitum dei eſt immutabile. iuxta illud pſal. conſilium domini manet in eternum: ꝛ contra ipſum nullus agere poteſt.
iuxta illud Apoſtoli ad Ro. Voluntati eius quis reſiſtit. Cap. 9.

Ad oppoſitum ar. ex eo q̃ ſcribitur in euangelio Matth. Cũ cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſue congregabuntur Cap. 25.
ante eum omnes gentes a dextris ꝛ a ſiniſtris: ꝛ dicet his qui a dextris. venite benedicti patris mei poſſidete paratum vobis regnum a conſtitutione mundi. Siniſtris vero. Ite maledicti in ignem eternũ: qui preparatus eſt diabolo et angelis eius. Preparatio autem regni dei predeſtinatio eſt: preparatio vero eterne pene que nomine ignis deſcribitᷣ reprobatio eſt. Cum ergo quilibet homo ſit tũc alteram accepturus ex his ſententiam: ſequitur q quilibet eſt predeſtinatus / vel reprobatus.

In iſta queſtione. Primo videbitᷣ de queſito. Secũdo vtrum in predeſtinatis ſit aliqua cauſa ſue predeſtinationis: ꝛ in reprobatis ſue reprobationis: quod tangitur in primo argumẽto. Tertio vtrum ſit poſſibile quẽq̃ predeſtinatum dãnari finaliter / aut reprobatum ſaluari quod tangitur in alio argumento. Verum quia hec perſcrutatio altiſſima eſt: ꝛ imperſcrutabilis nobis mortalibus: ꝛ in ipſa errare multum eſt periculoſum. idcirco nihil ex me in hac materia loqui intẽdo: ſed ſimpliciter ſentẽtias quas puto eſſe ſanctorum: ꝛ maxime beati Auguſtini nihil penitus temerarie / aut pertinaciter aſſerendo.

Quantum ad primum premitto quid nominis predeſtinationis et reprobatiõis ſm q eis cõmuniter vtimur: vt intelligamus quis predeſtinatus / vel reprobatus dicatur. Et dico q predeſtinatio eſt propoſitum dandi vitam eternam. Reprobatio vero propoſitum non dandi. Unde ille dicitur predeſtinatus Quid ſit
cui propoſuit deus dare vitam eternam. Et ille reprobatus cui propoſuit non dare. Hoc ſatis innuit Apoſtolus cuꝫ gratuitam ab eterno Jacob predeſtinationẽ: ꝛ Eſau reprobationem volens oſtendere introducit verbum dei dicentis. Jacob dilexi. Eſau autem odio habui: ꝛ poſtea generaliter concludit. ergo cuius vult miſeretur: ꝛ quem vult indurat. i. non miſeretur: vt exponit Augu. ad Simpli. lib. 1. ita q idem intelligit Apoſtolus per odire in propoſito quod per velle non miſereri: et per diligere idem quod per velle miſereri. i. miſericorditer vitam eternam largiri. Nam de tali miſericordia ibi loquitur Apoſtolus principaliter. vnde ꝛ ſubſequenter electos vocat vaſa miſericordie. His concordat ſententialiter Auguſti. in libro de perſeue. circa medium. vbi ait. Namq in ſua que falli mutariq non poteſt preſcientia: opera ſua futura diſponere: id omnino / nec aliud quicq̃ eſt predeſtinare. ¶ De quibus autem operibus intelligẽdum ſit paulo ante premiſit. vbi ait. q predeſtinatio eſt preſcientia ꝛ preparatio beneficiorum dei: quibus certiſſime liberantur quicunq liberantur. Horum autem primum et maximum eſt vita eterna. Preparatio ergo et diſpoſitio dandi vitam eternam eſt predeſtinatio. Diſpoſitio autem ꝛ propoſitũ idem ſunt: et hec eſt propria ſignificatio huius nominis predeſtinatio: quia cum non eſt poſſibile deum predeſtinare ni

[Margin: Quid ſit pdeſtinatio ꝛ quid reprobatio.]

Digitized by Google

ſi preſciendo: ideo ſancti frequenter predeſtinationẽ diffiniunt per ſcientiam: immo vt in eodem lib. dicit Aug. nomine preſciẽtie pro nomine predeſtinationis vtũtur. Eſt ergo predeſtinatio diſpoſitio ſeu propoſitum dãdi vitam eternam. Dare autem vitam eternam et vocare et iuſtificare ſunt p̄deſtinationis actus. Reprobatio vero eſt velle non miſereri: ſeu qḋ idem eſt propoſitum non dandi vitam eternam: nõ miſereri autem ſeu non dare vitam eternam: eſt effectus reprobationis iuxta modum loquendi Magiſtri. ¶ His premiſſis dicendum ad illum articulum vt mihi videtur ſꝫm dicta ſanctorum: ꝙ quilibet fuit ab eterno a deo predeſtinatus vel reprobatus. Qḋ ꝓbatur ſic. Cuilibet homini dabit deus vitam eternã vel non dabit. ergo quilibet homo fuit ab eterno predeſtinatus vel reprobatus. Antecedens patet. et conſequẽtia probatur: quia ſi alicui dabit. cõſtat ꝙ volens dabit: quia deus non niſi volens facit ꝗcq̄d facit. vt dicit Augu. in enchi. Cap. 3. Si cui autem vult dare ſemper voluit illi dare cum nihil poſſit velle voluntate accedẽte et noua: vt patet ꝑ eũdem ꝗ. de trini. Cap. 20. ergo cuicumq; dabit vitam eternam ab eterno voluit ſibi illam dare: et ꝑ conſequens ab eterno fuit predeſtinatus: et ſimiliter ſequitur ꝙ cuicumq; non dabit: ab eterno voluit illi non dare. ergo ab eterno fuit reprobatꝰ.

¶ Secundo ſic. cuilibet homini deus ab eterno preordinauit vel preſciuit regnum eternum vel penam eternam. ergo quilibet homo fuit ab eterno predeſtinatus vel reprobatus. conſequẽtia patet. Antecedẽs aũt ponit Aug. in lib. qui intitulatur de diſputatione predeſtinationis. cõtra pelagianos: et ex intentione probat per verbum Saluatoris allegatum ad oppoſitũ. qḋ expreſſe dicit: ꝙ oībꝰ pariter ſiue cum peccatis proprijs vt adulti: ſiue cum originali vt pueri: morituris preordinata eſt pena eterna: electis vero omnibus regnum eternum: vnde introducta illa auctoritate cum pluribus alijs ſacre ſcripture concludit ſic. tenẽda eſt igitur inconcuſſe huius diſputationis regula que diuinis teſtimonijs claruit: peccatores in malis proprijs anteq̄ eſſent in mundo preſcitos eſſe tñ: non predeſtinatos. penam autem eis eſſe predeſtinatã ſꝫm ꝙ preſciti ſunt: paruulos quoq; non renatos ex aqua et ſpiritu ſancto predeſtinate pene eſſe obnoxios: qui preſciti ſunt non in proprijs voluntatibus: quorũ nulla eſt vel bona vel mala: niſi tñ in Ade peccato qḋ traxere naſcentes et in hoc manentes ſoluerunt tempus vite preſentis. Et poſt ſubdit: qui vero ſꝫm propoſitum dei viuunt preſcitos eſſe et predeſtinatos electione gratuite gratie eius et regnum ei celorum predeſtinatum eſſe ſine dubitatione dicendum eſt.

Quantum ad ſecũdũ articulum. videlicet vtrũ in predeſtinatis ſit aliqua cauſa eterne ſue predeſtinationis: et in reprobatis ſue reprobationis eterne. Sciendum propter rudiores: ꝙ non eſt intentio articuli: nec etiam doctorum hoc modo loquẽdi vtentium. querere. Utrum in predeſtinatis ſit aliquid qḋ ſit cauſa illius entitatis que eſt predeſtinatio: que non eſt niſi diuinitas ipſa. hoc enim nullus vertit in dubium certus omnino ꝙ nulla talis ſit cauſa. Sed intellectus articuli et eorum eſt querere. Utrum propter aliquod predeſtinatorum complexe vel incomplexe ſignificabile deus ab eterno illos predeſtinauit. Et ſimiliter. Utrum ꝓpter aliquid reprobatorum deus eternaliter eos reprobauerit: ita ꝙ dici poſſet de aliquo: propter hoc deus aut propter illud: aut quia illud ille fecit vel facturus erat hoc vel illud: ipſe predeſtinatus eſt: aut aliquo alio modo per cauſales propoſitiones explicando: que ꝓpoſitiones cauſales licet in alijs materijs frequenter explicent cauſalitatem vnius rei ſuper aliam: non tamen ſemper ſicut in vltima queſtione. ꝗ. diſtinctione declaratum eſt. Secũdum autem hunc intellectum doctorum volentium reddere cauſam: quare ſit vel illi ſunt predeſtinati vel reprobati quidam reddiderunt cauſam poſitiuam dicentes: ꝙ propter bona opera vel vſum bonum liberi arbitrij: quẽ deus preſciuit aliquos habituros: predeſtinauit eos: et ꝑ malum vſum futurum in alijs eos reprobauit. Et in hoc fuit diuerſitas: quia quidã dixerunt propter bonũ vſum li. ar. quo ad actum credendi: aliqui quo ad illum et alios a li. ar. procedentes. Tho. de argẽtina primo. ſ. diſti. 41. q. 1. arti. Rurſus alij dixerunt ꝙ vſus bonus li. ar. dupliciter conſiderari poterat. Uno modo inquantum procedit partialiter a gratia: et eſt bonus bonitate gratuita vel meritoria ſꝫm quid. ſic non eſt ſꝫm eos cauſa predeſtinationis: ſed effectus. Alio modo vt procedit ab ipſo li. ar. et eſt bonus bonitate morali: et ſic eſt cauſa predeſtinationis: id eſt de congruo licet non de condigno. Demum alij dixerũt ꝙ predeſtinationis nulla eſt in predeſtinatis cauſa poſitiua: ſed priuatiua tñ. ſ. abſentia finalis obicis per culpam originalem vel actualem reſpectu gratie dei. Reprobationis vero cauſa eſt poſitiua in reprobis. ſ. talis obex peccati gratie. Unde dicunt ꝙ in primo inſtanti quo offertur diuino conſpectui omnis homo. vult illi deus gratiã et ſalutem: immo et omnes creat ad iſtum finem: niſi tamen obicẽ gratie reperiat per quã homo reddatur indignus: et ſic ergo preſcientiam ſumentes ſub illa generali volitione dicunt ꝙ offeruntur in dei preſcientia aliqui cum obice gratie et indignitate actuali vel habituali ſicut in paruulis eſt originale peccatum: vel actuale: vel malus vſus liberi arbi. in prouectis. Alij autem offeruntur non quidem cum aliqua dignitate aut diſpoſitione poſitiua: nec illud etiam oportet: ſed ſufficit ꝙ ſine indignitate et obice offerantur: et tunc cõcluditur pro iſtis finalis gratia et ſalus eterna: et pro illis ſubtractio gratie: et preparatio pene: et per conſequens illi ſunt reprobati iuſto iudicio: et iſti ſola miſericordia liberati: non tamen ſine cauſa negatiua. Mihi autem videtur ꝙ ex dictis ſacre ſcripture et ſanctorum ſequuntur he concluſiones: cum quarum omni veritate nõ ſtat veritas alicuius modi dicẽdi de predictis. ¶ Harum prima eſt. ꝙ nullus eſt predeſtinatus propter bonũ vſum liberi arbi. quem deus ſciuit illum habiturum qualitercũq; cõſideretur bonitas eius. Secunda eſt. ꝙ nullus eſt predeſtinatus: qꝛ preſtitutus finaliter fore ſine obice habituali gr̃e. Tertia. ꝙ quẽcũq; deus predeſtinauit: gratis tãtũmodo et miſericorditer predeſtinauit. Quarta. ꝙ nullus eſt reprobatus propter malum vſum libe. arbi. quem deus preuidet illum habiturum. Quinta. ꝙ nullus eſt reprobatus: quia preuiſus fore finaliter cum obijce gratie.

¶ Prima concluſio deducitur primo ſic. aliqui fuerunt predeſtinati non habituri vllum bonum vſum li. ar. ergo nullus fuit predeſtinatus propter talem vſum. Conſequẽtia patet: quia ſi vni propoſuit dare vitam eternam ſine vſu li. ar. futuro ſequitur ꝙ alteri non propoſuit dare propter talem futurum vſum: ſed liberet gratis: aut propter aliã cauſam. Antecedens patet de pueris baptizatis morientibus in etate infantili. Et per hoc argumentum dicit Auguſti. maxime conuinci quoſcumq; dicentes: homines fuiſſe predeſtinatos ex futuris operibus: et codem modo ex futuro vſu libe. arbi. ¶ Ad hoc tamen conati ſunt aliqui reſpondere dicẽtes: ꝙ licet paruuli huiuſmodi nõ fuerunt predeſtinati propter vſum bonum libe. arbi. quem habituri fuerunt: tamen predeſtinati ſunt propter eũ quẽ habituri fuiſſent ſi ad debitam etatem perueniſſent.

¶ Sed iſta reſponſio nulla omnino eſt: vnde arguo contra eam. iuxta intentionem Auguſti. de predeſtinatione ſanctorum. vbi eam in propria forma refellit. Primo ſic. nullus premiatur a deo propter merita que nec eius nec alterius ſunt fuerunt aut erũt. ergo nec per talia fuit pre-

Digitized by Google

deſtinatus: ſ; merita que pueri habuiſſent ſi vixiſſent nec
eorum nec alterius ſunt fuerũt ⁊ erunt: vt patet. ergo ⁊c̄.
Prima conſequentia patet: et antecedens cuilibet habẽ
ti rationem eſt notum: quoniam talia merita non ſunt vl-
la merita: nec per hoc premiãda cum omnino ſint nulla.
Unde Augu. hanc reſponſionem admirans. Unde hoc
talibus inquit viris in mentem venerit neſcio: vt futura
que non ſunt futura puniantur: aut honorentur merita
paruulorum. Et infra. quia hominum inquit futura que
non ſunt futura proculdubio nulla ſunt merita. et hoc vi
dere facillimum eſt: ideo nec pelagiani hoc dicere potue
runt: et multo magis nec iſti dicere potuerunt. ¶ Pre-
Cap. 13. terea. Ait. Augu. ibidem. Apoſtolus limitem fecit quem
tranſgredi non debeat hominis incauta ſuſpicatio. ait
enim omnes aſtabimus ante tribunal chriſti: vt ferat vnuſ-
quiſq; ſm ea que per corpus geſſit. i. illo tempore quo in
corpore vixit ſiue bonum ſiue malum geſſerit inquit non
adiunxit vel geſturus fuit. Eſt igitur determinatio Apo
ſtoli ꝙ preciſe ſm ea que fecit quis merita: et ſimili modo
ſm eum vſum quem habuit preciſe dum vixit premiabi-
tur. non ergo ſm eum quem ſi vixiſſet habiturus fuiſſet.
Et certe hanc determinationem Apoſtoli tranſfero nihil
aliud afferendo. ¶ Preterea. Arguit Augu. Si iudica-
rentur inquit homines pro meritis ſue vite: que non ha-
buerunt morte preuenti: ſed habituri ſi viuerẽt nihil pro-
deſſet ei qui raptus eſt ne malitia mutaret intellectum: ſi-
Cap. 4. cut ſcribitur Sapiẽtie. 4. nihil prodeſſet eis qui lapſi mo
riuntur: ſi ante morerentur: qđ nullus chriſtianus dicere
audebit. Et ſubdit. Nam quis chriſtianus non confitea-
tur ꝙ bonum iude fuiſſet ſi ſuſcepto baptiſmo mox de-
ceſſiſſet. Et idem de quolibet baptizato dãnato: ⁊ tamen
oppoſitum ſequeretur ſi cum eo fieret circa actum quem
habuiſſet libe. arbi. ſi vixiſſet. Sed cõtra argui poteſt ꝙ
beato Paulo nihil obfuiſſet ſi fuiſſet mortuus: dũ perſe-
quebatur eccleſiam: ex quo iudicandus fuiſſet ſm vſum
quem habuiſſet ſi vixiſſet. ¶ Preterea. Sequeretur ꝙ
quilibet paruus baptizatus moriens: tantum premium
reciperet quantum ſi vixiſſet mille annis in gratia: ⁊ cum
bono vſu liberi arbitrij: poſito ꝙ ita contigiſſet ſi vixiſſet.
Nam ſicut dicit ~nus doctor et in hoc bene. nõ ſolũ deus
predeſtinat quẽcũq; ad premium eternum: ſed etiã ad de-
terminatum premij gradum. Et ideo ſi propter talẽ con-
ditionalẽ vſum quẽcũq; predeſtinaſſet: et propter gradum
bonitatis illius vſus predeſtinaſſet ad certum gradum
premij: ⁊ illum vtiq; conſequeretur quãdocũq; moreret:
quod nullus diceret: et ſic patet ꝙ riſſio illa nulla eſt. Et
propterea dicit Augu. vbi ſupra ꝙ tales ſic ſoluẽtes mo-
liuntur aſtruere: qđ non dico inquit crediturũ: ſed ſolum
opinaturum neminem putauerimus ſm ea: ſc; iudicare
quẽcũq; mortuorum que geſturus fuerat: ſi tempore prolix
iori vixiſſet. quare ⁊c̄. ¶ Secundo idem principaliter
ꝓbo de adultis ſic. quicũq; fuerit habiturus bonũ vſum
libe. arbi. qualis requiritur in ſaluandis: ideo fuit illum
habiturus: quia fuit predeſtinatus. ergo non fuit ꝑdeſti-
natus ꝓpter talẽ bonũ qualis requiritur bonus in ſaluã
dis: alioquin multi dãnandi eſſent predeſtinati: cum mul
tos bonos vſus habuerint libe. arbi. qđ eſt erroneum. Si
autẽ talẽ exiguũ bonũ vſum fuit habiturus quia ꝑdeſti-
natus. conſtat ꝙ non ecõuerſo fuit predeſtinatus: quia il-
lũ fuit habiturus. patet ergo conſequẽtia. Et antecedẽs
Cap. 5. ego ꝓbo primo auctoritate Aug. de fi. ad Pe. vbi ait. Il
li cũ chriſto regnabũt quos de⁹ gratuita bonitate ſua ꝑde
ſtinauit ad regnum: qꝛ enim eos tales ꝑdeſtinatio ꝑpara-
uit vt in regno dei eſſent: preparauit vtiq; ſm ꝓpoſitũ vo
cãdos vt obediãt: ꝑparauit iuſtificandos: vt accepta gr̃a
recte credãt ⁊ bñ viuãt ꝑparauit ⁊ glorificãdos vt chriſti
coheredes effecti regnũ celoꝝ ſine fine poſſideãt. Ex hac
auctoritate patet manifeſte: ꝙ quia predeſtinatio prepa-
rauit aliquos ad regnum eternum id eſt quia deus ꝓpo-
ſuit: ⁊ ſuo propoſito ordinauit aliquos ad eternum regnũ
ideo etiam preordinauit eos vocare ⁊ iuſtificare ⁊c̄. So-
li autem ſic vocati ⁊ iuſtificandi ſunt ſaluandi: ſicut patet
per eundem iam tactum verbum Apoſtoli exponente; in
libro de predeſtinatione ſanctorum. vbi ſic ait. Quos enim
predeſtinauit illos vocauit: ipſa ſcilicet vocatione ſm ꝓ-
poſitum. non ergo alios: ſed quia predeſtinauit ipſos vo
cauit: nec alios: ſ; quos vtiq; vocauit ipſos ⁊ iuſtificauit:
nec alios: ſed quos predeſtinauit vocauit iuſtificauit ip-
ſos ⁊ glorificauit: illo vtiq; fine qui non habet finem. ergo
ſoli ſic vocandi ⁊ iuſtificandi: fuerunt habituri talem bo-
num vſum libe. arbi. qualis requiritur in ſaluandis. Con
ſtat autem vlterius ꝙ talis vocatio cum iuſtificatione eſt
cauſa talis boni vſus: ⁊ non econuerſo: quod in prima au
ctoritate tangit Auguſti. cum dicit. ꝙ preparauit vt obe-
diãt: ⁊ vt accepta gratia recte credant ⁊ bene viuant: obe
dire enim vocationi: ⁊ recte credere: ac bene viuere ſunt il
li boni vſus libe. arbi. Ex his itaq; patet: ꝙ ideo tales ha-
bituri fuerunt huiuſmodi bonum vſum: quia fuerunt iu-
ſtificandi ⁊ ſic vocandi: quia fuerũt predeſtinati. ergo de
primo ad vltimum: ideo fuerunt huiuſmodi vſum habitu
ri: quia fuerunt predeſtinati. ¶ Secundo probo ide; an-
tecedens ſic ratione. Quicunq; fuit habiturus talem bo
num vſum fuit illum habiturus a deo: ⁊ nullu; deus pre-
deſtinauit: quia fuit talem vſum ei daturus: ſed econtra:
quia illum predeſtinauit: ideo talem vſum fuit ſibi datu-
rus. ergo quicunq; fuit habiturus huiuſmodi vſu;: ideo
fuit habiturus: quia fuit predeſtinatus. conſequentia pa
tet: et prima pars antecedentis in multis auctoritatibus
ſcripture probatur: ſicut illa Apoſtoli prima ad Cor. quid Ca. 4.
enim habes quod non accepiſti. ⁊ illa eiuſdem ad Phil. Ca. ii.
Deus operatur in nobis velle ⁊ perficere pro bona volun
tate. ⁊ illa eiuſdem ad Ephe. Ipſius ſumus factura crea Cap. 2.
ti in chriſto id eſt per chriſtum in operibus bonis que pre
parauit nobis deus: vt in illis ambulemus: ⁊ plurime alie
quas recurrere longũ eſſet. ſecũda pars aũt ſatis patet ex
ſe. Nã in precedenti articulo ſatis dictũ eſt: non eſt aliud
predeſtinatio q̄ ꝓpoſitũ dandi alicui vitã eternã: qꝛ ꝓpo
ſuit illi dare bonũ vſum li. ar. ſed nõ ecõtra: qꝛ ꝓpoſuit ſi-
bi dare vitã eternã: ideo cõſequenter voluit dare illi tali-
ter vti libe. ar. ſine quali vſu neminẽ potentẽ libe. arbi. vti
voluit ad vitã eternã admittere. ¶ Et confirmatur: qꝛ vt
ſancti ⁊ doctores cõmuniter dicũt: vocatio et iuſtificatio
ſunt effectus predeſtinationis: ⁊ ſumitur ex verbis Apo- Ca. 8.
ſtoli in epiſtola ad Ro. qui ſunt inquit qui ſm ꝓpoſitũ vo
cati ſunt ſancti. i. ad ſanctitatẽ: vt dicit glo. nõ dicit Apl's
ꝙ ꝓpoſitũ ſit ſm vocationẽ: ſed ecõuerſo. ideo dicit glo. ꝙ
ex predeſtinatione eſt: ꝙ ſunt vocati: ⁊ ex alijs ſequẽtibus
etiã ibidẽ patet. cũ dicit quos predeſtinauit ⁊c̄. talis aũt
bonus vſus eſt iuſtificationis ⁊ vocationis effectus. Nã
vt dicit Aug. li. pri. ad Simpli. Nemo ꝓpterea bñ opera
tur vt accipiat gratiã: ſed qꝛ accepit: quomodo enim poteſt
iuſte viuere qui nõ fuerit iuſtificatus: iuſtificat aũt gra-
tia: vt iuſtificatus poſſit iuſte viuere. prima aũt eſt gratia
ſcđa aũt ſunt opera. Et paulo ante ſuper illo Apl'i ad Ro Cap. 9.
ma. Non ex operibus ſed ex vocãte dictũ eſt: qꝛ maior ſer
uiet minori inquit. ergo vocãtis eſt gratia: ꝑcipiẽtis autẽ
gratiã cõſequẽter ſunt opera nõ que gratiã pariãt: ſ; que
gr̃a pariãtur. Et infra. iuxta mediũ libri dicit. ꝙ vocatio
eſt effectrix bone volũtatis ⁊ eã ꝑcedit nõ ecõuerſo: ⁊ ꝓpt
hoc a deo recte tribuitur: qđ bene volum⁹ nobis tribui: nõ
ꝓpter quod vocamur. ¶ Sed ad hãc rationẽ forſan re-
ſpõdebitur ꝙ talis bonus vſus inquantũ eſt partialiter a
gratia elicitus: ⁊ bonus bonitate meritoria eſt vtiq; ꝑde-
ſtinationis effectus: ſed inquãtũ eſt partialiter a volũta-

Digitized by Google

te ſeu libe.arbi.et bonus bonitate morali:non eſt effectus
p̄deſtinationis:ſed potius cauſa. ¶ Contra.q: voluntas
nō poteſt cauſare tale bonum velle etiā ſm̄ illā propriam
partialē cauſalitatem quā habet reſpectu volitionis niſi
gratia a deo ſpecialiter adiuta: et mota ad cauſandū.di-
cente Augu.in de gratia et libe.arbi.vltra medium.Cer
tū eſt nos velle cum volumus:ſed ille facit vt velimus bo
nū:de quo dictū eſt. ꝙ p̄parat voluntas a dn̄o:⁊ de quo di
ctum eſt:ꝙ operat̄ in nobis ⁊ velle:et certum eſt nos facere
cum faciamus:ſed ille facit vt faciamus.prebendo vires
efficaciſſimas voluntati:⁊ vniuerſaliter ipſe ait.in de ve-
ra innocentia. Quotiēs bona agim᷒:deus in nobis atq̃
nobiſcū vt operemur operat̄. Et ꝓpterea in eodem lib. Mul
ta inquit deus fecit in homine bona:que nō facit homo.
nulla vero facit homo que deus nō facit vt faciat homo.
multe autem auctoritates poſſent adduci ad oſtēdēdū:
ꝙ ad nullū bonū actum agit homo vel coagit: niſi ad co-
agēdum moueat̄ ⁊ iuuet̄ a deo:ſed iſte ꝓ nūc ſufficiāt:q:
in.2.diſt.26.prolixius iſtud probabit̄. Sed conſtat ꝙ ta
lis motio:⁊ diuinū adiutoriū reſpectu talis boni vſus eſt
effect᷒ p̄deſtinatiōis:⁊ nō cauſa quare ⁊c̄. ¶ Tertio prin
cipaliter ad q̄ſtionē arguo:expſſa determiatiōe Apoſto-
Cap.9. li ad Ro.que ſola(vbi ois alia ꝓbatio deficeret)debet cō
uincere quēlibet fidelē ad tenēdū hāc cōcluſionē. vbi de-
terminat ꝙ nō ex opib᷒ illis etiā futuris:vt exponūt oēs
glo. Jacob fuit p̄deſtinatus:⁊ idē vult ſentiēdum eſſe de
oib᷒:ne q̄s de merito opis glorieť. ¶ Secūdā ꝯcluſionē
ꝓbo primo ſic.ꝙ aliquis ſit ſine obice culpe originalis et
actualis taliter ꝙ nō īpediatur a ꝯſecutione ſalutis:aut
ſit eius indignus.eſt effectus diuine p̄deſtinationis.ergo
non q: q̄s ꝓuideť futurus ſine obice talis ſalutis: aut gr̄e
in canonica ſua. ſed denominatur ab actiua potētia: aut ergo dicit oīpotens: q: omni actiua potentia eſt formaliter potens: ſeu q: in ſe formaliter oēm potētiā actiuā habet: ⁊ hoc eſt falſum: q: hanc actiuam potentiam: qua hic ignis demōſtratus calorē agit: nō habet in ſe formaliter: et ſimiliter nec aliquā aliā potētiā actiuā creatā. Aut dr oīpotēs: q: omne poſſibile fieri eſt potens facere: ⁊ habet propoſitū. Alio modo aūt nō pōt intelligi oīpotens: ſicut nec illud ſignū omne incluſum in illo noīe oīpotens videt aliud poſſe diſtribuere in propoſito. quare ⁊c̄.

Reſpondeo In queſtione duo erūt articuli. Nā primo poſitis ⁊ premiſſis aliquibus diſtinctionibus ponam aliquas cōcluſiones ad ſolutionē queſtionis. Secundo ex illis eliciam correlatiue quaſdā alias: ⁊ contra illas ponam obiectiones ⁊ ſoluam.

Quantum ad primum diſtiguo primo de poſſibili. Nam poſſibilium quedā ſunt incōplexe ſignificabilia. quedam vero cōplexe tñ. Primo modo ſumitur dupliciter. Uno modo vt diſtinguitur cōtra actu ens: ⁊ ſic omne quod non eſt: poteſt autem eſſe aliqua entitas: dicitur quoddam poſſibile: ⁊ hoc modo anima antichriſti eſt quoddā poſſibile. et omnis alia entitas poſſibilis a deo creari. Alio modo ſumit poſſibile: vt ſcilicet diſtinguitur contra neceſſarium: et ſic omnis entitas actu exiſtens que poteſt non eſſe dicitur quoddam poſſibile: que autem non poteſt non eſſe dicitur neceſſarium ens: quale eſt ſolus deus. Simili modo quātum facit ad propoſitum. Poſſibile ſecundo modo dictum poteſt dupliciter accipi. Uno modo vt diſtinguitur contra verum. Uoco aūt verum illud enuntiabile/ ſeu cōplexe ſignificabile cuius enūtiatio ſi format eſt vera: ſicut ſupra dictum eſt. Et iſto modo ſolum enūtiabile falſum et non impoſſibile ⁊ omne hmōi eſt poſſibile. Alio modo ꝓut diſtinguit contra neceſſarium: et ſic omne tale etiam verū potens tñ non eſſe verum eſt poſſibile: quod aūt ſic eſt verum qḋ non poteſt non eſſe verū eſt neceſſarium: ſicut eſt deum eſſe: et

deū eſſe intelligentē.exemplū poſſibilis primi eſt: Petrū
currere:ſuppoſito ꝙ Petrus nūc nō currat: ⁊ idē eſt exē
plū ſecundi.ſuppoſito ꝙ ipſe currat. Sicut autē incōple
xe ſignificabilia ⁊ cōplexe ſignificabilia nō dicūtur eodē
modo poſſibilia:ſic nō dicūtur eodē modo poſſibilia fieri
ſed prima ſic dicūtur poſſibilia: qꝛ non ſunt ⁊ poſſunt eſſe
alique entitates primo modo accipiendo talia poſſibilia:
vel qꝛ ſi ſunt poſſunt nō eſſe alique entitates.ꝗtū ad ſcōm
modum. Sicut dicūtur poſſibilia fieri vel qꝛ poſſunt fieri
alique entitates quo ad primū moduꝫ:vel qꝛ poſſunt non
fieri alique entitates quo ad ſcōm modū. Poſſibilia ve
ro enūtiabilia nō ſic dicūtur poſſibilia fieri. Nā Petrum
currere nō dicitur poſſibile fieri: qꝛ Petrū currere poſſet
fieri aliqua entitas: ſicut etiā nec Petrū nō currere dici
tur poſſibile fieri:qꝛ poſſet fieri aliqua entitas. non enī po
teſt eſſe aliqua entitas. Pe.non currit: ꝗuis Pet.ſit ali
qua entitas: ⁊ in iſta enūtiatione que ſignificat ꝙ Pe. nō
currit:ſed ideo Petrū currere dicitur poſſibile fieri:qꝛ fie
ri poteſt ꝙ Petrus currat:ſiue qꝛ poteſt fieri vera.Cū igi
tur poſſibile fieri dicatur relatiue ad potens facere ſicut
factibile ad factiuuꝫ: ſicut poſſibile fieri dicitur duobus
modis ꝑdictis: ſic etiā correſpōdēter dicitur aliquid poſ
ſe ſeu eſſe potēs facere. ¶ Alia diſtinctio eſt:quā vt in ſen
Cap. 1. tentia ponit Anſel. de caſu diaboli. aliquis dicitur face
re dupliciter. Uno modo poſitiue.⁊ hoc dupliciter: ſcili
cet vel de nouo efficiendo vel factū conſeruādo. Alio mo
do negatiue:ſcilicet nō faciendo oppoſitū:ſeu ipſuꝫ nō ꝓ
hibēdo:cū tamen poſſet:⁊ hoc modo dicit ꝙ dicimus de
um facere aliquā rem que erat nō eſſe:cū ceſſat facere eā
eſſe. ⁊ ſimiliter que non ſunt:poteſt dici facere non eſſe:qꝛ
Cap. 17. cū poſſit nō facit illa eſſe.hoc modo loquitur Aug. 12. de
ciuita. dei.cū ait. Res quas deus condidit vt nō prius eſ
ſent.egit ꝗdiu nō fuerūt: ⁊ vt poſterius eſſent quando eſ
ſe ceperūt. Itē dicitur mala facere:qꝛ cū poſſet nō prohi
bet facientes.primo modo ſumitur facere ꝓprie:ſed ſcḋo
modo improprie. ¶ His premiſſis pono tres concluſio
nes.prima eſt. ꝙ omne poſſibile enūtiabile deus poteſt fa
cere eſſe verū:accipiendo facere cōmuniter ad primum ⁊
ad ſecundum modum . ſecunda ꝙ non omne poſſibile po
teſt deus facere eſſe verum:accipiendo primo modo face
re.tertia ꝙ omne poſſibile primo modo id eſt omnem enti
tatem poſſibilem. deus poteſt facere.primo modo accipi
endo facere. ¶ Prima concluſio probatur per verbum
Cap. 19. Salua.in Euange. Matth. Apud deuꝫ omnia poſſibilia
Cap. 1. ſunt.⁊ per illud angeli Luc. Nō erit impoſſibile apud de
um omne verbuꝫ id eſt omne quod verbo dici poteſt: qua
le eſt enuntiabile omne non implicans impoſſibilia. Et ſi
Ca. 18. militer in libro Gene. Nunꝗ deo eſt quicꝗ difficile. In
his autem omnibus ſermo eſt de his que complexe tantū
enuntiabilia ſunt. Nam primum dictum eſt ad oſtenden
dum hominem a deo poſſe ſaluari.ſecundum ꝙ virgo poſ
ſit concipere et parere. ⁊ tertium ꝙ anus et ſterilis poſſet
generare que tñ complexe valent ſignificari. ¶ Secun
dam concluſionem probo. Nam poſſibile eſt nullam rem
preter deum eſſe ⁊ tamen non poteſt hoc deus facere pro
prie loquendo de facere. Nam ſi aliquid ſic faceret iā ali
qua res preter deum eſſet:quia tamen deus poteſt nullaꝫ
rem conſeruare: ⁊ nullam creare cum hoc.ad quod ſequi
tur nullam preter deuꝫ eſſe: ⁊ ideo id ipſe poteſt facere ſe
cundo modo:ſcilicet non faciendo aliquam entitateꝫ eſſe
quam tamen poſſet facere. ¶ Secundo ideꝫ probo.nam
poſſibile eſt aliquem hominem. verbi gratia. petrum pec
care: ⁊ tamen deus non poteſt facere primo modo:quia ſi
queſtio. 3. cut dicit Auguſti. 83.q. Deo auctore non fit homo deteri
or. Eſt enim hec tanta culpa que in ſapienteꝫ ꝗuis homi
nem cadere nequeat: multo autem minus in deum.
¶ Preterea. Si deus faceret petruꝫ peccare. deus vel
let facere petrum illud quod ipſe non vellet eum facere.
vel vellet eum non facere quod ipſe non vellet eum nō fa
cere:quorum vtrūꝗ implicat contradictionem. Et conſe
quentia patet : quia deus nil poteſt facere niſi volens : et
ideo ſi faceret petrum peccare. vellet petruꝫ peccare. nul
lus autem poteſt peccare niſi vel faciendo quod deus nō
vult eum facere : vel non faciendo quod deus vult ipſum
facere. ¶ Preterea. Si deus faceret petrum peccare.pe
trus peccaret ⁊ non peccaret.probatur : quia nullus pec
cat faciendo illud quod deus vult eum facere:aut facere
facit. Unde Auguſti. 3. de libe. arbi. Si peccatum inquit Cap. 37.
tribuere velis conditori.peccantē purgabis:qui nihil pre
ter ſui conditoris inſtituta commiſit: qui ſi recte defendi
tur non peccauit. patet igitur ꝙ deus nō poteſt facere pe
truꝫ peccare proprie loquendo.poteſt tamen ſi improprie
loquamur:ſcilicet permittendo ipſum peccare: cuꝫ tamē
potuit ipſuꝫ impedire.omnipotenti enim bono. vt ait Au Cap. 4.
guſti.in Enchiri.ꝗ facile eſt ꝙ vult eſſe facere: tam faci
le eſt ꝙ non vult eſſe non ſinere. hoc niſi credamus pericli
tatur ipſum noſtre fidei initiuꝫ: qua nos in deum omnipo
tentem patrem credere confitemur. ¶ Ex quibus etiam
verbis innuitur ꝙ ad dei omnipotentiam quam fatemur
non pertinet ꝙ omne poſſibile poſſet facere primo modo.
ſed primo vel ſecundo. ⁊ iſtud ſatis eſt euidens:cum mul
ta ſunt poſſibilia quibus eſt impoſſibile vt deus faciat ea
primo modo. verbi gratia. ꝙ deus nihil efficit: aut conſer
uat ꝙ nulla res preter deuꝫ. Et aliud etiam quod in ſecū
da ratione tactum eſt ⁊ multa alia . ¶ Tertia concluſio
probatur primo quidem ex prima ſic:omne poſſibile enun
tiabile deus poteſt facere eſſe verum.ergo quamlibet en
titatem poſſibilem eſſe actu deus poteſt facere eſſe verā.
Et vltra.ergo quamlibet entitatē poſſibilem deus poteſt
facere.ſumendo facere primo modo: et hec vltima conſe
quentia patet : quia nullam entitatem deus poteſt facere
eſſe:niſi illam efficiendo vel factam conſeruando. ¶ Se
cundo probatur auctoritate ſapientie. vbi de ſapientia in Cap. 7.
creata ſcribitur: ꝙ eſt omnium artifex et habens omnem
virtutem: ⁊ cum ſit vna.omnia poteſt: que vera non eſſent
ſi aliquam entitatem poſſibilem fieri facere non poſſet.
¶ Tertio quia alias ſequeretur ꝙ aliquod factibile: vel
creatura poſſet deo non coagente ſe ſola facere : vel deus
⁊ creatura ſimul poſſent ꝙ deus per ſe ſolus non poſſet fa
cere. Conſequentia nota eſt. Nam omne factibile ab ali
quo factiuo vel ab aliquibus factiuis eſt factibile: ⁊ non
poſſunt alia factiua eſſe ꝗ deus vel creatura:vel ambo ſi
mul:ſed conſequens eſt falſum quantum ad vtramꝗ par
tem ſimul . quantum ad primam partem quidem. Tum
quia alioquin aliqua res poſſet eſſe que non eſſet ex deo:
neꝗ conſeruaretur per ipſum . contra illud quod in ſapi Cap. 11.
en. ait ſapiens deo:quomodo inquit poſſet aliquid perma
nere niſi tu voluiſſes:aut quod a te vocatum non eſſet cō
ſeruaretur. Ubi patet ꝙ dei voluntas eſt cuilibet rei cau
ſa permanendi: ⁊ niſi per eaꝫ non poteſt aliquid permane
re: ⁊ ꝙ nihil conſeruari poteſt niſi a deo vocatum id eſt vo
luntarie deductum ad eſſe. conſequentia patet:quia om
nis entitas:que aliquo non producēte poteſt produci. eo
dem non conſeruante poteſt per tempus conſeruari ⁊ per
manere. Tum ſecundo:quia cum tali rei factibili poſſent
alie ſimiles in ſpecie fieri:impoſſibile eſt ꝙ a creatura deo
non coagente producatur aliqua determinate : ſicut ſu
pra probatum eſt . ¶ Preterea. Auguſti. in de natura
boni . in principio. ⁊ Anſel . de caſu dyaboli . expreſſe di Cap. 1.
cunt ꝙ nulla eſſentia poteſt eſſe niſi ſit a deo.
¶ Quantum etiam ad ſecundam partem patet falſi
tas conſequentie: quia alias ſequeretur ꝙ dei virtus eſ
ſet impotens : ⁊ indigens amminiculo creature ad agen
dum: que agere vellet:quod blaſphemum eſt dicere ⁊ co

Digitized by Google

Cap.4. gitaret: et ideo di. Auguſti. primo de li.ar. ꝙ nec quiſꝗ̄ de
deo optime exiſtimat qui non eum omnipotētem/ atqꝫ ex
nulla particula cōmutabilem credit: et ſequitur: nec vlla
adiutum eſſe natura in creando: quaſi qui non ſibi ſuffice
ret. Eodem modo nullus bene de deo exiſtimat qui pu
tat eum non ſibi ſufficere ad faciendum quicquid facere
Cap.6. poteſt. Hoc confirmat Apoſtolus prima ad Timo.6. di
cens de deo: ꝙ ipſe eſt beatus & ſolus potens &c.

Nunc ſecundo infero aliqua. Primum eſt ꝙ
omne enuntiabile non verum
ad quod eſſe verum non ſequitur cōtradictoria eſſe ſimul
vera/ ſeu primum principium nō eſſe verum deus poteſt
facere eſſe verum. loquendo de facere cōmuniter ad pri
mum & ad ſcd̄m modum ſeu expeditius loquendo: omne
tale poteſt per diuinam potentiam eſſe verum. probatur.
quia omne tale poſſibile eſſe verū deus poteſt facere eſſe
verum. patet ex prima concluſione: ſed omne non verum
ad quod eſſe verum non ſequitur primum principium nō
eſſe verum. eſt poſſibile eſſe verum. ergo &c. probatur mi
nor: quia ſi detur oppoſitum: ſit ergo a. enūtiabile impoſſi
bile eſſe verū: ad quod tamen eſſe verum non ſequitur pri
mum principium non eſſe verum. Et arguo ſic a. non po
teſt eſſe verum. igitur ſi a. ſit verum a. poteſt eſſe verum: &
a. non poteſt eſſe verum. ergo ad a. eſſe verum ſequit̄ pri
mum principium non eſſe verum: cuius oppoſitum poni
tur. patet conſequentia: quia ſequitur a. eſt verum. ergo
a. poteſt eſſe verum. ❡ Secunda concluſio eſt. ꝙ omnem
entitatem quā deus (coagente ſecunda cauſa) poteſt pro
ducere/ vel efficere: poteſt per ſe illa non coagente. hoc ꝓ
batur primo ex precedēte: q2 nulli tale a ſolo deo fieri im
plicat contradictionē. ❡ Secundo probatur: quia deus
nullius alterius cauſe amminiculo indiget ad producen
dum. alias non ipſe vnus & ſolus omnia poſſet: vt dicunt
auctoritates inducte ad probandum tertiam concluſio
nem. Ad hoc eſt articulus Pariſien̄ .63. dicens: ꝙ deus
non poteſt in effectum cauſe ſecundarie ſine cauſa ſecun
daria error. ❡ Contra iſtas poteſt argui. Et primo cōtra
primam: quia aliquem iuſtum perſeuerātem non admit
ti ad eternam beatitudinem/ aut aliquem predeſtinatum
ſeu in libro vite ſcriptum deleri de libro illo. non implicat
contradictionem: & tamen neutrū eſt poſſibile fieri & neu
trum poteſt deus facere. ergo non omne quod non impli
cat contradictionem deus poteſt facere. ❡ Prima pars
antecedētis patet: quia in neutro aſſumpto idem affirma
tur & negatur de eodem. Et ſecunda probatur per Magi
Cap.32. ſtrum hyſtoriarum ſuper illo verbo Moyſi in Exo. Ob
ſecro domine/ aut dimitte eis noxam hāc/ aut dele me de
libro quē ſcripſiſti. Ubi dicit Magiſter: ꝙ eſt magna con
fidentia in deum. hoc eſt per impoſſibile dictum: quaſi di
cat ſicut eſt impoſſibile: vt me deleas de libro ſic oro non
poſſe fieri quin dimittas. ❡ Preterea. Or peccatum ali
quod remaneat impunitum: & ꝙ homo ſine ſatiſfactione
peccati admittatur ad beatitudinem/ vel eternam/ vel il
lam quam habuit ante lapſum: nullam implicat cōtradi
Cap.19.E. ctionem: et tū neutrum deus poteſt: ſm̄ Anſel. lib.1. Cur
deus homo. vbi ait. Tene igitur certiſſime ꝙ ſine ſatiſfa
ctione .i. ſine debiti ſolutione ſpontanea: nec deus poteſt
peccatum impunitum relinquere/ nec peccator ad beati
tudinem talem qualem habebat anteꝗ̄ peccaret ꝑuehi.
❡ Preterea. Magiſter in fine .44. diſtin. dicit: ꝙ deus
non poteſt incarnari/ nec reſurgere: ſed poteſt eſſe incarna
tus et reſurrexiſſe: ſed conſtat ꝙ deum incarnari nullam
implicat contradictionem. ❡ Quarto. quia ad aliquod
preteritum non fuiſſe non ſequitur primum principiū nō
eſſe verum: & tū nullum preteritum poteſt deus facere nō
fuiſſe. ergo non omne ad quod non ſequitur primum prin
cipium non eſſe verum. poteſt deus facere eſſe verum. cō

ſequentia patet. Et antecedens quātum ad primam par
tem probatur: q2 non videtur plus poſſe probari ꝙ ſequa
tur contradictio ad adam non fuiſſe/ ſeu ad iſtam. Adam
non fuit/ ꝗ̄ ad iſtam. antichriſtum non fore/ ſeu antichri
ſtus non erit. ad quam tū certum eſt nullam cōtradictio
nem ſequi: cum ipſa ſit poſſibilis eſſe vera. Secūda pars
antecedentis probatur per illud .6. ethicorum. Hoc ſolo Cap.2.
priuat̄ deus ingenita facere que vtiqꝫ facta ſunt. ❡ Se
cundo contra ſcd̄am concluſionem primo quidem: ſi eſſet
vera ſequeretur ꝙ deus non coagente aliquo alio: poſſet
cauſare actum malum/ ſeu culpabilem: quod nō videtur
concedendum ſm̄ ſanctos. ❡ Preterea. Sequitur ꝙ ho
mo poſſet in caſu odire deum meritorie: qđ eſt abſurdum
conſequentia probatur. Nam deus poſſet precipere/ ſeu
preceptum dare alicui ꝙ ille odiret deū. patet tam ex ſe
cunda cōcluſione/ ꝗ̄ ex prima: quia non implicat contra
dictionem: cum tale preceptū ab homine poſſet fieri. hoc
autem precepto dato. ſi homo obediret: ſuppoſito ꝙ alias
eſſet in charitate: ſicut poſſibile eſt vtiqꝫ mereret̄. ❡ Rūo
et premitto quādam vſitatam diſtinctionem videlicet ꝙ
deum poſſe hoc vel illud facere: pōt intelligi dupliciter.
vno modo ſm̄ potentiā ordinatam: & alio modo ſm̄ potē
tiam abſolutam. non ꝙ in deo ſint due potentie. vna ordi
nata & alia abſoluta/ nec hoc volunt ſignificare doctores:
ſed illud dicitur deus ad intellectum recte intelligētium
poſſe de potentia ordinata quod poteſt ſtante ſua ordina
tione & lege eterna: que non eſt aliud ꝗ̄ eius volūtas: qua
eternaliter voluit hec vel illa: & tale vel tale eſſe futurum.
Illud autē dicitur poſſe de potentia abſoluta: qđ ſimpli
citer & abſolute poteſt. E cōtra. illud non dicitur poſſe de
potentia ordinata quod non poteſt ſtāte lege & ordinatio
ne ſua que nunc eſt: illud vero non poſſe de potentia abſo
luta. quod ſimpliciter & abſolute nō poteſt. ❡ Patet aūt
ꝙ ſimpliciter & abſolute ſine ſuppoſitione cōtradictionis
deus multa pōt: que non poteſt ſtante eius lege & volunta
te qua voluit ſic ſe facturū. Et hoc ideo: q2 illa & ſi ſint ſim
pliciter poſſibilia: ſunt tū incōpoſſibilia ordinationi diui
ne. verbi gratia. cōſtat ꝙ ſimpliciter loquēdo chriſtus po
tuit nō incarnari & nō mori: iuxta verbū eius. poteſtatem
habeo ponendi animam: & iterum. oblatus eſt q2 voluit: &
tū iſtud non poterat ſtante ordinatione ſua: qua eternali
ter ꝓpoſuit per ſuam mortem redimere genus humanū.
ſunt enim hec incōpoſſibilia. deus propoſuit ſe moriturū
et deus non morietur: referendo ad idem tempus: ꝗuis
autem iſta ſunt incōpoſſibilia: quia tamen illa ordinatio
non eſt neceſſaria .i. non eſt neceſſarium deum ſic ordinaſ
ſe: quinimo poſſibile eſt ipſum ordinaſſe & voluiſſe oppoſi
tum: ideo illud quod ſolum eſt impoſſibile ex ſuppoſitio
ne ordinationis: vtpote ei incompoſſibile non eſt abſolute
impoſſibile: ſed poſſibile: & ſimpliciter loquendo illud de⁹
poteſt facere. ❡ Huic diſtinctioni ſatis concordat alia
antiqua qua dictum eſt: ꝙ deus nō poteſt de iuſtitia que
poteſt de potentia. Cum enī nihil ſit iuſtum: niſi quod eſt
conforme voluntati diuine: que eſt prima & ſumma lex iu
ſtitie: iuxta illud Anſel. pro ſolo. deo dicentis. Illud ſolū Cap.12.
iuſtum eſt quod vis: & non iuſtum quod non vis. illud di
citur repugnare diuine iuſtitie: quod repugnat diuine
volūtati. illud ergo dicitur deus non poſſe de iuſtitia: qđ
eſt incōpoſſibile ſue ordinationi & volūtati: que eſt prima
iuſtitia. Illud aūt eſt omne cuius oppoſitū de⁹ vult: ꝗ̄uiſꝗ̄
ipſum ſit ſm̄ ſe poſſibile ſimpliciter. ❡ Hoc premiſſo re
ſpōdeo ad rōnes cōtra primā cōcluſionē. Et cōcedo aāſ
prime quo ad vtrāqꝫ partē loquēdo de potētia ordinata.
Et in eodē ſenſu ꝯcedo ꝯñs: q2 vt ſic non eſt ꝯtra dicta: cū
ſemꝑ locutus ſim de potētia abſoluta. Si vo aāſ intelli
gat̄ de potētia abſoluta. nego ipſum ꝑpter ſcd̄am partē.
Nam conſtat ꝙ deus poſſet quemlibet iuſtum: immo et

Digitized by Google

oēs creaturas ſimul annihilare: cum libere cōſeruet eas:
⁊ per conſequens poſſet perſeuerantem in iuſtitia non ad
mittere ad beatitudinem: non tamen hoc poſſet ſtāte ſua
ordinatiōe qua eternaliter voluit eas beatificare. Aucto-
ritas vero que inducitur: non intelligenda eſt de potentia
abſoluta: ſed ordinata. poſſet tamen propter illud verbuꝫ
deleas. diſtingui: quia vel accipitur proprie: et ſic deleri
de libro preſupponit fuiſſe ſcriptuꝫ in libro: ⁊ idem eſt de
leri de libro quod poſtq̄ fuit ſcriptum non eſſe ſcriptum:
⁊ illud eſt ſimpliciter impoſſibile de hīs qui dicūtur ſcri-
pti in libro ſm̄ eternam preſcientiam: ſicut eſt impoſſibile
deuꝫ quemq̄ non velle ſaluare: poſtq̄ voluit ipſum ſalua
re. Nam hoc arguit mutationem voluntatis diuine: quā
eſſe implicat contradictionem. ſic enim non eſſet deus.
Alio modo poteſt ſumi deleri magis large pro nō eſſe ſcri
ptuꝫ: ⁊ vtiq̄ illud poſſibile eſt de potentia abſoluta: ſicut
eſt poſſibile de facto: ꝙ aliquis qui eſt predeſtinatus non
ſit: nec vnq̄ fuit predeſtinatus: ꝙ ergo fuiſſet Moyſes de
letus de libro in quo eum ſcripſerat deus. in primo ſenſu
vtiq̄ fuit ſimpliciter impoſſibile: ⁊ etiam implicans con-
tradictionem. In ſenſu autem ſecundo non fuit impoſſi-
bile ſimpliciter. ¶ Ad aliud eodem modo dicendū: ꝙ An
ſel. loquitur de potētia ordinata: ⁊ ſimiliter ad Magiſtrū
Nam conſtat ꝙ nec Magiſter nec aliquis catholicus ne-
garet verbum poſſe illam naturam aſſumptam dimitte-
re: ⁊ de nouo eam vel aliā ſibi vnire: ⁊ per conſequens poſ
ſet iterum incarnari. ¶ Pro quarto argumento ſciendū:
ꝙ aliqui antiqui doctores tenuerunt ꝙ preteritum per di
uinam potentiā poteſt non fuiſſe: ſicut patet de magiſtro
Gilberto porretano in Commento ſuo ſupra librū de tri.
boe. Nam vbi Boetius agens de preterito quando ait: at
de deo: non ita enim ſemper eſt: quoniam ſemper in eo eſt
preſentis temporis. ſic ſcripſit. Eque etenim vniuerſa dei
ſubiecta ſunt poteſtati: vt ſcilicet ſicut quecunq̄ non fue-
runt: poſſunt fuiſſe: ⁊ quecunq̄ non ſunt vel non erunt poſ
ſunt eſſe: ita etiam quecunq̄ fuerunt: poſſunt non fuiſſe.
Et quecunq̄ ſunt vel erunt: poſſunt non eſſe. huius etiam
ſentētie fuit magiſter Guillermus altiſiodorenſis in ſum-
ma ſua. libro primo. tractatu de potentia dei. vbi querit:
cap. 6. an deus de corrupta poſſet facere virginem. Allegat eniꝫ
pro parte negatiua auctoritatem Hierony. ad Euſtochi
um. Et reſpondendo ponit duas ſolutiones. Prima eſt ꝙ
poteſt: ſed ideo dicitur non poſſe: quia non oſtendit ſe poſ
ſe eo ꝙ non legitur hoc feciſſe. Secunda eſt ꝙ deus nō po
teſt facere de corrupta virginem: quantum ad omnem di
gnitatem virginitatis: poteſt quidem incorruptam face-
re: quantum ad animam: ⁊ clauſam quantum ad corpus:
ſed non poteſt facere quin fuerit corrupta: quod eſt digni
tas in virgine. Sed ſtatim contra iſtam ſolutioneꝫ obijcit
concludendo: ꝙ deus non eſſet omnipotens: ſi hoc non poſ
ſet: vt patet ibi. Et ideo finaliter tenens partem oppoſitā
dicit ſic. Et ꝓpter hoc oportet dicere ſicut dicit magiſter
Gilbertus ꝙ deus poteſt facere ꝙ iſta nunq̄ fuerit corru
pta. Quia quantum in ſe eſt: non ſe habet aliter ad res q̄
ſe haberet ab eterno: volēs ꝑ hoc arguere: ꝙ ſicut ab eter-
no potuit facere ne eſſet iſta corrupta: ita ⁊ nunc poteſt.
¶ Deinde ad auctoritatem Hieronymi reſpondendo di
cit ꝙ ipſe loquitur cum ſuppoſitione preteriti: cum ait: ꝙ
deus non poteſt facere de corrupta virginem. non eniꝫ in
quit poteſt facere cum ſuppoſitione preteriti. poteſt tamē
ſm̄ ſe. cum ſit omnipotens: hec ſunt verba eius. ¶ Hoc
etiam adhuc aliqui viuentes doctores vniuerſitatis an-
glicane tenent: non videntes aliquam contradictiōē neꝫ im
plicari vel ſequi: ex eo ꝙ aliqua res que preterita eſt. ver-
bi gratia. Adam ponatur non fuiſſe: quoniam vt dicunt ⁊
verum eſt: aliquando fuit verum Adam non fuiſſe: et per
conſequens non includebat ante aliquam contradictio-
nem. neceſſario ergo nec nunc. vt aiunt.
¶ Pro parte iſta poſſet argui primo ex motiuo tacto in
argumēto: quoniam ſcilicet ad Adam / aut aliquam rem
precedētem non fuiſſe: non ſequitur principium primum
non eſſe verum: non plus: vt videtur q̄ antichriſtum non
fore. ¶ Secundo ſic. deus poteſt eternaliter non voluiſſe
vnq̄ producere Adam. ergo poteſt eum non produxiſſe.
Antecedēs probatur: quia non minus Adam quem eter-
naliter voluit aliquando producere: poteſt eternaliter nō
voluiſſe ꝓducere q̄ antichriſtū: quem etiam eternaliter
voluit producere in fine mundi: poſſet eternaliter non vo-
luiſſe producere: ſed certum eſt ꝙ ipſe poteſt eternaliter
voluiſſe producere antichriſtum. alias vel voluiſſet pro-
ducere ⁊ non produxiſſet ſicut voluit: ⁊ ſic fruſtrata ⁊ mu
tata fuiſſet eius voluntas / vel non poſſet non producere
antichriſtum: quorum vtrūq̄ certum eſt eſſe falſum. con-
ſequentia principalis eſt clara: quia ſequitur: deus non
voluit eternaliter: aliquando producere Adam et ſi non
voluit non produxit. ¶ Forte reſponderetur ꝙ non eſt ſi-
mile de Adam preterito et antichriſto futuro: quoniam
productio Ade eſt iam poſita in effectu et extra ſuas
cauſas: ac per hoc non remanet ſub contingentia ſuarum
cauſarum: vt poſſit non fuiſſe. productio vero antichriſti
nondum eſt poſita: ⁊ ideo adhuc eſt ſub contingentia ſua-
rum cauſarum: et poteſt non poni: et per conſequens po-
teſt antichriſtus non fore: ⁊ ſicut productio Adam nō po-
teſt non fuiſſe: ita deus non poteſt non voluiſſe produce-
re Adam. poteſt autem non voluiſſe producere antichri-
ſtum: ſicut eius productio poteſt non fore. ¶ Iſta reſpō-
ſio ſuper eo fundatur ſuper quo vertitur preſens dubium
hoc enim inquiritur principaliter: ſcilicet an Adam / vel
aliquid cuius productio iam poſita eſt in effectu: poſſet
non fuiſſe: ⁊ per conſequens non fuiſſe productum: quod
etiam non eſt aliud in ſententia / q̄ ſi dicatur: an adhuc ſit
ſub contingentia prime cauſe quātum ad fuiſſe / vel non
fuiſſe diuiſim: ſicut productio antichriſti eſt ſub cōtingen
tia prime cauſe quātum ad fore / vel non fore: ⁊ ideo reſpō
ſio non apparet ſcientifica. ¶ Confirmatur quod dictum
eſt: quoniam quāuis ſecundarum cauſarum talis diffe-
rentia effectus iam producti et effectus ꝓducibilis quā-
tum ad contingentiam haberet locum: in reſpectu autem
ad primam cauſam cui eque poſſibilia ſunt quecūq̄ non
implicant contradictionem: iuxta communem theologo-
rum conceſſionem: non videtur locum habere: cum non
plus appareat contradictionem implicari: ſi dicatur
Adam non fuiſſe: q̄ ſi dicatur antichriſtum non fore. Et
ideo vtrumq̄ equaliter videtur remanere ſub contingen-
tia prime cauſe. ¶ Preterea. Si eſſet impoſſibile deum
non voluiſſe producere Adam: hoc vt videtur non eſſet
quia produxit: ſed quia voluit producere et neceſſe eſſet
ipſum voluiſſe: q2 datur per impoſſibile ꝙ neceſſe ſit ip-
ſum produxiſſe: et cum non ſit neceſſe ipſum voluiſſe pro-
ducere: adhuc poſſibile eſt ipſum voluiſſe producere:
ſed conſtat ꝙ non minus verum eſt ab eterno deum vo-
luiſſe producere antichriſtum / q̄ ſit verum eum voluiſſe
producere Adam. Ex quo videtur illud ſicut et iſtud eſſe
contingens. ¶ Confirmatur quia non videtur dicēdum:
ꝙ temporalis et noua productio Ade aliquo modo mi-
nuerit et ſuſtulerit libertatem / vel potentiam diuine vo-
luntatis: vt videlicet id quod anteq̄ ipſa poneretur in
effectu deus voluerat libere et contingenter et poterat
non voluiſſe: illa poſita voluerit neceſſario et non poſ-
ſit non voluiſſe. ¶ Huic etiam videtur fauere verbum
Magiſtri in fine. 43. diſtinctionis huius primi libri.
dicit enim ꝙ deus habet potentiam volendi ab eterno:
et nunc: ꝙ nec modo vult / nec ab eterno voluit et
non minus: vt videtur: habet potentiam non volendi et

Digitized by Google

nunc ⁊ ab eterno quod modo vult: ⁊ ab eterno voluit.
¶ Tertio poteſt argui: quia ſi res preterita non poſſet ⁊c. ſequi videtur: ꝙ deus poſſet dicere falſum: ac etiam mentiri. fallere. ac etiam per ſe ⁊ directe: quorum vtrumqꝫ repugnat doctrine ſanctorum: vt in queſtione ſequenti oſtẽdetur: conſequentia probatur: quia deus poſſet alicui abſoluta et non tantum conditionata reuelatione predicere aliquid fore in .a. tempore futuro: ⁊ velle ꝙ ille credat ſic eſſe futurum: quinimmo ⁊ concreare in mente illius iudicium ⁊ aſſenſum quo aſſentiat ⁊ iudicet ſic eſſe futurum. hoc facto ⁊ in preteritum lapſo: ſi preteritum per diuinã potentiam non poteſt non fuiſſe: ſemper poſtea erit verũ ⁊ neceſſarium deũ ſic reuelaſſe: ⁊ illum ſic aſſenſiſſe ⁊ credidiſſe futurum. ¶ Sed non obſtante aliqua reuelatione prius facta de aliquo futuro: quod adhuc eſt futurũ: in poteſtate dei eſt: vt illud non eueniat: alias cum de futura chriſti morte multe reuelationes prius ⁊ anime chriſti et prophetis et per chriſtum ipſis apoſtolis facte fuiſſent: non fuiſſet in libera poteſtate chriſti inſtante tẽpore ſue paſſionis vitare ⁊ recipere mortem. Contra quod ipſe
Cap.10. Joan.x. ait. Poteſtatem habeo ponendi animam meam ⁊ paulopoſt ait. nemo tollet animam meam a me: ſed ego ponam eã a me ipſo: manifeſte ſignificans ꝙ tunc in eius poteſtate erat non mori. Et hunc ſenſũ ex eius verbis eli-
Cap.13. ciunt gloſe. Et Auguſti. ſuper Joan. homelia. 45. ⁊ 4. lib. de trinita. Hoc etiam chriſtus ſignificauit cum ait petro. An putas quia non poſſum rogare patrem meum: ⁊ exhi-
mat.26. bebit mihi pluſqꝫ duodecim legiones angelorũ. ponatur ergo ꝙ tale futurum reuelatum non eueniat: ſequitur ꝙ deus falſum dixit: ⁊ mentitus illi fuit: ac eum decepit et fefellit: ⁊ ſimiliter ꝙ cum deus reuelabat tunc actu mentiebatur ⁊ fallebat. Nam aſſerebat illi aliquid fore ⁊ nolebat: quinimmo ⁊ faciebat ꝙ ille ita aſſentiret: quod tamẽ ſm veritatem non erat futurum: ⁊ ita non eſſe ipſe deꝰ bene ſciebat que vtiqꝫ ſufficiunt ad completam rationẽ mẽdacij ⁊ fallacie. ¶ Pro hac etiam parte videntur auctoritates alique. dicit enim Auguſti. 26. contra Fauſtum. tam non poſſunt futura non fieri qꝫ non fuiſſe facta preterita. Et loquitur ibi determinate de potentia dei. ſic ergo ⁊ non plus eſt deo impoſſibile preterita non fuiſſe ⁊ futura non fore: ſed certum eſt ꝙ futura non fore eſt abſolute poſſibile deo. ergo ⁊ preterita non fuiſſe. ¶ Item Anſel.
Cap.17. libro primo cur deus homo. Itaqꝫ omnis neceſſitas ⁊ impoſſibilitas diuine ſubiacet voluntati. illius autem voluntas nulli ſubditur neceſſitati: aut impoſſibilitati. nihil enĩ eſt neceſſarium aut impoſſibile: niſi quia ipſe ita vult: ipſum vero aut velle aut nolle aliquid propter neceſſitatem aut impoſſibilitatem alienum eſt a veritate. ¶ Ex hoc videtur iam haberi ꝙ preteritum non fuiſſe: ſi ſit impoſſibile: non eſt impoſſibile niſi quia deus non vult illud non fuiſſe: ſed quia vult illud fuiſſe: hoc autem eum velle vel illud nolle eſt ſibi liberum: et non neceſſarium: et nec impoſſibile: quia eius voluntas non ſubditur alicui neceſſitati vel impoſſibilitati. ¶ Item ſubdit ſpecialius ad propoſitum: et ſic cum facit deus aliquid poſtqꝫ factum eſt. iam non poteſt non eſſe factum: quoniam ſemper verum eſt factum eſſe: nec tamen recte dicitur: impoſſibile deo eſſe vt faciat quod preteritum eſt non eſſe preteritum: nihil enĩ ibi operatur neceſſitas faciendi: aut impoſſibilitas faciẽdi: ſed dei ſola voluntas: que veritatem ſemper quandoqꝫ ipſa veritas immutabilem ſicuti eſt vult eſſe: ita ſi propoſuit ſe aliquid immutabiliter facturũ: qꝫuis quod propoſuit anteqꝫ fiat non poſſet non eſſe futurum: non tamen vila eſt in eo faciendi neceſſitas: aut non faciendi impoſſibilitas: quoniam ſola in eo operatur voluntas. Hec Anſel.
¶ Ex his videtur concludi idipſum. Tum quia dicit nõ recte dici impoſſibile eſſe deo, vt faciat quod preteritum eſt non eſſe preteritum. Tum quia dicit impoſſibile eſſe aliquid quod deus propoſuit ſe facturum. non eſſe facturum anteqꝫ fiat: ſicut illud quod fecit poſtqꝫ factũ eſt: nõ poteſt non eſſe factum. ¶ Sed conſtat ꝙ primum nõ eſt impoſſibile ſimpliciter ⁊ ſm ſe abſolute: ergo nec ſecũdũ. Confirmatur ex eo: quod poſtea in eodem capitulo circa finem dicit. ꝙ neceſſitas ſequens: quam et nos vocamus neceſſitatem conſequentie: cum qua ſm ipſum: vt patet ibi: ſtat contingentia ſimpliciter tam antecedentis qꝫ conſequentis currit per omnia tempora hoc modo: quicquid fuit neceſſe eſt fuiſſe: ⁊ quicquid eſt neceſſe eſt eſſe: ⁊ quicquid futurum eſt neceſſe eſt futurum eſſe. ¶ Ex quo patet ſm ipſum ꝙ preteritum fuiſſe neceſſarium eſt neceſſitate conſequentie. Et de alia neceſſitate non facit mentionem. ¶ Ex quo poſſet videri alicui ꝙ non intendat ꝙ ſit neceſſarium preteritum fuiſſe neceſſitate abſoluta: et per conſequens nec oppoſitum ſm ſe et abſolute ſimpliciter impoſſibile. ¶ Oppoſitam vero partem multo plures et maioris auctoritatis doctores tenuerunt et tenent quod certe ſatis eſt ponderandum. Et pro illa parte etiã poteſt fortiter argui tam auctoritatibus qꝫ rationibus. ¶ Eſt autem auctoritas prima Hiero. ad Euſto. vbi ait ſic. Audenter dicã cũ omnia poſſit deus. ſuſcipere ſuſcitare non poteſt virginem poſt ruinam .i. non poteſt corruptam facere non fuiſſe corruptam. ¶ Secunda eſt Auguſti. 26. contra fauſtum dicentis. quiſquis dicit ſi omnipotens eſt deus faciat vt que facta ſunt facta non fuerint: nõ videt ſe hoc dicere: ſi olpotens eſt deus faciat vt que vera ſunt eo ipſo quo vera ſunt falſa ſint. Et infra. ſententia quippe qua dicimus aliquid fuiſſe: ideo vera eſt: quia id de quo dicimus iam non eſt. hanc ſententiam deus falſam facere non poteſt: quia non eſt contrarius veritati. ¶ Tertia Cap.4.
eſt Anſel. in de concor. de. nũqꝫ fieri poteſt vt res que preterita eſt fiat non preterita: ſicut res quedam que preſens eſt poteſt fieri non preſens: ⁊ aliqua res que non neceſſitate futura eſt poteſt fieri vt non futura ſit. ¶ Item pro ſo- Cap.7.
lutio. deo loquens. ſi omnipotens inquit es quomodo mẽtiri non potes: nec facere verum eſſe falſum: vt quod factum eſt non eſſe factum. ¶ Item primo cur deus ho- Cap.17.
mo. quicquid fuit: neceſſe eſt fuiſſe.
¶ Rationibus etiam probatur ipſa concluſio. Primo ſic. ſi deus poſſet rem preteritã facere non fuiſſe: aut hoc poſſet poſitiue. ſ. efficiendo eam: aut aliquid circa eã: aut negatiue. ſ. nihil efficiendo vel agẽdo. Non primo modo: quia eſto ꝙ eam de nouo faceret: aut aliquid aliud: non tamen ex hoc ipſa prius non fuiſſet. Nec ſecundo modo: quia cum ſit nunc verum ipſam fuiſſe ſi deus nihil agat vel immutet circa eam: ſemper verum erit vt nunc eſt. ergo nullus modus apparet quo deus poſſet facere eã nõ fuiſſe. ¶ Secundo ſic. nulla priuatio et nullum non ens poteſt eſſe obiectum potentie diuine: niſi ſm ꝙ ipſum reſpicit aliquod ens: et ſequitur ad poſitionem vel deſtructionem alicuius entis: ſed illud quod preteritum eſt non fuiſſe: eſt vnum priuatiuum: et aliquod non ens: quod non ſequitur ad poſitionem vel deſtructionem alicuius entis. ergo illud quod preteritum eſt nunqꝫ fuiſſe: non poteſt eſſe obiectum potentie diuine. maior probatur: quia ſi detur oppoſitum ſequitur ꝙ ſi deus adhuc nihil feciſſet. poſſet eſſe cauſa; ꝙ nihil foret: ſed hoc eſt falſum: quia ſi per imaginationem vel per impoſſibile deus non eſſet: adhuc nihil foret. ergo deus non eẽt cauſa ꝙ nihil foret et per conſequens nihil fore non eſt proprium obiectũ alicuius potẽtie vel cauſe niſi ſm hoc ꝙ ſequitur poſitionẽ vel deſtructionẽ alicuius entis. minor ꝓbatur: quia ſi deus cauſaret oĩa que põt cauſare: adhuc ſtaret ꝙ mundus fuit: ⁊ ſic de oĩbus ꝓteritis. Similiter ſi annihilaret oĩa que põt annihilare: adhuc ſtaret mũdũ fuiſſe. ergo mundum non

Digitized by Google

fuiſſe non ſequitur poſitionem/aut deſtructionem alicuius entis: ⁊ ita de alijs preteritis. Patet ergo ꝙ preteritum non fuiſſe nõ poteſt eſſe obiectũ potentie diuine. Et quo vltra infertur. ergo deus non poteſt facere preteritũ non fuiſſe. Et vltra. ergo res preterita nõ poteſt nõ fuiſſe. ¶ Tertio ſi deus poſſet ⁊c̃. poſſet cõſimiliter facere nihil fuiſſe ⁊ nihil eſſe ⁊ nihil futurũ eſſe: ⁊ cum hoc non poſſit facere per aliquã mutationem: ſine omni mutatione preſenti: preterita: ⁊ futura poſſet facere iſta: ſed hoc ꝯñs eſt falſum: quod ꝓbatur: ſm̃ hoc deus poſſet de patre meo facere nõ patrem meũ ſine omni mutatione et de albo nigrũ ſine mutatione. Et me q̃ ſum Pariſius eẽ in celo/ vel Rome ſine omni mutatione: ⁊ conſequẽtie iſte tenẽt. ſimiliter oẽm creaturam poſſibilẽ deus poteſt facere ſine mutatione. Patet q: poſſet produxiſſe ab eterno: ⁊ tunc non eſſet terminus a quo fieret mutatio. Similiter ſequitur: ꝙ deus poſſet facere me nõ eſſe ſine hoc ꝙ deſtrueret eſſe meum. Patet: q: poſſet facere me nunꝗ̃ fuiſſe/ nec nũꝗ̃ eſſe. Et ſi ita faceret: faceret me nõ eſſe ſine hoc ꝙ deſtrueret eſſe meum: q: nunꝗ̃ habuiſſem eſſe. ¶ Quarto ſic. ſi poſſibile eſt mũdum nõ fuiſſe ponatur ꝙ hac die deus faciat mundũ nunꝗ̃ fuiſſe: tunc iſta erit vera. nũc primo factum eſt ꝙ nunꝗ̃ mũdus fuit. ergo mũdus nũꝗ̃ fuit: ſed anteꝗ̃ hoc factũ deus faceret: mũdus fuit. ergo mũdus fuit ⁊ mundus non fuit: et ſic contradictoria eſſent ſimul vera. ¶ Quinto q: tunc deus poſſe mẽtiri. probatur. ponatur ꝙ alicui deus reuelauit Adã fuiſſe: ſicut de facto fecit Moyſi. ſi ergo poſſibile ſit Adam non fuiſſe: faciat deus ꝙ non fuerit: ⁊ tunc ſequitur ꝙ deus fuerit mentitus. Si dicatur ꝙ ſi deus faciat Adam non fuiſſe. ſimul faciet illam reuelationem non fuiſſe contra. Quis hoc ſit poſſibile: nõ tamen eſt neceſſarium: quia Adam ⁊ reuelatio illa fuerunt entitates diſtincte: quarũ neutra fuit intrinſeca alteri. ergo ſicut ſi eſſent: poſſet vnã abſq̃ alia deſtruere: ſic poteſt facere ꝙ vna non fuit: nõ faciẽdo ꝙ alia non fuerit: ⁊ tunc ſequitur illatũ. ¶ Qui primam partẽ vellet ſuſtinere: ſatis bene poſſet ad ea que pro parte ſcd̃a inducta ſunt reſpõdere. ¶ Unde ad auctoritatẽ Hierony. dici poſſet: ꝙ dupliciter poteſt intelligi aliquã ſuſcitari virginem poſt ruinã. i. poſt ſuam violationem. ¶ Uno modo ꝙ ſuſcitetur quãtum ad ſtatũ/ vel cõditionem virginitatis in ſe. ita ꝙ corrupta redeat virgo: ita ꝙ ſi verum dicere eam nunꝗ̃ fuiſſe corruptã: quod certe cõnotat nomen virginis. ¶ Alio modo ꝙ ſuſcitetur non ſic: ſed quo ad premiũ virginibus debitũ: ⁊ ſic ſuſcitari virginem non eſt aliud/ ꝗ̃ cõſequi premium tñ et tale: quãtum ⁊ quale fuiſſet cõſecuta: ſi non fuiſſet corrupta/ ſeu quale alie virgines ceteris paribus cõſequũtur: ⁊ ſic dicẽdum eſſet dupliciter ad auctoritatem Hierony. primo q: ipſe nõ loquitur de ſuſcitatione virginis primo modo: quod ſolũ eſt ad propoſitũ noſtrum: ſed ſcd̃o: ⁊ nõ de potẽtia abſoluta ſed ordinata tñ. Utrũq̃ iſtorum p̃z manifeſte ex verbis que ſequũtur imediate: addit enĩ nullo interpoſito: valet enim quidẽ liberare de pena: ſed non valet coronare corruptã: ecce quomodo intelligit ꝙ deus poteſt ſuſcitare virginem: ſed nõ valet coronare corruptã. corona. ſ. deputata virginibus: ⁊ ſic p̃z primũ: et ne id etiã intelligatur deum non poſſe de potẽtia ſua abſoluta: cũ illud ſit falſum: vt catholico nõ dubiũ eſt. ſtatim ſine medio adiungit. ideo inquit non valet: q: nõ vult. volẽs enim deus iuſtus eſt: non poteſt deus velle iuſtitiã: alioquin oĩa quecũq̃ vult poteſt. ¶ Hic manifeſte p̃z deum nõ poſſe de potẽtia ordinata neq̃ de iuſtitia: vult enĩ non equare in corona corruptas virginibus: ⁊ ipſe volẽs iuſtus eſt/ nec illa ſua voluntate iuſtiſſima ſtante ſecus agere poteſt: q: tñ poteſt oppoſitũ velle: quod ſi vellet etiam iuſte vellet: ideo ſimpliciter loquẽdo eam coronare vtiq̃ põt: quod notat ipſe cum ait. alioquin oĩa quecũq̃ vult poteſt. Et ſic p̃z ſcd̃m. ſcd̃o diceretur ꝙ ſi dicta auctoritas intelligatur de ſuſcitatione virginis: primo modo ad quẽ ſenſum introducitur arguẽdo: magis eſt pro ꝗ̃ cõtra: q: vt p̃z ex dictis talẽ ſuſcitationẽ nõ dicit deo eſſe impoſſibilẽ: niſi de potẽtia ordinata: poſſibilem autẽ abſoluta. ¶ Ad auctoritatẽ Auguſt. poteſt dici: ꝙ ſi attendãtur imediate precedẽtia: ⁊ intẽtio eius nõ poteſt inde argui cõtra cõcluſionem iſtã: ſed pro ea: quod p̃z. Nam Aug. ibi vult ꝙ ſic ſe habẽt futura ad poſſe nõ fore: ſicut preterita ad poſſe nõ fuiſſe. Unde autem enĩ nõ poſſunt futura nõ fieri ꝗ̃ non fuiſſe facta preterita: q: non eſt in dei voluntate: vt eo ſit aliquid falſum quo verũ eſt: quapropter oĩa que vere futura ſunt ſine dubio fient. Si aũt facta nõ fuerũt futura non erãt. Ita oĩa que vere preterita ſunt: ſine dubio preterierũt: ⁊ immediate ſequũtur verba allegata arguẽdo: quiſquis dicit ſi oĩpotens eſt deus ⁊c̃. Sed cõſtat ꝙ quilibet catholicus habet cõcedere: ꝙ quodlibet futurũ ſimpliciter ⁊ de potentia dei abſoluta poteſt non fieri et nõ eſſe futurum. ergo ſm̃ intẽtionem Aug. quilibet ſimiliter: vt videt̃ habet cõcedere ꝙ quodlibet preteritũ loquẽdo de potẽtia dei abſoluta poteſt nõ fuiſſe factũ: quod eſt ꝓpoſitum. ¶ Pro habẽda igitur intẽtione Aug. ſciendũ: ꝙ aliquid futurũ: dum vere eſt futurũ. ſ. anteꝗ̃ ſit: poſſe nõ fore: ⁊ preteritũ poſſe non fuiſſe: poteſt dupliciter intelligi. Uno modo cũ ſuppoſitione conſtãtie/ ſeu cũ affirmatione ſubiecti. Alio modo ſimpliciter ⁊ abſolute. Primo modo adhuc dupliciter. Uno modo ꝙ ſupponat̃ conſtãtia ſubiecti pro eadẽ mẽſura pro qua negatur predicatũ: vt. ſ. intelligitur poſſibile eſſe ꝙ aliquid ſit futurũ ⁊ non erit/ aut ꝙ ſit preteritũ et nõ fuit/ ſiue ꝙ de eodem aliquo hec copulatiua ſit poſſibilis. hoc eſt futurũ ⁊ hoc nõ erit/ vel hoc eſt preteritũ ⁊ hoc nõ fuit. Alio modo ꝙ ſupponant̃ conſtantia ſubiecti pro menſura priori: vt. ſ. intelligitur poſſibile eſſe aliquid poſtꝗ̃ fuit futurũ nõ eſſe futurũ / aut poſtꝗ̃ fuit preteritum non eſſe preteritũ: ita ꝙ hec copulatiua ſit poſſibilis de eodẽ. hoc fuit futurũ ⁊ hoc nõ erit/ ſeu hoc nõ eſt futurũ. vel hoc fuit preteritũ. ⁊ hoc nõ fuit/ ſeu nõ eſt preteritum: neutro predictorum modoꝝ verũ eſt futurũ poſſe nõ non fore. aut preteritum nõ fuiſſe. ¶ Et de primo quidẽ patet ſtatim: q: alias ponerẽtur contradictoria ſimul eſſe vera: ⁊ idem ſimul eſſe verũ ⁊ falſum: quod eſt impoſſibile etiã diuine potẽtie: ſicut tangit Aug. cum dicit: non eſt in dei voluntate: vt eo ſit aliquid falſum quo verum eſt. ¶ De ſcd̃o aũt quo minus clarũ eſt. p̃z: q: ſicut ſupra habitum eſt in materia de ꝓpoſitionibus de futuro: ĩpoſſibile eſt ꝙ ꝓpoſitio ſingularis de ineſſe/ de futuro anteꝗ̃ futurũ ponatur ineſſe / ſiue tẽpore ſue futuritionis: vt ſic loqui liceat: ſic ſucceſſiue vera: ⁊ falſa: ita impoſſibile eſt ꝙ aliquid anteꝗ̃ ſit: ſit ſucceſſiue futurũ ⁊ nõ futurũ. Et ſimiliter impoſſibile eſt ꝙ aliquid poſtꝗ̃ fuerit ſit ſucceſſiue preteritũ ⁊ non preteritũ. Et ad hũc ſenſum procedit principaliter Aug. Nam ⁊ talis ſenſus magis ꝗ̃ primus cõmuni vſu videtur capi. cũ dicitur ꝙ futurũ poteſt fieri non futurũ/ aut preteritũ fieri non preteritũ: factio enim importare videt̃ quãdã ſucceſſionẽ/ vel tranſitũ ex affirmato in negatũ/ vel ecõtra: ſicut cũ dicimus ꝙ album poteſt fieri non albũ/ aut non albũ: album. Et ꝙ iſta ſit intentio Aug. patet. ſic enĩ incipit loqui de hac materia. Porro ſi audiam ꝙ aliquid futurũ erat: ⁊ deus fecit ne fieret fidiſſime reſpõdebo: illud potius futurũ erat qđ deus fecit: non id quod ſi futurũ eſſet hoc feciſſet. Nam deus qđ facturus erat hoc ſciebat. Et ideo ſimul ſciebat hoc futurum nõ eſſe quod ne fieret facturus erat. Et ꝓculdubio potius verum eſt ꝙ deus ſcit ꝗ̃ ꝙ opinatur homo. vnde poſt imediate ſequuntur verba preallegata. ¶ Unde ab illo ꝙ non poſſunt futura non fieri: ⁊ etiã vſq̃ ab illa que

Digitized by Google

ſumpta ſunt arguendo incluſiue ꝑ quem totum ꝓceſſum
non vult aliud Aug. niſi ꝙ ſicut deus nō poteſt facere de
preterito non preteritum: ſic ꝙ illud poſtꝗ̄ fuit preteritū
ſit non preteritum. Ita ꝙ ſit verum dicere hoc fuit prete-
ritum & non fuit preteritum: quia tūc aliquid eſſet ſimul
verum et falſum. ſic non poteſt facere de futuro non futu-
rum: anteꝗ̄ illud ſit: ſic ꝙ poſtꝗ̄ fuit futurum ſit non fu-
turum. ¶ Unde ſimile eſt de propoſitionibus de preteri-
to quantum ad deſinere eſſe verum: et de illis de futuro
quantum ad incipere. Nam ſicut nulla de futuro (ad ve-
rum intellectum in ſuperioribus datum) ante inſtās pro
quo enūciat aliquid: poteſt incipere fore eſſe vera: ita nul
la de preterito poteſt poſt inſtans pro quo enunciat aliqd
fuiſſe deſinere eſſe vera. ¶ Et ideo dicit Augu. ꝙ ſenten
tiam qua dicimus vere aliquid fuiſſe deus non poteſt fa
cere falſam: quod eſt intelligēdum ſtante ſuppoſitione ꝙ
prius fuit vera. Neceſſe eſt enim ꝙ ſi fuit vera ſemper
poſtea vera ſit: ſicut neceſſe eſt ꝙ ſi ſententia de futuro ſit
vera ſemper prius fuit vera. Et ideo ſubdit ipſe ſemp erit
verum fuiſſe id qđ erat & non eſt: & ibi erit verū fuiſſe vbi
erat verum anteꝗ̄ fuerat futurum eſſe quod non erat.
¶ Ex his patet: ꝙ neceſſitas preteritorum ad fuiſſe & fu
turorum ad fore ſm Augu. qui de vtriſq; ſimul loquitur
non eſt neceſſitas abſolute: ſed conditionata tm̄: et ſimili-
ter impoſſibilitas futurorum ad nō fore: et preteritorum
ad non fuiſſe conditionata eſt et non abſoluta. Et ideo ſi-
cut ſimpliciter loquendo: futurum poteſt non fore. ita di-
ceretur ꝙ preteritum poteſt nō fuiſſe per potentiam dei:
nec ex intentione Augu. ibidem videtur poſſe haberi op-
poſitum. ¶ Ad auctoritates Anſel. poteſt dici. ꝙ ipſe in
prima nullam facit mentionem de potentia dei vt patet:
ſed dicit ꝙ fieri non poteſt vt res preterita fiat non prete-
rita: ſicut res p̄ſens poteſt fieri nō p̄ſens: & res nō ex neceſ-
ſitate futura pōt fieri nō futura. Et certe verꝫ eſt ꝙ nō pōt
ſic fieri. Nā ꝑ potētiā creatā aliqua res p̄ſens pōt fieri nō
p̄ſens: & res aliqua cōtingenter futura poteſt fieri non fu-
tura: non ſic autem eſt de re preterita: quoniam nulla pre-
terita poteſt per aliquam potētiam creatam fieri nō pre-
terita. Cum hoc tamen ſtat hoc eſſe poſſibile per poten-
tiam dei. Nam et hoc non negat Anſel. ¶ Ad ſecundam
autem auctoritatem eiuſdem in qua ſpecialiter loquitur
de potentia dei diceretur: ꝙ in eodem ſenſu dicit deum
non poſſe facere quod factum eſt nō eſſe factum. In quo
dicit deum non poſſe facere verum eſſe falſum: quod pa-
tet. primum enim iducit pro exemplo ad declarationem
ſecundi: ſed conſtat ꝙ quiuis verum poſſe eſſe falſum ſit
impoſſibile in ſenſu compoſito: nec deus poſſet facere ꝙ
idem ſit ſimul verum et falſum: aut ſuppoſito ꝙ aliquid
ſit verum non poteſt ſtante ſuppoſito, facere ꝙ ſit falſum:
in ſenſu tamen diuiſo et ſimpliciter et abſolute loquendo
aliquod verum vtpote contingens deus poteſt facere eſ-
ſe falſum: et quia ſimiliter non poſſet facere factum non
eſſe factum: ſuppoſita conſtantia ſubiecti: ſimpliciter ta-
men et abſolute quod factum eſt: poteſt deus facere non
eſſe factum: & ſic dictum Anſel. conformatur dicto Aug.
premiſſo nec eſt contra. ¶ Ad aliam auctoritatem. vide-
Cap.3. licet. 6. ethi. arguendo allegatam dicitur. ꝙ non eſt cu-
randum de Agathone: aut de Philoſopho. cum hoc nō
ſolum neget a potentia dei: ſed et multa alia: que tamen
poſſe deum vera et certa fide tenemus: vt creare et an-
nihilare: et reſuſcitare: & corpora plura in eodem loco pri
mo ponere: et alia innumerabilia. Unde in hoc ſicut in
illis fuit ſacrilega opinione deceptus.

¶ Ad rationem primam que adducitur: dicendū ꝙ iſta
ſm virtutē ſermonis: eſſet concedenda ſimpliciter. deus
poteſt facere rem que fuit non fuiſſe. quia iſta. deus facit
rem que fuit non fuiſſe. propter implicationem eſt impoſ
ſibilis: & eodem modo forte iſta neganda eſſet. deus poteſt
facere rem preteritā non fuiſſe: ſed ſi hoc totum rem que
fuit vel rem preteritam ponatur in parte ſubiecti: ſic dicē
do. rem que fuit vel rem preteritā deus poteſt facere nō
fuiſſe: quia iſta de virtute ſermonis videtur habere tm̄
ſenſum diuiſum abſolute ſm iſtam viam: poſſet concedi
vel ſi aliquibus videatur diſtinguenda: quod ſatis vtile
eſt propter minus exercitatos in logica: quis nō alias ne
ceſſariū: ipſa concedenda eſſet in ſenſu diuiſo non tamen
in ſenſu compoſito. Sic ergo diceretur ꝙ rem aliquā que
vere eſt preterita vt Adam & Euā deus poteſt facere nō
fuiſſe. Et ſimiliter non preteritam vt antichriſtum poteſt
facere fuiſſe. Et cum dicitur: ꝙ aut poteſt facere poſitiue
faciendo &c. dicendū eſſet ꝙ Adam. verbi gratia. poteſt
facere non fuiſſe: non quidem poſitiue ipſum efficiendo:
ſed negatiue non producendo ipſum in preterito: vel ſi ſic
liceat loqui non produxiſſendo. hoc eſt quia poteſt non ꝓ
duxiſſe: non autem ſolum nō producendo ipſum in preſen
ti vel in futuro. Nam multe ſunt res preterite quas deus
nec producit: nec vnꝗ̄ producet: & tamen nūꝗ̄ erit verum
ipſas non fuiſſe: ſed ſi ipſas nūꝗ̄ ꝓduxiſſet vtiq; nō eſſent
preterite nec fuiſſent: & per conſequens non eſſet verū nūc
ipſas fuiſſe. probatio autem que adducitur hic ſupponit
& intendit tm̄ in ſecundo ſenſu. ſ. negando productionē in
preſenti & futuro tm̄: & ideo non valet. ¶ Econtra autem
rem non preteritam vt antichriſtum. verbi gratia. poteſt
deus facere fuiſſe poſitiue. ſ. ipſum efficiendo: ſed in pre-
terito etiam. Nam poteſt ipſū produxiſſe ad quod ſequi
tur ipſum fuiſſe. ¶ Ad ſecundam rationem poſſet primo
inſtari. Nam ſimili modo argueretur ꝙ futurū. verbi gra
tia. antichriſtū deus non poteſt facere non eſſe futurū an-
teꝗ̄ poneretur ineſſe. Et ſic non eſſet poſſibile per diuinā
potentiā quin antichriſtus aliquando eſſet: quod non po-
teſt ſane concedi. patet. quia antichriſtū non fore eſt vnū
non ens: ad illū modū loquendi: quod non ſequitur ꝓpter
poſitionē aut deſtructionē alicuius entis. Si enim queli
bet res creata deſtrueretur. adhuc ſtaret ꝙ antichriſtus
eſſet futurꝰ. & ſi omnis alia entitas cauſaretur adhuc idē
faceret. Reſponderi tamen poſſet ad rationem ſm diſtin-
ctionem poſitam de facere in principio queſtionis. Nam
ſi ſumatur proprie primo modo diſtinctionis: concedēdū
eſt ꝙ deus non poteſt facere preteritum non fuiſſe: nec mi
rum: quia nec exiſtens poteſt facere non eſſe ad illum ſen-
ſum: ſed neganda eſt tunc vltima conſequentia qua infer-
tur. ergo res preterita non poteſt non fuiſſe. Nam oppoſi-
tum ſtat cum antecedente. poteſt enim non fuiſſe: nō quia
deus poteſt facere eam non fuiſſe ad ſenſum illud: ſꝫ quia
deus poteſt eā non feciſſe. Si autem ſumatur facere cō-
muniter vel improprie ſecundo modo: quemadmodum
Auguſtinus dicit: ꝙ res quas condidit priuſꝗ̄ fuerūt de
us egit vt non eſſent. ſic concedere ab illis qui tenuerunt
iſtam viā ꝙ deus poteſt facere preterita non fuiſſe: quia
ſcilicet poteſt non feciſſe: cum tamen poſſet feciſſe: & tunc
ad maiorem rationis diſtinguendū eſt de obiecto poten
tie. Nam vno modo accipitur proprie: & ſic illud tm̄ quod
deus poteſt facere primo modo poteſt eſſe obiectum diui
ne potentie: & ſic concedenda eſſet maior: & vlterius cōclu
ſio illa deus non poteſt facere &c. Nam tunc vadit in pri-
mo ſenſu de ly facere. Alio modo obiectum potentie acci
pitur communiter vel improprie: & ſic etiam id quod de-
us poteſt facere ſecundo modo poteſt eſſe obiectum potē
tie diuine: & in hoc ſecundo modo neganda eſt maior.

¶ Ad probationem diceretur non ſequi ſi deus non eſſet
nihil foret. ergo deus nō eſt cauſa vt nihil ſit: nihil ſupple
aliud a deo. Nam et ſi deus nō fuiſſet res anteꝗ̄ fuiſſent
condite non fuiſſent: et tamen ſm Augu. deus fuit cauſa
ꝙ priuſꝗ̄ eſſent res ille non fuerūt: quia ipſe potuit prius

Digitized by Google

timo allegatum eſt ex eo. Nam conſtat ꝙ nunqꝫ eſt iuſſū
a deo : vt odirent inimicos : ſed ſolum non fuit expreſſe
prohibitum. ¶ Ad id quoqꝫ quod annectitur.ſ.ꝙ multo
tiens legitur deum et verbis et factis docuiſſe decipere
inimicos:dicendum ꝙ ſi talia ad ea ad que ſignificanda
vel dicta vel facta referantur:ſicut referende ſunt omes
actiones ꝛ locutiones figurate ꝛ prophetice:vt dicit Au
guſti.in lib.contra mendacium:vt non ſm ſonum verbo- Cap.5.
rum ꝛ primam (quam communiter non recte intelligen-
tes capiunt)ſignificationem intelligantur:non inuenitur
in talibus deceptio/vel mendacium: ſed veritatis myſte
rium. Et ideo dicit Auguſti.ꝙ in figuris quod velut mē- Cap.6.
dacium dicitur:bene intellectū verum inuenitur. Unde
paulopoſt ante dicit ꝙ illud quod Jacob fecit matre au-
ctore:vt patrem fallere videretur:ſi diligenter et fideliter
attendatur non eſt mendacium : ſed myſterium : et idem
dicit de ceteris actionibus ꝛ locutionibus et prophetijs:
et ſubdit probationem dicens:ꝙ in his vera non falſa di-
cuntur: quoniam vera non falſa ſignificantur/ſeu verbo/
ſeu facto que : ſignificantur enim vtiqꝫ ipſa dicuntur pu-
tantur autem mēdacia: quoniam non ea que vera ſignifi-
cantur dicta intelliguntur : ſed ea que falſa ſunt dicta/eſſe
creduntur. Et ſtatim hoc diffuſe declarat de Jacob qui
nec in verbo/nec in facto mentitus fuit:qui per vtrūqꝫ ſci
licet tam factum/qꝫ verbum nō falſum:ſed verum ſignifi
cauit:quod cui cure eſt intelligere legat eum ibidem. Si
autem ita eſt de dictis ꝛ factis prophetarum que non le-
guntur per eos deo iubente dicta/ vel facta:multomagis
hoc tenendū eſt in his que deus dici/vel fieri legitur pre-
cepiſſe/ vel docuiſſe alicui : vt alium directe falleret eſti-
memus:quiuis aliqua fecerit iuſſerit:ex quibus aliquos
falli permiſit. Unde Auguſti.in gloſa Joſue.vbi legitur Cap.8.
ꝙ deus precepit Joſue ponere inſidias contra vrbē hay.
ait. querendum eſt vtrum omnis voluntas fallendi pro
mendacio ſit putāda:et ſi ita eſt. vtrum poſſet eſſe iuſtum
mēdacium quo ille fallitur qui eſt dignus falli. Et ſi nec
hoc quidem iuſtum reperitur:reſtat vt ſm aliquam ſigni
ficationem hoc quod de inſidijs dictum eſt ad veritatem
referatur. ¶ Ad tertium nego antecedens: propterea qꝛ
qꝫuis quelibet pars de ineſſe ſit poſſibilis:non tamen om
nes ſunt compoſſibiles : et cum probatur : quia illa pars
de preterito eſt neceſſaria negandum eſt. Unde ſi tenea-
tur ꝙ res preterita poteſt per diuinam potentiā non fuiſ-
ſe:diceretur poſſibile eſſe vt deus nunqꝫ illud dictum vel
illum aſſenſum cauſauerit:ꝛ per conſequens non dixit a.
fore. et ille alius etiam non credidit. ¶ Si hoc vero non
teneatur : ſicut aliqui antiqui doctores dixerunt ꝙ poſſi- Girard⁹
bile eſt illud dictum non fuiſſe ſignificatiuum/aut non il- nouarien
lius ſignificati quod eſt a. fore : et ſimiliter aſſenſum alte- ſis in ſua
rius non fuiſſe aſſenſum / ſeu iudicium de a. fore : ſicut ſū.1.trac.
etiam dicendum eſſet ꝙ iudicium quo iudico Petrum de loc.p̄
ſedentem ſedere ſi conſeruaretur in me a deo poſtqꝫ Pe- p̄ß.ca.7.
trus ſurrexit:non eſſet iudicium quo iudicarem Petrum

Digitized by Google

tendere: vel aliter dici poteſt. Nam vt ſupra dictum eſt ad hoc q̄ aliquis dicat aliquid proprie requiritur intenſio ſignificandi illud per ſuum dictum: cū ergo deus quod voluit poſſet nō voluiſſe: alias nullꝰ pdeſtinatꝰ poſſet nō fuiſſe pdeſtinatꝰ: cuiꝰ oppoſitū cōiter tenet̃ ſm̃ ſenſuʒ diuiſū: poſſibile eſt deū nunq̄ voluiſſe ſignificare per ſuuʒ dictū a. fore: ⁊ per cōſequens nunq̄ dixiſſe a. fore. Si vero nulla predictarum viarum placeat inueniatur melior alia. Et ſi inueniri non poſſit alia: potius iudico confitendum eſſe ignorantiam q̄ precipitandum ſe in tam horrendam auribus fidelium ſententiam: qualis eſt ſi dicatur deum poſſe mentiri: aut dicere falſum aut decipere: cum omnis ſcriptura catholica canonis ⁊ ſanctorum clamet oppoſitum. ¶ Ad primum argumentuʒ principale cum dicitur quod pōt creatura deo coagente ⁊c̃. ſupplēda eſt ppoſitio determinando illud verbum poteſt per aliquem infinitiuū: ⁊ ſm̃ alium et alium qui poteſt addi eſt neganda vel concedenda. Nam conſtat ſi dicatur: quicquid poteſt pati creatura vel recipere deus poteſt per ſeipſuʒ nullo alio coagente pati vel recipere propoſitio eſſet falſa. Et ſic de pluribus alijs: nunc ergo in propoſito videtur addi vel cōuenienter poſſe communiter hoc infinitiuuʒ facere: vt dicatur quicquid poteſt creatura deo coagēte facere deus per ſe nullo coagente poteſt facere: ⁊ iſtam iuxta premiſſa in precedenti queſtione concedo: ⁊ ſi debito diſcurſu debeat minor ſumi ſub oportet aſſumere: ſed falſum creatura poteſt ⁊c̃. ⁊ inferri. ergo falſum poteſt deus per ſe facere: quam concedo: nec eſt contra: vel poteſt addi iſte infinitiuus dicere: vt dicatur quicquid creatura deo coagēte poteſt dicere ⁊c̃. ⁊ ſi dicere ſumatur ſecundo modo: ſcilicet pro ſignificare. nego maiorem. Nam ſicut creatura deo coagente poteſt odire deum ⁊ peccare: quis non deo auctore: patet de diabolo: ⁊ tamen deus non poteſt per ſe deum odire nec peccare: ſic in propoſito dico q̄ creatura deo coagente poteſt ſignificare et aſſerere falſum: ⁊ tamē deus non per ſe poteſt hoc: ſicut nec poteſt velle ſignificare falſum. ¶ Et nota q̄ aliud eſt dictu creatura deo coagente aliquid velle vel facere: et aliud deo auctore: ſicut in ſecundo declarabitur. ¶ Ad ſecundaʒ nego conſequētiam. Ad probationem: quia falſum dici eſt quoddam cōplexum ⁊ talia fieri: vt dictum eſt in principio eſt ipſa fieri vera non probatur per illam aſſumptam ex precedenti queſtione: quia ibi de entitatibus poſſibilibus dictuʒ eſt: q̄ q̄libet deus ſe ſolo poteſt facere. Non autem dictum eſt q̄ quodlibet enūciabile poſſibile deus ſe ſolo poſſet facere eſſe verum: ſed vtiq̄ q̄ quodlibet deus poteſt facere eſſe verum: et hoc accipiendo facere communiter vt dictum eſt ibi: non autem nunc ſequitur. deus poteſt facere verum eſſe: quod falſum dicitur. ergo poteſt deus facere falſum: ſicut non ſequitur. deus poteſt facere verum eſſe aliquem odire deum vel alias peccare. ergo deus poteſt odire deum vel peccare. Nam conſequens eſt falſum et antecedens veruʒ. Nam deus ſinit multos peccare ⁊ odire: et per conſequens ſinit eſſe verum q̄ multi peccant et odiunt deum: cum tamen poſſet prohibere et inhibere et impedire ne peccarent vel odirent: ac per hoc iuxta intellectum ibi conceſſum ſinit talia eſſe vera ⁊c̃.

¶ Diſtinctionis. xlij. xliij. ⁊ xliiij. Queſtio Tertia.

TErtio quero vtrum ſequendo preciſe naturalem rationeʒ ſit ponendum: deum eſſe infinite potentie ſeu virtutis intenſiue. ¶ Et videtur q̄ non: quia illud non eſt ponendum ſequendo rationem naturalem: quod philoſophi maxime reruʒ veritates ratione inueſtigantes negauerunt: ſed deum eſſe huiuſmodi infinite virtutis intēſiue philoſophi negauerunt: ſicut patebit ſtatim de eoruʒ principe. ſ. Ariſtotele. ergo ⁊c̃.

Ad oppoſitū ſic: ſequendo naturalem rationeʒ ponendum eſt aliquid eſſe in rerū natura quo maius non poteſt cogitari. ergo ſequendo rationem naturalem: ponendum eſt aliquid virtutis infinite intenſiue: ⁊ vltra. ergo deum eſſe virtutis infinite. conſequentie patent: quia ſi eſt aliquid quo maius cogitari nō poteſt: ipſum eſt infinite virtutis cum quolibet non infinite virtutis magis cogitari poſſit. ¶ Vlterius patet q̄ ſi eſt aliquid quo maius cogitari non poteſt: illud eſt deus: ⁊ per conſequens: ſi aliquid eſt huiuſmodi: deus eſt infinite virtutis. Antecedens autem probatur ratione venerabilis Anſel. in proſol. ſic aliquid quo maius cogitari non poteſt eſt in intellectu ⁊ non ſolum in intellectu. ergo eſt in re (Cap. 2.) conſequentia patet: ⁊ antecedens quo ad primam partem probat ipſe: quia audiens hoc quod ego dico aliquid quo maius cogitari non poteſt: intelligit quod audit: et quod intelligit in intellectu eius eſt: etiam ſi non intelligatur illud eſſe.

¶ Preterea. Inquit. ſi quo maius cogitari non poteſt nō intelligitur: vel cogitat̃ nec ē in intellectu vel cogitatione ꝑfecto deus aut nō eſt quo maius cogitari non poſſit aut nō intelligitur vel cogitatur ⁊ nō eſt in intellectu vel cogitatione: vt vtrūq̄ vt dicit falſum eſt. Et hanc ſecundā probationē ponit cōtra inſipientē. (Cap. 2.) Secūda pars antecedentis probatur ab eodē in ꝓſol. vbi ſupra: quia ſi quo maius cogitari nō poteſt eſt in ſolo intellectu pōt cogitari eſſe ⁊ in re. quod maius eſt. ⁊ per conſequens: vt ſubdit id ipſum quo maius cogitari non poteſt eſt quo maius cogitari poteſt: quod non contingit. maiores etiam probationes ad idē adducit cōtra inſipientē vide ibi. (Cap. 3. 4. ⁊ 5.) Et ſic patet illud antecedens naturali ratione probatum.

Reſpondeo In queſtione iſta erunt tres articuli. Nam primo videbitur quid de queſito ſenſerunt philoſophus ⁊ Cōmenta. quoniam de hoc doctores noſtri varia conſtruunt. ſecundo quid ſit ſm̃ veritatem ſentiendum. tertio contra dicta ponentur impugnationes et ſoluentur.

Quantū ad primum dicunt Philoſophum aliqui ſenſiſſe deum eſſe potentie infinite intenſiue. (T. c. 78.) hoc autem probatur primo: quoniaʒ octauo phyſi. quarto tractatu ⁊ vltimo in illo capitulo. Quod auteʒ hoc neceſſe eſt impartibile eſſe. volens principaliter oſtendere q̄ primus motor non eſt conſiſtens magnitudini: probat primo ipſum eſſe infinitum: et deinde vltra ex hoc cōcludit q̄ eſt virtus non in magnitudine: talem ergo infinitatem intelligit in antecedente qualem repugnat non poſſe ſtare cum oppoſito conſequentie: alioquin faceret conſequentiam quam putaret infirmam: ſed conſtat ſm̃ opinionem Philoſophi q̄ infinitas durationis tantum non repugnat magnitudini: cum celum ſm̃ eum ſit infinitum duratione. ergo in antecedente non ſumit infinitatem talem. reſtat ergo dicere q̄ intelligat de infinitate in vigore intenſiue. (Dñs egi. p̄. ſ. d. 43. q. 1. ⁊ ſup 8. phyſi. Sco. li. 1. di. 2. ⁊ in q̄ls. q. 7.)

¶ Confirmatur. per probationem conſequentie. Philoſophus arguit enim q̄ illa virtus infinita eſſet in magnitudine finita: ſicut oporteret ſi eſſet in magnitudine; (T. c. 73.)

cum nulla magnitudo ſit ſm eum/aut eſſe poſſit infinita:
ideo vtiꝫ ipſa moueret in non tēpore:conſtat aūt ꝙ illud
non eſſet cōſequens ſm ipſum:ſi illa ſit infinita duratione
T.c.80. tm̄. ❡ Secundo idem oſtēditur ex eo ꝙ illa ꝓbatio Phi
loſophi nullū infinitum mouet per tēpus infinitum ⁊c̄. ſi
bene intelligatur de infinitate vigoris intēſiua ꝓbat.non
eſt aūt veriſimile Philoſophū latuiſſe q̄tum ⁊ quid pro=
baret ratio ſua. ❡ Qz aūt ſic ꝓbet ratio ſua.dicūt quidē
patere: ſi maior intelligat̄ de eo quod mouet independen=
ter ⁊ non:vt alterius inſtrumentum. Unde ſi ſic formetur
ratio:nullum finitum intēſiue mouet/vel mouere pōt pri=
mo ⁊ independēter tēpore infinito:deus mouet ſm Phi=
loſophū/ vel ſaltem mouere poteſt ſm veritatem primo ⁊
independenter tpe infinito. ergo deus non eſt finitus intēſi
ue/vel arguendo affirmatiue.oē potens mouere primo ⁊
independēter tēpore infinito eſt infinitū/ ſeu virtutis infi=
nite intēſiue:deus eſt hmōi.ergo ⁊c̄.ſic inquiunt ratio eſt
demōſtratiua:quod declarat̄. Nam minor non eſt dubia
maior aūt pꝫ:qꝛ omne tale potēs eſt ex ſe vincere reſiſten
tiam mobilis per infinitum tēpus:quod non poſſet:ſi non
eſſet infinite virtutis intēſiue. ❡ Aliter declaratur:quia
omne tale mouet a ſe: ⁊ per conſequens a ſe/vel ex ſe ha=
bet virtutem motiuam: ac per hoc etiā entitatem: omne
autem quod quid habet a ſe:habetur ab illo in tota pleni
tudine que poteſt illi competere: nihil enim habetur limi
tate in aliquo: niſi habeatur ab aliquo agente determinā
te illud ad certum gradum: quia ſi vnum ens a ſe habet
plenitudinem entitatis: aliud autem ens a ſe non habet
plenitudinem talem:ſed limitatam entitatem hoc videre
tur a caſu:cum non ſit ratio de vno plus q̄ de alio:caſus
autem in his que ſunt a ſe eſſe non poteſt: ſed plenitudo
entitatis ⁊ potētie actiue/ ſiue infinitate intēſiua non pōt
eſſe.ergo ⁊c̄. ❡ Tertio id qḋ reſpicit per ſeipſum effectū
infinitū:vt infinitus eſt:eſt virtutis infinite:de⁹ ſm Phi=
loſophum eſt hmōi:igit̄ ⁊c̄.maior apparet: qꝛ effectus in=
finitus:vt infinitus eſt nō eſt niſi a cauſa infinita. Minor
T.c.56. declaratur:qꝛ ſm intentionē Philoſophi generatio ⁊ cor
ruptio inferiorꝫ q̄tum ad ſuā difformitatem. vꝫ ꝙ aliqn̄
eſt generatio: aliquando non et ſimiliter corruptio redu=
citur ad motum ſolis in obliquo circulo: et ad alios mo=
tus inferiores:q̄tum ad vniformitatē aūt puta: qꝛ omni
anno tali tpe eſt generatio:⁊ ſimiliter de corruptiōe redu=
citur in ſuperiorem motū. puta in primum. Et deinde in
ſuum motorem.⁊ hoc pro tāto: qꝛ q̄to motor eſt ſuperior:
tanto eſt ſimplicior ⁊ magis regularem ⁊ vnitā virtutem
et operationē:ſic ſuo modo eſt de ipſo motu celeſti. Nam
q̄tum ad diuerſitatē. vꝫ vt cuiuſlibet reuolutionis mo=
tus eſt in ſe infinitus:infinities tn̄ replicatus reducitur in
motores ſecundos: nec arguit in eis infinitam virtutē:qꝛ
quelibet reuolutio eſt infinita:duratio autēꝫ ⁊ replicatio
infinita talis effectus reducit̄ in eos per accidens: qꝛ ſcꝫ
durent in infinitum ⁊ non fatigātur:q̄tum autem ad ſuā
vnitatem:vt ſcꝫ eſt vnus ⁊ continuus reducitur in primū
motorēꝫ per ſe:vt ſic eſt infinitus:⁊ ideo ſm Philoſophū
primus motor pro primo ⁊ per ſe effectu reſpicit motum
infinitum:vt infinitus eſt. Unde q̄tum eſt de ſe motū infi
nitum quem facit tempore infinito faceret ſimul in infini
tis mobilibus. Nam ſimul moueret infinita: ſi eſſent vel
vnum infinitum ſi eſſet. ❡ Conſtat autem ꝙ omne quod
poſſet mouere infinita/ vel vnum infinitum ſi eſſet:eſt infi
nite virtutis intenſiue.quare ⁊c̄.quare patet intēſio Phi
loſophi ꝙ autem eadem fuerit intentio Cōmen.poteſt ꝓ=
bari ex eo quod.12.meta.ait.ꝙ motus celeſtis componi=
Cō.41. tur ex duobus motoribus:quorum vnus eſt finite motio
nis:⁊ eſt anima exiſtens in eo: ⁊ alter motionis infinite:et
eſt potentia que non eſt in materia. ❡ Conſtat autem ꝙ
illam animam non intendit aſtruere finite motionis indu

ratione:cum ſit eterna et infatigabilis ſm eum:ſed virtu=
tis finite in vigore mouendi intenſiue. ergo eodem modo
aſtruit illam potentiam que non eſt in materia infinita in=
tenſiue:illa autem ſm ipſum eſt deus. ❡ Mihi autē his
non obſtātibus videtur:ſicut ⁊ multis alijs ꝙ iſta nō fue=
rit intentio Philoſophi/neqꝫ Cōmentato. Et primo oſtē=
do hoc de Philoſopho ſupponēdo primo duo: vnum eſt
ſm opinionem Philoſophi ꝙ deus eſt motor appropria=
tus primi orbis:⁊ hoc declarabitur in ſecundo.iſtud etiā
concedunt docto.quorum eſt opinio recitata ſm ꝙ pꝫ ex
probationibus eorum. Aliud eſt ꝙ ſm opinionem Phi=
loſophi deus mouet de neceſſitate nature et non libere et
contingenter: ⁊ hoc etiam cōmuniter conceditur fuiſſe opi
nionis eiuſdem. Et probatur etiā: qꝛ alioquin poſſet ſuū
orbem mouere irregulariter.ſ.tardius mouendo/q̄ nunc
mouet:⁊ rurſus eque velociter:ſicut nunc: cuius oppoſi=
tum nititur ipſe probare ſecūdo celi: aut quod magis im=
poſſibile eſſet motum celi ceſſare. ❡ Ex his autem duo=
bus fundamentis manifeſte concludit̄ ſm Philoſophū T.c.35.et
deum non eſſe infinite virtutis intēſiue. Nam ſequeretur 40.
ꝙ de facto moueret/vel volueret in inſtanti: patet conſe=
quentia:qꝛ mouet celum ex primo ſuppoſito:et ex ſecūdo
mouet naturaliter:⁊ per conſequens ſm vltimum ſue po=
tentie. Conſtat autem ſm eūdem ⁊ ſm veritatem:ꝙ ſi ali=
qua virtus naturaliter mouens eſſet infinita intenſiue in
inſtanti moueret:conſequens pꝫ eſſe falſum ad ſenſum:⁊
impoſſibile ſm eius opinionem. ❡ Secundo certum eſt
vel ꝙ Philoſophus concederet ⁊ haberet ſm ſua princi=
pia concedere:ꝙ ſi deus haberet infinitam virtutem mo=
uendi moueret/vel ſaltem mouere poſſet velocius/q̄ nūc
celum moueatur/nec dum hoc: ſed etiam ſine proportio=
ne velocius: et per conſequens in non tempore: alioquin
non ſm proportionem motoris potentie ad potētiam mo
ti:eſſet velocitas ⁊ tarditas motus:cuius oppoſitum fre=
quenter dicit:⁊ ſimiliter Commēta.ſecundo celi.⁊ pluri= Cō.36.
bus locis. ❡ Et rurſus conſtat ꝙ ſm ipſum cōſequēs eſt
falſum. Unde ſecundo celi dicit. ꝙ ſicut neqꝫ cythariza= T.c.39.
re/neqꝫ ire in quocūqꝫ tempore eſt poſſibile: ſed eſt vniuſ=
cuiuſqꝫ actus determinatus minimum tempus ad non
excedere: ſic neqꝫ moueri celum in quocunqꝫ tempore eſt
poſſibile:hoc autem non poteſt ſm eum dici prouenire ex
parte motus: ſed ex parte virtutis mouentis: que non
poteſt mouere in quocunqꝫ paruo tempore: ſicut nec cy=
tharizans in quātolibet paruo tempore poteſt ſuas chor=
das tangere/ neqꝫ ambulans determinatum ſpatium po=
teſt in quocunqꝫ tempore illud tranſire:ſed in determina=
to:in cuius minore non poteſt: q̄uis nec illi ſpatio repu=
gnet tranſire in minore / neqꝫ chordis cythare tangi / vel
percuti: vt certum eſt: et iſtud ſcilicet ꝙ talis terminatio
veniat ex natura motoris: patet etiam manifeſte per Cō= Cō.38.
mentato. ſecundo celi in auctoritate infra vltimo allega=
ta. ❡ Confirmatur illud per eundem ibidem exponen= Cō.39.
tem. vbi ait. Et non debet aliquis contradicere huic in=
ductioni:dicendo ꝙ hoc non eſt niſi in potētijs finitis na=
turalibus:vos autem ſcilicet Ariſtotel.et Commentator Cō.39.
dicitis ꝙ potentia motoris celi eſt infinita:quia nos intē=
dimus per infinitum non niſi infinitatem motionis.ſ.ꝙ
motio eorum non ceſſat:infinitas autem intenſionis: vt il
lic non ſit proportio inter potentiam motoris et moti im=
poſſibile eſt in formis inquātum ſunt forme. Et in cōmen
to precedente dicit:ꝙ ſi potentia motoris eſſet ſic infinita
motus inueniretur in inſtanti:vult ergo Commentator ꝙ
ſi potentia motoris eſſet infinita intenſiue: non eſſet tem=
pus minimum in quo poſſet mouere. Et ſic procederet
obiectio contra Philoſophum ⁊ ipſum:et pꝫ propoſitū.
❡ Tertio ſi deus eſſet ſic infinitus q̄tūcunqꝫ maius mo=
bile/q̄ eſſet primū ſi eſſet:poſſet mouere:quinimo corpus

Digitized by Google

actu infinitum: ſi illud poſſet moueri: ⁊ iſta conſequentia
cōcederetur a philoſopho ⁊ cōſequēs negaret. ergo ⁊ an
tecedēs. De cōſequētia pꝫ: ex eo ꝙ ſm ꝙ virtus excedit
T.⁊.c6. virtutē: ſic maius mobile poteſt mouere ſm ipſus. ¶ Itē
44. 12. meta. ipſe ⁊ Cōmē. ibidem. dicūt ſubſtātias ſeparatas
mouētes excedere ſe in nobilitate ſm ordinem ⁊ magnitu
dinem orbiū motorū ab eis: ita ꝙ que maiorē orbem mo
uet notior eſt aut nobilior: ⁊ ꝑ ꝯñs potētior: igit ſi aliqua
ſit in infinitū potētior: i infinitū mai⁹ mouere poſſet ſi eſſet.
T.⁊.c.76 Q2 autē ꝯñs ſit falſum ꝓꝫ eū: patet ſcdo celi: ⁊ maxime ſm
tranſlationē antiquā: ac etiā cōmenti qui talis eſt. Si in
aliquo orbiū erraticoꝝ eſſent plures ſtelle eſſet orbis vlti
mus in labore: cū mouet orbes qui ſunt poſt ipſum motu
diuerſo: ⁊ reuoluit ipſos: huius autem cauſam reddit ibi
com. 71. Cōmenta. qm̄ tunc potentia moti qui adderet ſup poten
T.c.71. tiam motoris eſſet infinita intēſiue. Et ideo ſtatim addit
philoſophus, ibi quod iā diximus multotiēs: ꝙ omne cor
pus finitū habet potentiā etiā finitā. Et noſtra tranſlatio
habet. omnis finiti corporis ad finitū virtus eſt. i. virtus
com. 41. qua ipſum mouet eſt finita. ¶ Hoc idem Cōmen. 12. me
ta. vbi ait. ꝙ verū eſt dicere corpus celeſte habere poten
tiā finitā: ⁊ hec eſt intentio eius; quod dicit Ariſto. eſſe in
celo: qm̄ ſi in primo celo eſſent plures ſtelle aut maiores:
aut tardius moueretur aut omnino non: non quia laſſitu
do accidat ei: ſed ꝓpter defectū ꝓportionis: que eſt inter
motorē ⁊ motū: motor em̄ non mouet: niſi qꝛ potētia eius
erit maior potentia moti. Et q̄to fuerit maius tāto potē
tia eius erit maior: ⁊ cū potētia motoris nō ſuperabunda
uerit nō poterit mouere ipſum: ⁊ ſi modicū ſuperabunda
uerit mouebit tardius. Ex quo autē patet iā falſitas cō
ſequētis ſm iſtos q̄ cōcluſionis que principaliter intendi
com. 63. tur: hanc totā rationē in virtute ponit Cōmētator ſecūdo
celi. vbi ait. viſum eſt ꝙ ꝓportio eſt terminata in corpori
bus celeſtibus: ⁊ ideo non quicunqꝫ motor eorum ſic mo
uet: quodcunqꝫ corpus ſic neqꝫ mouet in quacunqꝫ velo
citate: ſed vnuſquodqꝫ eorum mouet motum proprium:
⁊ in velocitate propria. Et ſubdit: iam enim declarauimus
ꝙ additio potentie motoris ſuper potentiam moti non eſt
infinita niſi in tempore: ſcilicet in eternitate motionis: ne
qꝫ in velocitate: neqꝫ in multitudine motuum: neqꝫ in ma
gnitudine corporum: quoniā ſi eſſet in magnitudine cor
porum ⁊ motuum multitudine ⁊ velocitate motuum eſſet
poſſibile inuenire motum in non tempore. et corpus mo
tum infinitum: quod eſt impoſſibile. ¶ Sic ergo patet:
non fuiſſe intentionis philoſophi deum eſſe infinite virtu
com. 79. tis intenſiue: ꝙ autem eadem fuerit intentio Commenta
toris ſatis patet ex preallegatis. Et poteſt hoc ex ꝯpate
8. phyſi. re quod octauo phy. ſuper parte illa in qua philoſophus
com. 79. probat ꝙ primus motor non eſt virtus coniuncta magni
tudini. ait enim ſic. Dupliciter potentie motiue poſſunt
dici infinite: aut quia actio earum non ceſſat: aut qꝛ mo
tus earum eſt tante velocitatis ꝙ non inuenitur magis:
ſcilicet ꝙ illud quod ab his mouetur velocius mouetur
omni mobili: ꝙ autem aliqua potentia ſit infinite motio
nis ſm hunc modum impoſſibile eſt niſi motus poſſit fie
ri in inſtanti. Et ſubdit. motores ergo ſiue materiales fue
rint: ſiue non materiales ſm hunc modum conueniunt in
hoc ꝙ motio eorum ſit finita. Et eandem ſententiam po
Cap. 3. ſuit in libro de ſubſtantia orbis. ¶ Item ſecundo celi. Ne
com. 38. ceſſe eſt inquit vt omnis motus naturalis et voluntarius
habeat velocitatem terminatam: quia omnis motus ha
beret motorem terminatum: ⁊ ſi eſſet poſſibile inuenire ve
locitatem non terminatam: tunc motor non haberet potē
tiam terminatam. ergo neqꝫ naturam terminatam: quia
ſic intelligerentur ex ſuo eſſe res proprie ei. Et poſt ſub
dit ꝙ ſi potentie motoris celeſtium eſſent infinite in vigo
re mouet. di: non eſſet proportio inter motorem ⁊ rē motā.

¶ Item poſtea infert: ꝙ inueniretur motus in inſtanti: ⁊
omne hoc eſt inquit impoſſibile. Et finaliter cōcludit ſic.
Et ideo credēdum eſt ꝙ potentie mouētium ſunt termi
nate ꝓportionis ad corpora mota: ⁊ ꝙ infinitas non inue
nitur in eis niſi propter eternitatem. Ex his patet: ꝙ ipſe
Cōmen. non poſuit talē infinitatē potētie in deo: quinimo
imo oppoſitum totis viribus conatus eſt ꝓbare. ¶ Pro
intentione itaqꝫ Philoſophi ⁊ Cōmentatoris ac ſolutio
ne probationum oppoſitarum. Eſt ſciēdum ꝙ deum eſſe
infinitum poteſt intelligi dupliciter. Uno modo ſm per
manētiam, ſiue durationem eſſendi. Alio modo ſm potē
tiam agendi, vel mouendi: ⁊ hoc dupliciter: ſicut ſupra ta
ctum eſt per Cōmentato. ſ. extenſiue: quia. ſ. poteſt eter
naliter ⁊ ſine fine mouere. Alio modo intenſiue. ſ. ꝙ poſſit
quacunqꝫ velocitate terminata in infinitum: et ſine pro
portione velocius mouere: aut etiam q̄tolibet corpore in
infinitum maius poſſet mouere q̄tum eſt ex ſe. ¶ Item
virtus motiua quedam eſt motiua localiter quedam al
teratiue. Primo modo certum eſt ꝙ ipſi poſuerūt deum
infinitum: quinimo etiam ⁊ alias ſubſtantias abſtractas
et cetera corpora. Secundo etiam modo poſuerunt ipm
infinitum ⁊ ſimiliter quēlibet motorem celeſtē. Tertio au
tem modo nec ipſum aliquem alium poſuerunt eſſe infini
tum: ſicut ſupra ꝓbatum eſt: et in hoc ſenſu tertio ꝓcedit
articulus iſte. ¶ Et tūc ad primā probationem aliorum
dico ꝙ Philoſophus nunqꝫ fecit talē cōſequentiā: deus
eſt infinitus. ergo non eſt virtus in magnitudine. ¶ Sed
arguit ſic: nullum finitum mouet tempore infinito: omnis
virtus in magnitudine eſt finita. ergo nulla virtus in ma
gnitudine mouet tempore infinito: ſed tunc pōt ſumi ſub.
deus mouet tēpore infinito: ergo non eſt virtus in magni
tudine: et hec eſt concluſio ibi principaliter intenta: in cu
ius rationis premiſſis qualiter accipiatur finitum: ⁊ vtrū
ratio efficaciter probet intentum ad preſens pertranſeo.
Si tñ fieret iſta cōſequentia. deus eſt infinitus. ergo non
eſt virtus i magnitudinē: adhuc ipſa eſſet bona ſm Phi
loſophum ſi antecedēs intelligeret de infinitate ſecundi
modi. ſ. extenſiua in mouendo localiter. Unde ex hoc. ꝙ
deus poteſt localiter mouere per infinitum tēpus. infer
tur ꝙ non eſt virtus in magnitudine. ¶ Et vlterius dico:
ꝙ talis infinitas motionis ſm eum repugnat virtuti con
iuncte magnitudini. Nam q̄uis aliqua in magnitudine
exiſtens poſſet durare: ac etiam alterare per tempus infi
nitum: nulla tñ ipſum pōt mouere localiter tēpore infini
to cum quelibet talis ſm ipm ſit ex ſuo motu fatigabilis.
¶ Ad confirmationē dicit. ꝙ non ex hoc ſolū: ꝙ illa vir
tus eſſet in magnitudine: infert p̄ hs ꝙ moueret in inſtāti:
ſed ſi eſſet in magnitudine: ⁊ cū hoc moueret tpe infinito:
tunc ſequeret ſm ipm ꝙ moueret in inſtanti: ⁊ eſt ratio: qꝛ
cū eſſet fatigabilis nō poſſet tpe infinito mouere: niſi eſſet
infinita intēſiue: ⁊ tunc vtiqꝫ moueret ſm ipm in inſtāti: ⁊
hoc eſt qđ ait Cōmen. in lib. de ſubſtātia orbis. c. 3. Et ma Cap. 3.
nifeſtū eſt: ꝙ ſi poneremus corpus celeſte cōponi ex ma
teria et forma: qđ ſm eum poneret: ſi poneretur ꝙ motor
eius eſſet virtus materialis, ſeu in magnitudine exiſtens
velut forma conſtituēs per ſe vnū cū corpore celeſti: queē
modū cum corpore in aialibus que ſunt hic. Sequeretur
inquit in ipſo eſſe virtutem finite actionis in tpe. ¶ Et eſt
manifeſtum: ꝙ ſi in corpore cōpoſito ex materia ⁊ forma
eſſet virtus infinita in tpe: ſequeret in ipſo eſſe virtutē in
finitā in ipſa actione ⁊ paſſione: ⁊ eſt impoſſibile: qđ intel
ligit Ariſto. expoſitione virtutū quibus mouentur corpo
ra celeſtia in corpore. i. ſi ponantur tales virtutes eſſe in
corpore: vocat aūt vt ibi pꝫ virtutē infinitam in tempore
que ſupra vocata eſt infinita extenſiue: et ecōtra vocat fi
nitam in tpe cuius actio tpe finitur: infinitā aūt in actio
ne vocamus eam quam vocamus infinitam intenſiue.

Digitized by Google

¶ Ad aliam ꝓbationem qua dicitur ꝙ ratio philoſophi
demõſtrat talẽ infinitatem in deo ſi reguletur illo modo:
dico primo ꝙ talis regulatio nõ eſt ſm mentẽ philoſophi
8. phi. 79 cum ipſe ibidem ⁊ in 12. meta. vbi eandem petit ꝓbationẽ
T. c. 41. nõ tantum intendebat loqui de motore ſimpliciter primo
T. c. 43. ⁊ ſed cõiter de oibus motoribus celeſtibus Unde in 12. illa
47. ⁊. 42. ꝓbatione facta: ⁊ vt ſibi videtur ꝯcluſio per illam ꝙ ẽ da
re aliquam ſubſtantiam imaterialem ⁊ abſtractaꝫ: inqui
rit poſtea: vtrum ſit vna tantum huiuſmodi ſubſtantia
vel plures: ⁊ ꝯcludit ꝙ plures: nõ igitur philoſophus cuꝫ
dicit nullũ finitum mouet tempore infinito: intendit tan-
tum de eo quod primo ⁊ independẽter mouet quale eſt ꝓ-
mum principium: qḋ vnũ eſt tantum ſm numerum ¶ Se-
cũdo dico: ꝙ illa maior ſumpta cũ additiõe ꝑdicta: ꝗuis
vera ſit: qꝛ nihil mouet primo independẽter niſi deus ſup
poſito ꝙ moueat: et ipſe vtiqꝫ ſm veritatem eſt infinitus
intenſiue ſm tñ philoſophum de cuius intentione nũc q̃-
ritur: ipſa ſic abſolute ſumpta ⁊ intellecta de infinitate in
tẽſiua vigoris ẽ falſa: qm̃ ſm ipſum quelibet ꝟtus abſtra
cta a materia eſt infatigabilis: ⁊ qua ratione põt mouere
per vnam diem poteſt per infinitũ tempus: qꝛ poſt ꝗcũqꝫ
motionẽ eſt equalis vigoris: ⁊ oino eodem modo propor-
tionata ſuo mobili inuariato: quale eſt corpus celeſte: ſi-
Com. 38. cut antea erat: ⁊ per hoc eque potens in illud. Unde Cõ-
mẽ. 2. celi ⁊ mundi. Cũ motor inquit ⁊ res mota abſcindũ
tur a prima materia nõ abſcidetur ſuũ eẽ: neqꝫ ſuum opꝰ
Cap. 3. quod eſt mouere ⁊ moueri. Et in li. de ſubſtãtia orbis ait
ꝙ virtus infinita in actione ipſa ⁊ paſſione in ſe hoc ẽ quã
vocamus infinitam intenſiue non erit in corpore: ſiue fue-
rit celeſte: ſiue generabile aut corruptibile: ⁊ ſubdit. virtu
tes vero infinite in actiõe ⁊ paſſiõe i tẽpore eſſe neceſſariũ
eſt in corporibus celeſtibus: paſſione aũt in moueri: quia
ſimpliciter ſunt ſimplicia: actione autem in mouere: quia
ſue forme non conſtituuntur ꝑ ſuũ ſubiectũ: ⁊ vtrumqꝫ ẽ
impoſſibile in corporibꝰ generabilibus ⁊ corruptibilibꝰ:
qꝛ ſunt compoſita ex materia ⁊ forma: hec ipſe. Ex quibꝰ
patet: ꝙ virtutes motiue celorũ: quia non conſtituuntur ꝑ
ſubiecta: ſicut forme materiales: ideo ſunt infinite in acti-
one in tempore. i. agunt ſeu mouent in tempore infinito.
Nec ad hoc ſm ipſm opꝫ ꝙ ſint infinite intenſiue. ¶ Tũc
ad primã probationem illius maioris. patet qḋ dicendũ.
Nã ex quo virtus eſt infatigabilis eque poteſt infinito tẽ-
pore vincere reſiſtentiam mobilis q̃liſcũqꝫ debeat intelli-
gi talis reſiſtentia: ſicut vincere vna die. ¶ Alia probatio
minus valet. Tum quia plenitudo entitatis et potentie
vtiqꝫ eſt ſine infinitate intenſiua. Tum qꝛ ſm eundem nõ
ſolũ primus: ſed etiam alie ſubſtantie abſtracte habent a
ſe ⁊ entitatem ⁊ virtutem: cum ſm eum: vt in. 2. patebit:
ſint penitus improducte: et tamen nulla eſt infinita inten-
ſiue: nec etiã ita perfecta: ac ſm modũ loquendi arguẽtis
habet tantã plenitudinẽ entitatis ꝗtaꝫ deus. ¶ Ad ter-
tiã rationẽ dico. ꝙ loquẽdo in propoſito de effectu qui eſt
motus: ſiue ꝓprie: ſiue improprie motus dicatur effectus
ipſum eſſe infinitũ poteſt intelligi dupliciter. Uno modo
extenſiue: ⁊ ſic idem eſt ipſum eſſe infinitum quod eſſe du
rationis infinite. Alio modo intenſiue: ⁊ ſic idem eſt quod
eſſe velocitatis infinite. Cum ergo dicitur illud quod re-
ſpicit effectum infinitum vt infinitus eſt ⁊c̃. Dico ꝙ ſi re-
ſpicit effectum primo modo eſt virtutis infinite correſpõ-
denter extenſiue ſm philoſophum: non autem intenſiue:
ſed tunc philoſophus negaret minorem. Amplius dico ꝙ
philoſophus ita diceret quemlibet illum motorem reſpi-
cere ſuum modum: vt infinitus ⁊ continuus eſt: ſicut pri-
mus motor ſuum: nec oppoſitum oſtendi poſſet ex dictis
philoſophi. Quod autẽ vlterius additur ꝙ primus mo
tor ꝗtum eſt ex ſe motum infinituꝫ faceret in infinitis mo
bilibus: aut in vno infinito ſi eſſet: certum eſt ꝙ hoc nega-
retur a philoſopho ⁊ etiam a Commentatore: ſicut expreſ
ſe patet ex ſupra allegatis. ¶ Ad auctoritatem Commẽ. 12. meta.
reſpondet vnus doctor ꝙ Commentator loquitur de fini- Com. 41.
tate ⁊ infinitate durationis ex ſe: ſic intelligẽdo ꝙ motus Och. in
coniunctus: qui quodãmodo eſt in materia celi: ſicut im- quolibꝫ 7
portatur per hoc nomẽ coniunctus: eſt in potentia ad mo q. 12.
uendũ: ⁊ ꝗtũ eſt ex ſe: eſt etiã in potentia ad quietẽ: ita ꝙ
ꝗtũ eſt ex ſe poteſt ceſſare a motione actiua celi: ⁊ hoc eſt
ſm Cõmen. quia eſt forma aliqualiter coniuncta: ⁊ in mo
uendo mouetur accidentaliter: ſicut patet ex ꝓceſſu eiuſ-
dem commenti: ⁊ ideo nõ eſt de ſe infinite motionis: ſed fi
nite: qꝛ ſi ſue nature derelinqueretur a primo motore ceſ-
ſaret a motione ſua propter cauſam dictã: ⁊ ita infinitas
motus neceſſario eſt propter aliũ motoreꝫ in quo non eſt
potentia omnino ad quietem: neqꝫ eſſentialiter: neqꝫ acci-
dentaliter: qꝛ neutromodo mouet: ⁊ illud eſt primũ ſimpli
citer ſeparatũ ab omni materia: ⁊ ꝓpter ſuã ſeparationẽ
eſt infinite motionis ſm durationẽ. ¶ Iſta reſponſio non
eſt ſm mentem Commentatoris: quod patet primo ex eo
ꝙ dicit motorem coniunctum moueri accidẽtaliter ex ſuo
motore. Hoc eni expreſſe contradicit Commẽtatori in de Cap. 1.
ſubſtãtia orbis. vbi diffuſe probat ꝙ tales motores: quos
vocat formas ⁊ animas corporũ celeſtiũ non conſtituun-
tur per ſua ſubiecta: neqꝫ mouẽtur accidẽtaliter per mo-
tũ corꝝ. Unde ait: ꝙ tunc mouere eorũ eſſet infinitũ: quod
enim mouetur quando mouet impoſſibile eſt vt ſit prin-
cipium motus eterni: vt dicit Ariſtote. ⁊ in ſecundo capi-
tulo probans idem: ſcilicet ꝙ non conſtituuntur per ſub-
iecta deducit ad hoc tanꝗ ad inconueniens ꝙ tunc mo-
uerentur ex ſe per accidens. ¶ Secundo ex eo ꝙ dicit ta
lem motorem poſſe ꝗtum eſt ex ſe ceſſare a motione. Nã
Commenta. 12. meta. dicit ꝙ neceſſe eſt vt motus eternus Com. 41.
habeat motorem qui eſt actio pura ſine aliqua potentia
id eſt que in nulla hora eſt motor in potentia: ⁊ poſt ſubdit
ꝙ omne eternum eſt actio pura. Unde vult ipſe ꝙ omnis
motor celeſtis ſit omnino immotus: taꝫ eſſentialiter ꝗ ac
cidentaliter: ⁊ ſemper neceſſario actu mouens. Unde ſe- Com. 21.
cũdo celi. Ex hoc probat neceſſario eſſe motum celi: ⁊ lo-
quitur generaliter de omnibus motoribus: vt patet ibi.
Quod etiam confirmatur ex eo: ꝙ poſtꝗ. 12. meta. phs ⁊ Tex. c. c.
Commen. probauerunt eſſe ſubſtantiam eternam mouen 42.
teꝫ que nullo modo nec per ſe: nec per accidens mouetur
neqꝫ eſt in potẽtia ad nõ mouendũ inquit. Utrũ talis ſub
ſtãtia ſit vna vel plures: ⁊ determinat ꝙ ſunt plures.
¶ Tertio deficit reſpõſio: qꝛ cũ ſm Cõmẽta. deus ipſe ſit Cap. 2.
motor coniunctus primo mobili: ⁊ anima et forma ipſius
quẽadmodũ alij motores dicũtur forme ſuoꝝ mobiliũ: vt
pꝫ in de ſubſtãtia orbis: ⁊ in multis alijs locis: vt ꝓbabi-
tur in ſcđo: ⁊ etiã ſm iſtũ doctorẽ: cũ in eadẽ queſtione di-
cat: ꝙ deꝰ ſm intẽtionẽ philoſophi ⁊ Cõmenta. effectiue
mouet celũ: ⁊ cõſtat ꝙ primũ mobile non habet duos mo
tores effectiue: ⁊ ꝙ habet ſuũ cõiunctũ motoreꝫ: vt ceteri
orbes: ac per hoc deus ſit ſm Cõmenta. motor appropri-
atus primo mobili. Sequeretur ꝙ ipſe moueretur accidẽ
taliter: ⁊ eſſet in potentia ad non mouendum: et ꝙ infini-
tas ſue motionis ſit ab alio motore etiam qui nullo modo
mouetur: que oĩa ſunt abſurda ⁊ contra intentionẽ Cõ
mentato. ex toto. ¶ Reſpondeo ergo aliter: ⁊ dico iuxta 12. meta.
ſuperius dicta: ꝙ motor celi ſm Commentato. eſt vno mo Com. 41.
do motionis finite: ſcilicet intenſiue: ⁊ alio modo infinite:
ſcilicet extenſiue: ⁊ ꝙ iſto modo habeat motionem infini-
tam prouenit ex eo ꝙ ipſe non eſt in materia ⁊ hoc ipſe in-
tendit ibidem: ſicut patet ex eo ꝙ nullo interpoſito ſub-
dit declarans ſenſum predictorum verborum. Secun-
dum ergo inquit ꝙ mouetur a potentia finita moue- Com. 41.
tur in tempore: ⁊ hoc eſt motionem eſſe infinitam intẽſi-
ue: et in hoc dicit diuerſari motus celeſtes in velocitate

Digitized by Google

et tarditate: ſm diuerſitatem proportiõis finitatis hmõi motoris & ſua mota. Et poſtea addit: & in hoc in quo conueniunt ꝙ moueret a potẽtia nõ in materia habẽt eternitatẽ motus & cõtinuitatẽ: & ſic motus celeſtis qui eſt finitus primo modo.ſ. velocitatis finite & infinit⁹ extenſiue.i. eternus habet finitatẽ ex finitate itẽſiua motoris & infinitatem ex infinitate extẽſiua motoris que cõuenit ex eiuſmodi ſeparatione a materia. ¶ Utrum aũt ſint duo motores eſſentialiter diſtincti: vel vnus ſm eſſentiam et duo ſm diſpoſitionẽ: iuxta modũ loquẽdi Cõmenta.ſeu dicit mouẽs.ſ. vt agẽs: & vt finis: & quomodo ab ipſo motus habeat eternitatem: & quomodo nõ: videbitur in ſecũdo vbi
C.4. inquiretur: vtrum ſm intentionem Philoſophi & Cõmẽta. deus ſit motor appropriatus alicui orbi: ad noſtrũ autem propoſitum nunc id non eſt opus diſcutere.

Quantum ad ſcðm articulũ dico duo. ¶ Primũ eſt ꝙ quilibet inſequẽdo naturalem rationẽ habet ponere / aut ſaltem nõ negare: ꝙ eſt aliqua res infiniti vigoris intẽſiue: probat: qꝛ aliqua ſunt naturaliter concedẽda eſſe ſimpliciter poſſibilia / vel ſaltem non negãda eſſe poſſibilia que nõ poſſunt poni: & ſciũtur etiã nõ poſſe poni in eſſe: niſi per virtutẽ infinitã intẽſiue. ergo vel eſt concedendũ eſſe aliquã talẽ virtutẽ / vel ſaltẽ nõ eſt negandũ: pꝫ ꝯña: qꝛ nunꝗ̃ ꝯñs eſt negãdũ: niſi añs ad qð illud ſcitur eſſe ꝯñs ſit negandũ. Aſſumptũ declaratur in plurib⁹. Nam ꝙ aliqð corpus intẽſe calidũ trãſmutet in inſtãti in frigiditatẽ intẽſam: cũ non appareat / nec euidẽter poſſit apparere implicare / vel inferre contradictionẽ: nõ apparet eſſe ĩpoſſibile: & per ꝯñs nõ eſt negãdũ eſſe poſſibile ſimpliciter. ¶ Item ꝙ vnũ corpus ꝑ prius ſit in vno loco: & in inſtãti terminãte illud ſit in alio diſtãte: nulla videt cõtradictio: & ideo nec illud eſt negandum eſſe poſſibile. Silr ꝙ celũ in infinitũ velocius poſſet moueri (ſyncathegoreumatice accipiendo infinitũ) nõ videt ĩplicare cõtradictionẽ: & ꝑ ꝯñs nec ĩpoſſibile: & multa alia poſſunt cõmemorari: que nõ ſunt neganda eſſe poſſibilia ſimpliciter: & tñ cũ hoc nõ poſſunt poni in eſſe: niſi a potentia / ſeu virtute infinita. Et hoc etiã ſcit per regulas cõiter cõceſſas de ꝓportionib⁹ virtutũ mouẽtiũ inter ſe: ſm proportionẽ velocitatis motionũ ipſarũ. ¶ Scðm eſt. ꝙ naturaliter loquẽdo ponẽdũ eſt: vel ſaltẽ nõ eſt negãdum deũ eſſe infinite virtutis intẽſiue: pꝫ qꝛ ex quo nõ eſt negãdum eſſe aliquã virtutẽ infinitã: vt probatũ eſt: & hoc videtur importare dignitatẽ & perfectionẽ ſimpliciter: non eſt negandũ a deo ex cõmuni cõceptione omne qð eſt ſimpliciter dignitatis & excellẽtie attribuitur. ¶ Confirmatur: qꝛ ſupra di.25. ꝓbatum eſt naturaliter eſſe ponendũ deum eſſe actiuũ & productiuũ aliorum. Cum igitur non ſit negandum aliquã vim actiuam infinitam non videtur eſſe negandum diuinam virtutem eſſe infinitam.

Nunc ergo eſt arguendũ cõtra dicta: et hoc dupliciter. Primo ꝓbando deũ nõ eſſe virtutis infinite. Scðo ꝓbãdo hoc nõ eſſe ponẽdũ inſequẽdo rõnem naturalẽ. ¶ Primũ ꝓbatur primo ſic: ſi eſſet virtutis infinite nõ haberet potentiã terminatã: & ſic neqꝫ naturam terminatã: hoc aũt eſt falſum. ¶ Scðo ſi de⁹ eſſet infinite virtutis moueret / vel ſaltẽ mouere poſſet in inſtãti ꝯñs eſt falſum. Tum qꝛ motus eſt ſucceſſio q̃ in inſtãti eſſe nõ põt. Tũ qꝛ mobile ſimile eſſet in oĩbus partib⁹ ſpatij ſuꝑ quo moueret. Tum tertio qꝛ pari rõne poſſet celũ in inſtãti vertere ꝛ̃uone cõpleta: ſed hoc eſt falſum. Nã ſequeret ꝙ eſſet mutatũ per poſitũ: & tñ non eſſet mutatum: qꝛ ipm totum et quelibet pars eius eſſet in loco eodem primo in quo fuit prius. Unde ſuppoſito ꝙ celum quieſceret per tps: & ſol eſſet in oriẽte ſi in inſtãti verteret in eodẽ inſtãti ſol eſſet in oriente: ſicut prius erat: & ita quelibet pars celi et totũ celũ: & per ꝯñs non eſſet mutatũ. ¶ Tertio ſi deus eſſet infinite virtutis poſſet producere aliquã formã. verbigra. calorẽ infinitũ intenſiue: ſilr multitudinẽ infinitam & corpus aliqð infinitũ: & illud etiam mouere poſſet localiter: que oĩa ſunt impoſſibilia: & ꝯña quo ad oĩa pꝫ ex proportione virtutis ad virtutẽ & effectum correſpondentiũ adinuicem. Et has rõnes tres in virtute tãgit Cõmen. in 12.me.cõ.
diuerſis locis: vt ex dictis eius allegatis ſupra patet. 46.3.ca.ð
¶ Quarto ſi deus eſſet virtutis infinite eſſet: etiã perfe- ſub orb.8.
ctionis infinite: et ſi ſic ſequeret ꝙ nullũ aliorũ entiũ a deo phy.7.
eſſet aliquo modo alio ꝑfectius / vel imperfectius: ſed oĩa eſſent eque ꝑfecta: qð eſt falſum. ꝯña probat qꝛ oĩa dicuntur magis / vel minus ꝑfecta: ſm ꝙ magis / vel minus appropinquãt / vel diſtãt a primo: cũ aũt quodlibet aliud ſit finitũ. ſequitur ꝙ quodlibet diſtaret a deo in infinitũ: et ꝑ ꝯñs nõ vnũ plus alio. ¶ Preterea. Deus eſt mẽſura oĩm aliarum ſubſtantiarũ: vt pꝫ. 10. met. per Cõmen. et ibidem
habetur: mẽſura eſt quid minimum in illo genere quo eſt 10.me.cõ.
mẽſura. ergo deus nõ eſt infinitus: quia tunc potius eſſet 3.4.z.7.
maximũ: & iſte due vltime rões diſcretius ꝓbant ꝙ de⁹ nõ ſit infinite perfectionis / vel entitatis. ¶ Rñſio. ꝙ ſicut illimitatũ & infinitũ ſm eſſentiã põt intelligi dupliciter.ſ. extenſiue & intenſiue: ſic per oppoſitũ finitũ ſm eſſentiam põt capi dupliciter: ſi ergo in predicato maioris finitũ capiat: vt opponit infinito ſm eſſentiã extẽſiue: ſic concedo concluſionẽ accipiẽdo in ea eodem modo terminũ illum. Nam cõſtat ꝙ deus nõ eſt quodlibet ens / vel entia infinita: ſed vnũ ſingulare imo vnicũ & maxime vnũ: & ideo non eſt infinitus extẽſiue ſm eſſentiã. Si vero accipiat infinitum ſm eſſentiã intẽſiue: ſic quocũqꝫ modo accipiatur in exẽplis adductis pro ſyllogiſmi maior eſt falſa. ¶ Ad ſecundã reſpõ. ꝙ ꝯña non apparet neceſſaria: qualitercũqꝫ etiã in ꝯñte accipiat mouere.ſ. ſiue pro motione ſucceſſiua / ſiue pro mutatione ſubita. Nam hoc ſolo poſito: ꝙ aliquod corpus qualitercũqꝫ / & q̃tucunqꝫ velociter motũ / vel poſſibile moueri: in infinitũ velocius deus poſſet mouere: ſaluaretur optime infinitas ſue virtutis / nec ſequeretur ex hoc ꝙ poſſet in inſtanti. Secundo dico. ꝙ ſi capiatur mouere large pro.ſ. ſubita mutatione ꝙ cõſequẽs non eſt falſum &c. ¶ Tunc probatio prima nõ eſt ad propoſitum: quia mutatio ſubita non eſt ſucceſſiua. Ad aliã autem cum dicitur. ꝙ tũc mobile eſſet ſimul in omnibus partibus ſpatij. poteſt dupliciter reſpõderi. vno modo vt aliqui dicũt: ꝙ illud nõ ſequitur. Nã poſſet deus corpus de extremo ad extremũ ſubito mutare: nõ mutãdo ipſum per medium: ſicut corpus chriſti exiſtens in celo accedit ad altare: non accidẽs ad aliqua loca media. ¶ Alio modo reſpondeo & dico: ꝙ ſi deus vellet: poſſet etiam per medium ſubito corpus de extremo ad extremum mutare: et tunc in illo inſtanti illud corpus ſimul eſſet in omnibus partibus ſpatij: et poſt illud inſtans non eſſet: niſi in termino ad quem / nec illud eſt impoſſibile: ſicut nec ꝙ idem ſit corpus per tẽpus in plurib⁹ locis ſimul: qð vtiqꝫ deus poteſt facere. ¶ Ad tertiã probationẽ falſitatis dicti cõſequẽtis: cõcedo ſimiliter ꝙ deus poſſet ſubito cõplete reuoluere celum. Et dico: ꝙ tunc celum eſſet mutatum: et cum ꝓbatur ꝙ non dico ꝙ nõ ſequitur. Hoc eſt in eodem loco in quo prius fuit. ergo non eſt mutatum ſm locum: qꝛ ſi ſimul cum hoc ꝙ eſt in eodem loco in quo prius fuit: ſit etiã in aliquo in quo prius non fuit: vtiqꝫ ipſum eſt mutatum. Exẽplum in mutatione ſm formam poſito ꝙ aer tenebroſus ſit calidus: deinde nulla mutatione facta in ipſo ſm calorem: fiat lucidus: tunc verum eſt dicere: aer eſt ſub eadem forma ſub qua prius fuit: et tamen falſum eſt ꝙ nõ ſit mutatus ſm formam: & ſimiliter ſi vnum corpus exiſtens in oriente deus poneret in occidente non remouendo ipſum de priori loco: ſicut bene poſſet: adhuc illud eſſet mutatum ſm locum: quãuis eſſet in eo-

Digitized by Google

dē₃ loco in quo prius fuit. Sic in ꝓpoſito q̄uis celū eſſet
in illo inſtanti ipſu₃ ⁊ oēs eius partes in eodē loco in quo
prius erāt: nihilominus in eodē inſtanti ipſum ⁊ quelibet
pars eius eſſet in alio loco in quo prius nō fuit: et ideo nō
eſſet verū ipſum nō eſſe mutatū. ¶ Ad tertiam poteſt pri
mo negari cōſequētia: ſicut ⁊ ꝓcedēs. Nā ſufficeret ad in
finitatē virtutis ꝙ q̄tocunq₃ calore finito poſſibili poſſet
deus facere intenſiorem: ⁊ qualibet multitudine poſſibili
finita maiorem: ⁊ q̄tocunq₃ poſſibili finito maius: ⁊ q̄to-
cunq₃ etiam corpore finito poſſibili poſſet maius mouere
dato ꝙ non poſſet facere calorem infinitum: aut multitu-
dinem aut magnitudinem actu infinitam. Secundo con
cedo conſequens q̄tum ad ſingulas tres partes primas:
⁊ probabitur in ſequenti queſtione: et ſimiliter q̄tum ad
vltimā₃ concedo: ꝙ deus q̄tum eſt ex ſufficientia ſue vir
tutis vtiq₃ poſſet mouere corpus infinitū. Si autem non
poſſet: quod nō aſſero: hoc eſſet preciſe: q₂ illud moueri nō
poſſet. ¶ Ad quartā. quicquid ſit de ꝯſequētia. concedo
primū cōſequēs: ſed vlteriorē nego cōſequentiā. Ad ꝓba
tionē dicendū: ꝙ illud dictū nō eſt intelligendū de diſtan
tia vel ꝓpinquitate ſm exceſſum maiorē vel minorē per-
fectionis diuine ad alia entia. Nam q̄libet excedit infini
te licet exceſſu equiuoco: ⁊ ideo nec ꝓprie vna₃ magis ex-
cedit q̄₃ aliā: ſed eſt intelligendū ſm maiorē vel minorem
ſimilitudinē vel cōuenientiā: ſm quā aliquid cōmune vni
uoce dicitur de deo ⁊ alijs: ⁊ ſm talē maiorē vel minore₃
cōuenientiā debet intelligi maior et minor perfectio alio-
rum. ¶ Hoc autē non impeditur propter infinitate₃ dei:
ſicut eſto ꝙ eſſet vna albedo infinita intenſiue: ⁊ vna nigre
do.10.graduū: ⁊ ſimiliter vna rubedo.10.graduū: q̄uis il-
la albedo excederet exceſſu graduali tam nigredinem q̄₃
rubedinem datam infinite: nec vna plus q̄₃ aliam. Adhuc
tamen maior eſſet conuenientia inter illam albedinē ⁊ ru
bedinē: q̄₃ inter albedinē ⁊ nigredinē. Et propter hoc poſ-
ſet dici ꝙ illa albedo magis appropinquaret ⁊ minus di-
ſtaret: ⁊ per hoc eſſet perfectior q̄₃ nigredo data. Ad ali-
ud quod additur dicendū ꝙ q̄uis mēſura que eſt per re-
plicationem: vt vlna ⁊ vncia ⁊ alie quibus quanta menſu
rantur ſit quid minimū ſm q̄titatem: ad bonū tamen in-
T.com.3. t.4. tellectū qui habetur.10.meta. menſura tñ ſm perfectionē
(qualis eſt deus menſura aliorū entiū) nō oportet ꝙ ſit mi
nimū ſm perfectionem: vnde albedo que ponitur mēſura
in genere colorum non eſt minima ſm perfectionem inter
colores: ſed permaxima: ſic in propoſito. Et ſi argumētu₃
valeret non ſolum probaret deu₃ eſſe non infinite ꝑfectio-
nis: quinimmo ꝙ eſſet minime inter cetera entia: quod ab
ſurdū eſt. ¶ Ad rationes principales dico: ꝙ maior illa
eſt falſa: q̄m naturaliter eſt ponendū deū intelligere omīa
alia a ſe: ſicut ſupra mōſtratū eſt: ⁊ tamen dum de ꝓpoſito
hanc materiā Ariſto. tractauit: oppoſitum ſenſit q̄uis in
hoc ſibi alibi contradixerit: vt ſupra diſtin.35. patȝ: ⁊ ſicut
hec ita multa alia ſunt ponenda naturaliter loquendo de
deo que ipſe nō poſuit. Unde poteſt dici ꝙ talis argumē-
tatio. hoc non poſuit philoſophus. ergo non eſt ponendu₃
nō eſt ratiocinatiua neq₃ demonſtratiua neq₃ probabilis:
ſed eſt tñ accuſatio eius: q₂ hoc ponere debuit: ſicut con-
tra negantes caſum: propterea q₂ antiqui nihil ſunt locu-
Com.43. ti de eo dicit Commentator ſecundo phyſi. ¶ Ratio An-
ſel. ad partem oppoſitam: q̄uis verum concludat: non eſt
tamen meo iudicio demonſtratiua: ſicut ipſe putauit di-
cens in prologo ſuo ſupra pro ſolu. ꝙ ipſa nullo alio indi-
get ad ſe probandum. Unde primo oſtendam: ꝙ modus
arguendi non eſt efficax: deinde ſoluam rationem.
¶ Primū patet: quia ſi ille modus arguendi eſſet bonus
ſimiliter poſſet probari. ꝙ eſt aliqua albedo qua maius
aliquid cogitari non poteſt: patet arguendo in ſua for-
ma ſic: albedo qua non poteſt aliquid maius cogitari
eſt in itellectu: ⁊ nō in ſolo intellectu. ergo eſt in re. ꝯñs pa
tet: vt ſua. Et prima pars antecedētis ꝓbatur: q₂ audiēs
hoc qḋ dico albedo qua non pōt aliquid maius cogitari:
intelligit qḋ audit. et quod intelligit eſt in intellectu eius
⁊c̄. Et ſcḋa etiā pars ſimiliter ſue ꝓbatur: q₂ ſi in ſolo in-
tellectu pōt cogitari eſſe in re qḋ maius eſt: ⁊ ſic albedine
qua maius cogitari non pōt aliquid maius cogitari po-
teſt: ⁊ ſimiliter cetere probationes ſue poſſunt ad hoc ap-
plicari. ¶ Reſpōſio ergo ad rationē: ſicut ſupra facta eſt.
cum enī arguitur ſic ſequēdo rationē naturalem eſt ponē
dum aliquid eſſe in rerū natura quo maius non pōt cogi-
tari: ergo ſequēdo naturalē rationē ponēdum eſt aliquid
infinite virtutis intenſiue. Dico ꝙ duplex pōt eſſe ſenſus
antecedētis: vnus ſm ꝙ ly. maius pōt intelligi precedere
totū illud: poteſt cogitari. Alius ſm ꝙ poteſt ſequi: ⁊ hoc
bene differt: ſicut patȝ in exēplo ſuppoſito: ꝙ impoſſibile ſit
aliquā eſſe formicam maiorem elephāte: hec eſt vera nul
la formica maior elephāte poteſt cogitari: patet quia ſua
contradictoria eſt falſa ſcilicet aliqua formica maior ele-
phante poteſt cogitari: nullam enim ſingularem habet ve
ram: ſed quelibet ſingularis eſt falſa ꝓpter falſam implī-
cationem a parte ſubiecti / ſiue demonſtraretur formica
exiſtēs / ſiue non exiſtens. ¶ Et tñ ſi ly. maior poſtponatˀ
ſic: nulla formica poteſt cogitari maior elephāte. ipſa eſt
falſa: nihil enim prohibet aliquā: immo certe quālibet for
micam quēq₃ cogitare eſſe maiorē elephante. Si autem
antecedēs ſumatur primo modo. Dico ꝙ pbs et quilibet
tenēs aliquid vnum perfectiſſimū in entibus: ⁊ illud eſſe
non infinite virtutis intēſiue concederet: ⁊ añs ⁊ negarēt
conſequentiā: ⁊ ꝓpoſitionem aſſumptā ad ꝓbationem
ꝯñe. ſ. illam (quolibet nō infinite virtutis maius pōt cogi-
tari) diceret eſſe falſam: q̄uis concederet iſtam (quolibet
non infinite virtutis aliquid pōt cogitari eē maius) ſed ꝑ
iſtam non ꝓbaretur cōſequētia: vt patȝ. Si aūt añs ſuma-
tur ſcḋo modo. antecedēs vtiq₃ negandū eſt: diceret enī ꝙ
quolibet exiſtente: aut etiā poſſibili / aut cogitabili pōt co
gitari aliquid eſſe maius ſeu vere / ſeu falſe. ¶ Tunc ad
probationē Anſel. cū dr aliq̄d quo maius cogitari nō pōt
eſt in intellectu: ⁊ nō ſolū in intellectu. ergo etiā in re. Pa
tet: q₂ ſi debeat eſſe ad propoſitū opȝ ꝙ ly maius intelliga
tur ſequi ly poteſt cogitari: q₂ in illo ſenſu negaretur añs
primū: ⁊ tunc diſtinguo antecedens iſtius ꝯñe Anſel. q̄m
vel ipſm ſupponit materialiter / vel ſignificatiue ⁊ ꝑſonali-
ter. Si primo modo ⁊ ipſm ſit ꝓpoſitio quedā vocalis con
cedo illud. ⁊ ſilr ꝯñs: ſi in ipſo eodē modo ſupponat ſubie-
ctū eius: ſed tūc nihil ad ꝓpoſitū. Nam cōſtat ꝙ illa vox
non eſt infinite virtutis. Sed ſi in ꝯñte ſubiectū ſupponat
ſignificatiue. patȝ ꝙ ꝯña nulla eſt: ſicut et iſta. hec vox ali-
quid qḋ non eſt: eſt. ergo aliquid qḋ nō eſt: eſt. nam añs eſt
verum: ⁊ ꝯñs implicat cōtradictionem ſi ſubiectū ſuppo-
nat ſignificatiue. Si vero in illo añte ſubiectū ſupponat
ſcḋo modo. ſic dico ꝙ negandū eſſet q̄tum ad primā par-
tem ab eo qui teneret nihil eſſe tale. Et cū probatur ꝙ au-
diens hoc: qḋ dico aliquid quo maius cogitari nō pōt in-
telligit ꝙ audit: ⁊ qḋ intelligit eſt in itellectu. ¶ Dico pri
mo ꝙ ſi inter has duas ꝓpoſitiones hoc intelligitˀ: et hoc
eſt in intellectu. fiat differentia: ſicut videtˀ Anſel. facere Cap.8.
cōtra iſipi. Unñ negāti hāc ꝯñam. itelligitˀ. ergo eſt in itel-
lectu. mitˀ illā ꝓbare. hec enī falſa eſt: omne qḋ quis in-
telligit eſt in intellectu. Nam lapidē q̄s intelligit: et tñ la-
pis nō eſt in intellectu / nec probatio quā adducit Anſel.
valet. ait enī ꝙ ſicut omne qḋ cogitatur: cogitatione cogi-
tatur: ⁊ qḋ cogitatur: ſicut cogitatur ſic eſt in cogitatione
ita omne quod intelligitur in intellectu intelligitur ⁊c̄.
Nam etiā hec aſſumpta: omne qḋ cogitatur eſt in cogita
tione eſt falſa: vt patȝ de lapide: non diſtinguendo autem
inter illas ſicut et frequenter antiqui non diſtinguebant.

Et cũ dr aliquid eſſe in intellectu.ſi ꝑ eodẽ accipiat̃:ac ſi
dicatur ꝙ illud intelligit̃:cõcedo ꝓpoſitionẽ:ſed nihil ad
ꝓpoſitũ:qꝛ audiẽs illã vtrãqꝫ intelligit illã:et illa intelligit̃
ab eo. Sed nõ ſequitur:hec vox:aliquid quo maius cogi-
tari nõ poteſt intelligitur. ergo aliquid quo maius cogi-
tari nõ poteſt intelligitur.ſi ſubiectũ cõſequẽtis ſupponat
ſignificatiue. Sicut etiã nõ ſequitur hec vox:quod nõ po
teſt cogitari põt cogitari. ergo qḋ non poteſt cogitari põt
cogitari. Nã antecedẽs eſt verũ. nã audiens hoc qḋ dico
(qḋ nõ poteſt cogitari)cogitat qḋ audit:ꝛ qḋ cogitat cogi
tatur:ꝛ tñ cõſequẽs implicat cõtradictionẽ ſi ſubiectum
ſupponat ſignificatiue. Similiter audiẽs hãc vocẽ(mai⁹
eo quo maius cogitari nõ poteſt)intelligit qḋ audit:ꝛ illa
vox intelligitur ab eo:ꝛ tñ nõ ſequitur:hec vox maius eo
ꝛc̃.intelligit̃.ergo maius eo quo maius cogitari nõ põt in
telligit̃. Nã antecedẽs eſt verũ:ꝛ ꝯſequẽs ſi ſubiectũ ſup-
ponat ſignificatiue eſt falſuꝫ etiã ſm̃ Anſel. Nã ex ipſo ſe
quitur ex eo quod mai⁹ cogitari nõ poteſt aliquid maius
cogitari poteſt: qḋ ipſe dicit eſſe impoſſibile in pꝛia ꝓba-
Cap.9. tione ſcḋe partis antecedẽtis:ꝛ cõtra inſipi. ¶ Et ſi dica
tur ꝙ audiẽs hãc vocẽ (aliquid quo maius cogitari non
tat impoſſibile eſſe aliquod corpus infinitū:aut infinitam multitudinē corporū:vel partiū determinate eiuſdeꝫ magnitudinis:qm̄ ſic ſequereꝛ ꝙ eſſet corpus infinitū in vltimis:multitudinē tm̄ partiū nō determinate eiuſdē magnitudinis:ſed ꝓportionaliū nō potuit negare ſm dicta ſua:⁊ ideo quia ipſe fuit alterius opinionis: ideo multa dixit que nō ſunt vera in hac materia:nec acceptāda ꝓ auctoritate. ¶ Ad ſcḋm primo dico:ꝙ ſi cōcluderet ꝓbareꝛ in cōtinuo nō eſſe infinitas ptes:vt ptꝫ. Reſpondeo ſcḋo ad rationē diſtinguēdo de toto ⁊ pte. Nā hec dupliciter poſſunt ſumi.ſ.cōiter ⁊ ꝓprie.pꝛio mō omē qḋ includit aliq̄d qḋ eſt aliq̄d ⁊ aliud ꝑter illud aliq̄d: ⁊ q̄libet illi⁹ dr̄ totū ad illud:⁊ oē ſic incluſuꝫ dr̄ pars icludēns. ſcḋo mō dr̄ totū illḋ qḋ icludit aliq̄d pꝛio mō et icludit tāta tot quot nō icludit icluſuꝫ:⁊ ecōuerſo tale icluſuꝫ nō icludēs tot tāta quot includēs dr̄ pars ei⁹: ⁊ iſte mod⁹ cōtinet etiā plures modos ptis: ſꝫ ꝓ nūc nō curo de illis. Applicādo hoc ad multitudines.pꝛio mō ōis multitudo eſt totū alteri⁹ multitudinis que illā includit.i.q̄ eſt ōia illa q̄ ipſa eſt ⁊ aliud vel alia ab illis ⁊ quolibet illoꝝ ⁊ ōis multitudo ſic incluſa eſt pars:⁊ hoc modo vna multitudo infinita poteſt eſſe pars alterius ſicut multitudo partiū ꝓportionaliū vnius medietatis ꝯtinui: eſt pars multitudinis partiū alterius cōtinui totius. Nā multitudo totius cōtinui eſt oēs ptes ſiue ōia:quoꝝ quodlibet eſt pars vnius medietatis:⁊ oēs partes alterius medietatis que ſunt totaliter alie ab illis ſecūdo modo ōis multitudo includēs aliā modo iā dicto ⁊ includēs tāta tot.i.tot determinate q̄titatis. verbi gratia.tot binarios vel tot ternarios quot non includit multitudo incluſa:eſt totuꝫ reſpectu illius:⁊ illa ecōuerſo pars dicitur huius:⁊ hoc modo nulla multitudo infinita eſt totū aut pars reſpectu multitudinis infinite:q: nulla tot tāti includit quin tot tāti alia icludit:q: queliꝫ includit infinities tātū ſeu infinita tāta. Unde hoc modo ſumēdo totū ⁊ partē multitudo partiū totius cōtinui nō eſt totū ad multitudinē partiū vnius medietatis tm̄:q: quot binarios vel ternarios includit multitudo totius: tot includit multitudo medietatis ⁊ nō plures includit multitudo totius q̄ partis. ſcḋo diſtinguo hos terminos maius et minus: q̄uis non oporteret niſi propter aliquos illis improprie vtētes. Nā vno modo ſumūtur proprie et ſic multitudo dicitur maior que tātūdē ⁊ plures cōtinet:illa vero dicitur minor que pauciores. Siue alio modo:⁊ venit in idē illa dicitur maior que pluries cōtinet vnū: vel plures vnitates:illa vero mīor que paucies ſeu pauciores. Alio modo ſumitur improprie: ⁊ ſic ōnis multitudo que includit vnitates omnes alterius multitudinis:⁊ quaſdā alias vnitates ab illis dicitur maior illa:eſto ꝙ nō includat plures vnitates q̄ illa: ⁊ hoc modo eſſe maiorē multitudinē alia nō eſt aliud q̄ includere illā ⁊ eſſe totū reſpectu illius primo modo. Supponēdo totū primo modo maius ⁊ minus nō dicuntur de infinitis adinuicem: ſed de finitis tm̄:vel de infinitis reſpectu finitoꝝ:⁊ ecōuerſo. ſecūdo vero modo vnū infinitū eſt maius alio: ſicut etiaꝫ eſt totū ad illud primo modo ſumendo totū. Ibi autē modi totius ⁊ partis ſic ſe habēt: ꝙ omne eſt totū vel pars ſcḋo modo eſt totuꝫ vel pars primo modo ⁊ nō cōuertitur vniuerſaliter:nō eſt ſic de maius ⁊ minus predictis duobus modis ſumptis. Nā nō omne quod cōtinet plures vnitates q̄ aliud cōtinet illas quas cōtinet illud aliud: ſicut denari⁹ hoim exiſtētiū Pariſi⁹ cōtinet tātūdē ⁊ plures q̄ ſenari⁹ vel q̄ternarius equoꝝ exiſtētiū Rome:nō tm̄ includit illos: ⁊ ideo nō omne quod eſt maius primo modo eſt maius ſcḋo modo. Itē nec oē mai⁹ ſcḋo mō eſt mai⁹ pꝛio mō:ſicut ptꝫ de multitudine vna infinita reſpectu alteri⁹ infinite quā iclu

Digitized by Google

dit. Particulariter tñ de ſe inuicē predicant̄: aliq̄d enim
maius primo mō eſt maius ſcd̄o mō. ſicut multitudo fini
ta eſt maior ſua parte vtroq̄ȝ mō. ¶ Tunc ad rōnē cū di-
cit̄: ſi eēt aliq̄ multitudo īfinita: vel pars non eēt minor to
to: vel vnū infinitū eēt min⁹ alio. ſi ſumat̄ pars ⁊ totū pri
mo mō tñ: ⁊ ſumat̄ etiā maius primo modo ꝯcedit̄ ꝯñs.
Nā pars illo mō p̄ciſe ſumpta non eſt minor toto illo mō
ſumēdo min⁹: ſicut nec ei⁹ totū tāti tot ꝯtinet quin tot tā-
ti ꝯtinet ipſa. Et qꝛ eē maius in multitudine non eſt aliud
q̄ȝ ꝯtinere plura: ſi totū nō ꝯtineat plura q̄ȝ pars: manife-
ſte pȝ ꝯñs eē q̄ ipſm nō ſit maius illa: nec illa minor eo. Et
ꝑ ꝯñs vna pars illius ꝯñtis diſiuncti eſt ſ̄a. vȝ aliq̄ pars
nō erit minor toto: ideo ꝯcedo illud. ¶ Itē ſumptis ⁊ to-
to ⁊ parte eodē mō vt iā ſumebant̄ ⁊ ſumēdo maius ⁊ mi
nus p̄mo mō ſupra poſito ꝯcedo q̄ aliqđ infinitū eſt min⁹
aliquo īfinito: qm̄ īfinitū qđ eſt ſic pars nō ꝯtinet oīa q̄ cō
tinet īfinitū qđ eſt totū eius: q̄uis tot quodcūq̄ȝ tāti cōti-
net totū ꝯtineat ipſm qđ eſt pars: ⁊ rōne hui⁹ partis cōce-
do ꝯñs. Et ſi inferat̄: infinitū eſt min⁹ infinito. ergo exce-
dit̄ ab illo: nego ꝯñtiam: ſumpto añte in ſenſu ꝯceſſo. Nā
nihil ꝓprie dicit̄ excedi ab alio: niſi qđ nō cōtinet tāti tot
quot aliud: et hoc nullo infinito eſt verū. Si vero ſumatur
pars ⁊ totū ſcd̄o mō et min⁹ p̄mo mō: tūc nego ꝯñam. Et
ad ꝓbationē dico: q̄ multitudo. a. nō eſt pars multitudi-
nis. c. qꝛ ipſa eſt infinita. ¶ Itē propter idē multitudo. a.
nō eſt minor multitudine. c. et hoc mō tñ eſt icōueniens.
ꝯcedere partē nō eē minorē toto aut īfinitū eē min⁹ īfini-
to. ¶ Ad aliā ꝓbationem ꝯñtie ꝯcedo: q̄ in multitudine
c. ſunt īfiniti binarij ⁊ īfiniti ternarij: et q̄ q̄libet binarius
eſt pars cētenarij. Dico tñ q̄ infinita multitudo illoꝝ bi-
narioꝝ nō eſt pars multitudinis infinite illoꝝ cētenario-
rum: ſiue ſumatur pars primo modo ſiue ſecundo modo.
non primo quidem: quia nihil ꝯtinet vel includit multitu
do centenariorum: quod nō includat multitudo binario-
rum. Nam quelibet anima de infinitis icludit̄ in vtraq̄ȝ
multitudine p̄dicta. ¶ Itē nec eſt pars ſcd̄o mō: quia nō
plura tāti ꝯtinet multitudo cētenarioꝝ q̄ȝ binarioꝝ. Vn-
de ſicut infinita multitudo cētenarioꝝ ꝯtinet cētenarios
infinitos: ſic etiā infinita multitudo binariorū ꝯtinet infi-
nitos centenarios. Et generaliter nullā multitudinem fi
nitā totiēs ꝯtinet vna earꝝ: quin totiēs illā ꝯtineat altera.
¶ Ad tertiā cū dicit̄ omni multitudine poſſibili de⁹ po-
teſt facere maiorē. ergo nulla īfinita eſt poſſibilis. Rn̄. q̄
ſi in añte ſumatur ly maiorem primo modo ſupra dicto.
Añs eſt falſum. ¶ Ad ꝓbationē cū dicit̄: q̄ deus nō pōt
creare tot aīas quin poſſet plures: nec pōt tot: quin poteſt
alias. dico q̄ nō eſt idē dicere: deus non pōt tot quin po-
teſt plures: ⁊ dicere. deus nō poteſt tot quin poſſet alias.
Nā ſi tot ⁊ quot ſumant̄ cōmuniter vt tā de finitis q̄ȝ infi
nitis dicātur ſm̄ cōmunē vſum. Nā ſicut dicimus q̄ tot
ſunt partes ꝯtinui in vno cōtinuo quot in alio ſibi equali:
ſic etiā dicimus q̄ tot partes eiuſdem ꝓportiōis ſunt in
vno quot in alio: ⁊ tñ ille ſunt finite ille autē infinite. Sic
autē ſumptis his terminis dico q̄ hec eſt vera. deus non
poteſt cauſare tot animas quin poſſet alias: hec vero fal-
ſa. deus non poteſt tot quin plures poſſet. Nam deus po
teſt infinitas: quo poſito in eſſe: adhuc deus poteſt crea-
re alias: ⁊ finitas multitudines ⁊ infinitas vt ſibi placet:
et hoc in infinitū poteſt: non tñ poteſt plures: qꝛ quotcūq̄ȝ
alias poſſet: nec ille ſm̄ ſe: nec ſimul ſumpte cū prioribus
ſunt plures q̄ȝ p̄ores: nec priores p̄ciſe ſunt pauciores q̄ȝ
ipſe et poſteriores ſimul. Et ſi dicatur q̄ quelibet vnitas
addita multitudini ꝯſtituit maiorē multitudinē. Dicen-
dū hoc nō eſſe verū niſi de multitudine finita. Et rō tacta
eſt ſupra. vȝ qꝛ multitudo non eſt maior: niſi qꝛ continet
pluries vnum: nūc aūt ſi ſit multitudo īfinita et addatur:
vel proprius loquēdo fiat: vnitas noua: q̄uis multitudo
includens hanc ⁊ priores cōtineat aliā vnitatem a priori-
bus: non tñ pluries continet vnitatē: aut plures vnitates
q̄ȝ multitudo prior preciſe: cū illa cōtineat infinitas. Et qꝛ
non ſequit̄: deus nō pōt tot quin poſſet alias. ergo nō pōt
tot quin pōt plures: ideo ꝓbatio illius antecedētis nō va
let. Si vero in añte ſumat̄ ly maiorē ſcd̄o modo ſupradi-
cto. cōcedo añs: ⁊ nego ꝯñam. ⁊ ſimiliter nego ꝓpoſitionē
aſſūptā ad probationē ꝯñe. ſ. hāc: nulla multitudine infi-
nita pōt aliqua eſſe maior: ſūpto termino iſto maius ī ea-
dē ſignificatione. ¶ Ad quartū quid dīm ſit quo ad oēs
ſuas ptes: pȝ ꝑ ea que dicta ſūt ad. 2. Quātū tñ ad id qđ
de additiōe magnitudinis ad p̄orē magnitudinē dr̄. Eſt
aduertendū q̄ ſi p̄or magnitudo ponat̄ vndiq̄ȝ infinita:
nulla ei poterit addi que ſi extra ipſam: ⁊ q̄līȝ pte eius: ſed
ſiue finita ſiue īfinita de nouo creet̄: ipſa erit ſil̄ cum ipſa
vel cū aliqua parte eius. ¶ Ad quītum cōcedo primam
ꝯñam: ⁊ nego ſcd̄am. Et ad probationē p̄mā dico q̄ ſicut
de īfinita multitudine dicim⁹ tot ⁊ quot: vt ſupra dcm̄ ē.
ſic nihil prohibet dici de infinita magnitudine q̄ȝtū ⁊ tā-
tū. Vn̄ ſm̄ Pħm ſi q̄rat̄ q̄ȝtū ipſa p̄ceſſit: cōuenienter rn̄-
det̄ infinitū: ⁊ ꝑ ꝯñs infinitū eſt tātū ⁊ quantū: ſi quodlibȝ
qđ rn̄det̄ ad q̄ȝtū ſit tātū: vt iſti dicunt. Si autē q̄s ſumat
tātū ⁊ q̄ȝtū ꝓ magnitudinibus alicuius finite mēſure. et
eodē mō velit q̄ q̄ȝtū dicatur ſolū de talib⁹: tūc negabo p̄
mā ꝯñam ⁊ dicā q̄ magnitudo īfinita nō eēt q̄ȝtitas: eſſet
tñ magnitudo. Et ſilr̄ nec multitudo īfinita eēt q̄ȝtitas: ē
tñ multitudo ⁊ hoc nomē q̄ȝtitas nō eſt genus gn̄aliſſimū
ſcd̄i p̄dicamenti: ⁊ tūc oporteret fingere aliđ nomē illi pre-
dicamēto: ſȝ talis acceptio huius termini q̄ȝtitas nec eſt
vſitata nec oportuna. vn̄ ſi q̄ȝtū ē qđ eſt diuiſibile in ea q̄
īſunt. vt dr̄. 5. meta. nō appet cur infinita magnitudo non T.c.8.
ſit q̄ȝta ⁊ ſilr̄ multitudo infinita cum vtraq̄ȝ ſic diuiſibilis
ſit: ſi ſit. ¶ Ad aliam probationē dico q̄ infinita magnitu
do vtiq̄ȝ foret in aliqua ſpecie quā titatis. vnde magnitu-
do prius diuidit̄ in finitā ⁊ in infinitā. Et deinde magni-
tudo finita in bicubitā ⁊ tricubitā, aut alio tali modo: fo-
ret ergo in ſpecie magnitudinis infinite. Cum vero addi-
tur q̄ contra hāc concluſionē ſunt multe rōnes Philoſo
phi ⁊ Cōmen. reſpō. q̄ nulla illarū cōcludit oppoſitā con t.c.a.t.c.
cluſionē iſti que eſt de poſſibili: qm̄ quelibet fundat̄ ſup 33. vſq̄ȝ ad
principio nō neceſſario. ver. gra. q̄ celū mouet̄ cōplete in 76.
tpe finito: q̄ ſunt entia actiua ⁊ paſſiua adinuicē: et q̄ ta-
lia agūt ⁊ patiunt̄ approximata. ⁊ q̄ entia naturalia hñt
loca nālia: ⁊ q̄ plura corpora nō pñt eē ſimul: ⁊ ſilia quo-
rum nullū eſt neceſſariū. Unde ſi Philoſophus ꝯfeſſus
fuiſſet celū nō poſſe moueri. ⁊ poſſibile eſſe q̄ nullū aliud
ens preter deū eſſet niſi celū: aut q̄ȝ quodcunq̄ȝ aliud: ⁊ q̄
poſſibile eſſet cōtraria approximata non mutuo agere: ⁊
alia que cōmuniter catholici habēt cōcedere: non dubi-
to quin ipſe conceſſiſſet q̄ eſſet poſſibile fore corpus infi-
nitum. ¶ Ad ſextum admitto caſum vſq̄ȝ ad id quod di-
citur: q̄ deus coniungat et contiguet lapides manentes.
Nam hec cōtiguatio poteſt dupliciter cōcipi fieri. Uno
modo q̄ quilibet lapis deferat̄ verſus orientē in quā par
tem ponetur magnitudo infinita: ⁊ in hoc intellectu nego
caſum eſſe poſſibilē. Ratio eſt: qꝛ tunc ſequeretur q̄ quili
bet lapis, facta tali contiguatione diſtaret a loco in quo
prius erat diſtātia infinita: ⁊ ſic inter extrema data ⁊ cer-
ta clauderetur ſpatiū infinitū: quod implicat cōtradictio
nem: ⁊ patȝ conſequentia. Nam quilibet lapis habet poſt
ſe verſus orientem infinitos lapides annihilatos per ca-
ſum. Alio modo poteſt intelligi q̄ quilibet deferatur ver-
ſus Pariſius in qua parte magnitudo eſt finita: aut ſi ali
qui verſus oppoſitam: non tñ infiniti: ſed finiti tñ: ⁊ in hoc
ſenſu admitto totum caſum. Et conſequenter dico q̄ to-
ta magnitudo occupabitur per ſolos remanētes poſito q̄
quilibet ſit delatus verſus. a. ⁊ ipſe lapis. a. remanſerit in

Digitized by Google

ſuo loco priori. Aut ſi ponat ꝙ nõ quilibet ſit delatus verſus .a. quintimo .a. lapis delatus ſit verſus oriẽtẽ ꝑ certum ſpatiũ finitũ: verſus quod ecõtra ſint delati ceteri ſequentes. tota occupabit̃ preter illã partẽ finitã magnitudinis: quã poſt ſe reliquit .a. verſus occidentẽ. Et cum dicit̃ ꝙ hoc eſt impoſſibile: quia infiniti lapides ſunt annihilati ꝛc̃. Dico ꝙ ꝓbatio nõ eſt efficax: quia quãuis infiniti ſint annihilati occupãtes infinitas partes magnitudinis equalis: quia tñ nõ tot partes tales continent̃ in tota illa magnitudine quin tot lapides continean̄t in multitudine lapidum remanẽte: nec plures ſunt partes magnitudinis ꝙ̃ lapides remanẽtes: ac ꝑ hoc cuilibet parti põt aliquis lapis ſupponi. poterit tota ſimul remanẽtibꝰ lapidibus occupari: quod etiã declarat̃: quia ex quo infiniti lapides remãſerũt: nõ erit dare vltimã partẽ verſus oriẽtẽ: que habeat lapidẽ ſupra ſe: ꝛ per cõns tota erit occupata. Hoc põt in alio declarari. ſi enĩ ſit aliquod corpus albũ finitum. cõſtat ꝙ ſicut in eo ſunt infinite partes proportionales materie: ita ſunt infinite partes ꝓportionales albedinis informãtes illas. vocet̃ ergo prima pars materie .a. et ſimiliter tertia ꝛ quinta ꝛ q̃libet alterna: ꝛ q̃libet reliquarũ vocet̃ .b. ꝛ ponat̃ ꝙ deꝰ annihilet oẽm partẽ albedinis informãtẽ aliquod .a. quo facto reliquas partes remanẽtes trãſferat verſus primũ .a. ſic illud maxima pars ꝓportionalis: ꝛ ſic trãſferat quod ſuper quodlibet .a. ꝛ ſup quodlibet .b. ponat aliquã partẽ albedinis de reſiduis partibꝰ. conſtat ꝙ ſup quodlibet .a. ꝛ ſuper quodlibet .b. erit aliqua pars reſiduarũ albedinis: ſicut ꝛ ante annihilationẽ infinitarũ: quãuis ſup quodlibet .a. et ſup quodlibet .b. ſit minor albedo extenſiue ꝙ̃ fuerit prius: et hoc patꝫ: quia alias daret̃ vltimũ .a. vel vltimũ .b. ſup quod eẽt albedo: ꝛ cũ inter quodlibet .a. vel .b. et primum .a. nõ ſint partes niſi finite: ſeq̄ret̃ ꝙ partes albedinis nõ eſſent relicte infinite ſcḋm multitudinẽ: quod eſt falſum. ¶ Et ſimiliter dico ꝙ ſi deus adhuc de remanẽtibꝰ annihilaret lapidẽ quẽlibet alternũ ꝑ modũ poſitũ in caſu. nõ obſtante ꝙ annihilaret adhuc infinitos: tñ quia adhuc reliqueret infinitos poſſent relicti ꝑ eũdẽ modũ adhuc totã magnitudinẽ occupare. Et rurſus ſi adhuc eodẽ mõ annihilaret infinitos: et ſic infinities faceret: ſemꝑ relicti poſſent totã replere magnitudinẽ. Et forte quod mirabilius quibuſdã videt̃. Dico ꝙ ſi eẽt magnitudo infinita ex vtraq; parte: ꝛ lapides non eſſent ſup ea niſi a loco ipſius .a. deinceps in infinitũ verſus oriẽtẽ. poſſet deus ex eiſdẽ lapidibus p̃ciſe iplere totã illã magnitudinẽ tã verſus oriẽtẽ ꝙ̃ verſus occidẽtẽ: eſto ꝙ nullus lapis eẽt ſimul in pluribus partibus magnitudinis ſibi equalibus. Quod patet. Nam poſſet tollere omnẽ lapidẽ alternũ iuxta ſenſum p̃miſſum. Et ſtatuere ad aliã partem ipſius .a. ſcilicet verſus occidentẽ: ita ꝙ ſinguli iuncti eſſent: ꝛ etiam remanentes ex parte orientis reiungere ſicut prius: quo facto: conſtat ſicut prius ꝑ rationes premiſſas. ꝙ tota illa magnitudo eẽt ꝑ lapides ex vtraq; parte occupata: ꝛ poſſibilitas omniũ predictorũ patet ex hoc ꝙ non ſunt tot partes magnitudinis etiã vtriuſq; infinite: quin ſint tot lapides qui ſunt ſuper alteram partem eius: ſicut etiã non ſunt tot partes totius magnitudinis hincinde: quin tot ſint plures eiuſdem ex vna parte preciſe. verbi gratia. verſus orientem: quãuis preter illas infinitas alias habeat partes verſus occidentem. ꝛ oẽs lapides ante annihilationẽ illorũ alternorũ non ſunt tot: quin tot ſint ſoli remanentes: ꝛ hoc ideo: quia tã hi p̃ciſe ſunt infiniti ꝙ̃ ꝛ hi vel illi tñ: ſicut ſupra in ſimili ad tertiã rõnẽ eſt dictũ. ¶ Ad ſeptimũ ſuppoſito ꝙ ſicut deus poteſt tales formas infinitas facere ſeparatas a ſubiecto: ſic poſſet facere eas informare ſubiectũ: cõcedo cõns: ꝛ ꝙ poſſibile eſt eſſe aliquod corpꝰ: quod naturaliter de celo in terra deſcẽdat in inſtãti. Et cũ ꝓbat̃ hoc eſſe impoſſibile: quia talis virtus motiua equaretur virtuti diuine in mouendo localiter. Dico ꝙ ſi intelligatur hec adequatio vniuerſalis in localiter mouendo. conſequẽtia nulla eſt: quoniã licet illud poſſet talis virtus: non tamen poſſet aſcendere nec aliquod corpus diſtans mouere: nec poſſet illud corpus deſcendere deo non coagente. Deus autem poteſt illud ſurſum ferre: et quotlibet alia corpora ad quamlibet partem etiam nullo ſibi coagente poſſet mouere: quapropter dei virtus adhuc maior eſſet ad mouendum localiter ꝙ̃ illa. Si autem non ſic generaliter accipiatur adequatio: ſed ſolum ꝙ adequaretur dei virtuti in velocitate deſcenſus: quia in inſtanti deſcenderet quo citius non poſſet per potentiam dei. Dico ꝙ illud non eſt inconueniens: ſicut non eſt inconueniens ꝙ virtus actiua cauſata cauſare poſſet aliquam formam in inſtanti. Unde ſi hec cauſa valeret ſequeretur ꝙ deus non poſſet cauſare vnũ corpus luminoſum in inſtanti. Nam cõſtat ꝙ tale ſic cauſatum in inſtanti cauſaret lucem. ſimiliter idem eſſet de viſione. ¶ Itẽ de facto aliqua volitio cauſatur in inſtanti: et tamen deus non citius poſſet ꝙ̃ in inſtanti. ¶ Alia vero probatio falſitatis nulla eſt etiam: quoniam pariter probaretur ꝙ deus nõ poſſet de loco ad locum corpus in inſtanti transferre: cuius oppoſitum patet ex precedenti queſtione: ꝛ ꝙ dei virtute non poſſet eſſe vacuum: preexiſtente ſupra vacuum aliquo corpore graui: et relicto ſue nature cum generali influentia: quoniam tunc ipſum deſcenderet in inſtanti. vt patet ex .4. phyſi. ¶ Ad aliã con- T.c.71.
ſequentiam concedo etiam conſequẽs. ſ. ꝙ poſſet fieri calor: qui in inſtanti ſubiectum tranſmutaret de frigore in calidum: etiam intẽſiue infinitum. ¶ Ad octauam dico. ꝙ aliquas formas eſſe equales intenſiue poteſt intelligi dupliciter ſcḋm duplicem modum accipiendi maius ꝛ minus ſupra poſitum. Nam vno modo ille forme poſſunt dici equales quarum neutra eſt altera maior primo modo: tunc pars infinita forme foret equalis toti forme cuius erit pars. Alio modo poſſunt dici equales: quia neutra eſt altera maior primo modo: nec etiam ſecundo modo: ꝛ ſic pars infinita non erit equalis toti. Cum igitur arguitur ꝙ pars infinita forme infinite foret illi equalis in vigore concedendo infinitam formam eſſe partem illo modo quo conceſſum eſt ſupra de multitudine infinita. ſi ille forme dicantur equalis vigoris: que in equalem formam poſſunt: et ſi accipiatur equalitas primo modo iam dicto concedo conſequentiam et conſequens. Nam pars infinita poſſet etiam in formam infinitam: nec hoc debet plus reputari incõueniens ꝙ̃ ꝙ pars ſit equalis toti: quod tamen verum eſt terminus ſumptis: vt dictum eſt. Si vero ſumatur equalitas ſecundo modo: nego conſequẽtiam. Dico enim ꝙ forma infinita ſi eſſet: cauſaret aliquas partes forme quas non cauſaret eius pars infinita per ſe ſi eſſet: non exiſtentibus reliquis partibus forme totalis. ¶ Ad nonum concedo. ꝙ deus poſſet facere viſionem infinitam ſui obiectiue: et nego vlteriorem conſequentiam. videlicet ꝙ talis viſio eſſet comprehenſiua ipſius. Nam viſio comprehenſiua rei eſt illa per quã cognoſcitur res perfectiſſime et omnibus modis quibus eſt cognoſcibilis: talis autem non eſſet viſio infinita creata. Tum quia viſione dei que eſt ipſe perfectius ipſe cognoſcitur ꝙ̃ cognoſci poſſit per illam: poſſet etiam deus cauſare aliam viſionem reſpectu ſui alterius rationis ab illa et perfectiorem ſcḋm ſpeciem. Tum quia et ſi aliqua eſſet infinita. non tamen eſſet infinita ſimpliciter: ſed tñ in ſpecie illa: ꝛ per conſequens non eſſet comprehenſiua dei qui eſt ſimpliciter infinitus: huic etiam fauet dictum Magiſtri .3. ſententiarum. diſtinctione .24. vbi vult ꝙ anima Chriſti ſcientiam habeat omnium que deus nouit: nõ tamen equatur ſcientie dei: qua illi clarius nouit ea et ꝑfectius. vbi etiã forſitan opinatus eſt magiſter concluſionem iſtã q̃ uã nũc

Digitized by Google

defendo. Nā ſi noſſe plura diſtincte eo mō quo ponit aīa Chriſti noſſe quecū deus nouit eſt maioris pfectiōis. ꝯñs eſt ꝙ noſſe illo mō infinita ſit infinite pfectiōis: ⁊ maxime ſi talia cognita ſint vel ſi eſſent forent equalis perfectionis: vel quolibet cognito infinita eſſent perfectiora. Deus aūt nouit īfinita ſm ſpeciē: et p ꝯñs quoꝝ quelibet ſunt infinita cognita pfectiora. ergo notitia omniū illorū ſi ſit vera vna erit infinita intenſiue. Si vero non eſt vna: ſed cuiuſlibet eſt ꝓpria: ⁊ tūc ſimul in aīa Chriſti erūt infinite notitie diſtincte ſm ſpeciē: ⁊ ſiue hoc ſiue illud detur ſatis habetˀ ꝓ hac opinione: qđ tñ vltimo de opinione magiſtri dictū eſt: ſine aſſertione dictū ſit: ſicut dictum eſt de viſione ſic, dico de dilectione et alijs ſpūalibꝰ formis. ſ. ꝙ poſſibile eſt fieri dilectionē infinitā dei: illa tñ nec eēt deꝰ ſed creatura: nec deū adequaret vt aliqui dicūt: nec pfectiſſima foret que poſſet eſſe: vel etiā eſſet de deo: nec p illā poſſet deꝰ diligi pfectiſſime: ⁊ modis oībꝰ qbꝰ eſt diligibilis. ¶ Ad decimū rñdendū eſt ſuo mō ſicut dictū eſt de multitudine ⁊ magnitudine in ſolutione tertie ⁊ quarte rōnis. Et ſi queratˀ vtrū pfectius cognoſcitˀ obiectum ſupponēdo ꝙ talis forma eſſet notitia: aut pfectius diligeretˀ ſi foret dilectio: aut ſubiectū eēt magis tale ꝙcū forma eēt. dicēdū ꝙ ſicut cōcediˀ vel negatˀ ꝙ illa forma eēt maior ſeu pfectior ſic concedi debet vel negari ꝙ pfectius vel magis ⁊c. Nā pfectius cognoſcere nō ſm aliud ꝙ̄ pfectiori notitia cognoſcere: ⁊ ſimiliter de dilectione: ⁊ eſſe magis tale: non eſt aliud ꝙ̄ pfectiorē formā eſſe talē. ¶ Ad ea que. xj. inducūtur rñ. ¶ Ad primū quidē ꝙ cōſequēs nō eſt īpoſſibile: ſicut opꝫ in quolibet motu continuo ſiue locali ſiue alteratiuo: in quolibet eñ quātūcū paruo acqruntˀ infinite partes ꝓportionales ſiue forme. inter quas aliqua eſt pars pma: vtputa pma medietas totius nulla tñ earū eſt vltima. Unde notādū: ꝙ infinita ſic eſſe ptrāſita ꝙ eoꝝ ſit prim ū trāſitū. nullū aūt ſit vltimo ptrāſitū: ſed inter quodcū illoꝝ ⁊ pmū ſint ſolum finita ptrāſita: aut eoꝝ īfinitoꝝ ſit vltimū ptrāſitū. nullum autē primū nō eſt īcōueniēs. Et de pmo qdē patet p iā dicta. De ſcđo etiā ptꝫ p idē: qm̄ in motu ꝯtinuo infinite partes ptrāſeūtur: quaꝝ vltima eſt ſcđa medietas totius: ⁊ nulla eiuſdē ꝓportionis eſt pma ptrāſita: ſed ꝙ īfinita ſint ptrāſita: ⁊ aliquod illorū ſit primo ptrāſitū: ⁊ aliud vltimo ptrāſitū: ⁊ nulla illoꝝ ſunt ſimul pmo ptrāſita: vt ponitˀ in argumēto vtiꝗ eſt īpoſſibile. hoc aūt non eſt in ꝓpoſito: qm̄ ſicut in tpe illius pfectionis cōtinue nō datˀ pars vltima ꝓportionalis ſm illum modū diuidēdi: ſic nec illius forme eſt aliqua vltima pars determinate quantitatis. ¶ Tunc ad ꝓbationē īpoſſibilitatis ꝯñtis ꝯceſſi. Cū primo dicitˀ ꝙ īfinitū eſt cuius trāſitus eſt īcōſummabilis. Dico ꝙ hoc ītelligi debet ſi partes illius infinite acquirūtur in equalibꝰ partibus temporis. verbi grā. ꝙ quelibet acquiritˀ in vna hora vel vnico momento: aut aliqua alia determinata temporis quātitate: tūc enim oporteret ꝙ illud tēpus haberet infinitas partes equales. Et p ꝯñs foret infinitū: et cū tēpus infinitū eſſe pteritū eſt īpoſſibile. data pma eius parte: ideo īpoſſibile eſt iſto modo infinitū totaliter conſumari: vel pfecte eſſe ptrāſitū: ſuppoſito ꝙ eius fuerit pars pmo ptrāſita ſeu accepta: et ſm hunc

T. c. 61. 62. 63. ⁊ 64. modū ꝓcedit ratio Philoſophi. 6. phyſi. vbi ꝓbat ꝙ infinitū nō poteſt eſſe ptrāſitū tēpore finito: vt ptꝫ diligenter aduertēti. vbi vero nō daretˀ pma pars tēporis: nec pma pars infiniti non eſſet īpoſſibile ſicut Philoſophus cōcedit infinitas reuolutiones celi: et infinitas hominū generationes eſſe pertrāſitas: q: non ponit primaꝫ reuolutionem nec primam generationem. ¶ Ad aliam probationem cum dicitur ꝙ infinitum eſt cuius partem accipientibus ſemper reſtat accipere. Dico ꝙ illud eodem modo eſt intelligendum: ſcilicet de partibus eiuſdem quantitatis. ⁊ ꝙ acceptio fiat in equalibus partibus temporis. ſic enim accipiendo vnam partem infiniti in tanto tempore. Deinde aliam equaleꝫ in equali tempore et in quo prima fuit accepta: ⁊ ſic ſemper procedendo ſemper reſtabit aliquid accipiendum ⁊ nunꝗ̄ erit acceptum totum: ⁊ idem fieret ſi cuiuſlibet partis acceptio fieret in inſtanti: dummodo inter quelibet duo aliqua talia inſtantia equale tēpus interciperetur. Econtra autem eſt de quolibet finito. Cum enim eius equales partes ſint finite acquirētur omnes in partibus equalibus temporis finiti: ⁊ ideo ꝙ̄tūcū ꝗ ſit magnum ſi continuabitur motus et tranſitus tandē erit totum acceptuꝫ ⁊ conſumatus tranſitus eius. vbi autem partes infiniti equales non tranſeantur vel non accipiantur in equalibus partibus temporis: ſed in partibus proportionalibus ſemper minoribus: vt poſitum eſt in caſu antecedentis illius. nullum inconueniens eſt ꝙ aliquādo infinitum ſit acceptum totaliter niſi aliud obſtet: ſicut non eſt inconueniens: ſed neceſſarium ꝙ infinite tales partes temporis in quo ſit acceptio predicta ſint cōplete preterite. ¶ Ad ſecundum ſuppoſito ꝙ inſtans preſens ſit finis hore in qua cauſabatur charitas per modum poſitus in antecedēte illo: ſicut ſupponit argumentum. Dico ꝙ in hoc inſtāti hec eſt primo vera. charitas infinita eſt. Et cū primo arguitur cōtra ſic. quelibet pars huiꝰ charitatis ꝙ nunc eſt fuit ante hoc inſtans: ⁊ in nullo inſtanti vel tempore ante hoc inſtans fuerunt infinite partes charitatis equales. ergo in hoc inſtanti nō ſunt infinite ptes equales charitatis nego iſtā cōſequētiā. Et cū probatur arguēdo ex oppoſito cōſequētis: ſi in hoc inſtāti ſunt infinite. ergo vel prius fuerūt infinite vel aliqua nunc eſt: que non fuit prius. Similiter iſtā cōſequētiā nego: ⁊ eſt inſtātia manifeſta de ptibus ꝓportionalibꝰ forme que in aliquo tpe cōtinue fiebat. Nā ponatˀ ꝙ aliqua forma finite latitudinis fiebat in vna hora cōtinue: ⁊ nūc ſit finis illius hore: ⁊ accipio partes proportionales ſic ꝙ medietas totius forme nunc exiſtentis prius facta ſit prima pars proportionalis et prima medietas ſecunde medietatis totius ſit ſecunda pars proportionalis: ⁊ ſic vltra diuidendo modo conſimili vt diuiditur tēpus in caſu antecedentis rationis ſupra facte. hoc poſito vtraꝗ harū eſt vera: quelibet pars proportionalis huius forme que nūc eſt fuit ante hoc inſtās: et in illo inſtanti vel tempore ante hoc inſtans fuerunt infinite partes proportionales huius forte: et tamen non ſequitur: igitur nunc non ſunt infinite partes proportionales huius forme. Nam iſtud cōſequens eſt falſum: ⁊ antecedens eſt verum ꝙ̄tum ad vtramꝗ partem: ſicut poteſt probari per ſimilem modum quo probatur antecedēs cōſequentie alterius: que probatio vtiꝗ eſt efficax: q: enim nulla inter huiuſmodi partes fuit vltima: ideo poſt quālibet fuit aliqua ante hoc inſtans: ⁊ per cōſequēs quelibet fuit ante hoc inſtans: ⁊ ptꝫ cōſequētia: q: ſi aliqua nō fuit ante hoc inſtans. ergo poſt illā nō fuit aliqua ante hoc inſtans. Et vltra. ergo poſt aliquā non fuit aliqua ante hoc inſtans que eſt contradictoria antecedentis. Eſt igitur illa vera: quelibet fuit ante hoc inſtans. iſta tamen nō eſt vera. ante hoc inſtans fuit quelibet: nec ſequitur ex prima: ſicut nec ex iſta. quelibet fuit ante hoc. inſtans: ſequitur iſta. in aliquo inſtanti ante hoc inſtans fuit quelibet. eſt enim prima vera vt probari poteſt: ſicut iſta. quelibet fuit ante hoc inſtans: et tamen hec eſt falſa. ante hoc inſtans fuit quelibet: quia in nullo inſtanti ante hoc inſtans fuit quelibet. Si enim in aliquo ſit illud. b. hec igitur eſt vera: in b. fuit quelibet pars huius forme nunc exiſtens. ergo nulla pars huius forme nunc eſt que non fuit in. b. et vltra. ergo nunc non ſunt plures partes huius forme ꝙ̄ fuerunt in b. ſed in b. non fuerunt infinite ſed finite tm̄. ergo nunc non ſunt niſi finite tm̄: quod eſt falſus.

Digitized by Google

ſic eſt in propoſito noſtro: qm̄ inter illas infinitas partes
equales charitatis nulla eſt vltima. ideo quelibet fuit in
aliquo inſtāti ante hoc inſtās: ⁊ in nullo inſtanti ante hoc
inſtās fuit quelibet: ⁊ ideo hec nūc eſt ṿa primo: quelibet
pars huius charitatis eſt: et ſil'r hec: infinita charitas
eſt: vbi vero partes eſſent finite tn̄: ſicut ſunt partes equa
les forme finite bene ſequeret̄ de talib⁹ partibus loquen-
do: quelibet pars huius forme nūc exiſtens fuit ante hoc
inſtās. ⁊ in nullo inſtāti ante hoc inſtās fuerūt huius for-
me tot vel tot. verbi gratia. centū partes. ergo in hoc inſtā
ti non ſunt centū partes huius forme. Et ratio eſt: qꝛ tunc
aliqua fuiſſet vltima olm̄ que fuerūt ante hoc inſtans: et
poſtq̄ȝ nulla alia fuit: ſed tūc prima pars antecedētis eēt
falſa. ſuppoſito ꝙ in hoc inſtanti ſit primo complete facta
forma habēs centū partes. ¶ Ad aliud cum arguit̄ que-
libet pars ⁊c̄. fuit. ergo oēs partes fuerūt. ſi hoc ꝯñs pro-
prie ſumatur quicquid ſit de prima ꝯña. nego aliā ꝯñam:
qua infert̄. ergo hec tota forma fuit. ſi ly tota ſumatur ca
thegorematice vt opꝫ: ſi debeat ꝯcludi contra propoſi-
tum: ⁊ ſimiliter non ſequitur. ergo hec forma fuit. ⁊ eſt ra
tio: quoniam proprie loquendo hec eſt non vera: oēs par-
tes huius forme ſunt hec forma. omnes enim partes for-
me ſunt partes forme: ⁊ ideo non ſunt hec forma. Et ſi di-
catur ꝙ verum eſt ſumēdo ly omnes: diſtributiue: ſed col
lectiue accipiendo vere dicitur ꝙ oēs partes forme ſunt
forma: ſicut et cuiuſlibet totius oēs partes ſimul ſumpte
ſunt totū: ⁊ ecōuerſo. quodlibet totū eſt oēs ſue partes ſi-
mul ſumpte. Dico etiā ꝙ ſic ſumpto ly oēs. ꝓpoſitio non
eſt ṿa de virtute ſermonis ꝓpter cauſam dictā. ⁊ vltra hoc
implicat vnū ipoſſibile. ſ. ꝙ oēs poſſunt colligi / ſeu colle-
ctiue ſumi: qꝛ quotcūqꝫ partes ſumant̄ ex quo ſūpta ſunt
partes alicuius totius includētis eas: ⁊ per ꝯña habētis
alias vel aliā partē preter eas: tūc per hoc ſumpte nō ſunt
oēs: ⁊ ideo illa ꝓpoſitio in ſua ꝓpria ſignificatione eſt fal
ſa: ⁊ ſil'r ille oēs partes ſimul ſunt totū: ⁊ totū eſt oēs ptes
ſue ſimul ſumpte. he tn̄ ṿe ſunt. oia quoꝝ quodlibet eſt ps
huius totius ſunt hoc totum: ⁊ ecōuerſo. hoc totū eſt oia
quorum quodlibet eſt pars eius: ſumendo ly omnia colle
ctiue. Et ad hunc intellectum accipiēdo ſunt auctorita-
tes dicentes: ꝙ totum eſt ſue partes vel ſimilia: et in hoc
intellectu vtor talibus propoſitionibus vbicūqꝫ vtor eis:
quibus q̄uis ſint improprie: frequētius tamen vtor ⁊ ꝓ-
pter breuitatem: et vt ꝯformē me cōmuni modo loquen-
di. iuxta doctrinam Philoſophi dicentis. Loquendum
eſſe vt plures. ſentiendū aūt vt pauci. ¶ Sed adhuc pōt
reduci argumētū etiā in ꝓpoſitionib⁹ conceſſis ſic. q̄libet
pars hui⁹ forme fuit. ergo oia quoꝝ q̄dlibet eſt pars hui⁹
forme fuerunt: ⁊ vltra. ḡ hec forma fuit. Et ptꝫ ſcḋa ꝯña:
qꝛ hec eſt ꝯceſſa in ſil'i. oia quoꝝ quodlibet eſt pars hui⁹
forme ſunt hec forma. ¶ Preterea. Poteſt ꝓbari eadē
ꝯña per ſyllogiſmum expoſitoriū ſic. hec oia quoꝝ quodli
bet eſt pars huius forme fuerūt. hec oia quoꝝ q̄dlibet eſt
pars hui⁹ forme ſūt hec forma. ḡ hec forma fuit. ¶ Rñō
etiā ſicut prius negando ꝯñam illā ſcḋam: ⁊ eſt ratio: qm̄
ex illa. oia quoꝝ quodlibet ⁊c̄. non ſequitur ꝙ pro aliquo
vno inſtāti aliqn̄ fuerit ṿa ſua de preſenti. ſi formata fuiſ-
ſet. cū verbū illud tpis preteriti ſit pluralis numeri. Exē-
plū hec eſt vera: Adā ⁊ Abraā fuerūt: ⁊ tn̄ hec nunq̄ȝ fuiſ
ſet vera: Adā ⁊ Abraā ſunt: ſed ad iſtā: hec forma fuit: ſe-
quitur ꝙ hec aliqn̄ fuiſſet ṿa: hec forma eſt. ⁊ vltra ſequit̄
ꝙ hec fuiſſet ṿa. oia quoꝝ quodlibet eſt pars hui⁹ forme
ſunt. Cū ergo hec nō ſequat̄ ad primā vt dictū eſt: relinq̄-
tur ꝙ iſta hec forma fuit. nō ſit ꝯñs ad illā: nec ꝓbatio va
let: qm̄ ex illis ꝓpoſitionib⁹ nō ſequit̄ ex forma illa ꝯcluſ-
ſio: ſed eſt fala ꝓpter mutationē pluralis numeri in ſingu
larē: ſed bene ſequit̄. ergo aliqua que ſunt hec forma fue-
rūt: que tn̄ nō infert. hec forma fuit. ¶ Per idē ptꝫ ꝙ ille

ſyllogiſmus expoſitorius non valet: ⁊ pōt dari inſtantia.
Nam poſito ꝙ deus olim creaſſet aiam ſortis: ⁊ ſimiliter
corpus: ⁊ nunc primo euenerint adinuicem quod bene eſt
poſſibile. he erunt vere. hec (. ſ. aia ⁊ corpus) fuerunt. hec
ſunt ſortis: nō ſequitur. ergo ſortes fuit: cū ꝯñs ſit falſum
ex caſu. ¶ Ad probationē aliā. dico ꝙ vtraqꝫ harum eſt
nunc primo vera: quelibet pars hui⁹ charitatis fuit. que-
libet pars huius charitatis eſt: et ita opꝫ in quibuſcunqꝫ
formis factis in tpe cōtinue loquēdo de partibus eaꝝ in-
finitis / ſiue eiuſdē q̄titatis / ſiue eiuſdē ꝓportiōis. cū ar-
guit̄ ꝙ hec prius fuit vera: quelibet pars huius charita-
tis eſt: qꝛ quelibet ꝓpoſitio de preterito nunc vera habuit
vnā de preſenti prius ſibi correſpōdentē verā. Dico ꝙ il-
lud nō eſt verū ⁊ maxime de ꝓpoſitionib⁹ vniuerſalibus:
ſicut ptꝫ. Nam ſicut hec eſt vera; quelibet dies preterita
fuit: ⁊ tn̄ nunq̄ȝ hec fuit vera: quelibet dies preterita: ſimi
liter hec nunc eſt vera. quelibet qui fuit rex Francie fuit:
nunq̄ȝ tn̄ hec fuit vera. quelibet qui fuit rex Francie eſt.
Sufficit enī ꝙ cuilibet ſingulari correſpōdeat ſua de pre
ſenti: que aliqn̄ fuit vera: q̄uis etiā forte nō ſit ſemper ne-
ceſſariū. In ꝓpoſito aūt quelibet talis. hec pars charita-
tis fuit: habuit vnā de preſenti ſibi correſpōdentē verā. ſ.
hāc. hec pars charitatis eſt eadē parte demōſtrata. et ſic
illi vniuerſali nō vna vniuerſalis: ſed multe ſingulares de
preſenti correſpōdent: que q̄uis primo fuerūt vere. ¶ Ad
aliā ꝓbationē dico ꝙ neceſſariū eſt cuilibet concedere ꝙ
due ꝓpoſitiones vna de preterito altera de preſenti qua-
les ſunt ille. ſint aliqn̄ vere ſimul primo: ⁊ ptꝫ ſi ille formē-
tur de partibus proportionalibus forme finite facte in tē
pore continue: nec eſt ſimile de illis et de iſtis. ſortes fuit
ſortes eſt: quia ſi iſte vltime ſimul primo forent vere: ſe-
queretur ꝙ eadem res demonſtrata fuerit et non fuerit
prius. Ratio eſt. Quia ſequitur. hec eſt vera. ſortes fuit.
ſortes prius fuit. Et ſequitur: hec eſt nūc primo vera. ſor-
tes eſt. ergo ſortes nunc primo eſt. ⁊ vltra. ergo ſortes non
prius fuit: ſed ex iſta. Hec nunc primo eſt vera: quelibet
pars huius charitatis eſt. nō ſequitur hec quelibet pars
charitatis nunc primo eſt: ſed cum ea ſtat iſta. nulla pars
charitatis huius nunc primo eſt. Et ſic non ſequitur ꝙ
aliqua pars huius charitatis prius fuerit: et non prius
fuerit. ¶ Ad tertiā contra idem antecedens reſpon. con-
cedendo caſum eſſe poſſibilem. Et vltra dico. ꝙ in inſtan-
ti finali hore nulla pars charitatis erit. et cum probatur
oppoſitum per hoc: quia in inſtāti finali primo ceſſat cha
ritas creari. concedo. exponēdo ly ceſſat: per negationem
preſentis ⁊ poſitionem preteriti: ⁊ ſm̄ hoc nego cōſequen
tiam: qua infertur ꝙ vel non quelibet erit annihilata in
illo inſtanti / vel aliqua ſimul annihilabitur et creabitur.
Ratio quare non ſequitur eſt: quia nulla erit primo crea-
ta in illo inſtāti: nec etiam aliqua erit primo in eo annihi-
lata: ⁊ tota ratio eſt: quia nulla erit vltima: ⁊ ſimiliter nul
la erit in aliquo inſtanti illius temporis primo creata et
annihilata: nec etiam aliqua in eadem parte tēporis pri-
mo creabitur ⁊ annihilabitur: ſed prius creabitur / q̄ȝ an-
nihilabitur. ¶ His tamen nō obſtantibus in illo inſtanti
finali quelibet harum erit primo vera: quelibet pars cha
ritatis fuit creata: quelibet pars charitatis fuit annihila
ta: nulla pars charitatis eſt: loquendo de illa vna totali
charitate que ponitur in caſu creari modo illo ⁊ annihila
ri. Si tamen proprie poſſet dici vna charitas / vel chari-
tas et non potius charitates: de quo non facio pro nunc
vim: ⁊ quod eſt dictum ptꝫ in ſimili. Si enī ſint duo mobi-
bilia: quorum vnum ſit altero velocius in duplo: et diſtet
tardum a puncto b. et incipiat moueri a puncto a. ver-
ſus b. continue: et quando ipſum primo tranſierit medie-
tatem totius ſpatij: quod eſt inter a. et b. tunc ſimul velox
incipiat moueri ab a. verſus b. conſtat ꝙ in eodē inſtanti


Digitized by Google

pzimo ſpatium a.b.erit tranſitum ab vtroqꝫ.Et in eodem
inſtanti : quo pzimo erit verum dicere quamlibet partem
illius ſpatij eſſe pertranſitam a veloci: erit etiaꝫ pzimo ve
rum dicere ꝙ quelibet eſt tranſita a tardo: ꝛ tamen nulla
pars ſpatij a.b:erit pzimo ſimul pertranſita ab vtroqꝫ:ſed
quelibet pzimo erit pertranſita a tardo ꝙ̄ a veloci : quod
patet: quia ſi aliqua ſit ſimul tranſita ab vtroqꝫ aut pzius
a veloci : reſiduum ſpatij ab illa vſqꝫ ad b . pzius erit per
tranſitum a veloci ꝙ̄ a tardo: alias in eodem tempoze pzi
mo tranſiret equale ſpatium velox et tardum: ꝛ ſic non ſi
mul ab vtroqꝫ pzimo erit tranſitum ſpatium a. b. ¶ Et ꝑ
T.c.78. iſtum modum ſoluitur ratio Zenonis.5.phyſi.que voca
t.79. tur Achilles:de velociſſimo inſequente tardiſſimuꝫ. Sic
in ꝓpoſito dico.ꝙ quelibet pars charitatis erit pzius cau
ſata ꝙ̄ annihilata:ꝛ pzius cauſabitur ꝙ̄ annihilabitur.
Et tamen non erit pzius verum dicere:quelibet pars fuit
vel erit cauſata:ꝙ̄ ſit verum dicere ꝙ quelibet eſt vel fuit
annihilata.¶ Ad quartum dico ꝙ ſi in caſu ponatur ꝙ il
le partes ſunt in finali inſtanti hoze . caſus tunc implicat
impoſſibilia.ꝛ ideo eſt impoſſibilis. Nam per caſum cuꝫ
in aliquo inſtanti ille partes continuarentur:tunc ſunt cõ
tinue:ꝛ remanent per totã partem hoze immediate ſequẽ
tem vſqꝫ ad eius inſtans finale excluſiue:ꝛ tunc in illa di
ſcontinuitate ſunt ꝛ remanent diſcontinue per partem ſe
quentem hoze: vſqꝫ ad ſuum finale inſtans excluſiue. Ex
quo ſequitur manifeſte ꝑ caſuꝫ ꝙ ille partes infinite ſunt
cõtinue vel diſcontinue: ꝛ ꝙ non ſit finale alicuius vnius
illarum partium tm̄ vel inter finalia inſtantia compzehẽ
ſum:ꝛ cum inſtans finale totius hoze nullum ſit ex predi
ctis. Jam per caſum ponitur virtualiter ꝙ in inſtãti fina
li nec ſint continue nec ſint diſcontinue. Cum ergo ex alia
parte ponatur ꝙ ſicut in illo inſtanti ponitur : ꝙ tunc ſint
continue vel diſcontinue cũ ſint oppoſita immediata cir
ca magnitudines. patet ꝙ caſus virtualiter implicat im
poſſibilia. Si autem caſus poneretur de aliquibus inter
que ſit dare medium per abnegationem: vtputa ſi ponere
tur vnum cozpus in vno inſtanti fieret quadratũ ꝛ in alio
circulare.caſus eſſet poſſibilis. Et dicenduꝫ eſſet ꝙ in in
ſtanti finali non eſſet circulare nec quadratum:ſed alicu
ius alterius figure:ſicut deo placeret. Quod vero addi
tur de annihilatione. Dico ꝙ cum toto caſu adhuc poſſi
bile eſt:ꝙ illa res ſit in inſtanti finali totius hoze: ꝛ ſimili
ter eſt poſſibile ꝙ non ſit. Nam ſtante caſu. poterit deus
vltra hoc cauſare ipſam in illo inſtanti ꝛ ſimiliter poterit
eam non cauſare.cum illud inſtans non ſit aliquid de pze
dictis:nec inter illa incluſuꝫ.illud erit ergo quod deo pla
cebit. Sed ſi ad caſum addatur ꝙ in nullo alio inſtãti de
us creet illam. Dico ꝙ in illo inſtanti non erit: et hoc non
propter pziozem caſum precise: ſed propter additioneꝫ fa
ctam:ꝛ ſic patet ꝙ non datur vltima pars pzopoztionalis
¶ Ad quintum nego conſequentiaꝫ:qua dicitur ꝙ ſeque
retur ꝙ poſſet fieri quadrãgulus infinitus. ¶ Ad proba
tionem concedo caſum. videlicet ꝙ in qualibet parte pzo
poztionali ꝛc̃.Et vltra dico.ꝙ in fine hoze nõ erit aliquis
vnus quadrangulus totalis : aut aliqua vna figura : ſed
erit vna magnitudo cõtinens quadrangulos infinitos in
ter quos nullus erit vltimus : ſicut cum aliqua forma ſit
continue in quolibet inſtanti terminante aliquam parteꝫ
pzopoztionalem : poſt ſecundam eſt maioz numerus par
tium forme: ꝛ tamen in fine nullus numerus vnus eſt om
nium predictarum partium : ſed multitudo vna infinita
infinitos numeros partiuꝫ includens:quozum nullus eſt
vltimus . ¶ Ad ſextum admitto caſum ſic precise
poſitum ſine pluri et dico ꝙ in inſtanti finali hoze non
erit alicubi : vel in loco in quo fuit quando incepit mo
ueri : aut aliquo alio in quo fuit in aliquo inſtanti tem
pozis menſurantis motum ſuum:ſicut deo placebit:quia
quodlibet predictozum eſt deo poſſibile:ꝛ predicto caſui
cõpoſſibile. Poſſibile enĩ eſt aliquid per totum aliqđ tẽ
pus cõtinue moueri:ꝛ in inſtãti terminante annihilari:et
ſimiliteſt eſt poſſibile aliquo toto tẽpoze moueri : et in in
ſtanti terminante eſſe in loco: vnde incepit moueri/aut in
aliquo mediozum: aut etiam in omnibus ſimul/vel pluri
bus:ſicut diuine oĩpotentie foret placitum:ꝛ ſm hoc non
ſequitur incõueniens illarũ: ſed ſi quodlibet predictozũ
excludatur per caſum: et ponaꝛ ꝙ ipſum ſit alicubi in in
ſtanti finali:ꝛ nõ in aliquo loco vbi fuit pzius: ſed precise
ſic ſit de ipſo ꝙ̄tũ ad hoc ſicut ſi per aliquod certũ ſpatiũ
moueretur modo per naturã poſſibili:tunc non admitto ca
ſum: eo ꝙ includit incõpoſſibilia. Nam dat certũ locum
vnde incepit moueri:ꝛ alium locum in quo eſt in fine mo
tus: ꝛ inter iſta dua ponit infinitas partes ſpatij equales
ſicut et infinite ſunt partes pzopoztionales in tempoze ſui
motus.ꝛ ſic vtiqꝫ inter duo extrema ponit ſpatium infini
tum:ac per hoc ponit idem ſpatium eſſe infinitum et non
eſſe infinitum:que ſunt incompoſſibilia.


Quantum ad tertiũ articulum pono duas con
cluſiones loquendo ſemper de motu
locali vniuoce ad motus quos in cozpozibus finitis expe
rimur. Pzima eſt.ꝙ cozpus infinitum ſi eſſet poſſet loca
liter moueri a deo circulariter ſeu gyratiue. Secũda eſt.
ꝙ ipſum non poſſet moueri recte ſi ipſum eſſet vndiqꝫ infi
nitum. Si autem eſſet ſm aliquã dimenſionem finitũ ſm
illam poſſet moueri: non aũt ſm illam ſm quã eſſet infini
tum. ¶ Pzima cõcluſio ꝓbatur ex eo ꝙ ad ipſum non ſe
quitur aliqua cõtradictozia inuicẽ poſſe eſſe ſimul vera:
ſicut patere poteſt ex ſolutionibus rationum oppoſitarũ.
¶ Secũdo ꝛ magis directe declaratur: qm̄ ſi ozbis ſola
ris eſſet in partem ſuperiozẽ vndequaqꝫ infinitus non ap
ret propter quid deus qui eſt infinite virtutis ad mouen
dum:nõ poſſet facere ꝙ ſol:et ſimiliter quelibet alia pars
ozbis eiuſdẽ ſemꝑ equaliter diſtaret a terra: et ĩ quolibet
inſtãti eſſet oppoſitus ad aliã partẽ terre/ꝙ̄ fuit imedia
te pzius:ſicut de facto nunc cõtingit:ꝛ per cõſequens mo
ueretur in gyrũ: ꝛ ſimul totus ozbis eſſet reuolutus et ſol
ad eiuſdẽ partis terre oppoſitionẽ reuerſus:ꝛ vniuerſali
ter quelibet pars ozbis ſuam reuolutionem cõpleuiſſet.
¶ Ex hac concluſione infero ꝙ Philoſophus nõ demõ a.t.c.35.ſ
ſtrauit in pzimo celi:ſicut putauit ꝙ celum non eſt actu infini ꝙ ad.76.
tum. ¶ Sed contra concluſionem ꝛ cozrelarium ſunt ra
tiones eiuſdem.quarum pzima eſt:qꝛ ſi ipſum eſſet infini 1.ce.t.c.35
tum:aut etiã aliud cozpus infinitũ moueretur : ſequereꝛ
ꝙ infinitũ ſpatiũ/ſeu diſtantia infinita eſſet pertrãſita eſt
impoſſibile.Conſequẽtia declaraꝛ:qꝛ ſi a centro terre tra
hanꝛ due linee recte in infinitũ. cũ ille ſemꝑ magis diſtẽt
inter ſe:ꝙ̄to lõgius ꝓtrahunꝛ: infinita diſtãtia erit inter
eas.ſi igiꝛ vna linea moueaꝛ ad locũ alterius.infinita di
ſtantia pertrãſibiꝛ.hoc aũt contingit ꝙ̄tũcũqꝫ modicum
cozpus infinitũ moueaꝛ circulariter. Unde ſi ponaꝛ ꝙ oz
bis ſolaris ſit infinitus:et ſol moueaꝛ per diſtantiã vnius
palmi:ꝛ imaginemur lineas egredientes a centro ad extre
mitates illius palmi pertractas in infinitũ:infinita diſtã
tia intercipietur.cõſtat ꝙ in tali motu ſimul erit pertrãſi
ta illa diſtantia palmalis: ꝛ quelibet alia maioz cõpzehẽ
ſa inter illas lineas. ¶ Amplius ſicut addit Cõmen.cum Cõ.35.
ſol perfecte reuolutionẽ cõpleuerit:erũt ab eo pertranſite
diſtãtie multitudine infinite: quarũ quelibet erit infinita
magnitudine.Et illud ptꝫ:qm̄ a centro poſſunt infinite li
nee ꝓtrahi:ꝛ inter quaſlibet duas infinita diſtãtia cõpze
henditur:ꝛ hoc etiã quod dicit videtur ſequi etiam ſi cõ
plete verſetur:ſed etiam ꝙ̄tumcunqꝫ modicũ moueatur:
qm̄ ꝛ per illud modicum infinite linee poſſunt protrahi a
centro:vnde per hanc pzimã rõnẽ videꝛ ꝓbari ſimpliciter
ꝙ celũ ſi eſſet infinitũ nullatenus poſſet moueri in gyrũ.

Digitized by Google

¶ Secundo ſi celū eſſet infinitum:ſequeretur ꝙ magni-
tudo infinita pertranſiretur perfecte in tempore finito.cō
ſequens eſt impoſſibile:qm̄ ſi tempus eſt finitum:⁊ motus
factus in eo eſt finitus ⁊ magnitudo ſuper quam factus
T.c.18. ē motus eſt etiā finita:vt demonſtratum eſt.6.phy.con-
ſequentia declarat̄.Nā imaginemur vnam lineam quie-
ſcentem tractam a dextro in ſiniſtrum ex vtraq̄ parte in-
nitam:⁊ inſuper vnam aliam egredientem a cētro in ſupe
rius infinitam:⁊ illa moueatur quouſq̄ redeat ad pūctū
in quo eſt:ſicut de facto videmus celum cōplete reuolui
cōſtat ꝙ illa linea mota tranſibit totam lineā quieſcentē
in tp̄e finito:quia in tempore finito redit ad punctum in
quo eſt:⁊ anteq̄ tangat lineā quieſcentem mouebitur per
aliquā partem temporis illius ⁊ ſimiliter poſtq̄ abſoluet̄
ab illa:⁊ per conſequens due ptes tp̄is in quo fit cōpleta
reuolutio demūtur a tp̄e in quo trāſitur linea infinita qe-
ſcens:ac per hoc ip̄m eſt finitum. ¶ Tertio ſic.ſi celum ē
īfinitū:ip̄m nō eſt ſphericū neq̄ circulare.ſi nō ē ſphericū
neq̄ circulare nō mouebitur circulariter.ergo ſi eſt infini
tum nō mouebitur circulariter.Alias rōnes adducūt:q̄
nō habent aliud fundamentum ab iſtis. ¶ Ad primā re-
ſpondeo ꝙ infinitum ſpatiū eſſe pertranſitū pōt intelligi
dupliciter. Uno modo ſic.ꝙ in eius tranſitu aliqua pars
certa tranſeuntis ſucceſſiue cōmenſuret ſe infinitis parti
bus ſpatij ſibi equalibus:quarū vna ſit p̄io ⁊ aliqua vlti-
mo ptranſita.Alio modo ſic ꝙ in eius trāſitu nulla certa
ps tranſeuntis cōmenſuret ſe ſic ſucceſſiue infinitis ptib⁹
ei equalibus:ſed quelibet finitis tantum. Quotcunq̄ tn̄
vna ſe cōmenſurat aliqua alia eiuſdē q̄titatis plurib⁹ ſe
cōmenſurat:ita ꝙ nulla eſt certe q̄titatis:que plurimis
equalibus ſibi in illo tranſitu ſe cōmenſuret:⁊ non eſt aliq̄
que ſe tot cōmenſuret:quin pluribus aliqua alia ſibi equa
libus ſe cōmenſuret. In primo ſenſu ꝯcedo:ꝙ conſequēs
eſt impoſſibile:ſicut etiam paulo an̄ dictū eſt de tranſitu
ſeu acquiſitione forme infinite:⁊ tunc nego conſequentiā.
¶ Ad declarationem eius dico:ꝙ inter nullas lineas ſic
tractas intercipitur aliqua diſtantia infinita ſm̄ illas:ſci
licet dimenſionem que tenditur ab vna in aliam.cum im-
poſſibile ſit inter determinata extrema lineas protrahi in
finitam:quia tum ille linee ſunt in vtraq̄ parte infinite.
Et ſimiliter ſm̄ omnem poſitionis differentiam:in illo cor
pore infinito ſuppoſito aliquid eſſe tale poſſunt linee infi-
nite protrahi.idcirco ipſum eſt ſimpliciter infinitum ⁊ in-
ter nullas tales duas lineas intercipitur tanta diſtantia:
quin inter eaſdem intercipiatur magis maior a centro re-
mota : ac per hoc inter eas nulla intercipitur infinita ſm̄
illam dimenſionem aut maxima.Ex quo vlterius patet:ꝙ
in tali motu nulla pars certe q̄titatis eſt ipſius corporis
moti que infinitis ſibi equalibus partibus ſpatij ſe com-
mēſuret:ſicut nullibi inter aliquas tales lineas ſm̄ tactū
ab vna in aliam eſt diſtantia comprehēdens infinitas par
tes equales alicui certe q̄titati : quoniam vt dictum eſt
nullibi inter eas eſt diſtantia infinita : q̄uis diſtantia to-
ta inter eas comprehenſa ſit ſm̄ longitudinem earum in-
finita . ¶ Ex his patet ad confirmationem Commenta.
¶ Ad ſecundam rationem dicendū ꝙ ſi tranſitus ille in-
telligatur primo:vtiq̄ cōſequēs eſt impoſſibile:ſed conſe-
quentia non valet.Nā ſicut ſtatim patet cōſideranti linea
illa mota ſm̄ nullā certā partē eius determinatā ſic mota
commenſuraret vel tāgeret infinitas partes ſibi equales
linee quieſcētis : nec aliqua determinata pars linee quie-
ſcentis tangeretur ab infinitis ſibi equalibus partibus li-
nee mote . Si vero conſequens intelligatur de tranſitu in
ſenſu ſecundo. dico ꝙ ipſum non eſt impoſſibile : nec con-
tra hunc ſenſum eſt dictum neq̄ probationes philoſophi
T.c.18. 6.phyſi.ſicut patet diligenter conſideranti:⁊ ita eſſet in ta
li motu infiniti corporis ſi poneret̄.Nam ſicut ſi aliquā li



neā imaginaremur egre-
di a cētro in ſurſū vſq̄
ad cōuexū celi qḋ de fa
cto eſt finitū:⁊ hāc mo-
ueri ⁊ trāſire alias quie
ſcētē tēſas a dextro in ſi
niſtrū a cōuexo oriētis
ad ꝯuexū occidētis. ps
linee mote magis ꝓpin
qua cētro pauciores p-
tes linee qeſcētis tāget:
q̄ eq̄lis ps ſibi remotior
a cētro:⁊ q̄to ps eiuſdē
q̄titatis eſt remotior a centro plures partes continget:ſi-
cut ⁊ maiorem circulum deſcribet:⁊ tamen in eodem tem
pore quelibet ps cōplebit circulū ſuū:⁊ ſic etiā cōtingeret
q̄tūcūq̄ celū eſſet maius.ſic etiā ſi eſſet actu infinitū q̄li-
bet pars determinate q̄titatis circulū finitū deſcriberet
⁊ nulla infinitū. Et per cōſequēs nulla trāſiret ſpatiū infi
nitū:qualibet tamen data alia eiuſdē q̄titatis maiorē de
ſcriberet circulum:⁊ de linea quieſcēte plures partes trā
ſiret in eodē tēpore: que autē dicta ſunt de motu linee ſu-
per lineā gratia exēpli dicta ſunt:cōformiter ad modū ar
guēdi p̄ dī. Nā ſm̄ veritatē nec tales linee nec talis corū
motus ſunt in rerū natura. ¶ Ex hoc cōſequenter appa-
ret cōcedēdū aliquid quod prima facie forte videret̄ im-
poſſibile:nec tamen eſt. videlicet ꝙ in aliquo inſtanti tp̄is
dicti motus linea mota ⁊ quelibet pars eius p̄ valde mul
tū ſpatiū diſtabit a linea quieſcēte ⁊ qualibet parte eius:
⁊ tamen immediate poſt infinitas partes linee quieſcētis
erunt ptrāſite ab aliquibus:immo etiā infinitis partibus
linee mote: et maius ſpatiū q̄ erat inter lineas illas in in-
ſtanti dato:immo in infinitū maius erit ptrāſitum.cū hoc
tn̄ nulla pars linee quieſcētis aut ſpatij intermedij erit im-
mediate poſt per trāſita:quinimmo quelibet per tēpus di
ſtabit:⁊ ante cuiuſlibet partis ſpatij p̄ trāſitionē label̄ tē-
pus.hec oīa patēt ſi ponatur ꝙ extremitas linee mote de-
ſcens diſtet alia quieſcente per certum ſpatiū:verbi gra
tia.mille leucarū.Nā conſtat ꝙ dū ſic continue mouebi-
tur in aliquo inſtanti erit eque diſtās quieſcenti linee. Et
per cōſequēs quelibet pars eius diſtabit a parte linee qe-
ſcentis ſibi oppoſita p̄ mille leucas ⁊ a qualibet alia plus
non eſt dubiū. ſit ergo inſtans in quo erunt eque diſtātes
a.conſtat ꝙ immediate poſt a.iſte linee non erunt eque di
ſtantes.Cū igitur vtraq̄ ſit infinita in eam partē ſm̄ quā
ſit vel erit approximatio immediate poſt concurrent ⁊ ali
cubi ſe interſecabunt: ⁊ vlterius cum ſemper vltra pūctū
ſectionis magis diſtent: vt de alijs quibuſlibet eſt notum
ad ſenſum : vltra q̄tamlibet diſtantiam vnius partis ab
alia in infinitum alia pars vnius ab alia parte alteri⁹ ma
gis diſtabit . Et loquor de diſtantia vltra lineam quieſcē
tem:et ſic in infinitum maius ſpatium erit pertranſitum.
Et tamen cum his omnibus verū eſt:ꝙ nulla pars linee
quieſcentis aut etiam ſpatij intermedij erit pertrāſita im
mediate poſt a . cum quelibet pars linee mote mouea-
tur motu continuo : et per conſequens nulla immedia-
te poſt attingat lineam quieſcentem : quinimmo queli-
bet in tempore tranſibit ſpatium quod intercipitur inter
eā ⁊ lineā quieſcētē . Et ſic patet totū correlariū:nec hoc
ſm̄ veritatē eſt impoſſibile. Nā ſilr̄ op̄ cōcedere de quo
libet ꝯtinuo mo
tu etiā finito.vn̄
ſi ſit corpus fini
tū.b.quod nunc



incipiat moueri ſup ſpatiū .c.qḋ quidē in ſe habet ptes ſic
da eſt cōis diſtinctio volūtatis dei in voluntatē ſigni ⁊ vo
luntatē beneplaciti ſm intranſitiuā vtrobiqꝫ cōſtructio-
nem: vt videlicet nō ſit diſtinctio denotās in deo aliquas
diſtinctas voluntates: ſed diſtinctio nominis ſm ſuas ſi-
gnificationes propriam ⁊ tropicā ſeu figuratā ⁊ figurati-
uā. Rurſum voluntas dei ſm ꝙ ſignificat eius eternū be-
neplacitū poteſt diuidi in voluntatē ſimplicis cōplacētie
⁊ diſplicentie ſeu ſimplicis volitionis ⁊ nolitionis:⁊ in vo
luntatē proſecutionis ⁊ fuge: nō ꝙ ſint alique diuerſe vo-
lūtates in deo:⁊ aliqua ſimplex: aliqua vero non ſimplex:
ſed quēadmodū ſupra diſt.32. diſtinguebatur ſciētia dei
in ſcientiā ſimplicis notitie ⁊ iudiciariā qua videtur ali-
quid eſſe vel non eſſe que non ſunt in deo diuerſe:ſed eadē
eius ſapiētia eſt notitia ſimplex aliquoꝝ ⁊ aliquoꝝ iudici
um ſeu notitia enūtiatiua. Sic correſpōdēter poſſumꝰ di
ſtinguere de voluntate vt ſimplici notitie reſpōdeat ſim-
plex volitio ⁊ nolitio. Iudiciarie vero reſpōdeat proſecu
tio ⁊ fuga iuxta modū loquendi Philoſophi ſexto ethico Cap.3.
rū. vbi ait. quicquid eſt in intellectu affirmatio ⁊ negatio
hoc eſt in appetitu ꝓſecutio vel fuga. eſt autē proſecutio
appetitus velle aliquid fieri vel eſſe. fuga vero nolle eſſe
vel fieri: ita ꝙ vtraqꝫ eſt reſpectu obiecti complexi tantū-
modo ſiue enuntiabilis:ſicut affirmatio ⁊ negatio intelle-
ctus. Quāuis autē in nobis ſimplex intelligentia ⁊ af
firmatio ⁊ negatio ſeu iudiciū affirmatiuū vel negatiuū
diſtinguatur:⁊ ſimiliter ſimplex volitio et nolitio ⁊ proſe
cutio vel fuga. In deo tamen vna eademqꝫ ſimplex eſſen
tia eſt ſimpliciū notitia ⁊ complexorum iudiciū ⁊ volitio
bonorū:⁊ nolitio malorū:⁊ proſecutio aliquoꝝ: ⁊ aliquoꝝ
fuga. Rurſum voluntas ſigni ſubdiuiditur. Nā quedam
ſunt ſigna voluntatis ſimplicis complacentie: ſcilicet pre
ceptum:prohibitio:⁊ conſilium. quedam autem volunta
tis proſecutionis ⁊ fuge:vt operatio aut permiſſio:ſꝫ dif-
ferunt. Nam operatio eſt ſignum affirmatiuum volunta
tis perſecutionis id eſt ſignificans:quoniam quecunqꝫ de
us operatur illa vult : ſed permiſſio eſt ſignum fuge id eſt
volitionis negatiuum id eſt ſignificans deum non velle il
lud quod permittit. Quod enim illa que deus permittit
qualia ſunt ꝙ homines peccent : et dei mandata preuari-
centur deus poſſet nolle ⁊ ſi nollet vtiqꝫ non eſſent. Ideo
ſinens talia eſſe volens dicitur ſinere : non quia illa velit
eſſe:ſed quia non velit illa non eſſe. Et quia hoc nomen vo
luntas aliquando generaliter ſumitur ad volitionē ⁊ noli
tionem:ideo etiam permiſſio dicitur ſignum diuine volū-
tatis:⁊ ꝙ deus vult fieri illa que permittit. Hoc modo lo
quitur Auguſti.in enchi.d.ꝙ non ergo fit aliquid niſi om Cap.12.
nipotens fieri velit vel ſinendo vt fiat vel ipſe faciendo.
Et poſtea ſubdit et declarat quod dictum eſt ab omnipo-
tenti inquit bono cui procul dubio ꝙ facile eſt quod vult
facere:tam facile eſt ꝙ non vult eſſe non ſinere. Et poſt di Cap.13.
cit:nec vtiqꝫ nolens ſinit: ſed volens id eſt ſponte et libere:
ſicut etiam voluntas creata potens aliquid nolle ſi libere
deſiſteret a nolendo:vel potius non eliceret actum nolen-
di circa illud dici poſſet nolens non nolle illud. Alia vero
ſigna ſcilicet preceptum ⁊ prohibitio:que etiam eſt prece
ptum negatiuum: et conſilium ſigna ſunt voluntatis ſim-
plicis complacentie ⁊ diſplicentie:preceptum quidem af
firmatiuum quod abſolute preceptum vocatur: ⁊ etiā cō
ſilium ſunt ſigna complacentie ſeu volitionis ⁊ approba-
tionis: non quidem abſolute:ſed ſm quid et conditionali-
ter. verbi gratia. precipiat deus alicui vt ſubueniat indi-
genti:tale preceptum non eſt ſignum : ꝙ deo placet ꝙ iſte
ſubueniet indigenti. Nam poſſibile eſt non obſtante pre-

Digitized by Google

cepto ꝙ nõ ſubueniet et ponitur ſic eſſe: ſed ſignum eſt ꝙ
ſi iſte ſubueniret hoc vtiqꝫ deo placeret. ſic etiã eſt de cõ-
ſilio. Et eodẽ modo prohibitio ſignũ eſt ꝙ ſi is cui quicqꝫ
ꝓhiberet deus facere faceret: vtiqꝫ deo diſpliceret. Sed
aduertendũ eſt ꝙ in preceptione aliquando aliud eſt qđ
precipitur et aliud propter qđ precipitur. ſicut patet in
precepto facto Abrae de imolando filium: precipiebatur
autem ſiquidem imolatio: hec enim ſignificabat illa ora-
tio preceptiua ad eum facta: ſed precipiebatur propter
ꝓbationem vel manifeſtationẽ obedientie ipſius Abrae:
ita eſt de prohibitione: ſicut patet in illo ſanato cui pre-
cepit Ieſus vt nemini diceret miraculum in euangelio
Cap.1. Marci. qđ ideo preceptum eſt vt doceret non eſſe appe-
tendam mundanam gloriam de operibus noſtris. Idem
etiam et de cõſilio poteſt eſſe. verbi gratia. qđ precipitur
aliud eſt ab eo propter qđ precipitur: qđ frequenter con-
tingit in preceptis ſpecialibus ad ſingulares perſonas
datis: tunc preceptum eſt ſignum diuine complacẽtie ad
illud propter qđ fit preceptum. i. ſignum eſt ꝙ illud pro-
pter qđ fit preceptum deus approbat et complacet in eo:
et ſimr̃ eſt de diſplicentia reſpectu eius ꝓpter qđ fit prohi
bitio: vbi autem non diſtinguuntur illa: ſed qđ precipitur
ideo precipitur vt fiat: tunc qđ precipitur eſt volitum ta-
li complacentia: et talia precepta ſunt quaſi omnia que
communiter ad omnes data ſunt ſi ad intellectum preci-
pientis intelligantur: qđ dico propter figuratas locutio-
nes preceptiuas que ad intellectum dicentis intelligen-
de ſunt: vt in ſimili ſatis in. 42. diſtin. dictum eſt. Cum er
go queritur vtrum voluntas dei ſemper impleatur: cum
ſemper voluntas dicatur alicuius impleri cum illud fit
qđ ipſe vult fieri: ⁊ ſicut vult: ⁊ propter qđ vult fieri: et ſic
de alijs circũſtantijs: aut cum illud qđ non vult fieri ſeu
vult non fieri non fit. patet ꝙ queſtio proprie ⁊ directe nõ
intelligitur niſi de volũtate que eſt circa aliquid fieri vel
non fieri: eſſe vel non eſſe: aut aliquid aliud enuntiabilũ:
et ideo directe non cadit intellectus concluſionis ſuper
voluntatem beneplaciti ſimplicis complacentie inquan-
tum huiuſmodi: ſed tantũmodo ſuper voluntatẽ benepla
citi proſecutionis et fuge: vt ſit ſenſus. q. vtrum omne qđ
deus vult fieri fiat: aut qđ vult eſſe ſit: et ſic de alijs. Et
vtrũ omne qđ non vult eſſe ſeu vult non eſſe non ſit: et hoc
dico ſi hoc vocabulum proprie ſumatur. Si autem etiã
improprie et metaphorice pro voluntate ſigni adhuc ſu-
per illa poteſt recte cadere intellectus. q. ſaltem quãtum
ad preceptum prohibitionem et conſilium. Intelligo igi
tur queſtionem de voluntate dei ſm̃ ꝙ eſt voluntas ꝓſe-
cutionis et fuge: ſm̃ quem modum in propoſito procedit
intellectus ſanctorum: et de voluntate etiam ſigni pono
duas concluſiones. Prima eſt. ꝙ voluntas beneplaciti
ſemper impletur. Secunda ꝙ non ſemper impletur vo-
luntas ſigni: et vtrãqꝫ intelligo cum conſtantia ſubiecti:
id eſt ſuppoſito deum aliqđ taliter velle vel nolle. ¶ Pri
mam concluſionem probo: quia ſi non ſemper ĩpletur: aut
illud qđ tunc vellet vel nollet eſſet ſimpliciter impoſſibi-
le: aut poſſibile. Non primum: quia tunc voluntas dei eſ-
ſet irrationabilis. Stultum enim eſt aliquid velle eſſe qđ
eſt omnino impoſſibile eſſe: aut nolle non eſſe qđ ſimplici-
ter eſt impoſſibile non eſſe. Nec ſecũdũ: quoniã tũc ſequi-
tur ꝙ voluntas dei non eſſet omnipotens: quia non omne
poſſibile eſſe poteſt facere eſſe: vel non omne poſſibile nõ
eſſe poſſet facere non eſſe. Nam ſi vellet et poſſet vtiqꝫ fa-
Cap.14. ceret: ⁊ ideo dicit Augu. in enchi. ꝙ omnipotens inaniter
velle non poteſt quodcunqꝫ voluerit. Et paulo ante pre-
miſit ꝙ neceſſe eſt fieri ſi voluerit. Hanc rationem tan-
Cap.15. git ipſe ibidem. d. ꝙ ab omnipotenti bono. i. deo ꝗ̃ facile
eſt quod vult eſſe facere: tam facile eſt quod non vult eſſe
nõ ſinere: hoc niſi credamus periclitatur ipſum noſtre fi-
dei confeſſionis initium: qua nos in deum patrem omni-
potentem credere confitemur: ſed non ob aliud veraciter
vocatur oĩpotens: niſi quoniam quicquid vult poteſt. nec
voluntate cuiuſpiam creature voluntatis omnipotentis
impeditur effectus. Et capitulo ſequenti: ⁊ vbi eſt inquit Cap. 106.
illa omnipotẽtia que in celo ⁊ in terra omnia quecũqꝫ vo-
luit fecit: ſi colligere filios Hieruſalem voluit ⁊ non fecit:
vbi patet eum inferre congregaſſet et eodem modo infer-
ri poſſet ex quolibet alio quod vellet et non faceret: ſi ali-
quid eiuſmodi eſſet. ¶ Secundo ſi aliquando non imple
retur. ergo aliquid ei tunc reſiſteret / aut prohibendo fieri
quod ipſa vellet fieri / aut faciendo ꝙ ipſa nollet fieri / vel
vellet non fieri contra Apoſtolũ di. ad Ro. voluntati eius Cap. 9.
quis reſiſtet. per que verba ſm̃ intellectum ſanctorum nõ
ſolum reſiſtentiam de ineſſe: ſed etiam de poſſibili negat:
aliquid etiam vt eodem modo patet vinceret eam. contra
Aug. d. in enchi. dei omnipotentis voluntas ſemper invi- Cap.112
cta eſt. Ad hoc eſt illa auctoritas ſcripture Sap. vbi ſa- Cap.12.
piens ait deo. virtutem oſtendimus tu qui non crederis
eſſe in virtute conſumatus. Et paulopoſt ſequitur. ſubeſt
enim tibi cum volueris poſſe: non ſubeſſet autem poſſe cũ
vellet ſi aliquando inexpleta remaneret. ¶ Secũda con
cluſio ſatis eſt nota: quoniam vt dicit Magiſter. Et cla-
rum eſt: precipit hominibus deus multa que non faciũt:
et prohibet que non cauent: et conſulat que non implent.
¶ Ad rationes principales. Ad primam dicendum ꝙ ſi
intelligatur per totum de voluntate ſigni concludit verũ:
et pro ſecunda concluſione. Si autem de voluntate bene-
placiti proſecutionis / vel fuge. minor non eſt vera. Nam
precepit deus abrae vt filium immolaret: ⁊ tñ nũqꝫ deus
voluit illud: ſed tantũmodo probationem fidei ⁊ obedien-
tie abrae: ⁊ ſicut voluit ita factum eſt: ꝙ autem nõ voluit
illum immolare filium. patet quia cum reuocauit noluit:
ergo ⁊ ſemper ante noluit: alioquin noua nolitio fuiſſet in
eo: et mutatio voluntatis: noluit ergo quod precepit: ſed
voluit illud propter quod precepit: non ſolum aũt in pre-
ceptis factis ad tentandum / vel probandum: ſed etiam in
factis preciſe ad exequendum: deus non omne quod pre-
cepit fieri vult fieri: aut quod prohibet vult non fieri: vel
ſaltem nõ ab omnibus quibus precipit: immo a nullo qui
non implet vult impleri: quod dico propter precepta ge-
neralia que ab aliquibus implentur / ⁊ ab aliquibus non.
¶ Tunc ad primam probationẽ minoris que eſt ꝙ deus
nihil precipit niſi volens: hoc poteſt dupliciter intelligi.
Vno modo niſi volens precipere: et ſic concedo: ſed non
probatur ex eo intentum. Alio modo niſi volens illud fie-
ri quod precipitur: vt fiat: ⁊ ſic nego. Ad probationẽ cum
dicitur ꝙ preceptum dei eſt ſignum voluntatis eius. Re-
ſpondeo ꝙ verum eſt voluntatis ſimplicis beneplaciti: et
hoc vel quãtum ad id quod precipitur / vel quãtum ad id
propter quod precipitur: complacet enim in omni bono
actuali / vel potentiali ⁊ ſemper illud propter quod preci-
pit: bonum eſt actuale vel potentiale: ⁊ omne etiam quod
precipit non propter aliud: ſed vt idipſum fiat: contingere
tamen poteſt vt is aliquando cui fit preceptum propter
aliud. et non vt ipſum quod precipitur eueniat: eſtimet
deum velle id quod precipitur fieri: qui in hoc decipitur:
licet inculpabiliter: nõ tamen deus decipit illum / nec fal-
lit: ſicut in ſimili ſupra dictum eſt de figuratis locutioni-
bus ⁊ geſtis in quibus deus non mẽtitur / nec fallit: ꝗuis
exinde alios aliquando falli permittat: ſed volũtatis pro-
ſecutionis que ſemper ponit effectum in eſſe non eſt ſignũ
ipſum preceptum: ſicut nec in nobis deus precipiens ali-
quid fieri agit ad id quod precipit / nec ſeruum iuuat quẽ
iuuare poſſet: et per conſequens nec volũtate efficaci que
mouet alias potentias ad executionem vult illud fieri
quod precipit. Et ſi dicat̃ ꝙ vult voluntate remiſſa: ꝗuis

Digitized by Google

non efficaci et plena. iſtud ſiue ſit verum ſiue falſum: non impedit propoſitum: quoniam in deo nulla voluntas remiſſa poteſt eſſe: ſed quicquid vult volũtate proſecutionis efficaciter vult: et ponit in eſſe ſicut vult. ¶ Ad ſecũdum cum dicitur ꝙ deus non vult mala fieri: ſed tamen fiunt: dico ꝙ vel ly non vult. ponitur vt vna dictio vt ſit verbum tertie perſone huius verbi nolo: et tunc propoſitio eſt affirmatiua: et ſic nego illud antecedens: ſi ly mala. in vtraq̄ parte antecedentis pro eiſdem ſupponat: ſicut oportet vt conſequentia valeat. Nam ſi pro alijs et alijs: vt eſſet ſenſus ꝙ quedam mala deus noluit: ⁊ quedã alia mala que nequaq̄ non vult fiunt: nulla tunc eſſet cõſequentia: ſicut nulla eſſet conſequẽtia ſi diceretur: deus non vult furta fieri: et homicidia fiunt. ergo voluntas dei nõ impletur: vel ly nõ vult: ſumitur vt oratio cõpoſita ex negatione ⁊ v̄bo: ⁊ tũc eſt ꝓpoſitio negatiua: ⁊ iſto modo antecedens eſt verum: et conſequentia non valet. ¶ Ad tertium dicitur communiter a modernis ꝙ verbũ Apoſtoli intelligendum eſt de voluntate antecedente: non autem conſequente. Et ſm iſtos non ſemper voluntas antecedens impleretur. conſequens autem ſemper: et fundãt ſe iſti ſic ſoluentes ſuper dicto Dam. lib. 2. vbi ait. oportet ſcire ꝙ deus antecedẽter vult omnes homines ſaluari et regno eius potiri ⁊c̄. Intelligitur autem iſta diſtinctio a quibuſdam vno modo et a quibuſdam alio modo.

Thomas ⁊ dñs Egidi⁹ et alij. ca. penul.

Thomas pte. 1. q. 19. arti. 6.

Dicunt enim quidam ꝙ illud qđ volumus antecedenter non volumus ſimpliciter: ſed ſm quid: qđ autẽ volumus conſequenter volumus ſimpliciter: poteſt autem idẽ vno modo eſſe volitum: cuius oppoſitum alio modo volitum eſt: ſicut iudex ſimpliciter vult homicidam ſuſpendi: ſed ſm quid vellet eum viuere. ſ. inquantum eſt homo. vnde vt dicunt iſta voluntas antecedẽs magis poteſt dici velleitas q̄ abſolute voluntas: quicquid autem deus vult ſimpliciter fit: licet illud quod antecedẽter vult non fiat.

Cõtra dominũ thomam. vbi ſupra.

¶ Sed iſta reſpõſio ſic intellecta nõ valet. primo quidẽ: quia ſiue velleitas ſit quidam actus voluntatis in nobis qui ſignificetur cum dicitur: vellem hoc vel ille vellet: ſiue non: qđ poſſet eſſe dubium. nihilominus ad propoſitũ non facit: quoniam tales non ſignificãtur per verbum indicatiui modi: nec aliqua velleitate preciſe poſita in volũtate vere dicitur ꝙ vult: q̄uis dici poſſet ꝙ vellet: nec ſequitur. vellẽ. ergo volo. Cum ergo Apoſtolus dicat. vult et non vellet: et ſimiliter Dam. patet non congrue intelligi de volitione aliqua conditionali. ¶ Preterea. cum vt in materia de predeſtinatiõe probatum eſt: deus eternaliter quoſdam determinate reprobauerit: et per ꝯſequẽs noluerit eorum miſereri vt ſalui fierent: non apparet qua conditione ſubintellecta poſſit rationabiliter intelligi ꝙ deus vellet tales ſaluari. Et hoc plurimum cõfirmatur ex his que dicit Augu. de tyrijs et ſydonijs: et ibidẽ recitata ſunt. ¶ Secundo conſtat ꝙ deus aliquos homines determinate et in particulari ſimpliciter et abſolute vult ſaluari. ergo ſm hanc reſponſionem vult eos ſaluari volũtate conſequente: ſed hoc eſt falſum ſm intentionẽ Dam. vbi ſupra ipſa fundatur. ait enim ꝙ voluntas antecedẽs eſt acceptatio ex ipſo exiſtens. Sequens autem volũtas eſt ex noſtra cauſa: et hac volũtate vt ꝑmittit, vult deus peccatores puniri: ita ꝙ ſm eum voluntas conſequẽs habet cauſam in nobis. i. ꝙ propter aliquid in nobis vult aliquid in nobis: vt propter peccata vel quia peccam⁹ vult noſtram punitiõem ſeu nobis puniri: ſicut probatum eſt ſupra: et iſti etiam ſic reſpondentes alibi tenent ꝙ non ex aliqua noſtra cauſa deus aliquos predeſtinauit. ergo nõ

Sco. li. 1. diſ. 46. ⁊ i lect. ⁊ i reportatio.

ad intentionem Dam. intelligunt voluntatem dei conſequentem ſeu deum conſequẽter aliquid velle. ¶ Alij per eãdem diſtinctionem ad auctoritatem Apoſtoli reſpondentes dicunt: ꝙ ideo dicit̄ velle antecedenter omnes homines ſaluos fieri: quia omnibus dedit bona naturalia et leges rectas et adiutoria communia ſufficientia ad ſalutem: ita ꝙ iſta vocatur voluntas antecedẽs. conſequẽs autem eſt qua vult alicui ꝓpter ſua merita beatitudinẽ.

Ochã. li. 1. diſt. 46. q. 1.

¶ Alij ſane concorditer iſtis dicunt ꝙ voluntas dei antecedens eſt qua dat alicui naturalia vel antecedentia quibus poteſt aliquid conſequi: cui etiam paratus eſt coagere ſi alius velit: nec illi contrarium manifeſtabit cũ precepto vel conſilio exequendi. voluntas autẽ ꝯſequens eſt illa qua deus vult efficaciter aliquid ponendo id in eſſe. Et ideo deus dicitur velle antecedenter omnes homines ſaluos fieri: quia dat omnibus antecedentia quibus poſſunt conſequi ſalutem cum precepto et conſilio exequendi et nunq̄ precipiet eis contrariũ et erit eis paratus coagere permittens eos libere agere ad cõſecutionem ſalutis.

Contra Scotũ ⁊ Ocham.

¶ Sed nec iſte modus reſpondendi veritatem habet. Primo quidem: quia in eo qđ dicunt de volũtate antecedente implicant falſum. videlicet ꝙ omnibus deus dat antecedentia ſufficientia ad ſalutem. conſtat enim ꝙ pueris ante baptiſmum ſiue in vteris matrum: ſiue egreſſi ex vtero morientibus: non dat talia ſufficientia antecedentia quib⁹ conſequi poſſint ſalutẽ. ¶ Preterea. Conſtat ꝙ ſine fide impoſſibile eſt de potentia dei ordinata quẽq̄ ſaluari: ſed conſtat ꝙ non omnibus deus dat fidem. vnde vt dicit Augu. in de predeſti. ſanctorum. eam quibuſdem dari quibuſdam non dari omnino non dubitat: qui nõ vult manifeſtiſſimis ſacris lr̄is repugnare. ergo non omnib⁹ dat deus antecedentia ſufficientia ad cõſequendum ſalutem. Ita poſſet argui de alijs quibuſdã gratuitis donis dei ad ſalutem conſequendã neceſſarijs: que non omnibus certum eſt deum largiri. ¶ Preterea. Si ideo dicatur deus velle omnes ſaluari antecedenter: quia omnibus vult vel dat antecedentia ſalutis quecũq̄ ſint illa: multo fortius dici deberet ꝙ vult omnes peccare vel eſſe in peccato antecedenter: quoniam omnib⁹ dat antecedentia quibus poſſunt peccare: ex ſeipſis enim vel naturalibus proprijs certum eſt homines poſſe peccare: et pueri omnes naturaliter naſcũtur in peccato: ⁊ tamen nullus hoc diceret deum velle antecedenter: quinimmo ſm Dam. ibidem. ſola bona vult nobis deus antecedenter: nec euaditur hoc per hoc ꝙ inter illa antecedẽtia iſti ponunt precepta et conſilia. Nam ſi ſine talibus per ſola naturalia poſſent conſequi ſalutem non numerarẽtur ab iſtis inter antecedentia illa ſalutis: ita ꝙ ſm iſtos ideo ſalutem vult omnibus antecedẽter: quia vult omnibus antecedentia ſalutis ſufficiẽtia. ergo eadẽ ratione ⁊ quodlibet cuius antecedẽtia ſufficientia vult nobis deus: deus nobis vult antecedenter. ¶ Secũdo. reſponſio nõ eſt vera quantum ad illud qđ dicunt de voluntate conſequente: non quidem dictum primorũ. tum quia dicũt ꝙ deus volũtate cõſequẽte vult nobis beatitudinem: cum Dam. expreſſe dicat ꝙ volũtate antecedẽte. dicit enim ꝙ deus antecedenter vult omnes homines ſaluari et regnũ eius potiri et fortunari: quod non eſt aliud dictu q̄ dicere ꝙ vult antecedenter omnes homines eſſe beatos: tum quia dicunt ꝙ vult alicui beatitudinem propter merita ſua. Nam cum predeſtinare non ſit aliud q̄ propoſitum vel voluntatem dandi beatitudinem ſeu vitam eternam vel hoc ſit principaliter: vt ſupra patebit: ſequeretur ꝙ aliquẽ deus propter ſua merita predeſtinaſſet: qđ eſt expꝛ̄ſſe contra ſacram ſcripturam: vt ſupra patet: et contra hunc doctorem inet. Quod etiã alij dicunt ꝙ voluntas conſequens eſt qua vult aliquid efficaciter ponendo illud in eſſe: eſt etiam contra Dam. ibidem. Nam ſequitur ꝙ beatitudinem et alia bona qua deus efficaciter vult hominibus illa ponendo in eſſe velim voluntate conſequente: et tamen expreſſe. d. Dam. ꝙ voluntate antecedente. ¶ Secundo

Digitized by Google

ſm Dam̄. deus ea que vult nobis conſequenter: vult ex cauſa noſtra: ex quo ſequitur: ꝙ quodcūqꝫ bonū deus homini conferret ſiue meriti ſiue premij illud daret ⁊ vellet ei ex cauſa eius: qđ indubitanter hereticum eſt. Nam ſic nulla eſſet gratia. ¶ Reſpondeo ergo ſm Aug. in enchi. et Magiſtrum in preſenti diſtinctione: ꝙ illa auctoritas intelligenda eſt ſm diſtributionem accommodam: vt ſic dicat: vult oēs ſaluos fieri: tāqꝫ diceret nullū hoīem ſaluū fieri: niſi quē fieri ipſe velit: nō ꝙ nullus ſit hominum niſi quē ſaluum fieri velit: ꝙ nullus fiat ſaluus: niſi quem velit ſaluari: ⁊ ideo ſit rogādus vt velit: q2 neceſſe eſt fieri ſi voluerit. Sic enim ſubdit ipſe. Intelligimus et qđ in euāgelio ſcriptū eſt qui illuminat oēm hoīem: non q2 nullus eſt hominū ꝗ non illuminet: ſed q2 nullus niſi ab ipſo illuminat: pōt quoqꝫ intelligi p̄dicta auctoritas. vt ibidem ſubdit: vt ſit diſtributio pro generibus ſingulorū: non pro ſingulis omniū generū. Et eſt ſenſus. vult ⁊c̄. i. de om̄i hominū ſtatu: ⁊ nobiliū ⁊ ignobiliū: pauperū ⁊ diuitū: virorū ⁊ mulierū: ⁊ ſic de ſingulis hominū differētijs: vult aliquos ſaluos fieri: ⁊ hanc expoſitionē bene oſtendit ſibi intētioni Apli ac littere conuenire: iſtis ergo modis ⁊ quocūqꝫ alio: vt ſubdit ſequēti caplo intelligi pōt illud dictū Apli. dum tamē credere nō cogamur aliqđ omnipotētē deum voluiſſe fieri: factūqꝫ non eſſe. Qui ſine nullis ambiguitatib9: ſiue in celo: ſiue in terra: ſicut veritas cātat. oia quecūqꝫ voluit fecit: ꝓfecto facere noluit quodcūqꝫ nō fecit. Hec Aug. Et codē mō itelligēda eſt auctoritas Dam̄. prealligata. vez ad itellectū illi9 diſtributionis de volūtate. Sciendū ꝙ quecūqꝫ deus vult nobis: aut facit in nobis: vel habent in nobis cauſam meritoriam: et talia dicit Dam̄. deum velle ꝯſequenter: ſicut penam quālibet ⁊ punitiōem quā propterea vult nobis: q2 peccauim9 ita ꝙ peccatum eſt cauſa meritoria pene: quā nobis infligit: aut non habent in nobis talem cauſam meritoriā ſaltem primam: ſed ex ſua bonitate et gratia illa nobis concedit: ⁊ talia ſunt bona omnia que habemus: ⁊ hoc dicit ipſum deum velle nobis volūtate antecedente: quoniā nulla in nobis cauſa antecedit: ſeu nihil in nobis precedit cauſalitatis eius voluntatem: vt talia nobis velit: qđ eſt dictu: ꝙ non propter aliud in nobis vel ex nobis vult primo aliqua bona nobis: ſed ex ſua bonitate p̄mo. vnde et merita noſtra dona ſunt eius: vt dicit Auguſtin9. 13. de trinitate. non ergo talis voluntas conſequitur cauſaliter vel meritorie aliqđ in nobis: et ideo non ex cauſa noſtra: ſicut voluntas punitionis. Nam quia peccamus: ideo vult punire: ſed ex ſeipſo: ⁊ ideo illam vocat conſequētē: hanc autē antecedentem. Et hanc manifeſte patet intuenti diligenter eſſe intentionem eius: vnde premiſſo deū velle omnes ſaluari ⁊ peccatores puniri: ait. dicitur ergo p̄ma antecedēs voluntas ⁊ acceptatio ex ſeipſo exiſtēs. ſcđa vero ſequens volūtas ⁊ cōceſſio ex nr̄a cauſa: ⁊ poſtea ſubdit ꝙ quecūqꝫ ſunt in nobis bona deus vult nobis antecedenter: que autē pernicioſa et vere mala et peccata: neqꝫ antecedenter vult neqꝫ conſequēter: concedit autem. i. permittit libe. arbi. ita ꝙ eius ſententia poſſumus colligere vnam diuiſionem generalem talem omnium que ſunt in nobis quelibet vel ſunt bona vel mala. Si autem bona: illa vult nobis deus antecedēter: et ex ſeipſo tāqꝫ ex prima cauſa omniū bonoꝝ noſtroꝝ liberalis ⁊ gratuita. Si mala: vel ſunt mala pene vel culpe. Si pene: illa vult nobis conſequenter non ex ſeipſo: ſed ex cauſa noſtra: non enim ſine cauſa ⁊ demerito noſtro punit: ſicut ſine cauſa et merito bona largitur. Si autem ſunt mala culpe illa nobis neutro modo vult: nec illoꝝ nobis eſt cauſa: qm̄ nec vult nos peccare nec facit vt peccemus: ſed cōcedit ⁊ p̄mittit libero arbi. Ex hoc patet ꝙ non ad mentē eius p̄dicti doctoris ſuam premiſſam diſtinctionem aſſumunt.

Rñſio p: pma. c.iij. ⁊.iiij.

Cap̄.13.

¶ Diſtinctionis. xlviij. Queſtio.

Quantum ad .48. diſtinctionem: que vltima eſt huius libri. Quero vtrū quilibet homo potens vti lib. ar. teneatur voluntatē ſuā volūtati diuine vniuerſaliter in volito cōformare. Et arguitur p̄mo ꝙ nō: aliquis licite poteſt in aliquo volito voluntatē ſuā difformare voluntati diuine. ergo nō quilibet tenetur ſuā volūtatē volūtati diuine in quolibet volito cōformare. cōſequētia patet. antecedēs ꝓbatur auctoritate Augu. enchiri. dicentis: ꝙ bonus filius bona volūtate vult patrē viuere: quē deus bona volūtate vult mori: ⁊ ſimiliter bona voluntate poteſt filius nolle patrē mori: quē tamen deus vult mori. Cap̄ ¶ Secūdo aliquis quātū ad aliquod volitū cōformādo ſuā voluntatē volūtati diuine peccat. ergo nō quilibet tenetur ⁊c̄. cōſequētia patet: quia alias quis tenetur ad peccādū: quod eſt impoſſibile: q2 tūc peccādo nō peccaret: et iā antecedēs ꝓbatur: q2 iudei volētes chriſtū mori: quē etiā deus volebat mori peccauerūt. ¶ Confirmatur per Auguſti. vbi ſupra dicentem: ꝙ deus quaſdā ſuas volūtates vtiqꝫ bonas implet per multorū hominū volūtates malas ſicut per iudeos maliuolos: patris bona voluntate ꝓ nobis occiſus eſt chriſtus. Cap̄. ¶ Tertio deus vult creare aīam antichriſti: ⁊ reſuſcitare finaliter omnes homines ⁊ iudicare mundū: ⁊ nō quilibet homo: immo nullus purus homo tenetur velle creare animā antichriſti: et alia que predicta ſunt: cum iſta ſunt poſſibilia ſoli deo. ergo non quilibet tenetur ſuam voluntatem diuine in volito vniuerſaliter conformare.

Ad oppoſitū Apoſtolus prima ad Timo. perſuadet Timotheo: vt pro omnibus faciat fieri orationes in eccleſia: ⁊ cauſaꝫ aſſignat: q2 hoc eſt acceptū corā deo: ſed hec nō eſſet ſufficiens cauſa niſi omne quod eſt placitū deo velle deberemus. ergo ⁊c̄. Cap̄.

Preſuppoſitis diſtinctiōibus de volūtate dei premiſſis in queſtione precedēti: diſtinguēdū eſt de volūtate hominis: que pōt accipi tā ꝓ potētia volitiua qꝫ ꝓ actu eius: qđ volitio vel nolitio dicitur: ⁊ vtraqꝫ etiā volūtas a ſanctis docto. noīatur. horū autē actuū quidā cōſequūtur quaſi naturaliter volūtatē ⁊ ante deliberationē rationis: quidā aūt ſequūtur deliberationē ratiōis: cū ergo cōformitas volūtatis de qua queritur attēditur ſm actus: ⁊ actus preuenientes ratiōis deliberationem nō ſunt plene in poteſtate noſtra: nō intelligo queſtionē de cōformitate volūtatis ſm tales actus ⁊ primos motus: ſed ſm deliberatos: rurſus q2 cōtingit nō omne volitū a deo notuꝫ eſſe homini quod a deo ſit volitum. Nō eſt etiā queſtio intelligēda de talibus: ſed de his que ſciūtur a deo eſſe volita. ¶ His premiſſis reſpondēdū eſt ad queſtionē: ⁊ primo accipiēdo volūtatē dei ꝓ volūtate ſigni: deinde ꝓ volūtate beneplaciti. ¶ Quantū ad primū ſi intelligitur de precepto vel ꝓhibitione. patꝫ: q2 quilibet tenetur ſe cōformare tali voluntati vniuerſaliter in volito: qm̄ quilibet tenetur obſeruare quodlibet preceptū affirmatiuū: vel negatiuū ſibi a deo factuꝫ: quis differēter talia obligēt. ſ. affirmatiua ⁊ negatiua vt alibi videbitur. Si etiā de volūtate cōſilij intelligitur etiam nō eſt dubia queſtio: q2 oēs dicūt ꝙ nō: ⁊ patet: q2 alias impletio conſilioꝝ nō eſſet opus ſupererogatiōis. ¶ Preterea. Si quilibet teneretur ad cōſilia quilibet nō implēs illa peccaret ⁊ ſic quilibet ducēs vxorē eoipſo peccaret: quod eſt cōtra Apoſtolū prima ad Corin. dicētē. Si acceperis vxorē nō Cap̄.7. peccaſti: ⁊ ſi nupſerit virgo nō peccauit: de operatione vero

Digitized by Google

eadē eſt difficultas ſicut de voluntate bn̄placiti: quoniā quecūq; deus opaꝛ ipſe vult: et ideo ſimul de iſta videbiꝛ cū illa. Reſtat nūc dicēdū de pmiſſiōe que etiā vocaꝛ dei volūtas. Et de iſta dico ꝙ nō ꝗlibet teneꝛ ꝯformare volūtatē ſuā in volito volūtati diuine: qḋ pbaꝛ: quia alias ſequereꝛ ꝙ aliquis teneretꝛ velle offendere deū et peccare: qḋ eſt falſum. ptꝫ ꝯña: qꝛ multos deus pmittit ſe offendere et peccare. ¶ Quātū aūt ad volita volūtate bn̄placiti pono tres ꝯcluſiones. ¶ Prima eſt. ꝙ ꝗlibet teneꝛ volūtatē ſuā in nullo diſformare voluntati diuine. Probaꝛ pmo ſic. ꝗlibet teneꝛ nihil velle ꝯtra eternā legē. ergo ꝗlibet teneꝛ in nullo diſformare ſuā volūtatē diuine voluntati. añs ptꝫ: qꝛ velle aliqḋ ꝯtra eternā legē eſt peccatum. iuxta illud Aug. cōtra fauſtū. peccatū eſt factum vel dictū vel cōcubitū ꝯtra eternā legē. ꝯñtia pbaꝛ: qꝛ vt immediate ſubiūgit Aug. lex eterna eſt ratio vel voluntas dei: diſformare aūt ſuā volūtatē diuine volūtati: nihil aliud eſt ꝙ̄ velle aliquid ꝯtra diuinam voluntatem ſeu ꝯtra qḋ vult deus. ergo quilibet tenetur in nullo diſformiter ꝛc̄. ¶ Secūdo. nulli licite diſplicet aliqḋ bonū inquātū huius: aut placet aliquod malum. ergo ꝗlibet teneꝛ ꝛc̄. añs ptꝫ. pbaꝛ ꝯñtia: qꝛ deus non vult aut diligit niſi bonum: nec nō vult ſeu odit niſi malum. ¶ Secūda ꝯcluſio eſt. ꝙ quilibet teneꝛ vniuerſaliter ꝯformare volūtatē ſuā diuino volito. i. tenetur velle omne qḋ vult deus: niſi a deo ſit volitū in ſe: vel ſuo añti: eū nō illud velle. Probaꝛ. qꝛ ſup illud ps. Non adheſit mihi coꝛ prauū. d. Aug. coꝛ prauū eſt coꝛ nō rectū: rectū aūt coꝛ homis dicitꝛ ꝙ oīa que vult deus: ille vult. Et gloſa ſup eodē ꝟbo dicit. coꝛ prauū eſt coꝛ tortū qḋ habet q̄ nō vult oīa q̄ vult deus: ſed cōſtat ꝙ ꝗlibet debet habere rectū coꝛ et nō prauū aut tortū. ergo ꝗlibet teneꝛ velle oīa q̄ vult deus. Dixi autē niſi a deo ſit volitū in ſe: vel in ſuo añti: eū nō illud velle: qꝛ ſi deꝰ vellet aliqḋ: ꝛ vellet me nō velle illud: et ſi illud vellē: agerē ꝯtra volūtatē eius ꝛ peccarē. Unde ſi deus vellet me p tēpore. a. nihil velle vel nolle: ꝛ cū hoc vellet patrē meū ſaluari nō deberet velle patrē meū ſaluari: qꝛ ſic volēdo agerē ꝯtra volūtatē dei: q̄ nullū actū volūtatis vult me habere p tūc. ¶ Tertia ꝯcluſio. ꝙ nō ꝗlibet volūtas diuine volūtati cōformis in volito eſt recta. pbaꝛ: qꝛ vt dicit Aug.

Cap. 11. in enchi. et habeꝛ in lra. Iudei voluerūt Chriſtū mori: qḋ etiā deus voluit: ꝛ tñ eoꝝ volūtas ipia ꝛ nequā fuit: ꝛ ita ſi ſcirē deū velle patrē meū mori: et hoc ipm vellē: non qꝛ deus vellet illud: ſed vt citius hereditatē adirē vel ex inuidia: aut alia nō recta itētione: volūtas vtiq; mea puerſa foret. vnde ad rectitudinē volūtatis multe circūſtantie requiruntꝛ: ꝗbus vel aliqua eaꝝ deficiētibus nō eſt recta. ¶ Cōtra pdicta pōt obijci. Et pmo ꝯtra pmā ꝯcluſionē: qꝛ ſi eēt vera: ſequiꝛ ꝙ omnis voluntas diſformis in volito diuine volūtati foret mala. ptꝫ: qꝛ teneꝛ non eſſe diffor-

Cap. 11. mis in volito diuine volūtati: ſed ꝯña eſt falſum ſm Aug. vbi ſupra. ait enim aliqñ bona volūtate vult homo aliqḋ: qḋ deus nō vult. Et ſubdit exēplū tāꝗ̄ ſi bonus filius patrem viuere velit: quem deus bona voluntate vult mori. ¶ Contra ſcḋam pbo: qꝛ ſequiꝛ ꝙ aliqs teneretꝛ velle nō eſſe in grā: ꝛ p ꝯñs nō eſſe bonū: qḋ nō eſt dicēdū. ptꝫ ꝯſequētia: qꝛ peccātē mortaliter deꝰ nō vult eſſe in grā. vnde p peccatū eius ſubtrahit grām: ꝛ hoc deū velle bene ſcit: vel ſaltē ipſe ſcit per ſcripturas: aut etiā per diuinā reuelationē. ergo ipſe teneꝛ tūc illud velle. ¶ Secundo. quia ſi alicui reueleꝛ a deo: ꝙ velit eū dānare ppetuo: ſequitur ꝙ iſte tenebiꝛ velle ꝙ deus eū dānet: ꝛ p conſequēs velle nunꝗ̄ videre deum: et nunꝗ̄ eſſe beatum: ſed hoc eſt falſum: qꝛ licite poteſt rogare deū pro finali ſalute ſua: et per conſequens poteſt licite velle ſaluari. ¶ Ad primū dicendum ꝙ verbū Aug. intelligendū eſt de eo cui non conſtat mortem patris volitam eſſe a deo voluntate beneplaciti: ꝗuis enim quis videat patrem mori: ꝛ ob hoc poſſit ſcire deū velle voluntate ſigni quod ē permiſſio: ꝙ ille moriaꝛ: nō conſtat tamen ſibi qui deus velit voluntate bn̄placiti. Si autē cōſtaret dico ꝙ̄ ipſe peccaret ſi deliberate vellet eum non mori. Si aūt indeliberate ꝛ volūtate naturalis compaſſionis: aut non peccaret aut non grauiter. ¶ Ad primā cōtra ſcḋam cōcluſionē: nego ꝯñam. ad pbationē dicendū ꝙ taliter peccās ꝛ ſciens volūtatē dei: vtiq; debet velle ꝛ ſibi placere debet: ꝙ ei ſubtrahat deus tūc gratiam: ꝛ ꝙ pro tunc ipſe nō eſt in gratia: ꝛ hoc ideo qꝛ ſic ē rectum ꝛ deo placitum: ſed non ſequiꝛ ex hoc. ergo debet velle non eſſe in gratia: quia in iſto cōſequēte importatur ꝙ abſolute debeat velle: ꝛ pro tunc ꝛ pro quolibet tēpore non eſſe in gratia: quod eſt falſum. ¶ Ad aliud ſuppoſito ꝙ talis reuelatio poſſit a deo fieri: qḋ eſt dubium ſatis ꝛ aliqui negarent: dicendū videtur ꝙ niſi deus vellet huiuſmodi hominē non velle ſuam dānationē: ꝛ hoc ſibi cōſtaret: ipſe ſciens dei voluntatē debet cōtentari: ꝛ velle ꝙ deꝰ eum dānaret. Ex quo ſic eſſet placitū deo: ꝛ hic actꝰ procederet ex maxima dilectione dei: ꝛ nō eſſet culpabilis: ſed laudabilis. Et vlterius videtur dicendū ꝙ in tali caſu non eſſet ſibi licitum orare pro finali ſalute ſua: ſed ſimpliciter de diuino iudicio cōtentari. Et huic fauet dictum. Aug. 21. de ci. dei. vbi eius ſententia eſt: ꝙ p nullo viuente finaliter reprobato: ſi de eius reprobatione eccleſia eſſet certa oraret vt ſaluaretur. Et intelligenda ſunt in caſu in quo quis eſſet certus: ſic deum abſolute ꝛ non ſolum conditionaliter velle. ¶ Ad primū principale reſpōſum eſt. ¶ Ad ſecundū neganda eſt cōſequentia: qꝛ cōtingit: ꝙ aliquis peccat volendo qḋ vult deus: nō quia illud vult: ſed quia non recto fine ꝛ debitis circunſtantijs illud vult: ſicut contingit de iudeis/ nec valet probatio: qꝛ talis non tenetur ad peccādum: quia non tenetur ad volendum illud eo modo quo illud volendo peccat. ¶ Ad tertium etiam conſequentia eſt neganda: quia deum creare animam antichriſti et hominem eam creare non eſt idem volitum: et ideo non ſequitur: deus vult creare ꝛc̄. et homo non tenetur velle creare ꝛc̄. ergo non tenetur ſe conformare deo in volito. Nam cum dicitur. deus vult creare: ſubintelligitur ſe. ſcilicet deum. vnde ſenſus eſt: ꝙ deus vult ſe creare animam antichriſti. Et in alia parte eſt ſenſus: quia homo non tenetur ſe velle hominem creare ꝛc̄. ſed vtiq; ſicut deus vult ſe creare: ſic homo tenetur velle deum creare animam antichriſti: et ſimiliter de alijs a deo volitis que ſciuntur a deo eſſe volita. dicendum eſt vt in omnibus voluntas noſtra ſit diuine voluntati conformis. ¶ Eo preſtante qui ſuper omnia benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

Cap. 25.

¶ Explicit lectura primi ſententiarum fratris Gregorij de Arimino: ſacri ordinis heremitarum ſancti Auguſti. Theologie profeſſoris precellentiſſimi prioris generalis quondam prefati ordinis. Qui legit Pariſius anno domini. 1344. Per venerabilem ſacre Theologie profeſſorem fratrem Petrum de Baranta quādiligentiſſime caſtigata ꝛ ſue priſtine integritati reſtituta.

Digitized by Google

Iſti ſunt q̄ſtionū ⁊ articuloꝝ tituli: q̄ in hoc p̄mo ſentētiarū auctētici Doc. cōtinētur. circa prologū quinq; ponūtur queſtiones principales.
Quarum prima ita incipit.
Utrum de obiecto theologico per theologicū diſcurſum notitia proprie ſcientifica acquiratur. car. ij.
Huius queſtionis quatuor ſunt articuli.
Quoꝝ primus oſtendit quid ſit obiectū ſcientie. ij.
Scđs quis ꝓprie dr̄ diſcurſus theologicus. iij.
Tertius quis ex actibus ⁊ habitibus intellectus ꝓprie dicitur ſcire vel ſcientia. v.
Quartus eſt de eo qđ principaliter queritur. vij.
2. q̄ſtio. Utrū de huiuſmodi obiecto poſſit haberi ſciētia vel opinio. Et eius quatuor ſunt articuli. car. ix.
Primus eſt vtrū de eodem obiecto de quo eſt theologia poſſit haberi ſcientia vel opinio: ſiue ab eodē homine: ſiue ab alio ⁊ alio. ix.
Secundus eſt vtrū ab eodē homine poſſit haberi de eodem obiecto ſimul ſcientia ⁊ theologia. x.
Utrum ab eodem homine poſſit de eodem ſimul haberi ſcientia ⁊ opinio. xij.
Utrū ab eodē de eodē poſſit haberi ſciētia ⁊ opinio. xij.
3. q̄ſtio. Utrū omniū cōcluſionū theologicaꝝ ſit habitus vnus numero. xiiij. Cuius tres ſunt articuli.
Primꝰ vtrū pluriū ꝯcluſionū ſit vnꝰ hītꝰ nūero. car. xiiij.
Scđs quō multaꝝ ꝯcluſio. ſit hītꝰ vnꝰ nūero: ⁊ quō nō. xvij.
Tertius articulus eſt de queſito principali. xvij.
4. q̄ſtio. Utrū deus inquātū deus ſit ſubiectū in theologia.
Eius duo ſunt articuli.
Primꝰ eſt q̄ ſit rō ſubiecti ſciētie īquātū hmōi. car. xviij.
Secundus eſt de queſito principali. xx.
5. q̄ſtio. Utrum theologia ſit ſpeculatiua vel practica. Et habet quatuor articulos.
Primus oſtendit quid proprie dicitur praxis: ⁊ a quo habitus dicitur practicus. car. xxj.
Scđs q̄ notitia dr̄ ꝓp̄e practica ⁊ q̄ ſpeculatiua. xxij.
Tertꝰ vtrū tales hītꝰ diſtiguāt̄ penes fines vel obta. xxv.
Quartus eſt de principali queſito. xxvj.

Diſtinctio Prima.

1. q̄ſtio. Utrū oīs vſus ſit fruitio: ſeu actus vtendi ſit actus fruendi. Et habet tres articulos. car. xxvj.
Primꝰ. vtrū oīs actꝰ volūtatis ſit vſus vel fruitio. xxvj.
Scđs. vtrū oīs vſus ſit fruitio: qđ p̄ncipalit̄ q̄rit̄. xxvij.
Tertꝰ. vtrū vſꝰ ⁊ fruitio poſſint ſil̄ eſſe ī volūtate. xxviij.
2. q̄ſtio. Utrum fruitio ſit operatio ſolius voluntatis. Et habet tres articulos. car. xxix.
Primus eſt. vtrum amor: ſiue omnis actus voluntatis ſit aliqua notitia. xxx.
Scđs. vtrū delectatio q̄lꝫ ſit opatio: ⁊ q̄ opatio ſit. xxx.
Tertius. vtrum fruitio ſit delectatio: vel alia operatio ſolius voluntatis. xxxiij.
3. q̄ſtio. Utrū ſolo deo ſit fruendū. Cuius ſunt. 3. ar. car. xxxiiij.
Primus quibus voluntas poſſit frui. ibidem.
Secundus quibus voluntas poſſit vti. xxxvj.
Tertius. vtrū aliqua fruitio creata poſſit eſſe fruitio ſuiipſius obiectiue: ⁊ ſimiliter q̄ritur de notitia. xxxvij.

Diſtinctio Secunda.

Que vnicam habet queſtionem talem.
Utrū deū eſſe ſit p ſe notū. In q̄ duo ſunt ar. car. xxxviij.
Primus quid dicitur per ſe notum. ibidem.
Secundus eſt de queſito. xxxix.

Diſtinctio Tertia.

1. q̄ſtio. Utrum res ſenſibiles intelligantur a nobis naturaliter. Et habet. 2. articu. xl.
In p̄mo ar. p̄miſſis diſtīctiōibꝰ ponūt̄ 4. ꝯclu. iux̄ di. xl.
Scđs. cōtinet. 4. dubia de notitijs ſenſitiuis xlij.
Utrum res create inſenſibiles naturaliter intelligantur a nobis. Et hic ſunt. 2. articu. xlix. 2. q̄ſtio.
Primus eſt de queſito. car. l.
Continet dubia. 4. ⁊ ſoluit. lj.
Utrū p̄ia notitia itellectꝰ p̄mitate gn̄atōis: ſit notitia īntuitiua alicuiꝰ ſingularis ſenſibilis. ⁊ hꝫ 4. articu. ibidem. 3. q̄ſtio.
Que ſit notitia intuitiua: ⁊ que abſtractiua: ⁊ quomodo diſtinguntur. car. lij.
Utrum vniuerſale ſit prius cognitum ab intellectu q̄ ſingulare: vel econuerſo. car. liij.
Utrum ſingulare ſenſibile ſit prius cognitū q̄ ſingulare pure intelligibile. car. liiij.
Utrum notitia ſingularis intuitiua ſit prior q̄ abſtractiua eiuſdem. car. liiij.
Utrū deum poſſumus naturaliter cognoſcere. ⁊ iſta queſtio eſt ſine articulis. car. lv. 4. q̄ſtio.

Diſtinctio Quarta q̄ vnicā hꝫ q̄ſtionē talem.

Utrū hec ſit v̄a. deꝰ genuit deū: ⁊ eſt ſine articu. lvij.

Diſtinctio Quinta.

Utrū eſſētia diuia gn̄et vel gn̄et̄: ⁊ eſt ſine articu. lviij. 1. q̄ſtio.
Utrū diuina eſſentia ſit formalis rō ſubiectū vel terminꝰ formalis diuine gn̄ationis. ⁊ habet duos articu. lix. 2. q̄ſtio.
Utrum eſſentia ſubſtantia vel natura diuina: ſit ſubiectū diuine generationis ibidem.
An ipſa ſit terminus formalis generationis. lxj.

Diſtinctio Sexta. Eius vna eſt queſtio talis.

Utrum pater genuerit filiū natura neceſſitate an volūtate. Hic ſunt tres articuli. lxij.
An pater genuit filium neceſſitate. ibidem.
An naturaliter. lxiij.
An voluntarie. ibidem.

Diſtinctio Septima. Cuius vna queſtio talis.

Utrum eſſentia diuina ſit potētia vel principiū generādi filium. Et habet duos articulos. lxiiij.
An in diuinis ſit aliqua potentia vere elicitiua ſeu principium productiuum ad intra. ibidem.
Inquirit an tale principiū ſit eſſentia vel relatio: aut aliud aliquid. lxv.

Diſtinctio Octaua.

Utrū in deo ſumme ſimplici ſit aliq̄ diſtinctio vel pluralitas p̄fectionū attributaliū: omnē operationē intellectus preueniēs. Et habet duos articulos. lxvij. 1. q̄ſtio.
Recitat opinionem cum ſuis motiuis: et dat ſenſum opinionis. ibidem.
Eſt de veritate illius ⁊ de queſito. ibidem.
Utrum perfectiones attributales diſtingantur ratione. 2. q̄ſtio.
Et habet quatuor articulos. lxx.
Primus eſt de queſito. ibidem.
An attributa diſtinguantur ratione. lxxj.
Utrum quodlibet attributum predicetur in quid de deo ⁊ de alio attributo. lxxij.
Utrum attributum abſtractum et eius concretum dictū de deo ſint ſynonyma. ibidem.
Utrū cū diuia ſimplicitate ſit cōpoſſibile deū eſſe reꝫ alicuiꝰ gn̄is vel alicuiꝰ p̄dicamēti. ⁊ hꝫ. 2. arti. lxxiij. 3. q̄ſtio.
An ꝓpter dei ſimplicitatē illud negandū. ibidem.
An ꝓpter aliquā rationē illud ſit negandum. lxxv.

Diſtinctio Nona. Cuius vna queſtio talis.

Utrū aliq̄ mō p̄r ſit p̄or filio. ⁊ hꝫ duos arti. lxxvij.
Primus Continet diſtinctiones: de ly prius. ibidē
Iuxta diſtinctionem ponit duas cōcluſiones. lxxviij.

Diſtinctio Decima. q̄ hꝫ vnicā queſtionē talē.

Utrū volūtas diuina ſit principiū ꝓductiuū ſp̄us ſancti Et continet duos articulos. lxxix.
Primus eſt de queſito. ibidem.
Utrū ſp̄us ſanctꝰ ꝓducat̄ libere vel naturaliter. lxxx.

Diſtinctio Undecima. Cuiꝰ vnica q̄ſtio talis.

Digitized by Google

Tabula

Utrū ſpūs ſctūs non ꝓcederet a filio nō diſtingueret ab eo. Et⁹ ſunt duo arti. iuxta duplicē ſenſum qōnis. lxxxij.
Primus eſt. car. lxxxij. Secundus eſt. car. lxxxiij.
¶ Diſtin. xij. Cui⁹ q̄ſtio vnica ſine articulis talis.
Utrū pr̄ ⁊ fili⁹ ſint vnū principiū ſpirās ſpm̄ ſctm̄. lxxxiij.
¶ Diſt. xiij. Que vnā hʒ. q. ſine articulis talem.
Utrū ꝓceſſio ſpūs ſancti. i. ſpiratio ſit generatio. lxxxiiij.
xiiij. xv. xvj. Diſtinctiones. Et habent vnicam. q. continentem duos articulos talem.
Utrum ſpūs ſanctus tertia in trinitate perſona cū patre et filio vnus ſubſtātialiter deus mittat / vel det creature tēporaliter / vel nō ipſe: ſed tm̄ dona eius. lxxxiiij.
Articulus cōſiſtit in quibuſdā concluſionibus. lxxxv.
In dubijs ⁊ ſolutionibus. lxxxv.
¶ Diſtinctio. xvij.
1.q̄ſtio. Utrū ſit poſſibile aliquē meritorie diligere deū nō habē do in ſe habitum charitatis create infuſum. In qua queſtione ſunt duo articuli. lxxxvj.
Eſt de queſito ſm̄ dei potentiam ordinatam. lxxxvj.
Eſt de eodem ſm̄ dei potentiā abſolutam. lxxxvij.
2.q̄ſtio. Utrū aliqua augmentatio intenſiua forme corporalis ſit motus continuus. ⁊ habet. 4. articulos. xc.
Eſt de queſito. xc.
Utrū cuiuſlibet forme que de nouo acquirit ſit dare primum inſtans eſſe. ⁊ etiā vltimum. xcj.
Utrū cuiuſlibet talis forme ſit dare minimū. xcv.
Utrū in q̄libet intēſione ſit dare pmū intēſum eē. xcviij.
3.q̄ſtio. Utrum forma corporalis intendatur per depurationem a contrario: et remittatur per admixtionem contrarij. Et habet duos articulos. xcix.
Eſt de queſito. xcix.
An forme ꝯtrarie poſſent ſimul eē i eodē ſubiecto pmo. c.
4.q̄ſtio. Utrum forma corporalis intendatur per acquiſitionem noue forme / vel partis / ſeu gradus forme eiuſdem rationis. Et habet duos articulos. ciiij.
Eſt de queſito principali. ciiij.
Utrū pars prior remaneat ſimul cū parte ſequēte. cvij.
5.q̄ſtio. Utrum charitas poſſit augeri. Et hʒ. 2. articulos. cxj.
Eſt de queſito. cxj.
Soluit duo dubia: ⁊ cōtinet duas cōcluſiones. cxij.
Queſtio ſexta eſt ſine articulis.
Utrū charitas poſſit augeri in infinitū ponit intellectus queſtionis cū quibuſdā cōcluſionibus reſpōſiuis. cxvij.
¶ Diſt. xix. ⁊ xx. Quarum vnica queſtio talis.
Utrū pſone diuine ſint equales magnitudine ⁊ potentia.
Cui⁹ duo ſūt articli. iuxta ly magnitudo ⁊ ly potētia. cxx.
Quoꝝ prim⁹. An pſone dīne ſint eq̄les magnitudie. cxx.
An ſint equales poteſtate. cxx.
¶ Diſtinctio. xxiiij.
Utrum vnum quod eſt principium numeri vere dicatur de deo. Et habet duos articulos. cxxj
Utrū vnū conuertibile cum ente dicatur de deo. cxxj.
Eſt de queſito.. cxxiij.
2.q̄ſtio. Utrum termini numerales multitudinem importantes: vt duo tres vere dicantur de diuinis perſonis: et habet quattuor articulos. 125.
Utrū ois nūerus habeat eſſe p appchēſionē anime. 125.
Utrū ſit res diſtincta a rebus numeratis. 126.
Utrū tantum ſit in rebus corporalibus. 127.
Utrum ternarius perſonarum ſit vere numerus. 128.
¶ Diſt. xxvj. ⁊ xxvij. Quarum vnica qō talis.
Utrū diuine perſone ſuis proprietatibus conſtituantur ⁊ abinuicem perſonaliter diſtinguantur. Que duos habet articulos. 128.
In primo ponuntur quedam diſtinctiones. 128.
In ſecundo ponuntur quattuor concluſiones. ibidem.
¶ Diſt. xxviij. ⁊ 4. ſequentes habent. 3. q.
Utrū aliqua relatio ſit vera res exiſtēs nō per operationem anime. ⁊ habet duos articulos. cxxxj. 1.q̄ſtio.
Continet vnam diſtinctionem de acceptione huius nominis relatio. cxxxj.
Continet. 3. cōcluſiones. cxxxj.
Utrū aliqua relatio ſit entitas ab omni entitate abſoluta diſticta. hec. q. eſt ſine ar. ⁊ i ea ſūt. 5. cōcluſiōes. cxxxiiij. 2.q̄ſtio.
Queſtio tertia eſt ſine articu. cxl.
Utrum deus ad creaturam realiter referatur.
Hic ſunt quatuor cōcluſiones cū obiectionib⁹. cxl.
¶ Diſt. xxxiij. ⁊ xxxiiij. Quarū vna q̄ſtio talis.
Utrū in deo perſona / vel ꝓprietas perſonalis diſtinguatur ab eſſentia diuina / ſeu deitate cōmuni perſonarū: aliquo modo ex natura rei / ſeu circūſcripta omni operatione anime: ⁊ habet tres articulos. cxliij.
Recitat opinionem ⁊ ex ſuis improbat. cxliij.
Eſt de queſito cōtinens quatuor cōcluones. cxliiij.
Continet quatuor dubia de idētitate. cxlv.
¶ Diſtinctio. xxxv. ⁊ xxxvj. Quarū vnica queſtio ſine articulis talis.
Utrum ſequens preciſe rationem naturalē habeat ponere ꝙ de⁹ intelligat alia a ſe / vel nō. recitat opiniones Ariſtotelis et Cōmentatoris cū ſuis motiuis: quas reprobat probando concluſionem oppoſitam. cxlvj.
¶ Diſtinctio. xxxviij.
Utrum aliqua enuntiatio ſingularis de ineſſe cathegorica de futuro in materia de contigēti ad vtrūlibet ſit vera hic ſunt tres articuli. cxlix.
Oſtendit que fuit opinio Ariſtotelis. cxlix.
Quid ſm̄ veritatem tenendum eſt. cl.
Oſtendit q̄ñ cōtingens eſt cōtingēs: ⁊ ſenſus iſtius ꝓpoſitionis. Omne qđ eſt q̄ñ eſt neceſſe eſt eſſe. cliij.
Utrum deus ſit preſcius omnium futurorum. Et habet tres articulos. cliij. 2.q̄ſtio.
Eſt de queſito pmiſſis diſtinctionib⁹ de ly futurū.. cliij.
Eſt de modo quo deus cognoſcit futura. clv.
Utrum cū preſciētia dei ſtet ꝙ futura ſint cōtingenter futura ponendo concluſionem ⁊ obiectiones. clvj.
¶ Diſtinctio. xxxix.
Utrū ſciētia vel preſciētia dei poſſit augeri vel minui premiſſis quibuſdā diſtinctionibus. Et cōtinet. 2. arti. clx.
Continet ſex concluſiones quibus oſtendit. An deus plura vel pauciora ſcire vel preſcire poſſit loquendo de ſcientia rerum. clx.
Oſtenditur de ſcientia enuntiabilium. clxj.
¶ Diſt. xl. xlj. vnam habent. q. ⁊. 3. articulos.
Utrū quilibet homo ab eterno fuerit predeſtinatus / vel reprobatus a deo. clxj.
Articulus eſt de queſito. clxj.
An in predeſtinato ſit aliqua cauſa ſue predeſtinationis ⁊ in reprobatis ſimiliter. clxij.
An poſſibile ſit aliquem predeſtinatum damnari / vel reprobatum ſaluari. clxv.
¶ Diſt. xlij. xliij. ⁊ xliiij. habent. 4. q.
Utrum omne poſſibile fieri deus de ſua abſoluta potētia poſſit facere. Et hec habet duos articulos. clxvj.
Premiſſis diſtinctiōib⁹ de ly poſe. 3. ponit ꝯcluſio. clxvj.
Ex illis infert alias correlarias: ⁊ ꝯtra eas obijcit. clxvij.
Utrū deus poſſit dicere falſum: ⁊ hʒ duos arti. clxx. 2.q̄ſtio.
Poſitis diſtōib⁹ de ly dicere falſuʒ ponit. 2. cōclu. clxx.
Obijcit cōtra cōcluſiones: ⁊ ſoluit. clxxij.
Utrū ſequēdo preciſe rōnē naturalē ſit ponēdū deū eſſe infinite potētie ſeu virtutis intēſiue: ⁊ hʒ tres arti. clxxiij 3.q̄ſtio.
Quid de queſito ſenſerunt pħs ⁊ eius Cōmen. clxxiij.
Quid ſit ſm̄ veritatem ſentiendum. clxxv.
Contra predicta obijcit: ⁊ ſoluit rationes. clxxv.
Utrum deus per ſuā infinitam potētiam poſſit ꝓducere 4.q̄ſtio.

Digitized by Google

effectū aliquē actu infinitū. ⁊ cōtinet tres arti. clxxvj.
Cōtinet tres cōcluſiones cū ſuis ꝓbationibus. clxxvj.
Obiectiones ponit cōtra eas cū ſolutionibus. clxxvij.
An īfinitū poſſet localiter q̄cūq; ꝟtute moueri. clxxxj.

¶ Diſtinctio. xlv.

Utrū volūtas dei ſit oīm que fiunt prima efficiēs cauſa.
Primo premittūtur diſtinctiones de cauſa. clxxxiij.
Scdo ponūtur. 7. cōcluſiōes cū ꝓbatiōib⁹ ſuis. clxxxiij.

¶ Diſtinctio. xlvj. ⁊. xlvij.

Utrum voluntas dei impleatur. primo ponuntur alique diſtinctiones de ly voluntas dei. clxxxv.
Secundo ponuntur due concluſiones. clxxxvj.

¶ Diſtinctio. xlviij.

Utrū quilibet homo potens vti libero arbitrio teneat̄ volūtatē ſuā volūtati diuine vniuerſalit̄ in volito ꝯformare. primo reſpōdetur ad q̄ſitū de volūtate ſigni. clxxxvij.
Scdo de volūtate beneplaciti ponuntur tres cōcluſiones cum obiectionibus contra eas. ibidem.

¶ Sequitur alia tabula per ordinē alphabeti cōferens ad inueniendū omnia notabilia cōtenta in hoc primo auctentici doctoris Gregorij Italici de Arimino.

V T ex tabula iſta qḋ querit̄: inueniri in promptu poſſit: ſtudeat inq̄ſitor in ſui libri marginib⁹ diſtīcte annotare q̄ſtionis pncipalia argumēta: numerū articuloꝝ: ⁊ ꝯcluſionū correlarioꝝ: doctorū opiniones cū ſuis motiuis. Necnō quottare debet dubia. ⁊ ad cōcluſiones principaliter obiecta. Aduertatq; q̄ aliquando de pluribus ſimul diſtinctionibus vnica ponitur queſtio: ⁊ tamen ſolū in tabula diſtinctio prima noīatur. Et illa vnica queſtio: ſiue ſit de pluribus diſtinctionibus: aut de vna diſtinctiōe in tabula vocatur prima queſtio: lʒ improprie. Inſup textus cōcluſionū ſignari ⁊ ſcribi debet in margine: vbi probantur: quoniam vtplurimum concluſiones omnes ante earū probationes premittuntur. **Ablatiuus.**

¶ Ablatiui caſus quales ſunt iſti volūtate: neceſſitate: et huiuſmodi poſſunt teneri noīaliter ⁊ aduerbialiter: q̄n tenētur noīaliter. Iterū dupliciter. ſ. materialiter vel ſignificatiue: ⁊ faciūt diuerſas ſentētias ꝓpōis. diſt. 6. que. pri. arti. pri. in principio. queſtionis. **Abſolutum.**

¶ Quid abſolutū dr̄. diſt. 28. q. 2. an̄ cōclu. in principio oīs entitas eſt abſoluta. ibidē. ⁊ eſt cōclu. pria. **Actus.**

¶ Actus intellectus qui ꝓprie dr̄ ſcire vel ſcientia: eſt ipſa cōcluſio demōſtrationis inquātū eſt actus cognoſcēdi ⁊ q̄ idē actus eſt cōcluſio: notitia ⁊ aſſenſus. q. pri. ꝓlogi articulo tertio. concluſione tertia.

¶ Actus theologie nō eſt cōpoſſibilis ſciētie. quere theologia. Oīs actus remittit habitū ſibi oppoſitū: ⁊ quō ſtat cū eo. q. 2. ꝓlogi. arti. 2. ꝑ totū: ⁊ ar. 3. cōclu. 3. in fine.

¶ Nullo vno ꝑ ſe actu nūero pōt cognoſci eſſe ſicut enunciāt ꝓmiſſe: ⁊ cōcluſio. q. 3. ꝓlogi. articu. primo in ꝓbatione ſcde cōcluſionis ⁊ ꝓmiſſaꝝ. Oꝫ ſit vnus actus nūero: et etiā habit⁹ obijcit̄ multiplicit̄. ibidē. ꝯtra. 2. ⁊. 3. cōcluſio.

